Quarta pars totius ſumme ma/ioris beati Antonini.



Frater Albertus Porletienſis ordinis prædicatorum uitæ regularis.
Ad lectorem.

SOlent hoīes aſpernari:ac faſtidire codices:quos uel non decētibus figuris preſſos:uel apicibus fictos uiderīt:uel auctoritate uacuos:uel minus emēdatos.Peramāt uero econtra:libēterq̧ deligant:& lectitant libros uoluptatis nō nihil ex eis capiētes:quos & elegāti litteraꝝ forma nouerīt:& autoris clari:ꝓbatiq̧ munimine cōnixos liquido fulciri: quos & iidem rite caſtigatos:omniq̧ menda uitioq̧ carentes perſpexērint. Id profecto per idoneas manus hoc in uolumine quartæ partis:cæteriſq̧ uoluminibus ſūmæ Reuerendiſſimi Beati Antonini ordinis prædicatoꝝ præſulis Florentini:uiri qdem peritiſſimi:& laudabili ueridicaq̧ & celebri reſonante fama: tam ſanctimoniæ q̄ dogmatis hīta ratione chriſtigenarum oras omnis opinatiſſimi exacta diligentia effici curauit Lazarus Soardus artis calcographæ ſtudioſiſſimus impenſis ſuis: & ſumptibus non modicis. Accedit inſuper huic:quo & hanc partem quartam cuȝ reliquis accuratius emendari ſtuduit:ac ſategit idē Lazarus:& eius quiſq̧ egens opis ad eam libens ſibi comparandam facilius inflectatur allectus & attractus equidē frugis utilitate q̄maxima:quā ſtudioſo lectori memorata ſumma credit̃ allatura. Habes īſup in ea lector candide(ut uaria tibi ſequentium carminum ſpecies indicat)quæcunq̧ tibi placere queant:& oblectātur afferre ſimul ac frugē. Si ſacra pagina:ſi theologia iuuat:ſi canones palatinæ delectant aulæ:ſi Cæſarea inſtituta iuraq̧ quęruntur:ſi dicta doctorum præcipua:ſi q̄plurima:immo innumera prope ſingulis accōmodata rebus:& congrua conſonaq̧ optantur exempla:quæ plus uerbis:deuicto effulminatoq̧ nephas ad uirtutem mouent animos & inflāmant:ſi non rudis animum deniq̧ ſermo mulcere poteſt:ibi ſunt omnia.Deeſt ibi nihil:quo non comparandi

huiuſce ſacri diuiniq; operis iure quippiam cauſari nequeas:cu; propter eum quod religionem deceat ſermonis cultum & nito/rem(nonnulli enim ſermonem horrent incultum) tum pro/pter cætera:quibus ad habendos huiuſmodi libros mens huma na ducta non abre nimis accenditur commoda ſane ubertima parituros. Hanc obrem cuncti noctu dieq; religioſi necnō mul ti ſecularium ingenti ardentiq; deſiderio habendis hiſce tam bo nis tam frugi tamq; neceſſariis libris hactenus inhyarunt. Acce/de ergo hortor atq; ſuadeo:& opibus:ac theſauris cōferendos: ære iam diſce paruo libros emere:quos canimus præclari antiſti tis tam inſignes & celeberrimos omne tibi per æuu; honori fu turos & laudi:gratiſſimos plane tu ſaluberrimos.

Vale feliciter & ſalue.

Fratris Alberti Porletienſis ordinis prædicatoru3 uitæ regularis carmen in Summã Reuerendiſſimi Beati Antonini ordinis eiuſdem archipreſulis Florentini.

INter conſpicuos:illuſtreſq3 ordinis almi
Dominici:micuit:qui hoc dedit autor opus.
Præſul is Antonius uocitatus nomine:cælſa
In Florentiam ſede:fuitq3 iubar.
Is decus & patriis laribus ſtat gloria claris.
Gloria magna ſacræ religionis item.
Bibliopola nequit uarios explodere libros:
Quos modo uenales calcographa arte tenet
Iſtius at terris merito celeberrima ſumma
Sæpe quidem impreſſa eſt:ſæpe iterata fuit.
Fama ſui reſonans immenſum peruolat orbem.
Et diffuſa ſolo:lux ſua ubiq3 micat
Fœlicem quondam ſe dixit:& orbe beatum
Qui potuit libros:huius habere patris
Sed quis mirari iam debeat his ſuper omnes
(Pace bona dicam)quum premat ipſa notas?
Ordine digeſtas tractat(mirabile uiſu)
Materias pulchro quaſlibet:atq3 docet.
Paſtor grande ſophos fuerat:qui nactus ad aſtra
Ire docet:recta multipliciq3 uia
Numine de diuo:de cætibus angeliciſq3:
Deq3 anima docuit:cuncta probata fide.
Nil & omiſit acri donatus lumine & alto
Præditus ingenio:quod uetet omne nephas.
Quoſq3 ſtatus liquido pingit moderamine:reſq3
Clarius humanas:quoſlibet atq3 gradus.
Quicqd ieſtq3 ſacris hic omnibus aſſerit ampla
Dogmata & æqua nitent:atq3 ſerena patent

Quicquid ineſt almis uirtutibus:atq; decoris
Dixit & admonuit nos:pater ille ſatis
Omnibus & uigeat ſũma hæc memorabilis oris:
Et maiore uiget iam precioq; ſono.
Hac licet in prato florenti:& ſemper amæno:
Iam ueluti flores carpere odoriferos.
Hacq; licet campos ſpacioſos currere:grati
Areoliſque frui tum paradiſioli
Leges cæſareas hæc inſerit:atq; tonantis
Pontificalis ibi iura canitq; fori.
Omnibus illa manu fautrici ſumma miniſtrat.
Quæ bona ſũt:quæ ſalus: laus:honor:hicq; dat.

Quarta parte canit candida præſulis
Antoni nitidas lingua uel inclytas
Virtutum ſpecies:is quoq; plurimos
Sermonis domini matris amabiles
Deſcribit uario ſchẽmate lucidos
Ex magno ſiquidem munere nobiles:
Infernoſq; locos:digna reatibus
Et tormenta malis concinit horrida
Nectarq; Ambroſium deniq; prædicat.

FINIS.

Quiſquis noſſe cupit quis libros edidit artis
Calcographæ hos ſtudio:celebratus ĩ urbe Soardus
Lazarus hos Veneta imprimier curauit:& aptus
Caracter fuit his cura renouatus amantis
Calcographi libros cunctis offerre probandos.

LAVS DEO.

Incipit prohemiuz

in quartam partem ſumme Beati Antonini archiepiſcopi Florentini ordinis predicatorum.

Benedi-
ctionez dabit le-
giſlator: ibunt
de v̄tute in vir-
tutē: videbitur
deus deoruz in
ſyō. pſal. lxxxiij.
Tota vita hominis ſuper terram: eſt quoddaz
iter. Unde dicitur Michee. ij. Surgite ⁊ ite: qꝛ
non habetis hic requiem. Et quia omnis mo-
tus eſt propter quietez. qui vult ſaluus eſſe opꝫ
vt in mente ſibi preſtituat terminum ad quem
peruenire intendat: ad quem perueniens rege
ſcat ⁊ medium vie per quam incedatur lumi-
ne illuſtratus: quia qui ambulat in tenebris ne
ſcit quo vadit. Joānis. xij. ait xp̄s qui eſt via ve
ritas ⁊ vita. Lumen eſt gratia diuina. Uia eſt
virtus. Arta eſt via que ducit ad vitam. Mat-
thei. vij. inquit dominus noſter: qꝛ virtus con
ſiſtit circa difficilia. Terminus eſt vita eterna:
ſuperna hieruſalem dicta pacis viſio. vbi ſede
bit populus in pulchritudine pacis: in requie
opulenta. vt teſtatur Eſa. xxxij. c. Econtra via la
ta que videtur homini recta: luce gratie caren
ti ⁊ nouiſſima eius ducunt ad mortez ſempiter
nam: infernalis babylonis eſt peccatoruz via:
quo peruenientes ſeruiunt dijs alienis. ideſt
demonijs qui non dant eis vllam requiem vt
dicitur in Eſaia. Aduerſamini igitur vitia: co-
lite virtutes: ⁊ optatam naturaliter requiez cō
ſequimini. Et hoc eſt quod ps. ait. Benedictio
nem ⁊c̄. Ubi tria nota.

¶ Principiuz vñ moueamur. ibi. benedictio
nem dabit.

Diuiſio thema-
tis. ¶ Medium per quod proficiſcamur. ibi. ibūt
de virtute.

¶ Terminum ad quem perducamur. ibi. vi-
debitur deus.

¶ Principium vnde opꝫ nos moueri in bene
operādo eſt lucis gr̄a. Sine miſericordia enīz
dei ſeu gratia preueniēte vt velimus. ⁊ ſubſe-
quente vt volitum bonū operemur nulla bona
Qꝺ gr̄a dei vo-
caꝼ bñ-
dictio. opera facere valemus (ait Auguſtinus). ſ. meri
toria. Et hic gratiam propheta vocat bñdictio
nem. Niſi ita bñdicitur. i. efficitur creature rō-
nali a deo in vita preſenti: ſicut cū gratia ei in-
funditur. Dicere enim dei eſt facere. Uñ Pro-
uerbio. x. Bñdictio domini ſuper caput. i. mē-
tem iuſti. ¶ Pro hac enim datur bñdictio glo
rie. cum dicitur. Uenite bñdicti patris mei pci
pite regnum ⁊c̄. Matth. xxv. Hanc autem bñ-
dictionem dabit: non retribuet ſeu reddet: qꝛ
non ex operibus noſtris: ſed gratis ſua libera-
litate largitur. alioquin iam non eſt gratia. Da
bit aūt legiſlator qui eſt xp̄s. Unus eſt enim le
giſlator ⁊ iudex. Jaco. iiij. qui legem moyſaicā
dedit. in qua ſunt precepta omnium virtutuz:
⁊ euangelicam in qua ſunt ⁊ conſilia ad perfe-
ctionem ducentia ipſas virtutes. De qua gra- De gr̄a
tia habes diffuſe infra in iſta quarta parte titu- hr̄ infra
lo. viij. ¶ Medium per qꝺ proficiſcamur eſt ti. viij.
virtus. ibunt de virtute in virtutez. Uñ Pro-
uerbiorū. iiij. ca. Juſtorū ſemita quaſi lux ſplē-
dens proficit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectum diez.
Semita que eſt via arta eſt virtus per quam in
cedunt iuſti. Jſta aſſimilatur luci: que paulatiz
in die creſcit vſqꝫ in meridiē. Et ſicut ait Chry
ſoſtomus. nemo repente fit ſummus: ſed a mi-
nimis quiſqꝫ inchoat vt ad maiora perueniat.
Et hoc eſt qꝺ dicitur. Jbunt de virtute in virtu
tem imitantes apoſtolū dicentem. Philippeñ.
iiij. Que retro ſunt oblitus in anteriora me ex-
tendens ad brauium ſequor ſuperne vocatio-
nis. Jn cuius figura quā vidit Ezech. in ſpiri-
tu ſancto animalia: vt exponit Grego. cum am
bularent non reuertebanꝭ. ſ. ad defectus dimiſ
ſos. nec firma manebant. ſ. ocioſa. ſed vnumqꝺ
qꝫ ante faciem ſuam gradiebatur. Ezech. j. ca. Duplex
¶ Et notandum ꝙ duplex eſt virtus. ſ. acquiſi eſt v̄tꝰ.
ta ⁊ infuſa. Uirtus acquiſita eſt que ſꝫ phm. ij. ſ. acq̄ſi
Ethi. bonum facit habentem ⁊ opus eius bo- ta ⁊ in-
num reddit. Et hec cauſatur ex actibus huma fuſa.
nis frequentatis: quia ex frequēti actu tempe-
rantie fit homo temperatus. ⁊ ſic de alijs. Sed
huiuſmodi non ſufficiunt ad ſalutem. Uñ non virtutiſ
vere bonum conſtituunt nec opus bonum ſci- infuſe
licet meritorium: etſi in genere bonuz. Uirtus diffini-
infuſa diffinitur a magiſtro ſñiarum in ſecūdo tio.
poſt Auguſtinū. ꝙ eſt bona qualitas mentis. i.
quidam habitus bonus in mente qua recte vi
uitur quam deus in nobis ſine nobis operaꝭ.
ſine nobis intelligo non p̄ncipaliter operanti-
bus: ſed nobis conſentientibus ⁊ cooperanti-
bus. Et iſta econtra nō cauſatur ab actu huma
no: ſed ex infuſiōe diuina: ⁊ ex ea cauſatur ac- Qꝺ in
tus meritorius ⁊ multiplicatur frequenter. ac- qualibꝫ
tus autem auget habitum. Ex virtutibus igiꝭ virtute
acquiſitis ibunt electi dei in virtutem infuſaz: ꝯſidera
quia ille diſponunt ad illam. ¶ Secundo ſciē re hitꝰ
dum ꝙ in virtute qualibet conſideratur ⁊ ha- ⁊ actus
bitus ⁊ actus eius que ſunt diſtincta realiter. ⁊ ꝙ rea
Nam habitus ſemper manet niſi virtus per liter di
mortale excludatur. Actus autem eius tranſit ſtingui
⁊ meritum in anima remanet. Non autem ha tur.
bitus: ſed actibus meremur ſi boni ſunt. ⁊ de-

meremur ſi mali. Frequenter ipſa virtus que
proprie importat habitum: denominat actum
ſuū ꝫ vt actus eius dicatur virtus. vt verbi gra
tia. In ſymbolo athanaſij dicitur. Eſt ergo fi//
des recta vt credamus ⁊ confiteamur: quia do
minus noſter ieſus chriſtus dei filius deus ⁊
homo eſt. Credere proprie non eſt fides ſꝫ act⁹
eius interior: ⁊ confiteri actus exterior. vnde
ſumitur fides pro actu ſuo. Et ſic ſumitur ibi.
Ibunt de virtute in virtutem ideſt exercebunt
in actibus virtuoſis tranſeundo de actu vni⁹
virtutis ad actum alterius. Non enim decet
ſemper ſe exerceri in actu vnius virtutis. Sed
modo in actu fidei aſſentiendo his que eccle//
ſia predicat. quando talia menti occurrunt.
Iuxta illud. Credite illi ⁊ nō euacuabitur mer
ces veſtra. Accedentem enim ad deum opor//
tet credere. ait apoſtolus ad Heb. xj. Iſte eſt pri
mus paſſus in pceſſu vtutū. Aliqn̄ in actu ſpei
pſal. xxxvj. Spera in deo ⁊ fac bonitatem: expe
ctando beatitudinem a deo ⁊ auxilium gratie
ſi tamen ex parte tua facias bonitatem. alſ pre
ſumeres: non ſperares. De ſpe aliquando ⁊ ſe/
pe procedendum eſt ad actum charitatis. Iux
ta illud Luce. x. c. Diliges dominum deum tu
um ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex
omni mente tua: ⁊ proximum tuum ſicut teip
ſum. De virtutibus theologicis ibunt exer/
cendo ſe electi ad opera bonorum: que etiam
ſunt virtutes: licet dona dicantur non virtu//
tes. Aliquando in actu diuini timoris: Eccl'ſ
vi. Time deum ⁊ mandata eius obſerua. Et de
timore ad actum pietatis eorum ſcilicet que p/
tinent ad cultum diuinum. videlicet ad oratio
nem votum iuramentum ⁊ huiuſmodi. Uel
etiaꝫ miſerationem ad proximum. j. Timoth.
iiij. Exerce teipſum ad pietatē. De pietate ibūt
ad actum ſcientie Hiere. ij. ca. Scito ⁊ vide: q꞉
malum ⁊ amarum eſt te dereliquiſſe deum tu/
um: pertinet enim ad hoc donum noſſe deſe/
ctus ſuos ⁊ bene conuerſari inter homines vt
non decipiatur. De ſcientia ibunt ad actuꝫ for
titudinis: vt non ſolum equanimiter aduerſa
ſuſtineant: ſed ardenter aggrediantur anxia p
deo Thobie. v. c. Forti animo eſto. De fortitudi
ne ibūt ad actū conſilij: ⁊ circa aduerſa q̄ occur
runt agendo meliora aſſumendo. Unde Eccl'i
xxxij. Sine conſilio ſcilicet mentis nihil facias
⁊ poſt factum non penitebis. De conſilio ad
actum intellectus intus legendo ſcripturas:
non ſolum que in cortice: quia littera occidit:
ſpiritus autem viuificat: ⁊ penetrando ⁊ degu
ſtando pſal. ij. Et nunc reges intelligite: erudi
mini qui iudicatis terram: ideſt corpus ei do/
minando. ideo reges. De intellectu ad ſapien/
tiam diuina degustando. ad Col. iij. Que ſur/
ſum ſunt ſapite non que ſuper terram. De do//
nis tranſeunt ad virtutes cardinales vt inferio
res eis operationes earum agendo. Aliquan//
do in virtute temperantie quoad abſtinentiaꝫ
⁊ caſtitatem ⁊ alias eius partes. j. Petri. j. So/
brij eſtote ⁊ vigilate: quia aduerſarius veſter
diabolus ⁊c. De virtute temperantie ibunt ad
actum fortitudinis. patienter ferendo quecūꝗ
aduerſa pro virtute. Iuxta illud Eccl'i. ij. Om
ne quod tibi applicitum fuerit accipe. ⁊ in do/
lore ſuſtine: ⁊ in humilitate tua patientiam ha
be. Et de fortitudine ad actuꝫ iuſtitie ſm̄ illud
Iuſte iudica proximo tuo Leuit. xix. Et de iu//
ſtitia ad prudentiam. ſm̄ illud Math. x. Eſto//
te prudentes ſicut ſerpentes. De his omnibus
⁊ partibus ⁊ actibus earum per totum librum
iſtum diſtinctum in. xvj. titulos: ita vt ꝙ queli
bet virtus ⁊ donum habet vnum titulum. qn/
tuſdecimus autem eſt de gratia in medio poſi
tus. Non tamen ſm̄ iſtum ordinem poſiti ſunt
ſed per alium vt patebit certa ex cauſa. Sextuſ
decimus titulus de virtute in generali qui eſt
in principio ſeu primus titulus. ¶ Tertio ſciē
dum ꝙ quelibet virtus habet gradus pfectio/
nis maioris ⁊ minoris. Iuxta illud Iob. xxxj.
Per ſingulos gradus pronunciabo illum: ſci
licet deum: quia quanto magis quis aſcendit
ad maiorem gradum perfectionis virtutuꝫ: tā
to magis debet deuꝫ laudare: ⁊ ab eo recogno
ſcere totum: ⁊ tanto magis glorificatur deus ⁊
oſtenditur magnitudo eius apud homines q
talia donauit hominibus. De his gradib⁹ dif/
fuſe tractat Greg. de pe. di. ij. Dum ſanctam ec
cleſiam. ¶ Terminus ad quem perducamur
eſt ire de vtute in virtutem. inde videbitur de
us deorum in ſyon. Deus dicitur deorum ſcili
cet dominus: ideſt angelorum ⁊ ſanctorum et
omnium dignitatum actor qui ⁊ ipſi dij aliqn̄
dicuntur. Syon interpretatur ſpeculatio: quia
ſancti ſpeculantur: ideſt clare vident deum fa/
cie ad faciem. Et viſio eſt tota merces ait Au/
gu. Quod ⁊ ſaluator ipſe oſtendit cum ait Io.
xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant ſcilicet
clare ⁊ perfecte: te ſolum verum deum ⁊ quem
miſiſti ieſum chriſtum. Ubi notatur myſteriuꝫ
trinitatis perſonarum ⁊ vnitatis eſſentie ⁊ hu
manitatis chriſti aſſumpte. vt alſ dictum ē: qđ
totum ibi videbitur. Uiſio autem illa tāte pul
chritudinis eſt: tantoꝗ amore digniſſima vt
quibuſlibet ⁊ quantiſlibet bonis pditā ſine ea
animam exiſtimet infeliciſſimaꝫ plotinus phi
loſophus. vt refert Aug. x. de ciui. dei. c. xxiij.
Implebimur inquit pſal. lxiiij. in bonis do//
mus tue: ſanctum eſt templum tuum mirabi/
le in equitate: vel in iuſtitia ſm̄ aliam litteram
domus dei in qua manſiones multe ſunt varie

Qꝫ qlibet vt⁹ hꝫ gradus pfectiōis

Qꝫ terminus ſeu finis vtutū eſt clara dei viſio

tate premiorum: eſt ſtatus glorie vbi videtur deus: ⁊ ibi replebimur bonis. Hic nulla boni plenitudo. ſ. talis que mentem quietet. Nam nec auarus impletur pecunia vt dicitur Eccl. v. nec ſaturatur oculus viſu: nec auris auditu Eccle. i. Quorūcūq; pulchroꝝ ⁊ ſonorum vel ſapientum verborum. Sed vt ait Aug. in i. confeſ. Feciſti nos domine ad te: ⁊ inquietū eſt cor noſtrum donec requieſcat in te: ſcilicet in patria: ⁊ ibi implebimur bonis. Nam intellectus implebitur cognitione ſumme veritatis. Eccleſia canit. Que nūc in ſpem gerimus plena veritate capiamus. Voluntas ſeu affectus implebimur dilectione immenſe bonitatis. Unde in Cañ. Vidiſtis eam. ſ. animam ad patriam aſcendentem plenam charitate. Iraſcibilis implebitur tentione perpetue ſecuritatis. Eccl. xxiiij. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Detinet diuina ſapientia que ibi loquitur: quia detinentes facit ſanctos plenitudine bonorum illorum. Concupiſcibilis implebitur fruitione perpetue iocūditatis. Pſal. Adimplebis me leticia vel iocūditate cum vultu tuo. Erit enim tunc deus omnia in omnibus ſcilicet beatis, vnde impleti omnino. Sanctum eſt templum ſubdit pſ. in dicta autoritate. Templum dei eſtis vos. ait apoſtolus. i. ad Co. iij. ⁊ ipſi ſancti domus dei. ſanctum eſt: id eſt mūdum ab omni peccato. ſine macula enim ſunt ante thronū dei. Apoc. xiiij. Sanctum eſt ideo dedicatū. ibi enim vocabitur laudibus dei: nec aliud erit exercitium. dicit Aug. Sanctum. i. firmum: vt nunq̄ auerti poſſit a deo: nec aliqua infirmitas vel moleſtia corporis. Mirabile in equitate vel iuſtitia. Iuſtitia vt dicit philoſophus eſt omnis virtus. ⁊ ſm hanc acceptionem dicitur Matth. xxv. Iſti autem ibunt in vitam eternam. non enim ad illā aliter peruenirēt ſine iuſtitia. i. omnis virtus inueniretur in eis ita ꝙ nulla deficiat. Ipſeq; virtutes ibi in eis permanent: ſed ad alium vſum ꝙ hic. Augu. ſuper pſal. tractans illud. mirabile in iuſtitia. ſic ait. Iſta ſunt bona illius domus ⁊ templi. non dixit templum mirabile in columnis: mirabile in marmoribus. mirabile in tectis auratis: ſ; mirabile in iuſtitia. Habes foris oculos vnde videas marmora ⁊ aurū. Intus eſt oculus vnde videatur pulchritudo iuſtitie: ſi nulla eſt pulchritudo iuſtitie: cur amatur iuſtus ſenex. Quid affert in corpore quod oculos delectet. Curua membra rugatam frontem: caput canis albatum: imbecillitatē vndiq; querulis plenam. Sed forte oculos tuos non delectat ſenectus decrepita. aures tuas delectat quibus vocibus: quo cantu. An forte ſonus verborum eius delectat aures tuas: que verba vix plena enunciat lapſis dentib⁹: tamen ſi iuſtus eſt: ſi alienum non cōcupiſcit: quod ſi ſuū eſt erogat pauperibus: ſi bene monet ⁊ rectum ſapit integrum credit: ſi paratus eſt pro fide veritatis ipſa confracta membra impendere. Quid in huiuſmodi amamus. qd oculis carnis in eo videmus bonum? nihil. Quedam eſt ergo pulchritudo iuſtitie: quam videmus oculis cordis: quam amamus: quā exardeſcimus. Quid in martyrib⁹ erat quod amaretur: niſi quia erat in illa feditate laniatorum membrorum integra pulchritudo iuſtitie. Iſta ſunt bona domus dei. His te para ſaciari. Hec ille. Si ergo virtus hic amatur. ſapientia appetitur: gaudium ſeu delectatio queritur. ⁊ ibi videtur deus deorū omnia iſta pleniſſime. ergo illa domus: illud templum querendum. illud ſuper omnia amandū. ad illud totis viribus inſudandum per virtutū viam conſequendū. Ad quod nos perducat qui in celis ſine fine viuit ⁊ regnat. Amē.

Tabula titulorum

Incipit Tabula generalis quarte partis beati Antonini: que habet titulos ſedecim: quorũ quilibet habet capitula multa: que capitula habent plures. §.

Titulus. j.

huius quarte partis de virtutibus in generali.
De diffinitione virtutum atq; earũdem diuiſione. C.i
De acquiſitione virtutum ⁊ quomodo ſumat medium in eis. Cap.ij.
Que bona operent in nobis virtutes. C.iij.
De inequalitate receptionis virtutum: ⁊ quomodo ſunt gradus in eis. Cap.iiij.
De ꝯnexione virtutũ ꝯcathenate adinuicem: ⁊ quẽadmodũ vna ſine altera hẽri nõ pt. C.v
De duratione virtutum. Cap.vi.

Titulus.ij. De prudentia.

Quomodo dicatur prudentia que mediũ prefigit in omni virtute. Cap.i.
De partibus integralibus' prudentie: ſcz memoria: intelligẽtia: ⁊ prouidẽtia. Cap.ij.
De partibus ſubiectiuis prudentie: ⁊ de cognitione ſuiipſius. Cap.iij.
De prudẽtia monaſtica aut particulari. ⁊ none regulis directiuis humane vite. C.iiij.
De prudentia economica. Cap.v.
De prudentia regnatiua. Cap.vi.
De ptibus' potẽtialibus prudẽtie ⁊ ei annexiſ. vz euboiya: ſyneſi: ⁊ gnomyn. Cap.vij.

Titulus.iij. De fortitudine.

Fortitudo tripl'r aiam firmat. quoad ſe cõtra mundi vanitates: quoad bonum cõe cõtra patrie hoſtilitates: quoad deum ꝯtra errorum prauitates. Cap.i.
Circa que ꝯſiſtit virtus fortitudinis. Ca.ij.
De triplici martyrio. Cap.iij.
De partibus fortitudinis integralibus ⁊ ſubiectiuis. Cap.iiij.
De partibus fortitudinis que eis annectunt. ⁊ primo de magnanimitate. Cap.v.
De magnificẽtia qd ſit ⁊ qbus ꝯueniat. C.vi.
De virtute patientie. Cap.vij.
De perſeuerantia quid ſit: circa que cõſiſtat: ⁊ de effectibus eius. Cap.viij.

Titulus.iiij. De temperantia.

Quid ſit temperantia: ⁊ circa quam materiã verſetur. Cap.i.
De partibus potẽtialibus tẽperãtie. ⁊ primo de ꝯtinẽtia que tripl'r ſumit. Cap.ij.
De manſuetudine quid ſit: ⁊ in quo differt a clementia. Cap.iij.
De partibus ſubiectiuis tẽperantie: que ſunt abſtinentia: ſobrietas: ⁊ caſtitas. Ca.iiij.
De ſobrietate. Cap.v.
De caſtitatis materia: cauſa ⁊ gradib'. C.vi.
Uirginitas qd ſit: ⁊ p que amittat. C.vij.
De virginitatis coronatione: poſſeſſione: ⁊ dignificatione. Cap.viij.
Clemẽtia qd ſit: ⁊ in quo ꝯſiſtat. Cap.ix.
Modeſtia qd ſit. ⁊ in qbus cõmẽdat. Ca.x.
De ſtudioſitate. Cap.xi.
De humilitatis quidditate. Ca.xij.

Titulus.v. De iuſtitia.

De iuſtitia in gñali q; eſt triplex iuſtitia. Ca.i.
De duabus ſpeciebus iuſtitie. ⁊ primo de cõmutatiua. Cap.ij.
De iuſtitia diſtributiua. Cap.iij.
De principijs iuſtitie. Cap.iiij
De partibus potentialibus iuſtitie. ⁊ de virtutibus ei connexis. Cap.v.
De innocentia. Cap.vi.
De religione. Cap.vij.
De oratione. Cap.viij.
De pietatis virtute. Cap.ix.
De virtute obſeruantie. Cap.x.
De obedientia quomodo' aliquando eſt generalis: aliquando ſpecialis. Cap.xi.
De gratia ſiue gratiarũ actione. Cap.xij.
De vindicatione. Cap.xiij
De penitentia prout eſt virtus differens ab ea prout eſt ſacramentum. Cap.xiiij.
De veritate put eſt virtus. Cap.xv.
De virtute fidelitatis. Cap.xvi.
De liberalitate inq̃tũ differt a mia. C.xvij
De mia multiplici ⁊ eius vtilitate. C.xviij.
De epycheia virtute. Cap.xix.
De amicicia ſiue affabilitate quõ ſit virt'. xx.
De duodecim fructibus ſpiritus. Cap.xxi.

Titulus.vj. De charitate.

De charitate theologica. Cap.i.
De charitate q̃tũ ad eius ſubiectũ. C.ij.
Quid ſit diligẽdum ⁊ quo ordine. Ca.iij.
De dilectione proximi ⁊ quis nomine proximi diligatur. Cap.iiij.
De charitate quoad p̃ceptũ decalogi. Ca.v.
De p̃cipali actu charitatis q̃ ẽ dilectio. c.vi
De gaudio inquantum eſt actus interior charitatis. Cap.vij.
De pace inquantum eſt actus interior charitatis: ⁊ quõ differunt a ꝯcordia. Ca.viij.

Titulus.vij. De ſpe.

De triplici ſpe ⁊ eius quidditate atq; fructibus: Cap.j.
De ſubiecto ſpei.i.in qb⁹ ſperandū ſit. Ca.ij.
De obiecto ſpei: ſcilicet beatitudine humane vite finis. Cap.iij.
De btitudīs qdditate ⁊ multiplicitate. C.iiij.
De diſpoſitiōis ad beatitudinem. Cap.v.
De ſingulis beatitudinibus in particulari. ⁊ primo de paupertate ſpiritus. Ca.vj.
De vltimo fine hoīs q̄ eſt btitudo pfctā. C.vij.

Titulus.viij. De fide.

Fides ſumitur octo modis. Cap.j.
De habitu fidei ⁊ quidditate eius. Cap.ij.
De actu fidei ⁊ q̄ act⁹ fidei eſt triplex. Ca.iij.
De obiecto fidei qđ eſt veritas pma. C.iiij

Titulus.ix. De diuina gratia.

De duodecim proprietatibus diuine gratie ad ſimilitudinē luminis materialis. Ca.j.
De eſſentia gratie. Cap.ij.
De diuiſione gratie quadruplici. Cap.iij.
De cauſis gratie: Cap.iiij.
De neceſſitate gratie: Cap.v.
De effectu gratie operantis. Cap.vj.
De merito q eſt effect⁹ grē cooperātis. Ca.vij.

Titulus.x. De donis ſpūſſancti.

De ſeptē donis ſpūſſancti in cōi: Cap.j.
De diſtinctionib⁹ donorū ſpūſſancti a virtutibus īfuſis: ⁊ de eorum neceſſitate ⁊ connexione. Cap.ij
De dono ſapiētie ⁊ de triplici ſapia. Ca.iij
De vita ꝯtēplatiua ⁊ eius excellētia. C.iiij
De hīs que ptinēt ad vitā ꝯtēplatiuā. C.v.
De raptu ſiue exceſſu mentis. Ca.vj.
De cognitione que ptinet ad ſapiaꝫ. C.vij.

Titulus.xj. De dono intellectus.

Donuꝫ intellectus vltra lumen nature neceſſarios a deo petitur. Cap.j.
De ſcripture ſacre nobilitate: qualitate ⁊ vtilitate. Cap.ij.
De multiplici vtilitate ſacre doctrine. C.iij.
Doctrine gentilium poetarum ⁊ philoſophorum: nō pſunt ad ſalutem. Cap.iiij.
De erroribus contra fidem philoſophorum gentilium. Cap.v.
De erroribus iudeorū ⁊ ſaracenorū. Cap.vj.
De erroribus hereticorum. Cap.vij.
De articulis.xiiij.in qb⁹ cōiter magr̄ ſniaruꝫ ⁊ Gratianus in decreto nō tenet. Cap.viij.

Titulus.xij. De dono conſilij.

De conditionibus requiſitis ad bonum conſilium. Cap.j.
De conſilijs euangelicis. Cap.ij.
De conſilio paupertatis. Cap.iij.
De errore fraticellorum circa paupertatem chriſti ⁊ apoſtolorum. cap.iiij.

Titulus.xiij. De dono fortitudis.

Quid ſit fortitudo: ⁊ de effectibus ei⁹. cap.j.
De triplici fortitudine. cap.ij.
Tētationes inſurgūt hoīb⁹ a diuerſis. ca.iij.
De tribulatione maxima que erit tempore antichriſti. cap.iiij.

Titulus.xiiij. De dono timoris.

Timorem multa inducunt. cap.j.
De timore mundano. cap.ij.
De timore carnali. cap.iij.
De timore naturali. cap.iiij:
De timore ſeruili. cap.v.
De timore initiali: cap.vj.
Timendum eſt in preſenti vita propter ſeptē pericula. cap.vij.
Mors eſt timenda propter ſeptem conſiderationes. cap.viij.
Aſſignatio rationum in morte de ſeptem generibus rerum timenda eſt. cap.ix.
Purgatoriū ſeptupliciter eſt timēdū. ca.x.
Finale iudicium q̄ timendum ſit: ⁊ de certitudine eius ⁊ cauſa. cap.xj.
Quam timenda eſt profunditas iudiciorum dei in preſenti circa ſeptem. cap.xij.
De timore filiali in quo conſiſtat: ⁊ in quo differat ab initiali. cap.xiij.
De timore reuerentiali. cap.xiiij.

Titulus.xv. De dono pietatis.

De pietatis eminētia ⁊ dignitate. cap.j.
Qđ virgo maria fons pietatis eſt mater noſtra quatuor modis. cap.ij.
De conceptione ⁊ ſanctificatione beate marie virginis. cap.iij.
Sermo de ſcificatiōe btē marie virgīs. c.iiij.
Sermo de natiuitate beate marie virginis ad genealogiam euangelicam. cap.v.
Alius ſmo de natiuit. btē marie virgīs. c.vj.
Sermo de deſpōſatiōe marie ioſeph. c.vij.
De annunciatione dominica: Miſſus eſt angelus Gabriel. cap.viij.
Sermo alius de eodem. cap.ix.
De miſſiōe ſpūſſcti ad mariā virginē. c.x.
De pulchritudīe btē marie virgīs. ca.xj.
De miſſiōe filij dei ad mariā virginē. c.xij.
De ſalutatiōe angelica. Aue maria ⁊c. c.xiij.
De hoc nomine Maria. cap.xiiij.
De plenitudīe grē in maria virgine. cap.xv.
De triplici genere gratiaruꝫ gratis date: gratum facientis. ⁊ priuilegiate. ca.xvj
De grā virtuali btē marie virginis. ca.xvij
De grā.xij.donorū q̄ fuit in btā virgīe. xviij.
Qđ beata maria habuit omnes gratias gra

tis datas. cap.xix.
De gratia priuilegiorum ſingularium beate virginis marie. cap.xx.
Dñs deus fuit cũ maria quattuor modis. c.xxi.
Dominus deus fuit cũ maria ad corpus chriſti formandum: & ad prolem exaltandum: & ad ipſam magnificandum. cap.xxij.
De q̃drupliſci bñdictiõe btẽ virginis. c.xxiij.
De benedictione beate virginis apud omnes generationem. cap.xxiiij
De triplici fructu benedicto beate Marie virginis. cap.xxv.
De duodecim fructibus ſpiritus qui fuerunt in Maria virgine. cap.xxvi.
De viſitatione btẽ marie virginis facta ad Eliſabeth. cap.xxvij
De cantico beate marie virginis: & q̄ aliqua dicuntur magna tripliciter. ca.xxviij.
De ſecundo verſu Magnificat. & de multiplici gaudio & varia acceptiõe ſpũs. c.xxix.
De concordantia cantici magnificat cũ oratione dominica. cap.xxx.
De partu beatiſſime virginis: ideſt natiuitate chriſti. cap.xxxi.
De epiphania domini Sermo. ca.xxxij.
De purificatione beate marie virginis: & multiplici lumine. cap.xxxiij.
Alius ſermo de purificatione beate marie virginis. cap.xxxiiij.
Tertius ſermo de purificatione beate marie virginis. cap.xxxv.
Quomodo gladius doloris pertranſiuit animam beate marie virginis, iuxta verbum Symeonis. cap.xxxvi.
Quomodo maria inuenit ieſum duodẽnem in templo: & de triplici interrogatione beate virginis. cap.xxxvij.
De beata virgine cum fuit in nuptijs: que ſignificant nuptias ſpiritualeſ inter deum & eccleſiam. cap.xxxviij.
De nuptijs penitentium. cap.xxxix
De nuptijs mundum deſerentium & ſe deo dedicantium: quomodo beata maria preſens eſt. cap.xl.
De dolore maximo virginis marie in filij ſui paſſione. cap.xli.
De aduentu ſpiritusſancti in mariam cum apoſtolis. cap.xlij
De aſſumptione beate virginis marie Sermo. cap.xliij
Alius ſermo de aſſumptione beate marie virginis. cap.xliiij

Titulus.xvi. De dono ſcientie.

Donum ſcientie quid eſt. & ad quid ſe extendat. Capitulum vnicum.

¶ Is quidẽ titulus hic ſuccinctus, in partib⁹ chronice diffuſus: tractat de geſtis illuſtrium et ſanctitate: vel ſcientia. vel martyrio. vel dignitatibus eccleſiaſticis & ſecularibus & pontificibus & regibus. vel in arte militie & bellorum in tribus voluminibus diſtinctis. quorũ primum continet geſta ad vtrunque ſtatum ab ipſius mundi exordio vſque ad tempora Silueſtri pape: & Conſtantini magni imperatoris. Secundum volumen continet geſta vtriuſque ſtatus a Silueſtro papa vſque ad Clementem tertium. & a Conſtantino vſque ad imperatorẽ Henricum ſextum. Tertium volumen continet magis modernorum geſta a tẽpore Henrici ſexti vſque ad tempora Federici imperatoris moderni. videlicet annum domini milleſimum quadrigenteſimum quinquageſimum octauum: que omnia aliquo modo pertinent ad ſcientiam. Hec ibidem intuere & hic mecum deo laudes pro fine huius ſumme depromere condigno. ſit itaque laus & gloria deo benedicto. Amen.

¶ Explicit tabula generalis.

Incipit quarta pars ſũ/ me maioris beati Antonini archipſulis flo/ rentini. In qua agitur de virtutib⁹ ⁊ gratia ac donis ſpiritusſancti.

¶ Titulus primus de virtutibus in generali.

¶ Capitulum primum de diffinitione vir/ tutum atq; earundem diuiſione.

Ser ſũt ꝯſiderã da ĩ dif finitio/ ne vir/ tutis.

Circa virtutẽ in generali conſideran/ da ſunt ſex.ſ. diffinitio diuiſio earum ⁊ nume/ rus cõnexio:duratio ac qſitio:⁊ opatio. ¶ Quã tum ad primum ſic dif/ finitur ab Auguſtino in ſecũdo libro de libero arbitrio. Virtus eſt bo/ na qualitas mentis qua recte viuit. qua nemo male vtitur quã deus in nobis ſine nobis ope raẗ. In qua diffinitiõe tanguntẽ quatuor bona. que ex virtute cauſantur. ¶ Primũ eſt hoĩs perfectio in eo ꝙ dicit virtus eſt bona qualitas mentis. perficit enim hoĩem q̃ſtum ad partem intellectiuaꝫ per prudentiam ⁊ alias. appetiti/ uam rõnalem per iuſtitiam ⁊ alias. appetitiuã ſenſualem per fortitudinem quoad iraſcibilẽ. per tẽperantiam quoad ꝯcupiſcibileꝫ. Faciũt eniꝫ potẽtias expeditas ad bñ operãdũ. ¶ Se cunduꝫ eſt opis directio. Vñ ſubdit. qua recte viuitur. Recte enim viuere in bñ operari con/ ſiſtit. Et per hanc clauſulã diſtinguit virtus ꝓ prie ⁊ ſtricte dicta. a ſciẽtia ⁊ intellectu ⁊ ſapiẽ/ tia. Licet enim ſint bone qualitates mẽtis. non tñ ſunt bone q̃litates voluntatis regulantes ip ſam voluntatem ⁊ dirigẽtes. ſed pficientes tm̃ intellectum. Unde põt bene ⁊ male viuere ha/ bens eas. ¶ Tertiuꝫ eſt criminis excluſio. Vñ ſubditur qua nemo male vtitur. Nullus enim poteſt male vti actu virtutis. eo ꝙ actus virtu/ tis vel a virtute pcedens nunquã põt eſſe ma/ lus. ſed ſemper eſt bonus. Põt tñ aliquis male vti virtute tanq̃ obiecto. puta cum mala ſentit de virtute. cum. ſ. odit eam vel ſuperbit de ea. Quod Iſidorus in lib. de ſummo bono prohi/ bet dicens. Cum qs ex deteriori iam melior eẽ ceperit caueat de exceptis extolli virtutib⁹. ne grauius per virtutes cõrruat. qui prius ex la/ pſu vitiorum iacebat. ¶ Quartum qꝫ cauſat a virtute eſt infuſio diuini numinis cum ꝯſen/ ſu volũtatis. Unde dicit. Quaꝫ deus in nobis operatur qꝫ intelligitur quoad virtutes infu/ ſas ſine nobis operãtibus pncipaliter. ſed non ſine nobis ꝯſentiẽtibus ſeu cooperãtib⁹. Ray/ nerius. Et in paruulis qdem cum infundãtur virtutes in baptiſmo quantum ad habituꝫ. vt dicitur ex de bap. Maiores. ſine ipſis conſenti entibus expreſſe quia conſentire non poſſunt non habentes vſum rationis. poſſunt dici con ſentire inquantum non diſſentiunt. Sed in ha bentibus vſum rationis. nunquam ſine ipſis cooperantibus ſeu aſſentientibus. Unde Hie rony. Liberi arbitrij nos condidit deus. nec ad virtutes nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas ibi nec corona. de peni ten. diſtinctiõe. ij. Si enim. Sunt virtutes om nes de quibus loquimur. quidam habitus. Habitus aũt eſt qualitas de difficili mobilis a ſubiecto. ⁊ facit hominem prompte ⁊ delecta/ biliter operari. Unde ſm philoſophum. Si/ gnum habitus generati eſt delectabiliter ope/ rari. vnde diffinitur habitus ꝙ ſcilicet eſt quo agimus cum volumus. Sicut autem habitus vitiorum faciunt hominem prompte operari malum. ita habitus virtutum bonuꝫ.

Virtus ſic diffi nitur.

quid ſit habit⁹

¶ De virtutibus .§.i.

Diuiſio virtutũ

Dantur diuerſe diuiſiones. ſm diuerſos reſpe/ ctus. Et vno modo poſſunt ſic diuidi videlicet ꝙ virtutes. Alie ſunt naturales. Alie acqſite. Alie infuſe. Que diuiſio virtutum attenditur penes cauſam earum. Alie enim inſunt ex di/ ſpoſitione naturali. Alie. ſ. acquiſite ex frequẽ/ tatione actuali ſeu operum aſſuetudine. Alie infuſe ex munere diuinali ſeu gratia. Et prime quidem non ſunt perfecte virtutes. ſed potius quedam ſemina ⁊ inchoationes virtutum. Et ſic intelligende ſunt auctoritates. que tales in/ clinationes naturales ⁊ aptitudines ad virtu/ tes: appellãt virtutes. vt illud Iob. xxxj. Ab in/ fantia mecum creuit miſeratio. ⁊ de vtero ma/ tris mee egreſſa eſt mecum. Miſeratio virtu/ tis eſt. Et glo. ſuper illud Math. iiij. Circum/ ibat Ieſus totaꝫ galileam. dicit. Docens natu/ rales iuſtitias. i. virtutes. ſ. caſtitatem. humili/ tatem. iuſtitiam. quas naturaliter homo habꝫ. Et illud Dama. in tertio lib. naturales ſunt no/ bis virtutes. ¶ Pro cuius maiori declaratio/ ne notandum ſm beatum Tho. prima. ij. que/ ſtione. lxiij. ar. j. ꝙ circa ſcientias ⁊ virtutes ali/ qui poſuerunt eas eſſe ab intrinſeco. ita ſcꝫ ꝙ omnes virtutes ⁊ ſcientie naturaliter preexi/ ſtunt in anima: ſed per diſciplinam ⁊ exercitiũ impedimenta ſcientie ⁊ virtutis tolluntur. que adueniunt anime ex corporis grauitate: ſicut ferrum clarificatur per limationeꝫ. Et hec fuit opinio platonicorum. ¶ Alij dixerunt ꝙ ſunt totaliter ab extrinſeco. i. ex influentia intelligẽ tie agentis vt ponit Auicenna. ¶ Alij dixerũt ꝙ ſꝫ aptitudinẽ. ſcientie ⁊ virtutes inſunt no/

bis a natura: non autē ſm perfectionem: vt dicit philoſophus. ij. Ethi. et hoc verius eſt. Ad cuius manifeſtationem oportet conſiderare ꝙ aliquid dicitur alicui naturale dupliciter. Uno modo ex natura ſpeciei. Alio modo ex natura indiuidui: Ex natura quidem ſpeciei dicitur homini naturale id quod conuenit ei ſm animam rationalem. Ex natura vero indiuidui dicitur naturale quod conuenit ei ſm corporis determinatam complexionem. Utroque autem modo virtus eſt homini naturalis ſecūdū quandam inchoationem. Secundum quidē naturam ſpeciei. ideſt inquantum in ratione hominis naturaliter inſunt quedam principia naturaliter cognita. tam ſcibilium ꝗ̄ agendorum que ſunt quedam ſeminalia virtutum intellectualium et moralium inquantum in voluntate hominis eſt quidam appetitus naturalis homini quod eſt ſm rationem. ſm vero naturam indiuidui inquantum ex corporis diſpoſitione: quidam ſunt diſpoſiti. aliqui melius: aliqui peius ad aliquas virtutes. Unus enim habet aptitudinem ad ſcientiam: alius ad fortitudinem: alius ad temperantiam. Sic ergo patet ꝙ virtutes inſunt nobis a natura ſm aptitudinem et inchoationem preter theologicas que ſunt totaliter ab extrinſeco. ſm vero perfectionem: nulle virtutes inſunt nobis a natura. Quod etiam poteſt probari ex hoc quia quod ineſt nobis a natura eſt commune omnibus hominibus nec per peccatum auffertur. ſed virtus non eſt in omnibus hominibus quia abycitur per peccatum. ergo etc.

Aliqd dr eſſe alicui dupl'r

Virtutes acqui- .§. ij.

ſite ſunt que ex actib⁹ bonis frequentatis cauſantur. Ex hoc enim ꝙ quis frequenter vtitur cibo moderate acquirit abſtinentiam. Ex hoc ꝙ ſtimulatur a concupiſcentia frequenter et reſiſtit abſtinens ab illicitis voluptatibus acquirit caſtitatem: et ſic de alijs. vt oſtendit philoſophus in ſecundo Ethico: Nec tamen per vnum actum bonum cauſatur virtus. ſic nec vna hyrundo facit ver. nec vna dies facit beatum vel felicem aut paruum tempus. vt dicit philoſophus primo. Ethico. Nec ignis poteſt ſtatim vincere ſuum combuſtibile. ita ꝙ ſubito totum lignum conuertatur in ignem. ſed paulatim remouendo diſpoſitiones contrarias. Sic non ex vno actu habetur habitus acquiſitus virtutis. ſed ex multis. Cum enim ſm Dionyſium. iiij. capitu. de diui. no. bonum ſit virtuoſius ꝗ̄ malum: et ex actibus vitioſis acquirit habitus vitij. ergo et magis virtus acquiritur ex actibus virtuoſis. Pro huius declaratione dicit beatus Thomas prima. ij. q. lxiij. articu. ij. ꝙ virtus hominis perficit ipſum ad bonum. Dicit enim philoſophus. ꝙ virtus eſt que bonum facit habentem et opus eius bonum reddit. Ratio autem boni conſiſtit in numero. pondere. et menſura. vt dicitur Sapien. xj. Oportet ergo ꝙ bonum hominis conſideretur ſm aliquam regulam que eſt mēſura rei. Regula autem hec poteſt eſſe duplex. ſcilicet ratio humana. et lex diuina. Et quia lex diuina eſt ſuperior regula. et ideo ad plura ſe extendit ꝗ̄ ratio humana ita ꝙ quicquid regulatur regula ſeu ratione humana. regulatur et diuina ſed non econtra. Uirtus ergo hominis ordinata ad bonum ſm ꝙ modificatur ſm regulam rationis humane poteſt ex actibus humanis cauſari. inquantum huiuſmodi actus procedunt a ratione ſub cuius poteſtate et regula tale bonum conſiſtit. Sed virtus ordinans hominem ad bonum ſm ꝙ modificatur per legem diuinam. et non per rationem humanā. non poteſt cauſari per actus humanos. quorum principium eſt ratio. ſed cauſatur ſolum per operationem diuinam: ſcilicet infuſionem gratie. Huiuſmodi autem virtutes acquiſite ex aſſuetudine operum ſine gratia. non ſufficiunt ad ſalutem. Unde beatus Auguſtin⁹. Ubi deeſt agnitio veritatis incommutabilis: ideſt dei per fidem. falſa eſt virtus etiam in optimis moribus. xxviij. q. pma. §. penultimo. Et his. Unde non ſunt perfecte ſimpliciter ita: ſcilicet ꝙ perficiunt hominem in ordine ad vltimum finem. ſed ſm quid. inquantū perficiunt quo ad felicitatem humanam ſeu ciuilem conuerſationem. Et de huiuſmodi virtutibus loquitur philoſophus in Ethi. et alij gentiles. Et de his intelligitur illud Hiero. Uirtutib⁹ romani promeruerūt iperiū. xxviij. q. i. §. Ex his. in fi. §.

De virtutib⁹ acquiſitis.

Virtus ſm philoſophum.

Virtutes infuſe .§. iij.

ſunt ille que cauſantur ex gratia dei. Et de huiuſmodi dicit beatus Auguſtinus diffiniens virtutem. ꝙ virtus eſt bona qualitas mentis qua recte viuitur. qua nemo male vtitur. ꝗ̄ deus in nobis ſine nobis operatur. Sunt autem iſte virtutes non ſolum. fides. ſpes. charitas. ſed etiam omnes alie. vt prudentia. iuſtitia. et huiuſmodi. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas vbi ſupra: ꝙ oportz effectus ſuis cauſis et principijs eſſe proportionatos. Omnes autem virtutes tam intellectuales ꝗ̄ morales que ex noſtris actibus acquiruntur procedunt ex quibuſdam principijs naturalibus in nobis preexiſtentibus. loco quorum naturalium principiorum conferuntur nobis a deo virtutes theologice quibus ordinamur ad finem ſupernaturalem. Unde oportet ꝙ his

Virtus ſm Auguſti.

etiam virtutibus theologicis proportionabiliter alij habitus correſpondeant diuinitꝰ infuſi ſeu cauſati in nobis qui ſic ſe habent ad virtutes theologicas. ſicut ſe habent virtutes morales ⁊ intellectuales ad principia naturalia virtutum. Et per v̓tutes quidem theologicas perficitur anima inquantum ſufficienter per eas ordinatur in deum immediate. Per alias virtutes infuſas: ſcilicet morales ⁊ intellectuales: vt prudentiam ⁊ iuſtitiam. fortitudinē ⁊ temperantiam cū partibus ſuis. perficitur anima circa alias res: in ordine tamen ad deum. Et ſic non ſunt ſuperflue. ⁊ huiuſmodi ſunt perfecte virtutes ſimpliciter: ⁊ neceſſarie ad ſalutē. ⁊ de his intelligitur illud Ambro. in examerō. Illa anima a deo pingitur que habet in ſe virtutum gratiam remittentē ſplendoremq; pietatis. Illa anima bene picta eſt in qua relucet diuine operationis effigies. Illa anima bene picta eſt in qua ſplendor glorie. ⁊ paterne imago ſubſtantie. i. chriſti per gratiam virtutum. de peniten. diſtinctione. ij. Illa. Item Grego. ſuper Ezech. ait. In ſanctorum quippe cordibus ſpirituſſanctus iuxta quaſdam virtutes: ſcilicet dum perſeuerant in gratia ſemper manet. Iuxta quaſdam receſſurus venit ⁊ venturus recedit. In fide enim ſpe. atq; charitate. et in bonis alijs ſine quibus non poteſt ad celeſtem patriam perueniri. Sicut enim humilitas. caſtitas iuſtitia. atq; miſericordia. perfectorū corda non deſerit. In prophetia vero virtute. doctrine. facundia. miraculorum exhibitione electis aliquando adeſt. aliquādo ſe ſubtrahit de peniten. diſtinctione. ij. Poteſt. Quoad primas virtutes dicitur ſpiritus ſtabilis. Quoad ſecundas dicitur mobilis in lib. Sapien. Et dicuntur gratie gratis date huiuſmodi virtutes largo mō. Qui vero moraliter viuit: ⁊ eſt in gratia dei. habꝫ vtraſq; infuſas ⁊ acquiſitas. Et nota ꝙ quidam dixerunt idem eſſe realiter ſm eſſentiam: gratiam ⁊ virtutem infuſam. ſed differre ratione quia gratia dicitur inquantum gratis datur a deo. ⁊ facit hominem deo gratum ⁊ opera eius. Sed virtus dicitur inquantum inducit hominem ad bene operandum. Et hoc videtur ſenſiſſe magiſter ſententia. in. ij. diſtinctio xvj. Sed beatus Thomas prima. ij. q. cx. articu. iij. in corpore. q. Et probat ꝙ differunt realiter ⁊ ſm eſſentiam. Et gratia quidē eſt accidens. exiſtens in eſſentia anime ſicut in ſubiecto. Uirtutes vero in potentijs anime ſicut in ſubiecto. Et ſicut radij procedunt a ſole. ita virtutes a gratia. Et de gratia quidem alibi tractabitur hic de virtutibus. Et nota ſꝫ beatū Tho. vbi ſupra. q. lxiij. articu. iiij. ꝙ virtutes infuſe differūt eſſentialiter ſeu ſpecie a virtutibus acquiſitis ⁊ moralibus ⁊ intellectualibus. Nam alterius rationis formalis eſt modus impoſitus in actu ipſarum virtutum circa materias ſuas. per regulam rationis humane. ⁊ alterius modus impoſitus ſm legem diuinam. puta in ſumptione ciborum. modus ſtatuitur ratione humana. ne noceat valitudini corporis. nec impediat rationis actum. Secundum autem regulam legis diuine requiritur ꝙ homo caſtiget corpus ſuum ⁊ in ſeruitutem redigat per abſtinentiam cibi. Item per virtutes morales infuſas regulantur homines vt bene ſe habeant in ordine ad hoc ꝙ ſint ciues ſanctorum ⁊ domeſtici dei. Per virtutes autem acquiſitas. vt bene ſe habeant in ordine ad res humanas. et ſic ad alium finem ſunt ordinate ꝗ̄ ille. Poteſt autem aſſignari triplex differentia in vtriſq;. ſeu ꝙ differunt in tribus. primo in cauſalitate. in corruptibilitate. ⁊ in vtilitate. In cauſalitate quidem. quia infuſe cauſantur a deo non ex actu humano. acquiſite autem ex actibus humanis. Et quia deus operatur in inſtanti. homo autem paulatim. Ideo virtutes acquiſite tempus. ⁊ non paruum requirunt: in infuſe inſtanti: per gratiam iuſtificati obtinentur. Unde Ambroſius. Cum renunciatur improbitati. ſtatim aſſiſtit virtus. Egreſſus enim malitie virtutis operatur ingreſſum eodemq; aditu quo vitium excluditur innocētia copulatur in decretis. xxiij. queſtione prima. Secundo virtutes differunt in corruptibilitate. Nam virtus acquiſita non corrumpitur quoad habitum per vnum actū contrarium. puta caſtitas acquiſita per vnicum actum fornicarium. Non enim directe actus contrariatur habitui. ſed habitus actui. Sicut autem habitus virtutis: vt dictum eſt ex pluribus actibus bonis. non vno acquiritur. ita ⁊ habitus vitij. Sed habitus virtutis infuſe corrumpitur per vnicum actum peccati mortalis. immo omnes virtutes infuſe ſimul deficiunt per mortale. hec ideo eſt. Quia quodlibet mortale directe contrariatur gratie ⁊ tollit gratiam que cauſa eſt huiuſmodi virtutum. Remota autem cauſa: remouetur effectus. vnde Auguſtinus. Omnis virtus patit detrimentum ab vno vitio. Et ſic exponitur illud Iacobi. ij. Offendens in vno. factus eſt omnium reus. ſcilicet virtutū. de penitentia. diſtinctio. v. c. Conſideret. Tertio differunt in vtilitate. quia actus virtutis infuſe eſt meritorius vite eterne. Non autem actus virtutis acquiſite ſine gratia comite. Unde Gratia. dicit xxvij. q. prima. §. penultimo. ꝙ tales virtutes ſcilicet acquiſite non ſunt vere. quia carent fructu ſalutis eterne.

Uirtutes infuſe differūt eſſentialiter.

¶ Diuiſio virtu- §. iiij.

tum alia datur de virtutibus ſm ꝙ hūt hominem perficere. vȝ ꝙ virtutum. Alie ſunt intellectuales. Alie morales. Alie theologice. De primo & ſcđo genere virtutū tractāt phi gentiles.

Phus ponit duplicē virtutē

Unde & phs in. ij. ethi. dicit duplicez eſſe virtutem. Hanc qdem intellectualem. illā vero moralem vocat. Theologicas aūt non poſuerunt nec de eis cognitionem habuerunt. Sed ſoluȝ fideles ꝑ infuſionem habent. illi qui habēt. Et ſimilr̄ de donis ſpūſſancti non habuerunt noticiam gentiles.

Quinqȝ ſunt vtutes intellectuales

¶ Intellectuales virtutes ſunt quinqȝ ſm phm in lib. ethic. ſ. ſapientia. intellectꝰ. ſcia. ars & prudentia. Et dicuntur intellectuales. quia ſunt in intellectu vt in ſubiecto & perficiunt ipm. Et prime tres ſunt in intellectu ſpeculatiuo. alie due in intellectu practico. Prudentia tñ. & ſi ſit intellectualis qꝫtum ad eſſentiam. Et inter eas connumeretur. Tamen qꝫtum ad materiam eſt etiam moralis. Et ſciendum ꝙ qͣtuor ex his. ſapientia. ſcia. intellectꝰ: & ars. non proprie & ſtricte ſunt virtutes nec cōſueuerunt nominari virtutes. Sed aliqñ diſtinguuntur ex oppoſito: vt in. iiij. topi. put. ſ. virtus perfecta ſumitur. Pro cuius declaratione dicit. b. tho. j. ij. q. l. vij. ar. j. Quod aliquis habitus dr̄ virtus dupliciter.

Habitꝰ dicitur virtus dupliciter.

Uno modo. quia facit facultatem bñ operandi. i. faciendi id quod in ſe bonum eſt. Alio modo. quia cum facultate facit & vſum bonuȝ. i. congrue ordinare ipm opus ad debitum finem. Primo igitur modo habitus intellectuales dicūtur virtutes: quia faciunt facultatem bone operationis. que eſt conſideratio veri. Hoc enim eſt bonum opus intellectus. ſed non dicuntur habitus intellectuales virtutes. Secundo modo quaſi facientes bene vti habitu vel potentia. Ex hoc enim ꝙ aliquis habet habitum ſcientie ſpeculatiue non inclinatur ad bene vtendum. ſed ſit potēs ſpeculari verum de his quorum habet ſcientiam. Sed quod vtatur ſcientia habita. hoc eſt voluntatem mouente. & ideo virtus que perficit voluntate. vt charitas vel iuſtitia. facit bene vti ſpeculatiuis hītibus. & ſm hoc in actibus eorum poteſt eſſe meritum. ſolum ergo morales cum prudentia dicuntur virtutes perfecte. Unde de hoc phs. ij. ethi. dicit ꝙ virtus eſt habitus electiuus. ſ. electionem faciens imediate conſiſtens ſm determinationem rationis.

Differunt ſapientia ſcientia & intellectus.

¶ Differunt autem §. v.

ſapientia. ſcientia. & intellectus. inqꝫtum ſunt virtutes habitꝰ & inqꝫtum dona ſpūſſancti. qꝛ inqꝫtum virtutes acquiruntur per exercitiuȝ. & perficiunt hominem in ordine ad felicitatez humanam. Sed in quantum dona. infunduntur a deo & perficiunt hoiem in ordine ad felicitatem ſupernam. ad prompte ſequēdum motus ſpiritusſancti quas facit in aīa. Hec quinqȝ virtutes intellectuales poſſunt figurari ꝑ qnqȝ virgines ſapientes. & qnqȝ fatuas. De qbus habetur parabola Mathei. xxv. Uirgines omnes ſunt. quia in ſe habent integritatem veritatis. Sed quinqȝ ſapientes accipientes oleuȝ cum lampadibus ſunt ipſe prout debite habētur & exercentur cum oleo ſcȝ charitatis in vaſe cordis & lampade clare fame. Quinqȝ fatue ſunt cum habentur ſine oleo charitatis & boni exempli. & his clauditur ianua paradiſi. alijs aperitur. Et ſapiētia qdem eſt de diuinis. non qdē inquantum habentur diuina reuelatione: hoc enim ptinet ad fidem. Sed inquantum habentur rōne humana. Conſiderat aūt ſapientia altiſſimas cauſas. vt dr̄ in. j. metha. Un̄ conuenienter iudicat & ordinat de oibus. Quia eniȝ iudicium pfectum & vniuerſale haberi non pōt. niſi per reſolutionem ad primas cauſas. Et iō non ſolum de concluſionibus iudicat de qbus dictum eſt ſcientia. ſed & de principijs quoruȝ eſt intellectus. Unde qꝛ conſiderat ſapientia altiſſimam cauſam. que eſt deus. & per cām iudicatur de effectu. & per cām ſuperiorem de cauſis ſuperioribus. Ideo ſapientia habet iudiciū de omnibus alijs virtutibus intellectualibus. & preeminet de ipſis. Et quamuis de deo in pſenti non poſſit hr̄i certa cognitio quoad multa. Sicut babetur de alijs rebūs. Tamen ſimilis cognitio imperfecta ſui nobilitate. preeminet cognitioni etiam perfecte aliarum rerum. Unde phs dicit in. ij. de celo & mundo. ꝙ magnum eſt de rebus celeſtibus poſſe aliquid cognoſcere. vel de rebūs nobilioribus debili ratione. Et in libro de animalibus dicit. ꝙ amabile eſt magis paruum aliquid cognoſcere de rebus nobilioribus. qꝫ multa cognoſcere de rebus ignobilioribus. ¶ Scientia eſt habitꝰ cōcluſionum per demonſtrationem acquiſitus. & eſt circa creaturas. Et habet multas ſpecies ſm qꝫ diuerſe ſunt ſcientie. ſm diuerſas materias. Et ex his alique dicuntur artes liberales. ſ. triuiū vt grāmatica. logica. rethorica. Et quadruuiū. vt arithmetrica. que eſt de nūeris. muſica que eſt de ſonis. geometria. que eſt de menſuris aſtronomia. que eſt de aſtris ſeu motibus & influentijs corporum celeſtium. Et artes quidem dicuntur ſm bea. Tho. vbi ſupra qꝛ habent quādam ſimilitudinem cum arte. Ad artem enim pertinet opus. quia ad illud ordinatur. Et quia in ſpeculabilibus eſt aliquid per modū cuiuſdam operis. puta conſtructio. ſyllogiſmi. aut orationis congrue. Aut opus numerandi vel

Quid ſit ſcia.

menſurandi.ideo dicunt artes non tamen pro
prie ⁊ ſtricte.Artes autem dicuntur non ſimpli
citer.ſed liberales.ad differentiam illarum arti
um que oꝛdinatur ad opera per coꝛpus exer/
citata que ſunt quodammodo ſeruilia.inquantum
coꝛpus ſeruiliter ſubdunt anime.⁊ homo ſm
animam eſt liber.Alie artes dicuntur mecha/
nice.quia intellectus quodãmodo mechatur
in eis.⁊ adulterat recedens a conſideratione
veritatis q̃ eſt ſponſa eius.Alie vero ſcientie q̃
ad nullum huiuſmodi opus determinant.ſim
pliciter ſcientie dicunt.vt phia naturalis.Et
quamuis ſciẽtia ſit virtus dicit tñ Augu.ꝙ ſunt q̃
dã que melius eſt neſcire q̃ȝ ſcire.diſt.xxxviii.
Quãuis.Et hoc ꝓpter abuſũ.Et Amb.dic.ꝙ
aſtronomia ⁊ aſtrologia ⁊ alia huiuſmodi de
ſpecta ſunt.⁊ q his ſtudẽt.curã anime nõ hñt.
diſt.xxxvij.Legimus.Et Hiero.ait.Geome//
tria ⁊ arithmetrica ⁊ muſica hñt in ſua ſcientia
veritatẽ.Sȝ nõ ẽ illi ſcia ſcia pietatis.diſt.xxxvij.

Quid ſit intellectus.

Si qs artem nouerit.Intellectus eſt habitus
ꝓncipioꝛũ que ꝑ ſe nota habentur.⁊ ſtatim ab
intellectu ꝑcipiuntur.vt ꝙ omne totuȝ eſt ma
ius ſua pte ⁊ huiuſmodi.Et non ſolum per in
tellectum congnoſcuntur ꝓncipia naturaliter
nota in ſpeculatiuis.ſed etiã in operatiuis.vt
ꝙ malum eſt fugiendum ꝙ nemini eſt fienda
iniuria.⁊ huiuſmodi.Et ſine intellectu huiuſ
modi ꝓncipioꝛum.que pertinent ad vitaȝ mo
ralem.non poſſent haberi alie virtutes.¶ Opi
nio autẽ ⁊ ſuſpitio non opponuntur virtutes.
quamuis ſint intellectuales habitus.ex eo ſm.b.
thom.vbi.ſ.quia habitus virtutis determina
te ſe hñt ad bonum.⁊ nullo modo ad malum.
Bonum autem intellectus eſt verum.malum
eius eſt falſum.Unde illi ſoli habitus intelle//
ctuales dicuntur virtutes.quibus ſemꝑ verũ
⁊ nunq̃ȝ falſum ineſt.Opinio auteȝ poteſt eſſe
veri ⁊ falſi.ẽ enĩ opinio vehemens inheſio intel
lectus alicui concluſioni.cuȝ foꝛmidine tamen
de oppoſito.Suſpitio autem eſt leuis inheſio
cũ foꝛmidine de oppoſito.Ars etiam ſm phm
in vi.ethi.ponitur virtus.nõ tamen pꝛopꝛie ⁊
perfecte.Quia ſm.b.tho.q.lvij.art i.iij.cum
ars nihil aliud ſit q̃ȝ recta ratio aliquoꝛum ope
rum faciendoꝛum:quoꝛum tamen bonuȝ non
conſiſtit in hoc.ꝙ appetitus humanus aliquo
modo ſe habeat ad eas.ſed in eo ꝙ ipm opus
quod facit in ſe bonum eſt.Non eniȝ pertinet
ad laudem artificis.inq̃ȝtum artifex.qua volũ
tati opus faciat.ſed quale eſt opus quod facit.
Et in hoc conuenit cum habitibus ſpeculati//
uis predictis aliqualiter.quia ſcilicet pertinet
ad ipſos qualiter ſe res habeant quas conſide
rant vel quas faciunt quoad artem:non auteȝ
qualiter ſe habeat humanus appetitꝰ ad illas

Sunt autem artes multiplices.¶ Pꝛudentia
ſm beatuȝ Tho.vbi ſupꝛa conuenit in hoc cuȝ
arte.quia eſt in intellectu pꝛactico:⁊ circa con/
tingentia que poſſunt aliter ſe habere.Sed dif
fert in hoc.quia ars imperfecte habet rationeȝ
virtutis.quia facit ſolum facultatem boni ope
ris non autem vſum.Unde per eaȝ non fit ap/
petitus rectus.Bonum enim rerum artificia/
lium non eſt bonuȝ appetitus humani.ſed bo
num ipſoꝛum operum artificialiter. Sed pru,
dentia habet perfecte rationem virtutis. quia
facit cuȝ facultate boni operis eſſe bonũ vſuȝ.
⁊ reſpicit appetitum pꝛeſupponens rectitudi/
nem eius.Diffinitur autem pꝛudentia ſm phi
loſophum ſic.Pꝛudentia eſt recta ratio agibi/
lium.Ars vero eſt ratio factibilium.Differunt
autem agere ⁊ facere in hoc ſm philoſophuȝ.
ix.metha.quia factio eſt actio tranſiens in ma
teriam exterioꝛem.ſicut ſecare ⁊ huiuſmodi.

Quid ſit pꝛudentia. Quid ars.

Agere autem eſt actus permanens in ipſo agẽ
te.ſicut videre:velle ⁊ huiuſmodi.Eſt autem
pꝛudentia neceſſaria ad bene viuendum. Nã
bene viuere conſiſtit in bene operari.Ad bene
autem operanduȝ requiritur electio recta.Cũ
autem electio ſit eoꝛum que ſunt ad finem ad
rectitudinem ipſius duo requiruntur : ſcilicet
debitus finis ⁊ id qđ ꝯuenienter oꝛdinatur in
debitum finem.Ad debitum finem eligenduȝ
diſponitur conuenienter quis per virtutes mo
rales.que perficiunt appetitiuam potentiam.
cuius obiectum eſt bonum ⁊ finis . Inclinant
enim moꝛales appetitiuam in bonum conue//
niens rationi qui eſt debitus finis.Ad id auteȝ
quod conuenienter oꝛdinatur in debitum finẽ
diſponitur homo per habitum rationis . quia
conſiliari.iudicare.percipere.que ſunt eoꝛum
que ſunt ad finem:ſunt actus rationis. Et ha//
bitus etiam hoꝛum actuum eſt pꝛudentia qua
perficitur ratio ad hoc ꝙ conuenienter ſe ha//
bet ad ea que ſunt ad finem.Unde maxime ne
ceſſaria virtutum ſm beatum Thomaȝ. vbi ſu
pꝛa.queſtione.lvij.articu.quinto.

¶ Secundum ge/ .§.vi.

nus virtutũ dicit moꝛale.vt pꝛudẽtia. iuſtitia.
foꝛtitudo.temperantia.Dicuntur auteȝ he vir
tutes:⁊ moꝛales ⁊ pꝛicipales ⁊ cardinales. Et
moꝛales dicuntur ſeu de moꝛibus ſm philoſo
phum pꝛimo Ethi.ſm ꝙ mos importat quan
dam inclinationem naturalem:vel quaſi natu
ralem ad aliquid agendum.Pro cuius decla/
ratione ſciendum ſm beatum Thomã. pꝛima
ſecũde.q.lviij.arti.pꝛimo ꝙ mos duo ſignifi//
cat.Quandoq̧ ſignificat conſuetudineȝ: ſicut
dicitur Act.xv.Niſi circuncidamini ſm moꝛẽ
moyſi.non poteritis ſalui fieri. Ad quod etiaȝ

Mos duo ſi/gniſi//cat.

ſacit quod dicit Auguſtinus.xj. diſtinctio. In
his. Mos populi dei.⁊ inſtituta maiorū pro
lege tenenda ſunt. Quandoqꝫ mos ſignificat
inclinationem naturalem vel quaſi naturalem
ad aliquid agendum. Unde ⁊ brutorū anima/
lium dicuntur aliqui mores. Unde dicit̃.ij.
Mach.xj. Leonum more irruentes in hoſtes
proſtrauerunt eos. Et ſic accipitur in pŝ.lxvij.
Qui habitare facit vnius moris in domo. Et
huic ſignificationi morali propinqua eſt alia ſi
gnificatio qua mos ſignificat conſuetudinem.
Nam conſuetudo conuertitur in naturam: et
facit inclinationem ſimilem naturali. Sicut au
tem conſuetudo.ita ⁊ mos ꝓprie eſt de his que
ſunt bona non mala ad quod facit. quod dicit̃
diſtinctione.viij. Que contra mores. Ab hac
autem ſecunda ſignificatione.moris dicit̃ vir/
tus moralis.quia inclinatio ad actum proprie
cōpetit appetitiui virtuti. Cui eſt mouere om/
nes potentias ad agendum. Uirtus autē mo/
ralis eſt in appetitiua parte ⁊ perficit eā. ¶ Di
cuntur ſecundo predicte virtutes principales.
reſpectu minus principalium. Et hoc ſm bea/
tū Thom.q.lxj. arti.j. vbi ſupra. Uel reſpectu
virtutum intellectualium. que ſolum faciūt bo
ni operis facultatem. ſed non vſuꝫ vt morales.
Et ideo dicuntur imperfecte virtutes. Perfe//
ctum autem eſt principalius imperfecto. ſicut
morales principaliores. Et ſi non quantum ad
ſubiectum in intellectualibus. Tamen quan/
tum ad rationeꝫ virtutis que reſpicit bonum
quod eſt obiectum appetitus. Dicuntur etiam
principales predicte virtutes reſpectu virtutū
eius annexarū que ſunt minus principales.
Omnes enim virtutes reducuntur ad predi/
ctas q̃tuor. vt oſtēdit Tullius in rethorica ſua.
Nam prudentie annectuntur tres virtutes ſꝫ
phm in.vj. Ethi. Prima ſcilicꝫ eubulia que eſt
bene conſiliatiua. inquirēdo de varijs modis
⁊ vijs quibus poteſt perueniri ad debitum fi/
nem. Secunda ſineſis que eſt iudicatiua: ſcili/
cet determinando extra diuerſis vijs ⁊ modis
que menti occurrunt illud quod ſit conuenien
tius ad perueniendum ad finem debitum ſm
communes regulas ⁊ leges. Tertia gnomin.
que ſumit iudicium de agendis ſm rationem
naturaleꝫ. in his in quibus deficit lex. Propri
us autem actus ⁊ principalis prudentie. eſt im
perare vt executioni mandetur. quod conſultū
⁊ iudicatum eſt. Dicitur autem prudentia con
ſultiua et iudicatiua: ſed hos duos actus non
facit immediate ſed mediantibus predictis.ſ.
eubulia ſineſi ⁊ gnomin. Iuſtitie autem anne/
ctuntur. religio. pietas. obſeruantia. obedien/
tia. liberalitas. gratia ſeu gratitudo. Uindica/
tio ſub qua comprehenditur penitētia inquā/
tum virtus. veritas. affabilitas ſeu amicitia. et
epicheya ſeu equitas. Fortitudini annectūtur
magnanimitas. magnificentia. patientia ⁊ per
ſeuerantia. Temperantie annectuntur continē
tia. manſuetudo. clementia. modeſtia. ſtudioſi
tas eutropelia ſeu vrbanitas. ⁊ humilitas. ⁊ de
his patebit infra. ¶ Dicunt̃ tertio v̄tutes cardi
nales. Uñ Ambro. ſuper lucam. Scimus vir/
tutes eſſe quatuor: cardinales temperantiam.
iuſtitiam. prudentiam. ⁊ fortitudineꝫ. ¶ Pro
pterea autē dicuntur cardinales. vt dicitur in
catholicon. ad ſimilitudinem cardinis in quo
motus oſtij firmatur. Cardo autem ſm eun//
dem eſt vna pars oſtij: ſcilicet cuneus qui in
foramine vertitur. vnde ⁊ cardo dicitur aliquā
do ipſum foramen. Et dicitur cardo a cardian.
quod eſt cor. quia ſicut cor hominem regit et
mouet. ita ille cuneus ianuam regit ⁊ mouet.
Hinc ⁊ aſſiſtentes pape precipue dicuntur car/
dinales: quia per eos mundus debet regi. gu
bernari ⁊ moueri. ſicut oſtium per cardinem.
Hec ibi. Unde Prouerbiorꝫ.xvj. Sicut oſtium
vertitur in cardine. ita piger in lecto ſuo. Di/
cuntur ergo cardinales he virtutes. q: per eas
vertitur cor humanum ſm rationem. vt clau
datur vitijs ⁊ aperiatur bonis operibꝰ. De his
dicitur Sapien.viij. Sobrietatem.i. temperan
tiam ⁊ prudentiam docet ⁊ iuſtitiam ⁊ virtutē
ideſt fortitudinem. quibus nil in vita vtilius
eſt hominibus. Et figurantur per velū ex qua/
tuor coloribus intextum. quod erat ante taber
naculum vt ponit magiſter in.iij. ſententia/
rum. Figurantur etiam per quatuor angulos
domus Job.j. que eſt conſcientia ſꝫ Grego. in
moralibus. Significantur etiam per quatuor
animalia que vidit Ezech.j.c. Aquila enim ſi/
gnificat prudentiam. Homo iuſtitiam. Leo for
titudinem. Uitulus temperantiam ſm Greg.
ſuper Ezech. ⁊ prudentia quidem dicitur cuꝫ
alijs tribus cardinalis ⁊ principalis eas excel/
lens: non tamen conſueuit dici moralis.

Quatuor ſunt virtu//tes cardi.

¶ De dictis vir/ .§.viij.

De virtutibꝰ cardi.

tutibus cardinalibus ſm Tho. prima ſecunde
q.lxj.ar.iiij. eſt duplex opinio. Quidam enim
dicunt eſſe quaſdam cōditiones generales hu
mani animi. que inueniuntur in omnibus vir
tutibus ita: ſcilicet ꝙ prudentia nil aliud ſit q̃
quedam rectitudo diſcretionis in quibuſcun/
qꝫ actibus vel materijs. Iuſtitia ſit quedam di
ſpoſitio animi per quaꝫ homo operatur quod
debet in quacunqꝫ materia. Temperātia vero
ſit quedam diſpoſitio animi. que modum qui/
buſcunqꝫ paſſionibus vel operationibus im/
ponit. Fortitudo autē ſit diſpoſitio animi per
quam firmatur in eo ꝙ eſt ſm rationem cōtra

quoſcunqꝫ impetus paſſionum vel laboꝛum. Hec quatuoꝛ ſic diſtincta non impoꝛtant diuerſitatem habituum virtuoſoꝛum. quantum ad iuſtitiam foꝛtitudinem ⁊ temperantiam. Cuilibet enim virtuti moꝛali. ex hoc ꝙ eſt habitus conuenit ei firmitas quedam ne a contrario remoueatur. quod ſm predicta pertinet ad foꝛtitudinem. Et ex hoc ꝙ eſt virtus. habet ꝙ oꝛdinetur ad bonum. in quo impoꝛtatur ratio recti vel debiti quod pertinet ad iuſtitiam. Et ex hoc ꝙ moꝛalis eſt. habet ꝙ modum rationis obſeruet in omnibus. ⁊ vltra non ſe extendat quod pertinet ad temperantiaꝫ. Soluꝫ autem hoc quod eſt habere diſcretioneꝫ. quod dicebatur pertinere ad prudentiaꝫ. videtur diſtingui ab alijs tribus. inquantuꝫ hoc eſt ipſius rationis per eſſentiam. alia tria impoꝛtant quandaꝫ participationem rationis. Alij vero ⁊ melius. accipiunt has quatuoꝛ virtutes ſm ꝙ determinātur ad materias ſpeciales. Unaqueqꝫ quidem illarū ad vnam materiaꝫ in qua principaliter laudatur illa generalis cōditio. a qua nomen virtutis accipit. Et ſm hoc manifeſtuꝫ eſt ꝙ predicte virtutes ſunt diuerſi habitꝰ. ſm diuerſitatē obiectoꝝ diſtincti. Quod ergo dicit Grego. in. xxij. moꝛaliū. ꝙ prudentia vera non eſt que iuſta foꝛtis ⁊ temperans non eſt. poteſt intelligi ſm primam opinionē dictam. Uel ꝙ iſte virtutes denominantur adinuicem per redundantiam quandam. qꝛ a prudentia alie dirigūtur. Et qui eſt foꝛtis in periculis moꝛtis: ē habilioꝛ ad refrenandū delectabiliū ꝯcupiſcentiam. ⁊ ſic de alijs. ¶ De dictis aūt virtutibus moꝛalibus ſciendū ꝙ nō ſunt paſſiones. quod patet ex eo. qꝛ paſſiones ſꝫ ſe conſiderate ſe habent ad bonū ⁊ ad malum. ſm ꝙ poſſunt conuenire rationi vel non conuenire. Nihil auteꝫ tale poteſt conuenire virtuti cū ſemper ſe habeat ad bonū. Dicitur autē virtus moꝛalis medium inter paſſiones non ſm eſſentiā. qꝛ tunc eſſet eiuſdem generis cū extremis. ſed dicit medium quātū ad effectū. qꝛ ſcilꝫ inter paſſiones cōſtituit mediū. Sed ad actū virtutū poteſt cōcurrere paſſio. ſic contrario ad actū vitioꝛum. Paſſio enim triſtitie reperit in actu inuidie. ſꝫ ꝙ contrariat talis paſſio rōni. ⁊ in miſericoꝛdia. ſm ꝙ cōuenit rōni. Sunt aūt virtutes moꝛales vel circa actus interioꝛes rōnis dirigendos. vt prudētia. Uel circa actꝰ exterioꝛes ad alterū. vt iuſtitia. Uel circa paſſiones iraſcibiles. que ſunt ſpes ⁊ deſperatio. audacia ⁊ timoꝛ. ira ⁊ foꝛtitudo. Aut cōcupiſcibilis q̄ ſunt amoꝛ ⁊ odiū. deſideriū ⁊ abominatio. gaudiū ⁊ triſtitia. Et de iſtis paſſionibꝰ ſupͣ in prima parte. de tēperantia. ¶ Sed notandū ꝙ paſſiones animi dicātur inoꝛdinate affectiōes. ita ꝙ per deliberationeꝫ rationis eis aſſentiatur. ſic non poſſunt eſſe in animo ſapientis. ideſt virtuoſi. vt dicebant ſtoici. Sed ſi paſſiones dicantur quicunqꝫ motus appetitus ſenſitiui. qui preueniunt iudicium rationis. ſed oꝛdinantur ab ea. ita ꝙ non eis aſſentiunt. ſic poſſunt eſſe in animo ſapientis ⁊ quantumcunqꝫ virtuoſi. vt dicebant peripatetici: quoꝛum ſectam inſtituit Ariſtoteles. Et vt Auguſtinus in. ix. de ciuitate dei. capitulo. quarto. dicit. iſta diſcoꝛdia inter ſtoicos ⁊ peripateticos magis erat ſꝫ verba q̄ꝫ ſm rerum ſententias. Propꝛioꝛ tñ erat locutio peripateticoꝝ. ſ. ꝙ paſſiones caderēt in aīo ſapientis. ſed regulate erāt a rōne. ¶ Et v̄tutes quidem moꝛales que ſunt circa paſſiōes. vt foꝛtitudo ⁊ temperantia. in vſu ſuo ſeu actu. non poſſunt eſſe abſqꝫ paſſione. Huius ratio eſt. qꝛ ſꝫ hoc ſequeretur ꝙ virtus moꝛalis faceret appetitum ſenſitiuum omnino ocioſum. Sed nō pertinet ad virtutem. ꝙ ea que ſunt ſubdita rationi a propꝛijs actibus vacent. ſed ꝙ exequantur imperium rationis propꝛios actus agendo. Unde ſicut virtus membra coꝛpoꝛis oꝛdinat ad actus exterioꝛes debitos. ita appetituꝫ ſenſitiuū ad motus propꝛios oꝛdinatos. Motus appetitus ſenſitiui ſunt paſſiones. que ſūt materia dictarum virtutum. ſed virtutes que non ſunt circa paſſiones. ſed circa operationes poſſunt eſſe ſine paſſiōe. vt iuſtitia qui per eas applicatur voluntas ad propꝛium actum que non eſt paſſio. ſequitur tamen ad actum iuſtitie gaudium. non ſm ꝙ paſſio eſt. ſed affectus in voluntate. Et ſi hoc gaudium multiplicetur per iuſtitie perfectionem. fiet redundantia vſqꝫ ad appetitum ſenſitiuum. ¶ Triſtitia autē cum ſit paſſio. ex dictis patet ꝙ poteſt eſſe cum virtute ⁊ in virtuoſo. Et quod dicitur de ſapiētia que docet iſtas virtutes. vt habetur Sapien. viij. ꝙ non habet amaritudinem conuerſatio illius neqꝫ tedium conuictus illiꝰ ſꝫ letitiam ⁊ gaudium. Intelligitur ſm beatum Thomam. vbi ſupra ꝙ non triſtatur de ſapientia ⁊ de his que congruunt ei: ſcilicet actibus bonis. ſed triſtatur vtiqꝫ de his que ſunt impedimenta ſapientie. ⁊ hec eſt bona triſtitia. ¶ Triſtari enim poteſt ſapiens de nocumentis coꝛpoꝛis. ſed moderate. ⁊ de peccatis que habet. quia in multis offendimus omnes. Jacob. iij. Et de peccatis preteritis. ⁊ de peccatis proximoꝛum. et hoc laudabiliter. Inter has auteꝫ virtutes moꝛales excellit iuſtitia. Unde Gregorius. xij. queſtione ſecunda. capitulo. Cum deuotiſſimam. dicit ſummum bonum eſt in rebus humanis iuſtitiam colere. ⁊ ſua vnicuiqꝫ iura ſeruare.

ꝙ v̄tutes moꝛales ñ ſūt paſſiones.

ꝙ v̄tutes moꝛales q̄ ſunt circa paſſiones nō pñt eē abſqꝫ paſſiōe ratio ponitur.

An paſſiones poſſunt eſſe in aīo ſapientis.

¶ Diuiduntur .§.viij.

Alia diuiſio ʋ̄tutũ cardinaliũ ſm diuerſos effectus ſm macrobiũ.

autem ſupradicte virtutes cardinales in quatuor differentias ſcilicet exemplares. purgati animi. purgatorias ⁊ politicas. ſm plotinum philoſophum. vt recitat Macrobius de ſomno Scipionis. Que diuiſio diuerſos effect⁹ notat earum ⁊ diuerſos ſtatus habẽtiũ eas. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. j. ij. q. lx. ar. v. ꝙ ſicut Augu. dicit in libro de moribus eccleſie. Oportet ꝙ anima aliquid ſeq̃tur ad hoc ꝙ ei virtus poſſit innaſci. ⁊ hoc eſt deus. quez ſi ſequimur bene viuimus. ¶ Oportet igitur ꝙ exemplar humane virtutis in deo preexiſtat ſicut etiam in eo preexiſtunt omnium rerũ rationes. Si igitur virtus poteſt conſiderari put ẽ exemplariter in deo. ⁊ ſic dicuntur virtutes exẽplares. ita ſcilicet ꝙ ipſa diuina mens in deo dicatur prudentia. Temperantia vero conuerſio intentionis diuine ad ſeipſum. ſicut in nobis temperantia dicitur. per hoc ꝙ concupiſcibilis conformatur rationi. Fortitudo autem dei eſt eius ſnimutabilitas. Iuſtitia vero dei eſt obſeruatio legis eterne in ſuis operibus ſicut Plotinus dixit. Et quia homo ſm ſuam naturam eſt animal politicum. Uirtutes huiuſmodi cardinales prout in homine exiſtunt ſm conditionẽ ſue nature. politice vocantur. prout ſcilicet homo ſm has virtutes recte ſe habet in reb⁹ humanis gerendis. Et ſm magiſtrum ſententiaꝝ in. iij. ex verbis Augu. Prudentia eſt in precauendis inſidijs. Iuſtitia in ſubleuandis miſerijs. Fortitudo in perferendis moleſtijs. Tẽperantia in coercendis delectatiõibus prauis. Hec ibi. ¶ Sunt tamen ⁊ alij actus dictarum virtutum vltra predictos. Qui enim habẽt hic politicas virtutes habent quidem tentationes magnas de vitijs contrarijs. ſed ratione ſuperant eas. ⁊ hic eſt ſtatus imperfectorum. Et qa ad hominem pertinet vt etiaz diuina ſe trahat quãtum poteſt. vt dicit phs in. x. ethi. ⁊ hoc nobis in ſacra ſcriptura multipliciter cõmendaſ. vt eſt illud. Eſtote perfecti ſicut pater veſter celeſtis perfectus eſt Matth. v. Neceſſe eſt ponere quaſdã virtutes medias inter politicas que ſunt humane. ⁊ exemplares que ſunt diuine. q̃ quidem virtutes diſtinguuntur ſm diuerſitatem motus ⁊ termini. ita ſcilicet ꝙ quedã ſunt virtutes tranſcẽdentium ⁊ in diuinam ſimilitudinem tendentium. ⁊ he vocantur purgatorie. ita ſcilicet ꝙ prudentia omnia mũdana diuinorum contemplatione deſpiciat. omnemq; animi cognitionem in ſola diuina dirigat. ¶ Temperantia vero relinquat inquantuz natura patitur. que corporis vſus requirit. Fortitudo eſt vt anima non terreatur propter receſſum a corpore ⁊ aſcenſum ad ſuperna. ¶ Iuſtitia vero vt tota animus conſentiat ad huiuſmodi propoſiti viam: ⁊ habentes huiuſmodi paucas tentationes ſuſtinent ⁊ leuiter ſuperant. ⁊ ſenſualitas parum. ⁊ q̃ſi nihil contradicit rationi. idcirco ſunt in magna animi quiete. Et hoc eſt ſtatus valde perfectorum in via. Quedam vero ſunt virtutes iam aſſequentiũ diuinam ſimilitudinem. que vocantur purgati animi. ita ſcilicet ꝙ prudentia ſola diuina intueatur. Temperantia terrenas cupiditates neſciat. Fortitudo paſſiones ignoret. Iuſtitia cuz diuina mente perpetuo federe ſocietur eaz ſcilicet imitando. has virtutes dicimus eſſe beatorum vel aliquorum in hac vita perfectiſſimorum vt chriſti ⁊ matris eius. ¶ Et nota ꝙ cuz dicitur ad purgatorias virtutes pertinere deſpicere. ⁊ fugere mundana ⁊ ſolis diuinis inherere. hec ſcilicet ꝯſerere res humanas ⁊ holuz negocia. vt fit per rectores. vbi neceſſitas iponitur. vt quia imperatur tale exercitium per ſuperiorem. ⁊ huiuſmodi vitioſum eſſet. alias aũt virtuoſum. Et ſic intelligendum eſt illud quod dicitur exercitium virtutis purgatorie. Unde Auguſti. dicit. Ocium ſanctum querit charitas. veritatis negocium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis quam ſarcinam ſi nullus imponit. percipiende atq; intuende vacandum eſt veritati. Si autem imponitur ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem. Et habeſ. viij. q. prima qui epiſcopatum.

¶ De virtutibus .§. ix.

De neceſſitate virtutũ theologicarum.

theologicis ꝙ neceſſarium ſit ponere virtutes theologicas ſcilicet fidem ſpem ⁊ charitatem. ⁊ eas habere. quas nec habuerunt nec cognouerunt gentiles philoſophi. qui volunt ſaluari. patet ex hoc. quia precepta legis ſunt de actibus virtutum quibus homo tendit ad beatitudinem perfectam. Et precepta dantur in diuina lege de actibus fidei. ſpei. ⁊ charitatis. vt patet in diuerſis locis. ⁊ ea precepta oportet ſeruare. iuxta illud. Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. ergo ⁊c̃. Pro cuius ꝺclaratione dicit beatus Thomas prima ſecunde q. lxij. ar. j. ꝙ homo perficitur per virtutem ad actus quibus ordinatur in beatitudinem. Eſt autem duplex hominis beatitudo ſeu felicitas vna ſcilicet proportionata humane nature. ad quam ſcilicet homo poteſt peruenire per principia ſue nature. ⁊ ſi non ordinaretur ad aliam felicitatem homo niſi ad iſtam. tunc ſufficerẽt ei virtutes intellectuales ⁊ morales. Nam cuz virtus ſit quidam habitus perficiens hominem ad bene operandum. vt dicit idem. bea. Tho. vbi. ſ. q. lvi. ⁊ principium humanorum actuum ſit duplex. ſ. intellectus ⁊ appetit⁹. Uirtus autem intellectualis perficit intellectum ſi

ue rationem ⁊ virtus moralis appetitum. Ju/
ſtitia quidem appetitum rōnalem ſeu volunta
tem: ⁊ fortitudo ⁊ temperantia appetitum ſenſi
tiuum ſeu ſenſualem. Sed quia eſt alia beatitu
do ſeu felicitas naturam hominis excedēs ad
quam homo ſola diuina virtute ꝑuenire pōt.
ſm̄ q̄ndam diuinitatis ꝑticipationem. ſm̄ qđ
dicitur. ij. Pe. ij. Per chriſtum facti ſumus di
uine nature conſortes. ⁊ hmōi. beatitudo pro/
portionem humane nature excedit cum natu/
ralia principia hominis ex quibꝰ procedit ad
bn̄ agēdū nō ſufficiāt ad ordinādū hoiēꝫ in ꝑ/
dictā beatitudinē ꝑfecte. ſicut ſūt v̄tutes itelle/
ctuales ⁊ morales. Jō opꝫ ꝙ ſuꝑaddanſ hoi di
uinitꝰ aliqua ꝑncipia ꝑ que ita ordineſ ad bea
titudinem ſupernaturalem: ſicut per ꝑncipia
naturalia ordinatur ad finem connaturalem ⁊
felicitatem. non tamē abſq̧ diuino adiutorio.
Et hec principia dicuntur virtutes theologice
tum quia habent deum pro obiecto inquantū
per eas recte ordinamur in deum. tum quia a
ſolo deo nobis infunduntur. tum etiam quia
ſola diuina reuelatione nobis in ſacra ſcriptu//
ra he virtutes traduntur. ⁊ quamuis ad deuꝫ
naturaliter ratio ⁊ voluntas ordinentur. prout
ſunt nature principium ⁊ finis ſm̄ eius propor
tionem nature. ſed ad ipſum ſm̄ ꝙ eſt obiectū
beatitudinis ſupernaturalis. ratio ⁊ voluntas
non ordinantur ſufficienter ſm̄ ſuam naturaꝫ.
Quamuis autem per naturalem inclinationeꝫ
ordinetur homo in finem connaturalē ſeu bea
titudinem quoad intellectum per lumen na//
turale ipſius. quoad voluntatem per rectitudi
nem eius tendentis in bonum rationis. tamen
hec deficiunt ab ordine beatitudinis ſuperna/
turalis ⁊ perfecte iuxta illud. j. Corin. ij. Ocu/
lus non vidit nec auris audiuit ⁊c̄. Unde opor
tuit ꝙ aliquid homini ſuperadderetur quantū
ad vtrunq̧ ad ordinandum ipſum in finem ſu
pernaturalem. ⁊ intellectus quidem ordinatur
in ipſum finem ſupernaturalem. per hoc ꝙ ad
duntur homini quedam principia ſupernatu/
ralia que diuino lumine capiuntur. ⁊ hec ſunt
credibilia de quibus eſt fides. Secundo ordi//
natur voluntas quantum ad illum finē ⁊ quā/
tum ad motum intentionis in ipſam tendentē
ſicut in id quod eſt poſſibile cōſequi quod per
tinet ad ſpem. ⁊ quantuꝫ ad vnionem quandā
ſpiritualem per quam quodammodo transfor
mamur in illum finem quod fit per charitateꝫ.
Appetitus enim cuiuſcunq̧ rei naturaliter mo/
uetur ⁊ tendit in finem ſibi connaturalē. ⁊ iſte
motus prouenit ex quadam conformitate rei
ad ſuum finem. Motus in finem vltimum eſt
per ſpem. conformatio ad finem per charitatē.
¶ Eſt autem ordo hic inter ipſas quantum ad

De or/dine ꝟ/tutum theolo/gicaruꝫ ꝗtu ad actus.

actus. nam quantum ad habitum ſimul infun
duntur. Ordine generationis. precedit fides
ſpem ⁊ charitatem ⁊ ſpes charitatem. Non. n.
poteſt motus appetitus in aliq̄d tendere amā/
do vel ſperando. niſi illud ſit apprehenſum ſen
ſu vel intellectu. Per fidem autem apprehēdit
intellectus que ſperat ⁊ amat. Et ex hoc ꝙ ali//
quis ſperat de aliquo procedit ad amandum.
Ordine autem perfectionis charitas precedit
fidem ⁊ ſpem. quia vtraq̧ per charitatem for//
mantur. ⁊ habent perfectionem virtutis. Hec
figurantur per tres ciuitates refugij vltra ior/
danem. ⁊ tres circa iordanem. ad quas fugiēs
que homicidiū fecerat a caſu ſaluus erat a mor
te corporali. Sic poſt baptiſmum inchoatum
in iordane tempore gratie ⁊ ante ſcilicet in ve//
teri teſtamento qui occidit animam ſuam per
peccatum: vel etiam qui habet originale cōtra
ctum ex primis parentibus qui occiderunt hu
manum genus non hoc intendētes ſaluari nō
poteſt de morte eterna niſi reperiens ſe in iſtis
virtutibus ⁊ perſeuerans. Qui enim hꝫ vnā ꝑ
fecte habet ⁊ alias. ſignatur ⁊ ꝑ tres filios Job
ſm̄ Gregoriū in ꝑmo ⁊ vltimo moralium.

¶ De acquiſitione virtutum. ⁊ quomodo ſu//
matur medium in eis. Capitulū. ij.

DE acquiſitione vir
tutum ſciendum ꝙ modus acquirē
di virtutes eſt triplex. ſeu tria debēt
ſeruari. Primum eſt appetitum dirigē. ¶ Se/
cundum infectiuum excludere. Tertiuꝫ eſt me
dium attendere. ¶ Et quantum ad primuꝫ debet
appetitum dirigere. vt ſcilicet contrariuꝫ eius
faciat. ad quod magis inclinatur ⁊ delectatur
ex natura ſua infecta. vt ſi inclinatur ex natura
ſua vel conſuetudine ad vnum vitiuꝫ ad eius
contrarium ad quod inclinatur nitatur. exem
plum illorum qui dirigunt ligna diſtorta qui
in aliam partem torquent contrariam vt diri/
gant. Et ſic intelligitur ꝙ regnum celoruꝫ vim
patitur. ⁊ violenti rapiunt illud. Mat. xj. Jlla
enim violentia infertur ſibiipſi quoad appeti/
tum ſenſualem. vnde ⁊ de pe. diſt. ij. Si quis ſe
mel. Dicitur eniꝫ ſic. Si quis ſemel notatus fu
erit inuidie vel contentionis vitio. ⁊ rurſus in
hoc ipſm̄ inciderit ſciat ſe primam cauſam ex
qua inuidia vl' contentio naſcitur in interiori
bus medullis habere reconditam. Oportet er
go eum per cōtraria atq̧ aduerſa curari. i. per
humilitatis exercitium. Exercitia vero humili
tatis ſunt ſi ſe vilioribus officijs ſubdat. ⁊ my/
ſterijs indignioribus tradat. Jta nanq̧ arrogā
tie ⁊ humane glorie vitium euitari vel curare
poterit. vt in cōſuetudine humilitatis affectus
vltra iam non incidat in arrogantie ⁊ vanegło

De tri/bus ſer/uandis in acq̄ſi/tiōe vir/tutum.

rie vitium. Et in ſingulis vitijs ſimilis cura adhibeatur. Hec ibi. ¶ Quantum ad ſecundum qui vult fieri virtuoſus debet infectiuū abijcē. Non enim poſſumus in delectationibus diu morari quin gratulemur in eis. ⁊ ideo eas ī pncipio vitare debemus. exemplo phorum ſeu ꝓborum virorum vrbis Troiane qui iudicabāt Helenam mulierem pulcherrimam quam. ſcȝ rapuit Paris vt peſteȝ fugiendam. Sic ⁊ nos omnes corporales delectationes abijciamus. quia tunc vel nihil vel parū peccabimus. Naȝ concupiſcentia delectationum in plura peccata inducit. ¶ Tertio debet mediuȝ attendere. hoc autem facit quando ab extremis que ſunt vitioſa recedit. ⁊ precipue quando recedit ab extremo quod magis medio opponitur. ſicut ſi quis vult ad fortitudinem peruenire oportet ꝙ magis recedat a timidate. que magis opponitur fortitudini ꝙ̄ ab audacia. Hec beatꝰ Thomas in ſcripto ſuper librum ethicorum.

¶ Et nota ꝙ oīs .§. i.

Quod omnis virtus aliquo modo conſiſtit ĩ medio concluſionis hoc ītelligitur.

virtus aliquo modo cōſiſtit in medio ſed non vno ⁊ eodem modo. Nam virtus moralis conſiſtit in medio rationis ſm ꝙ medium ratiōis dicitur id quod ratio conſtituit in aliqua materia. ſiue circa actiones. vt in iuſtitia. quod etiaȝ dicitur medium rei ſiue circa paſſiones. vt in temperantia ⁊ fortitudine. quod dicitur ſolum medium rationis ⁊ non rei. Et pro huius declaratiōe dicit beatus Thomas. i. ij. q. lxiiij. ar. j. Quod virtus de ſui ratione ordinat hominē ad bonum. Moralis autem virtus proprie eſt perfectiua appetitiue partis anime ſm aliquā determinatam naturam. Menſura auteȝ ⁊ regula appetitiui motus circa appetibilia eſt ipſa ratio. Bonum autem cuiuſlibet regulati ⁊ mēſurati in hoc conſiſtit ꝙ conformetur ſue regule ⁊ menſure. ſicut bonum in artificiatis eſt ꝙ conſequatur regulam artis. Malum autem per conſequens in hoc eſt ꝙ diſcordat a regula ⁊ menſura ſua. quod quidem contingit dupliciter. vel per hoc ſuperexcedit mēſuram. Uel ꝑ hoc ꝙ deficit ab ea. ſicut manifeſte in omnibꝰ regulatis ⁊ menſuratis. Et ideo patet ꝙ bonuȝ virtutis moralis conſiſtit in adequatiōe ad mēſuram rationis. ¶ Manifeſtum eſt autem ꝙ inter exceſſum ⁊ defectum. medium eſt equalitas. ſiue conformitas. prudentia autem ꝙ̄uis ſit intellectualis virtus: habet idem medium quod ⁊ moralis. ſcilicet rectitudo rationis. ſed in hoc differunt. quia prudentie eſt iſtud medium vt regulantis ⁊ menſurantis: virtutis autem moralis vt regulate ⁊ menſurate. ⁊ ſimiliter exceſſus ⁊ defectus. Aliarum autem intellectualium vt ſcientia. ſapientia. ⁊ intellectus. bonum conſiſtit in quodam medio per conformitatē ad ipſam rem ſm ꝙ dicit eſſe quod eſt. ⁊ non eſſe quod non eſt. in quo ratio veri conſiſtit. Exceſſus autem eius ſm affirmationeȝ falſam per quam dicitur eſſe quod non eſt. Defectus ſm negociationem falſam per quam dicitur non eſſe quod eſt. Res enim eſt menſura intellectus noſtri. vt dicitur. ix. metha. Ex eo eniȝ ꝙ res eſt vel non eſt dicitur eſſe veritas in opinione ⁊ oratione noſtra. Uirtutes etiam theologice poſſunt dici conſiſtere in medio. ſed nō ita proprie ⁊ per ſe ſed per accidens. nam menſura propria earum ⁊ regula eſt deus. fides enī noſtra menſuratur ſm veritateȝ diuinā. Spes ſm magnitudinem potentie eius. Charitas ſȝ bonitatem eius. Et iſta eſt menſura ſuperexcellens oēm facultatem creatam. vnde nunꝙ̄ pōt homo tm̄ diligere vel ſperare vel credere in cū quantū debet. Et ſic nō poteſt ibi eſſe exceſſus. ſed quanto plus tanto melius. Sed conſiderādo menſuram hāȝ ex parte noſtra videlicet ſȝ ꝙ congruit conditioni noſtre poſſunt conſiderari medium ⁊ extrema ex parte noſtra. Nam in dilectione exceſſus ſiquis diligeret plus primum ꝙ̄ debet. puta. cōmittendo peccatuȝ ꝓ ſalute ipſius. Defectus cum odit vl inuidet ⁊ huiuſmodi. In ſpe defectus eſt per deſperationeȝ exceſſus per preſumptionem. In fide vt inter contrarias hereſes ⁊ arrianoꝝ ⁊ ſabellianoruȝ vel nimis leuiter credere ⁊ difficiliter rōnabilia credere ⁊ dubitare. In prudētia exceſſus nimia ſollicitudo vel nimis inniti ſenſui ſuo. defectus. negligentia. ⁊ inconſtantia. In iuſtitia. in diſtribuendo nimis dare vel nimis parum. In liberalitate que eſt pars iuſtitie exceſſus eſt prodigalitas. defectꝰ. auaritia. In fortitudine nimia. audacia. vel intimiditas. defectus. puſillanimitas. In tēperantia. gula. luxuria. ⁊ huiuſmodi. defectus inſenſibilitas. puta non ſumendo neceſſarias delectationes. Et ſic poſſent aſſignari in alijs. Multa autem ſolent occurrere homini impedimenta in volendo tenere medium. Sed dicit Grego. vij. q. j. Aduerſitas que bonis votis ideſt ꝓpoſitis obijcitur probatio virtutis eſt non iudicium reprobationis. vnde non dimittendum. Figura habetur cum populus dei in deſerto vellet ire recto itinere nō declinando ad dexteram vel ſiniſtram ad terram promiſſionis obſtiterūt reges Seon ⁊ Baſan. Sed pugnantes contra eos ⁊ vincentes proſecuti ſunt iter rectum. ¶ Ad tenendum viam medij. i. virtutum inducūt multe auctoritates vt illud ps. lxxiii. Deus autem rex noſter a ſeculo operatus eſt ſalutem in medio terre. i. creature rationalis. per virtutem que conſiſtit in medio. vnde dicit dominus. ſcietis quia in medio

iſrael ego ſum. Joe. ij. ⁊ Aggei. ij. Spirit⁹ me/ us in medio veſtri. dicit dominus. Hec eſt eniȝ via per quam ibant vacce que trahentes archā domini gradiebantur vno itinere non declinā tes neqȝ ad dexteram neqȝ ad ſiniſtram. vt ha/ betur. j. Regū. vj. c. Unde ſapiens medium te/ nuere beati. Et in ſignū huius legitur Joā. xx. ꝙ reſuſcitatus chriſtus ſtetit in medio diſcipu lorum ſuorum. Et Luc. ij. Inuenerunt eum in templo in medio doctorum. ⁊ in cruce in me// dio latronum.

¶ Que bona operētur in nobis virtutes. C. iij.

De effe ctib⁹ vir tutum i gñali.

De operatione vir tutum. Operantur eniȝ in nobis. A malo excluſionem. In prelio tri umphationem. Et in celo premia/ tionem. Unde apoſtolus ad has inuitans dicit ad Roma. xiij. induamur arma lucis. reſpectu primi dicuntur indumenta reſpectu ſecūdi ar/ ma. reſpectu tertij lucis. Primo ergo virtutes excluduntur a malis. Unde dicuntur indumē ta. Et habitus dicuntur indumenta quibus te/ cti excluduntur a confuſione nuditatis ⁊ turpi tudinis. Apoc. iij. Ueſtimentis albis induaris idest veris virtutibus ne appareat confuſio nu ditatis tue. Hinc ⁊ Ambro. de pe. diſt. ij. Sapi ens nunqȝ eſt inanis. idest nudus. ſed ſemp ha bet in ſe amictum prudentie qui poteſt dicere iuſtitia veſciebar. He namqȝ ſunt eterne men/ tis velamina. que nullus perdit niſi volēs. his expoliatis Adam cognouit ſe nudum. hec ibi. Excludit namqȝ virtus non ſolum culpam ſed ⁊ penam ⁊ triſtitiam. Et culpam quidem exclu dit virt⁹. vt ſuum ꝯriū. Cōtraria enim ſimul ineſſe non poſſunt. Quelibet enim virtus ha// bet vitium aliquod ſibi directe contrarium. vt luxuria caſtitatem. auaritia liberalitatem ⁊ hu iuſmodi. Uirtus autem infuſa excludit omneȝ actum peccati mortalis. q2 quodlibet ſibi ꝯtra/ riatur. vel directe per quandam conſequentiaȝ ſcilicet ratione connexionis earuȝ. Peccata au tem venialia non excludit virtus. Excludit ſe// cundo penam. Nam quāuis quis habeat vtu/ tem oportet ꝙ faciat ſibi violentiam in operan do. Patitur enim quandam penam ⁊ difficul/ tatem in actu bono. ſed habita virtute opera/ tio ſm vſum eſt delectabilis. Unde Sapiēs di/ cit ꝙ ſignum generati habitus eſt delectabiliter operari. ⁊ ſic excludit penam difficultatis. Pe/ nam etiam de cōmiſſis peccatis diminuit vir// tus per actum ſuum qui non ſolum eſt merito rius. ſed etiam ſatiſfactorius. Excludit etiā tri/ ſtitiam virtus. virtuoſus enim nō ꝯtriſtatur de opere virtuoſo ſed gaudet. vnde dicit Auguſt. de pe. diſt. iij. Si apoſtolus. Hinc ſemper dole/ at ⁊ de dolore gaudeat. q2 ſcilicet dolor de pec catis eſt actus virtuoſus. Triſtatur autē de his que virtuti repugnant aliquo modo ſcȝ de pec catis ſuis vel aliorum vt Ezechias cum fleuit fletu magno. Eſa. xxxviij. et ſamuel peccata ſau lis. j. Regū. xv. vel aliȝs miſerijs. Moderate ta men ſemper ne incidat in deſperationem vt iu das qui pre triſtitia laqueo ſe ſuſpendit. Mat/ thei. xxvij. Non ſic petrus negans. non ſic Da/ uid de morte paruuli filij. ij. Regū. ij.

Uirtu/ tes ope rant in nobis tria.

¶ Secundo operā/ .§. i. tur in bello victoriam ⁊ defenſionem. vnde di/ cuntur arma. vnde apoſtolus. Arma veſtra nō ſunt carnalia ſed ſpiritualia. ad deſtructionem inimicorum. ad ephe. vj. declarat ipſa arma di cen⁊. Induite loricam iuſtitie. in omnibus ſu/ men. ſcu. fi. ⁊c. Et galeam ſalutis aſſumite. ⁊ de aliȝs alibi ſcribitur. Ad hoc facit quod habet. xxiij. q. j. niſi. Quatuor autem ſunt inter alia vi tia ⁊ iacula quibus in preſenti vita ab hoſte in uadimur ⁊ percutimur. ſ. inſtultitia. iniuſtitia incō ſtantia: ⁊ concupiſcentia. Per oppoſitum qua/ tuor ſunt arma quibus protegimur ⁊ pugna// mus: ſcilicet prudentia contra inſtitiaȝ. iuſtitia contra iniuſtitiam. fortitudine contra incōſtā tiam. temperantia contra concupiſcentiā. hec eſt ſententia Hiero. Sed adhuc potiora ſunt arma. Scutum fidei eſt galea ſpei ſalutis ⁊ gla dium charitatis qui gladius in viſione figura ta fuit oſtenſus Iudo. machabeo. aureus tamen vt dictum eſt ei in hoc ſigno vinces. j. machab. Et apl's. ij. ad Cori. vj. Per arma iuſtitie a dex/ tris ⁊ a ſiniſtri. iuſtitia eſt ois vtus. vez haben/ do oēs vtutes has adhuc indigemus adiuto/ rio xp̄i. ⁊ hoc opȝ nos cognoſcere ex humilita/ te. vt viriliter reſiſtere. Et in hoc habemus figu ram in dauid qui bellās ꝯtra gigātē goliath cū baculo ⁊ funda ⁊ lapide eū occidit. j. Reg. xvij. Goliath ſignificat diabolū q terribilis ⁊ fortiſ ſimus eſt bellādo. ergo ꝯtra eū. ſ. ictat debem⁹ vti baculo crucis ad crucifixū recurrēdo. Fun/ da que eſt vilis eſt humilitas que nos adeſſe co/ gnoſcēdo nos miſeros. i. infirmos. Lapis eſt vi rilis reſiſtētia. exēplū in machario cui dixit dia bolus ꝙ ſolū humilitas ſua eum vincebat.

¶ Tertio operatur .§. ij. in celo ꝑmiationē. vñ dicunt lucis arma nō ſo/ lum ꝙ faciāt hoieȝ luminoſuȝ iteri⁹ in aīa ⁊ ex dicūtur terius in ꝯuerſatiōe. iuxta illud. Luceat lux vr̄a arma lu corā hoib⁹ Matth. v. c. ⁊ pulchrū diuerſis co/ cis. loribus vtutū. Humilitas eni ponit nigredineȝ. charitas rubedinē: ſapiētia aureum colorē: for titudo viredinem. tēperantia albedinē: prudē/ tia hyacinctinū. Sed etiā dicūt arma lucis arma

Quare vtutes

q: perducunt ad luceʒ ſupne gratie. vnde Gre
go. ſuper Ezech. omel. v. Juſti. q: vſqʒ ad fineʒ
vite proficiunt in virtute. ad perfectum diem
tunc veniunt quando ad regna celeſtia perdu
cti. in ea luce quam deſiderant iam minus ali/
quid non habebunt de peniten. diſtinctiōe. ij.
Non revertebantur. ⁊ hoc dicit exponens illō
Proverbi. iiij. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplē/
dens proficit ⁊ creſcit vſqʒ in perfectum dieʒ.
Et quanto quis fuerit virtuoſior. tanto in pria
ſplendidior. Stella enim differt a ſtella in clari
tate. j. ad Corin. xv. hoc auteʒ faciunt vere vir/
tutes. non ficte per hypocriſim. que non vere
lucent. Unde Grego. de peniten. diſtinctio. ij.
Multi vel ſm aliam litteram citius incipitur
capitulum illud. Sepe homo multis occulte
peccatis involvit. ⁊ in vna aliqua virtute ma/
gnus videt que ipſa quoqʒ virtus invaneſcēs
deficit: quia dum innoteſcit hominibus pro//
culdubio laudatur. eiuſqʒ favor inhianter ap/
petitur. Unde fit vt ⁊ ipſa virtus ante oculos
dei virtus non ſit. dum abſcondit quod diſpli
cet ⁊ prodit quod placet. quod intelligendum
videtur quando hoc fit per hypocriſiʒ. de qua
ibi loquitur Gregori. ⁊ ſubdit exempla. Latet
plerūqʒ ſuperbia ⁊ caſtitas innoteſcit. Atqʒ iō
oſtenſa diu caſtitas circa finem vite perditur.
quia comparata ſuperbia vſqʒ in finem vite in
correcta retinetur ⁊c. Ponit exemplum etiam
de miſericordia ⁊ patientia. ⁊ in fine ca. dicit.
Jdcirco autem virtutis iter non perventuri in
choant. vt eis qui perventuri ſunt. viam quaʒ
gradiantur oſtendant. quorum caſus vtilitate
non modica electorum profectibus ſervit. qa
illorum lapſum dum conſpiciunt de ſuo ſtatu
contremiſcunt. ⁊ ruina que illos damnat. iſtos
humiliat. Hec ibi.

De inequalitate receptionis virtutū. ⁊ quō
ſunt gradus in ipſis. Capitulum quartum.

DE inequalitate rece
ptionis virtutum. Sciendū ꝙ vn⁹
habet virtutes magis intenſe ꝙ̃ al/
ter ⁊ non equaliter. Et vnus ⁊ idem poteſt ha/
bere virtutes magis intenſas ⁊ perfectas vno
tempore ꝙ̃ alio. Et idem etiam vno ⁊ eodem
tempore poteſt habere virtutem aliquam per/ Quare
fectius ⁊ plenius ꝙ̃ alias. non ſm habituʒ ſed in vno
ſm inclinationem nature ⁊ apparentiam exte/ ſit vir/
riorem. per maius exercitium. Quantum tus ma
ad primum ꝙ in vnum ſit maior virtus ꝙ̃ in ior ꝙ̃ i
alio. patet propter quatuor rationes. Pri/ alio ſūt
mo propter meliorem diſpoſitionem. inquan/ quatuor
tum vnus eſt melius diſpoſitus ex naturali cō rōnes.
plexione ad vnam virtutem/ ꝙ̃ alius: ſicut fle/
gmaticus eſt magis diſpoſitus ex complexio/
ne ad manſuetudinem ꝙ̃ colericus. Et ſic po/
teſt intelligi illud Sapien. viij. Sortitus ſum
animam bonam quantuʒ ſcilicet ad inclinatio
nem ad virtutes ex bona corporis complexio/
ne. Secundo propter maiorem aſſuefactio
nem inquantū vnus magis aſſueſcit ad virtu/
tes ſeu magis exercitat in bonis operibus ꝙ̃
alius. Cōſuetudo enī dicit quaſi altera natura.
Et ſic ex frequētia bonorū operū magis firmat
⁊ intendit habitus virtutū. Unde Cyprianus.
Gratia ſpūalis que eſt in baptiſmo equiter a cre
dentibus ſumit in cōverſatione atqʒ actu nro
poſtmodū vel minuit vel augetur. vt in evan/
gelio dñicum ſemen equaliter ſeminatur. ſed
pro varietate terre aſſumitur aliud in multifor
mē copiā vel trigeſimi vel ſexageſimi vel cen/
teſimi numeri fructū exuberanter cumulatur.
de cōſe. di. iiij. Nec quēqʒ a gratia autem pce/
dunt virtutes infuſe. Tertio pōt eſſe magis
pfecte virtus in vno ꝙ̃ in alio. pp̄ter maiorē di
ſcretionē. inquantū vnus hʒ perſpicatius iudi
ciuʒ rōnis ꝙ̃ alius. Ad quod poteſt induci illō
de talentis Matth. xxv. Unicuiqʒ dedit ſʒ pro
priam virtutē. ſcʒ capacitatis. ceteris paribus.
Quarto pp̄ter maiorē infuſionem. ſ. divine
gratie. Et iſta eſt pncipalior ratio. Magis enī
infundit vni de virtute ꝙ̃ alteri. ſm maiorem
intenſionē ſeu pfectionem. Et h pꝛīcipaliter ex
beneplacito dei. ſʒ illud Eph. iiij. Unicuiqʒ da
ta eſt gratia ſm menſurā donatiōis xpi. ⁊ ſecū/
dario ſm conatū hominis ad preparādū ſe ad
ipſam. qui etiā conatus ex dei dono procedet.
Quantū ad ſcdʒ. Jn vno ⁊ codē diverſis tē
poribus pōt eſſe virtus maior ⁊ minor. Nam
gradus multiplices ſunt in virtutib⁹. ad quos
poteſt quis de die in diem pficiendo aſcēdere.
Quod diffuſe declarās Grego. ſup Ezechielē ꝙ ho/
(Et habetur de pe. diſ. ij. cū ſanctā eccleſiam) ſic mo pōt
ait. Unaqueqʒ virtus quaſi quibuſdā gradib⁹ pficere
augetur. Et ſic per incremēta meritorū ad ſūma in vir/
perducitur. Alia nāqʒ ſunt virtutis exordia ali tutib⁹.
ud virtutis pfectus. aliqd pfectio. Et hoc pbat
idē Grego. in dicto ca. per auctoritates Pſal.
vbi ait. Deus in gradibus eius cognoſcetur.
ſm aliā litteram. nā noſtra tranſlatio hʒ. deus
in domibus eius cognoſcet. Et Job. xxxj. Per
ſingulos gradus meos pnunciabo illuʒ. i. per
ſingula incrementa virtutū que a deo accipio
laudē deo tribuā. Inducit etiaʒ parabolaʒ que
habetur Marc. iiij. de ſemine iactato in terrā.
qd cum ortum fuerit primo facit herbaʒ. dein/
de ſpicam. demum plenum frumentum in ſpi
ca. Semen iactatur in terram. cum propoſituʒ
concipitur in corde boni operis. per ſemen in/
fuſe virtutis. Qd ortū eſt herba. per principiū
boni operis executi. Spica per profectum ple/

num frumentum per perfectionem. tandē per falcem mortis collectū in horreum ſuperne patrie reponitur. iuxta illud. Triticū autem ꝯgregate in horreum meum. Mathei. xiij. Ponit etiam Grego. exemplum de beato Petro q fuit mala quaſi herba ante paſſionem conculcatꝰ pede timoris quaſi ſpica tempore reſurrectionis. plenum frumētum poſt penthecoſten. Dicit etiam Gratianus de penitē. di. ij. Charitas eſt aqua. in fi. illius ca. ꝙ nemo repente fit ſummus. ſed a minimis quiſqꝫ inchoat vt ad maiora perueniat. Item nota ꝙ nunqꝫ poteſt aliquis ita augeri in virtutibꝰ quin poſſit adhuc magis perfici. excepto chriſto qui ſummā plenitudinem accipit quantum creatura ē capax. Unde de eo intelligitur illud Joā. primo. Nō ad menſuram dat deus ſpiritum. ideſt eodem modo tantam menſuram ſicut omnibus alijs ⁊ ſanctis ⁊ angelis. ſed quaſi infinitam. Et quāto quis magis proficit. minus videtur ſibi habere. quia magis cognoſcit quod ſibi deeſt ad quod pōt pertingere. Et ſic intelligitur illō Eccleſiaſtici. xviij. Cum ꝯſūmauerit homo tūc incipiet. ſcilicet ſm eſtimationem ſuam.

Nota hūc paſſum.

¶ Quātum ad tertiū nota ꝙ oēs virtutes in vno hoīe pro eodem tpe ſunt equaliter intenſe ſm beatū Tho. prima ſecunde. q. lxvj. arti. ij. ⁊. iij. Quāuis enim vna ſit excellentior alia inter ſe eas cōparādo. ſicut charitas eſt maior fide. ⁊ ſpe ⁊ aliis ⁊ prudētia excellētior alijs cardinalibus. tñ ſm participationem ſubiecti ꝓut. ſ. intendunꝭ vel remittunꝭ in ſubiecto. oēs virtutes huiꝰ hominis ſunt eq̄les eq̄litate ꝓportionis inq̄ꝫtum equalr creſcūt ꝓportionabiliter in hoīe. Sicut digiti manus ſunt ineq̄les ſm quātitatē. ſʒ ſūt equales ſm proportionem. cum proportionabiliter augeantur. Unde ⁊ Auguſti. in lib. de tri. dicit. ꝙ qcunqꝫ ſunt equales in fortitudine: ſunt equales in fortitudine ⁊ tēperātia. ⁊ ſic de alijs.

ꝙ i vno hoīe ꝓ eodē tēpore virtutes ſt equalr itēſe. ſʒ Tho.

Qō aūt vnus ſcūs laudaꝭ magis de vna virtute qꝫ de alijs. Ut Abraā de fide. Moyſes de māſuetudine. Job de patientia. ⁊ ſic de alijs ⁊ de quolibet ꝯfeſſore cātatur in eccleſia. Non eſt inuentus ſimilis illi ⁊c. eo ꝙ habuit prerogatiuam alicuius virtutis. hoc eſt ꝓpter excellentiorem prōptitudinem ad actuʒ talis virtutis qō poteſt procedere vel ex natura. vel ex cōſuetudine. vel ex gratia. Ex quolibet autez actu virtutis non augetur. Sed vel augetur vel ſaltem diſponitur ad augmentum. ſicut gutta cauat lapidem. non vno ictu ſed ſepe cadendo. Similiter per actum maluʒ corrūpitur virtus. vel diſponitur ad corruptionem. vt per ceſſationem a bono opere. vel negligenter faciendo. ⁊ tunc dicitur diminui. Et de his habes in tractatu de charitate capitulo primo.

Nō q̄re vnꝰ ſanctꝰ magis cōmēdaꝭ de vna virtute qꝫ de alijs. hic ponitur i gñali.

¶ De connexione virtutum vtrum ſic ſunt cathenate adinuicez. vt vna ſine altera haberi nō poteſt. Capitulum quintum.

DE connexione virtutum vtrū. ſ. oēs ſint ꝯcathenate adinuicem. vt vna non poſſit haberi ſine altera. Ad quod dicit beatꝰ. Tho. j. ij. q. lxv. ar. j. ꝙ quātū ad vtutes intellectuales clarum eſt ꝙ nō ſunt ꝯnexe adinuicez. nec etiam cum alijs virtutibus. Et rō eſt. Quia ſunt circa diuerſas materias adinuicem nō ordinatas. ⁊ iō non inuenit in eis ꝯnexio. Qō pʒ ex hoc. qꝛ hñs ſciam non hʒ ſapientiam. ⁊ hñs vnam ſcientiam nō hʒ aliam. ⁊ hñs artē nō hʒ ſciam. ⁊ hñs artem vel ſciam. nō habʒ vtutes morales nec theologicas.

Que virtutes ſt ꝯnexe. ⁊ q̄ nō.

¶ Quātum autē ad cardinales vtutes ꝯcathenate qdem ſunt. ſm ſuum eſſe pfectum. Nam vt dicit idē vbi ſupra vtus moralis pōt accipi duplr. Uno mō impfecta. alio mō pfecta. Et impfecta qdem nihil aliud eſt qꝫ inclinatio q̄dam ad faciēdū aliqō opꝰ de gñe bonoꝝ. ſiue talis inclinatio inſit nobis a nā. ſiue ex aſſuetudine opeꝝ. Et hoc mō vtutes morales nō ſunt ꝯnexe. Uidemꝰ eni aliquē prōptū ex cōplexiōe corꝑis vel aſſuetudine ad opa liberalitatis q tñ nō eſt prōptus ad opa caſtitatis. Perfecta aūt vtus moralis eſt habitus inclinās ad opus bñ agendum. Et ſm hanc acceptionem ſunt virtutes cardinales oēs annexe. Et hoc eſt qō dicit Gregori. xxij. moraliū. ꝙ vna virtus ſine alijs. aut oīno nulla eſt aut imperfecta eſt hmōi ꝯnexionis. rō eſt ſm phm. qa nulla vtus moralis pōt ſine prudentia haberi. eo ꝙ ꝓpriū vtutis moralis ſit facere electionez rectā. cum ſit habitus electiuus. Ad rectam aūt electionē nō ſufficit inclinatio in debitum finē quod eſt directe per habitum vtutis moralis. ſed etiam ꝙ aliqs directe eligat ea que ſunt ad finem. qō fit per prudētiam. que eſt ꝯſiliatiua. iudicatiua ⁊ pceptiua. de his que ſunt ad finē. Similiter prudētia haberi non poteſt niſi habeantur cetere virtutes morales. cum prudentia ſit recta ratio agibilium. que ſicut ex principijs procedit ex finibus agibilium ad quos aliquis recte ſe hʒ per virtutes morales. Et ſic patet eas eſſe cōnexas.

Uirtutes cardinales eē cōcathenatas. ꝑt accipi duplr.

¶ Uirtutes tñ ille que nō perficiunt hoīem ſm cōmunem ſtatum. i. quātum ad ea que cōīter in omni vita hominum occurrunt agenda. ſed perficiunt ſm eminentem ſtatum. vt magnificentia. magnanimitas. virginitas. inquantum acquiſite non ſunt connexe cum moralibus ſm habitum ſed ſm propinquam potentiam. quia ſcilicet de facili ab habentibus ipſas morales per exercitium acqri poſſunt. Non ſolum autem ſunt connexe ad

inuicem cardinales .ſed etiã ſi ſint infuſe ſunt
cõnexe cum theologicis ⁊ cum donis. Neq
enim perfecte ſunt ipſe cardinales perfectione
ſ. ducente in vltimum finem. niſi fuerint cum
fide ſpe ⁊ charitate. Et cum dicit Proſp ꝙ om-
nis virtus propter charitatez poteſt eſſe cõmu
nis bonis ⁊ malis. loquitur de virtute imperfe
cta. vt ſunt acquiſite ſiue infuſe. Acquiſite eniz
Virtu- non ſunt cõnexe. cum theologicis. ¶ Quan-
tes theo- tum autem ad virtutes theologicas ſciendum
logicas ꝙ ſunt cõnexe ad inuicem ſm ſuum eſſe perfe-
eſſe con- ctum. Nam ſꝫ imperfectuz eſſe ⁊ informe. poſ
nexas ſunt eſſe fides ⁊ ſpes ⁊ ſine charitate. ſed actus
etiaz po- earũ non ſunt perfecti nec meritorij. Charitas
teſt itel- autem ſine fide ⁊ ſpe eſſe non poteſt. Sed cum
ligi du- fides ⁊ ſpes ſunt formate per gratiam ſũt con
pliciter. nexe ad inuicem. ſunt cõnexe theologice cardi
nalibꝰ īfuſis. Cum enī in lege diuina dentur ꝑ
cepta de actibus cardinalium. ⁊ xp̃s dicat Jo.
xiiij. Si diligitis me mandata mea ſuate. qui
habet charitatem implet illa mandata que dã-
tur de actibus illarum virtutum. ¶ Sunt etiã
cõnexe cuz donis ſpũſſancti. qui enī habet cha
ritatem. habet ſpm̃ ſctm̃. Unde dicitur ad Ro.
v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus vr̃is per
ſpm̃ ſcm̃ q datus eſt nobis. Qui habet ſpm̃ ſcm̃
Quod habet ⁊ dona eius. ¶ Quantum vero ad do-
dona na ſciendum ſm be. Tho. prima. ij. q. lxviij. ꝙ
ſpũſſan- ſunt connexa ad inuicem. ita ꝙ vnum ſine alio
cti non haberi non põt. Unde Gre. in. ij. moralis dicit
ſunt cõ- ſignari ipſa ſeptem filios Job quoruz quilibet
nexa. faciebat conuiuiũ alijs in die ſuo. qꝛ dona ipſa
reficiunt ſe inuicem. i. hominez in quo ſunt de
lectant non vnum ſine altero. Sunt etiã conne
xa cum virtutibus. qꝛ conectuntur in charita-
te. ita ꝙ qui habet charitatem habet dona. ⁊
ecõuerſo vtutes cardiales. que ꝑfecte ſine cha
ritate haberi non poſſunt.

¶ De duratione virtutum.
Capitulum ſextum.

Virtu- Eduvatione virtu
tes intel- tum. vtrum durãt poſt hanc vitaz.
lectua- Ad quod dicit. b. tho. j. ij. q. lxvij.
les du- ar. ij. ꝙ virtutes intellectuales. du
rãt quõ rant q̃ntum ad id quod eſt formale in eis nõ q̃n
intelli- tum ad id quod eſt materiale. Eſt autez forma-
gitur. le in eis ſpẽs intelligibilis cognitoꝝ. que rema
net in intellectu poſſibili poſt actũ intelligẽdi.
quibꝰ mediãtibꝰ hõ itelligit. Materiale vero
in eis ſũt fantaſmata. ad que fantaſmata aſpici
endo hõ itelligit ī hac vita. applicãdo ea ad ſpe
cies itelligibiles que corrũpũt corrupto corpe.
qꝛ potẽtie ſenſitiue. ſ. fantaſia ⁊ memoria ſunt
affixe orgaⁱˢ in corpis. ⁊ ſic intelligit illud apl̃i.
Scia deſtruet. ſ. q̃tũ ad id quod eſt materiale.
ga ne fantaſmata remanebũt. corrupto corpe
nec erit vſus ſcientie per conuerſionem ad fan
taſmata. Uirtutes autem morales ſimiliter re-
manebunt. quantum ad id quod eſt formale in
eis. Et hoc eſt ordo rationis. ſed non quantum
ad id quod eſt materiale. ⁊ hoc ẽ moderare paſ
ſiones appetitus inclinantis ad illicita. vel ex-
ercere commutationes ⁊ diſtributiões. quoad
iuſtitiam. que in alia vita non ſunt. Unde Au-
guſti. dicit in. xiiij. de tri. ꝙ prudentia ibi erit ſi
nevllo periculo erroris. fortitudo ſine moleſtia
malorum ⁊c̃. Sed prudentie erit nullum bonũ
deo preponere vel equare. Fortitudinis firmiſ
ſime cohcrere. tpantie. nullo noxio dlectari. iu
ſtitie ſubditũ eſſe deo. ¶ Quantuz ad virtutes
theologicas. charitas ſola remanet. quia non
importat in ſui ratione imperfectionem. ſed fi-
des ⁊ ſpes importãt in ſui ratione imperfecti-
onez: quia fides eſt credere: quod non videtur
ſpes ſperare quod non habetur. Ibi autem tol
litur omnis imperfectio. ⁊ clare videtur ⁊ per-
fecte poſſidetur. Quantum ad dona remanent
quidem quantum ad eſſentiam. vt dicit Am-
bro. ⁊ magiſter in. iij. ſen. non autem quantum
ad materiam circa quam operantur etiaz ſi ha
bent nunc operationem circa aliquam materi-
am quam non habebunt in patria bea. Tho.

Titulus ſecũdus de pru
dẽtia. ¶ Quomodo dicitur prudẽtia que me-
dium prefigit in omni virtute. Cap. pmũ.

Oſt tractatum de
virtutibus in cõi. videndum eſt de
ſingulis earum in particulari. Et pri
mo de quatuor cardinalibus. Deinde de alijs.
Et tractatus iſte de cardinalibus fere totus ex-
tractus eſt de li. quez fecit Henricus de Arimi-
no ordinis ꝑdicatorum de v̄tutibus cardinali
bus. Sunt tñ multa addita. vt mã tota exigis
de virtutibus annexis iſtis quatuor. Et q̃dam
etiaz de ipſis quatuor de li. ipſo excerpta aliq̃ñ Ad qd
abbreuiata. ¶ Sciẽdum eſt ꝙ v̄tus humana vtꝰ hu
que ad ꝑfectionem vite ciuilis reqrit ad duo mana
precipue ordinat. ſ. ad moderationẽ paſſionuz ordiat.
interioꝝ. ⁊ ad debitam opationẽ reꝝ exterioꝝ
circa que regulãda. neceſſe eſt adeſſe q̃tuor vir
tutes. Nam circa paſſiones refrenãdas reqrũ-
tur tpantia ⁊ fortitudo. Si enim ſint paſſiones
circa delectabilia. tactus ⁊ guſtus. vt ꝯtingit in
cibis ⁊ venereis ad eas reprimẽdas tpantia or
dinatur. Si vo ſũt paſſiones a terribilibus cõ-
ſurgẽtes cuiuſmodi ſunt timores ⁊ audacie. ⁊
ad eas moderãdas ordinat fortitudo que ī aio
Caute ergo ambulandum ideſt operanduꝫ. ne
latrunculi nos ſpoliēt ps. cxlj. In via hac qua
ambulabam abſconderunt ſuperbi ideſt demo
nes laqueum mihi. Et ideo obuiandum. vt cū
humilitate. patientia. ⁊ charitate cuncta fiant.
Scđo in illo certamie percutimur telo accidie.
Et hoc eſt periculum in ſolitudine. Solitarios
infeſtat accidia. Solitudo eſt ſterilis ⁊ infru//
ctuoſa ⁊ ſic cum anima eſt ſterilis. non ꝑducēs
fructum bonorum operum: ſed ocioſa manēs.
periculum ei imminet accidie. qua faſtidiūtur
bona ſpiritualia ⁊ omittuntur opera virtuoſa
debita. vt confiteri. dicere officium. ire ad eccle
ſiam ⁊ huiuſmodi. Ideoqꝫ procedunt multa
vitia. Unde Eſa. lx. dicitur. Gens enī ⁊ regnū
quod tibi ſcilicet deo non ſeruierit. ſolitudine
vaſtabuntur ideſt ſterilitatem ⁊ penuria vaſta/

buntur virtutum. Obuiandum ergo huic pe
riculo per occupationem bonam. Hiero. Sem
per aliquid boni facito. vt diabolus inueniat te
occupatū de conſe. di. v. Nunq̄. In tertio cer
tamine quod nobis eſt a mundo retinente. per
cutimur duplici telo ſcilicet proſperitatis ⁊ ad
Duplex uerſitatis. Ex hoc nobis imminet duplex peri/
eſt peri culum ſcilicet in ciuitate ⁊ in mari. Nam ex p/
culum. ſperitate habentur bona diuitiarum. delitiaꝝ
⁊ bonorum que communiter reperiuntur in ci
uitate. Ex quibus imminent pericula maxima
ſcilicet contēnendi. ⁊ blaſphemandi deum. pol
luendi ⁊ maculandi corpus. diſtrahēdi animū
⁊ opprimendi proximum. que pericula notat
ps. Dicens. Vidi iniquitatem ⁊ contradictio//
nem in ciuitate ⁊c̄. Ecce contemptus ⁊ blaſphe
mia contra deum qua ſibi contradicitur. Seq
tur ſuperabundauit muros eius iniquitas ſci/
licet adulteriorum ⁊ fornicationum. que ma//
culant corpus. Et labor in medio eius ſcilicet
noxie ſolitudinis ⁊ iniuſtitia quoad damnifi//
cationem proximi. Unde dominus ad vitan//
dum iſta pericula hortabatur dicens. Exite de
medio babylonis popule meus ⁊c̄. In ipſo cer
tamine a mundo aliud telū eſt aduerſitas. que
deſignatur per mare. Quia ſicut mare amarū
dicitur ⁊ fluctuat: ſic aduerſitas amaritudinē
habet. ⁊ mentem fluctuare facit. ⁊ hinc pericu
la inſurgunt diuerſorū vitiorum impatiētie.
murmurationes. diffidentie. ⁊ huiuſmodi. Ec
cleſi. xliij. Qui nauigant mare. enarrant peri//
cula eius. adeo q̄ etiā nauicula Pe. in medio
mari huiuſmodi iactatur fluctibus. Et hoc fi/
guratum eſt per mare q̄ vidit Daniel in viſio
ne. in quo pugnabant quatuor venti quadru//
plicis afflictionis ideſt ablationis rerū. ⁊ pau
pertatis infamationis infirmitatis corporee. ⁊
De q̄tu tribulationis familie. Et inde procedunt qua//
or beſti tuor beſtie vitiorum ſcilicet murmuratiōis. ⁊
ís vitio impatientie. diffidentie. ⁊ turbatiōis. In quar/
rum. to certamine quod eſt ab homine ſeuiente. du
plici telo percutimur ſcilicet aperte perſecutio
nis. ⁊ occulte circunuentionis. Ex quibus im/
minet nobis pericula ex gentibus. ⁊ pericula
ex falſis fratribus. Per gentes intelligūtur in
fideles ⁊ alij male manifeſte perſequentes bo//
nos. ſicut greci ſcilicet antiochus cum ſuis ma
chabeos. ⁊ romani apoſtolos ⁊ martyres. De
quibus poteſt intelligi illud Joel. j. Gens aſcē
dit ſuper terram fortis ⁊ innumerabilis. dētes
eius vt leonis. Sed diſſipa gentes ideſt genti/
liter viuentes. que bella volunt perſequendo
ſcilicet fideles. ait ps. Aliud certamen ab hoīe
malo eſt circunuentionis. ex quo imminet pe/
riculum deceptionis. diſcordie ⁊ diſſenſionis.
Eccleſia iam paſſa eſt perſecutiones a iudeis.
paganis. ⁊ hereticis. Nunc autem patitur per
ſecutionem ab hypocritis ideſt ſimulatis ho//
minibus. ⁊ falſis fratribus ideſt chriſtianis.
Unde Job. xxx. In perſona ipſius eccleſie ait.
Frater fui ⁊ ſocius draconum. quoad primum
genus periculi ſcilicet manifeſte perſecutiōis.
Socius ſtrutionis ideſt hypocritarum quoad
preſens tempus. De vtraq̄ dicit Auguſt. Vox
contribulatorum cum chriſto ⁊c̄. vij. q. j. Ad//
uerſitas huic. §. Idem. Sed chriſtus nos cau/
tos reddit di. Attēdite a falſis prophetis ideſt
chriſtianis vel religioſis. qui. ve. ad v. in ve. o.
⁊c̄. Matthe. ſeptimo.

¶ De partibus ſubiectiuis prudentie ⁊ de co
gnitione ſuiipſius.

Capitulum tertium.

DE partibus ſubie/
ctiuis prudentie nunc agendum.
que ſunt particularis ſeu monaſti
ca. economica. politica regnatiua.
⁊ militaris. Et vt perfecta ſit conſideratio pru/
dentie oſtendendum eſt quomodo cuilibet ci/ Ciuis p̄t
ui expediat eam habere. Ubi diligenter notan triplici
dum eſt. q̄ quilibet ciuis poteſt tripliciter con/ ter cōſi
ſiderari ſcilicet quantum ad ſingularem ſui p/ derari
fectionem. quantum ad familie gubernationē
quantum ad ſui conciuis communicationem.
Et ſm̄ hoc plures ponuntur ſpecies prudētie.
Si enim conſideretur ciuis in ſe neceſſaria eſt
prudentia particularis. Si conſideretur vt fa/
milie gubernator. neceſſaria eſt prudentia eco/
nomica. Si vero vt ciuis tunc iterum poteſt tri
pliciter conſiderari. Quia aut eſt principanti
ſubiectus. ⁊ tunc neceſſaria eſt prudentia. que
communi nomine politica dicitur. Aut eſt vt
aliquis principans. ⁊ tunc requiritur pruden
tia regnatiua. Aut eſt boni communis propu/
gnator. ⁊ tunc opus eſt prudentia militaris. Et
ſic in vniuerſo habemus quinq̄ ſpecies prudē
tie ſcilicet particularem. economicam. politicā.
regnatiuam. ⁊ militarem. Prudentia igit̄ par
ticularis neceſſaria eſt ciui. quantum ad ei⁹ ſin
gularem perfectionem. qua videlicet ſeipſum
regere ſciat. ſe caute a peccatis ſeruando. ⁊ diui
nis preceptis obediendo. Hoc autem fieri nō
poteſt ſine prudentia. que eſt humanorū actu
um directiua. ſicut ſupra dictum eſt Unde di/
cit Grego. in paſtoral. Hoſtis collidus tāto libe
rius pectus percutit. quanto nudum a pru//
dentie lorica deprehendit. Ad hanc virtutem
inducit apoſtolus ad Ephe. v. dicēs videte fra
tres quomodo caute ambuletis non quaſi inſi
pientes: ſed vt ſapientes: redimentes tempus
quoniam dies mali ſunt: propterea nolite fieri
imprudentes: ſed intelligentes que ſit volūtas

dei. Siquis autez bonitate ſingulari caret. hāc prudentiam non habendo: proculdubio nec familiam ſufficienter regere poſſet: nec verus ciuis exiſteret. Qui ſibi non ſufficit prudenter viuendo: nec alij ſufficiet conuiuendo: quia qui ſibi neq̃z eſt: cui bonus erit. Et qui cum deo rectus non eſt: nec cum ciuibus rectus erit. Oculus quidem qui in ſe corruptus eſt: alia mēbra regere neſciet: ⁊ cum eis incompetēs erit. Patet ergo quomodo prudētia particularis ad ſingularem ciuis perfectionem requiratur. Exemplum ponitur de abraam. Conſiſtit hec perfectio ſingularis prudentie in conſideratiōe ſui. Unde Helinandus dicit ꝙ in templo apollinis tale oraculum fuiſſe datum legitur Gnothi ſe auton idest noſce teipſum. que ſententia. Job. v. ſcribitur his verbis. Uiſitans ſpeciem tuaz non peccabis. Idem autem eſt ſeipſum cognoſcere quod ſpeciem ſuam viſitare. Species ꝗppe hominis eſt anima ad imaginem dei facta: que tunc viſitatur quando qualis ſit in vita indagatur. Et ad hoc optime facit quod dic̄ Bernar. in lib. de conſideratione. A te primum inchoet conſideratio tua: ⁊ in te finiatur: ⁊ infra. Conſidera quid quis ⁊ qualis ſis. Quid in natura quia animal rationale mortale. Rationalitas ſubleuat monaſticam miſeriam mortalitatis: ⁊ mortalitas humiliat altitudinem ratiōis. Quis in perſona: cuius conditionis vel dignitatis. ⁊ quomodo vteris officio tuo. Qualis in vita: vtrum bonus vel malus: proficiens vel reficiens ⁊c̄. Ibi vide. Et nota ꝙ iſta cognitio ſui quam facit prudentia inducit tria magna bona. videlicet iudicium cognitionis diuine. principium ſaluationis humane: faſtigium perfectionis interne. De primo dicit Salomon prouerbio. xxx. Uixit vir cum quo eſt deus ⁊ qui deo ſecum morante confortatus ait. Stultiſſimus ſum virorum quod pertinet ad veraz ſui cognitionem Bernar. Ab exterioribus redibit animus ad interiora. ab interioribus ad ſuperiora: vt poſſiz cognoſcere vnde venio: aut quo vado: quid ſum: ⁊ vnde ſum. Et ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionez dei. Quantoq̃z in cognitione mei perfectior. tāto ad cognitionem dei accedo. ⁊ Macro. Anima perfectam habet ſapientiam: cum vnde orta ſit: ⁊ de quo fonte venerit recognoſcit. De ſecundo dicit ps. A peccato meo munda me: q̄m iniquitatem meam ego cognoſco. Mundatio a peccato eſt principium ſalutis. Ad hoc Seneca. Initium ſalutis noticia peccati. Nam q peccare feneſcit corrigi non vult. Bern. de cognitione ſui. Principium ſalutis humilitas generatur. De tertio dicitur Luce. xviij. Qui ſe humiliat: quod includit cognitionem ſui: exaltabitur. Boetius de phica conſolatione. O mortales extra vos petitis quod intra vos eſt poſitam felicitatem: quia ſcilicet per veram cognitionem ſui quis peruenit ad eam. In huius figuram habes Luc. ix. Quod ceci ſūt vocati ad cenam que ſignificat beatitudinem. Et loquitur de cecis qui ſcilicet cognoſcunt ſe cecos: nō cognoſcentes quod pertinet ad cognitionem ſui Ber. ſuper Canti. Nemo ſine cognitiōe ſui ſaluatur. Salus autem perfecta in beatitudine.

Cognitio prudentie inducit tria bona.

¶ Econtrario ex ignorantia ſuiipſius cōſequūtur homines tria mala: ſeu detrimenta. Eſt enī fundamentum infirmitatis. nutrimentum iniquitatis: complemētum ſtultitie. Quoad primum ignorantia ſui eſt fundamentuz infirmitatis humane ſpiritualis ſcilicet peccati. Cañ. i. Si te ignoras o pulcherrima mulieruz egredere. ſi pro quia pulcherrima mulierum idest creaturarū eſt anima que quia ignorat ſe. egreditur a ſe diſpergendo ⁊ vagando per diuerſa vitia. Ber. ſuper canti. De ignorantia ſui venit ſuperbia in te: que eſt principium peccatorum. Item Lactantius de falſa religiōe. Nullus anime ſuauior cibus veritate. Ignorantia autem ſui cauſa paruitatis. Senec. in epiſtolis. Ideo ad ſanitatem difficiliter peruenimus: quia nos egrotare neſcimus. Quantum ad ſcd̄m pſal. Neſcierunt ſcilicet neceſſaria ad ſalutem: neq̧ intellexerunt. i. intus legerunt cognoſcendo ſe ipſos: in tenebris ambulant peccatorum. Terētius. Ita fere corrupta eſt omnium hominum natura: vt aliena melius iudicet q̃z ſua: ⁊ hoc in malum. Unde Tullius in li. de offi. Neſcio quo fit vt magis in alium cernamus ſi quid delinquitur. Et tamen chriſtus dicit Lu. vj. Eyce primum trabem de oculo tuo: vt eycias feſtucam de oculo fratris tui. Quoad tertium ps. Hō cū in honore eſſet non intellexit ſeipſum vel ſuaz cognitionem. Comparatus eſt iumentis inſipientibus. Ber. in li. de conſideratione ad Eug. Licet omnia myſteria noueris lata terre: alta celi: profunda maris: ſi te neſcieris. omnino eris ſimilis homini inſipienti edificanti domum ſuam ſuper arenam ſine fundamento idest ruinā non ſtructuram faciens. Plato. Inſipiens eſt qui ſuiipſius ignorat quantitatez. Tullius de Tuſcu. queſtionibus. Stultitie propriū eſt aliorum vitia cernere: ſuorumq̧ obliuiſci.

tria mala ſequūt homine ex ignorātia ſui ipſius.

¶ De prudentia monaſtica aut particulari. ⁊. ix. regulis directiuis humane vite.

Capitulum quartum.

Qualiter prudentia particularis que habet hominē ordinare in ſeipſo: dirigat opera eius ſa

tis pulchre poteſt trahi ex his verbis que habe-
tur Can.v.videlicet.Dilectus meus candidus
& rubicundus:electus ex milibus. Caput eius
aurum optimum.Come eius ſicut elate palma
rum:nigre quaſi coruus.Oculi eius ſicut co-
lumbe ſuper riuos aquarum que lacte ſunt lo-
te & reſident iuxta fluēta pleniſſima. Bene ei⁹
ſicut areole confite a pigmentarijs.Labia eius
diſtillantia myrrhā primam. Manus eius tor
natiles aurec plene hyacinthis. Uenter. eius
eburneus diſtinctus ſaphiris:crura eius colū-
ne marmoree fundate ſuper baſes aureas.Gut
tur eius ſuauiſſimū:& totus deſiderabilis:hec
ſbi.Que intelligi poſſunt de chriſto vero.i.per
ſona eius.de quo dicitur Job.v.Prudētia ei⁹
percuſſit ſuperbum ſcilicet diabolum.Ac etiaȝ
de chriſto myſtico ideſt eccleſia eius ſeu de ei⁹
fidelibus quibus dicitur Matth.x.Eſtote pru
Noueȝ dentes.Ex quibus verbis trahuntur nouē re-
regule gule directiue totius vite humane. Et ſm hoc
vite hu ꝙ ipſa verba exponit egregius vir per cuncta
māe tra laudabilis dominus Jo. dominici cardinalis
huntur raguſinus in li.ſcientifico.etſi vulgari intitula
ex vbis to amor charitatis.Et primo quidem oſtendit
ſuꝑ di- excellentia chriſti in generali:cum ſcilicet dici-
ctis. tur candidus ſcilicet per puritatem. Rubicun
dus per charitatem. Electus ex milibus per
gratie & ſapientie ſublimitatem. Exinde ponū-
tur dicte regule.

¶ Prima dirigit intentiōes:ibi. Caput ei⁹ &c̄.
¶ Secunda cogitationes:ibi. Come eius &c̄.
¶ Tertia cognitiones:ibi. Oculi &c̄.
¶ Quarta exemplationes:ibi. Bene eius &c̄.
¶ Quinta locutiones:ibi. Labia eius &c̄.
¶ Sexta actiones ibi. Manus eius &c̄.
¶ Septima fructificatiōes:ibi. Uēter eius &c̄.
¶ Octaua gubernationes vel affectiōes:ibi.
Crura eius.
¶ Nona diſciplinationes:ibi. Guttur ei⁹ &c̄.

¶ Prima ergo dirigit intentiones que ſignā-
tur per caput.Caput autem deſignat intentio-
nem:quia ſicut caput eſt principium corporis:
ita intentio principium operis.Nam ſm ſapi-
entem finis ad quem reſpicit intentio mouet
agentem.Et in his quidem que de ſe ſunt ma-
la:vt blaſphemia:homicidium:vſura:& huiuſ
modi:quantumcunqȝ videretur haberi pia in
tentio:non poteſt eſſe veraciter bona:nec opus
bonum ſed in alijs vera eſt auctoritas commu
nis ſcilicet quicquid agant homines:intentio
iudicat omnes.Et aliqui quideȝ habent caput
terreum qui ſcilicet non intendunt niſi congre
gationem ſubſtantie in ſuis operibus.etiaȝ de
genere bonorum:propter hoc ieiunant orant
& huiuſmodi:vt proſperentur. Alij caput car-
neum.qui intendunt tm̄ ſatiſfacere nature: vt
ea que fiunt propter parentelas:vel ſenſualita
ti:vt multi ſub ſpecie ſpiritus: qui multa faci-
unt propter preſentiam corporalem perſona-
rum.Alij habent caput aureum:& iſti ſunt ſan-
cti qui omnia que faciunt:faciunt propter ho-
norem dei & amorem eius. Charitas enim au-
rum ſignificat Apocal.iij.Suadeo tibi emere
aurum ideſt charitatem:quia ſicut aurum ex-
cellit omnia alia metalla:ita charitas omnes
virtutes.Et quanto quis ex maiori intentione
charitatis aliquid facit.tāto magis eſt deo gra
tus & meretur.Chriſtus autem omnia facit: &
fecit ex maxima charitate.Et ideo merito dicit
de eo eccleſia.Caput eius ideſt intētio eius au-
rum optimum perfectiſſima intentione.Unde
ipſe dicebat Jo.iiij. Meus cibus eſt: vt faciaȝ
voluntatem eius qui miſit me. ecce intentio &
multa ſimilia inuenies.Et ſic in iſto ſplendore
illuminat omnem hominem venienteȝ in hūc
mundum.Diſce ergo dirigere intentionē tuā.
¶ Secunda dirigit cogitationes que deſignā-
tur per comas ideſt capillos:quia ſicut capilli
exeunt de capite ſeu procedunt:ita cogitatiōes
a mente.Quale caput tales capilli. Noſtruȝ ca
put vnum eſt.& ideo varios capillos producit &
materialiter & ſpiritualiter.Tria dicit de his co
gitationibus:quales debent eſſe & noſtre. Pri- Tria di
mo ꝙ ſūt vnite in vno fine etſi ſint diuiſe in ma cit d̄ co
teria.Et ideo dic̄ elate ideſt cotelli aut rami pal gitatio
marum:qui quidem videntur eſſe diuiſi abin nib⁹ q̄-
uicem:& ſunt in ſummitate:ſed in fine in vnuȝ les de-
conueniūt:ita chriſtus diuerſa agebat & loque bent eē.
batur:& de diuerſis materijs.tamen ſemper ad
honorem dei & ſalutem proximi. Sic & tu.etſi
de diuerſis materijs cogitas.modo de guber-
nanda familia.modo de artificijs:modo de alij
s.fac omnia ad laudem & gloriam dei. Secun
do cogitationes debent eſſe firme & ſtabiles.iō
dicit palmarum.Palma enim viriditatem ſem
per conſeruat in hyeme vt in eſtate:ſemper ſtat
vno modo.Et quanto magis antiquatur tanto
magis dulceſcunt fructus eius.Et eſt multi tē-
poris:inferius ſubtilis:ſuperius lata. contra-
rio modo aliarum arborum.Sic cogitationes
bone debent eſſe firme. Auguſti.de peni.diſti.
iij.Bonum propoſitum conſerua iugiter: ne-
qȝ proſperitate:nec aduerſitate mutari ſemper
deuotius ſe habere. Habere latas meditatio-
nes de diuinis:& modicas de terrenis. Tertio
debent eſſe humiles.ideo dicit nigre &c̄. No-
ta ꝙ coruus libenter quieſcit ſuper cadauera:
ſic verus humilis conſiderat mortem ex qua
ſumit ſibi occaſionem humilitatis. Humi-
lis ſum corde. ait chriſtus Matthei vnde-
cimo.¶ Tertia dirigit illuſtrationes que de-
ſignantur per oculos.Ideo dicit oculi ei⁹ ſicut

duplex eſt oculus ſic duplex eſt intellectus.

duplex columbarum. Sicut enim oculo corporali quis videt corporaliter ita oculo itellectus ſpiritualiter. Et ſicut duplex eſt oculus ita duplex eſt intellectus: ſcilicet practicus circa operabilia. ⁊ ſpeculatiuus circa cognoſcibilia. ibi quieſcens. ideſt vna potentia intellectiua cum duplici dicto officio. Primo igitur itellectus debet eē diſcretiuus. diſcernēdo falſa a veris bōa a malis. vt vera ⁊ bona eligat. ⁊ falſa ⁊ mala reprobet Ideo dicit ſicut columbarum. Unde columba diſcernit grana que ſunt bona: ⁊ ſana comedit corrupta dimittit. ſic egit dominus ihs. Juxta illud Eſa. vij. Sciat reprobare malum ⁊ eligere bonum. Et vt hoc poſſit homo melius facere debet ſecundo oculos intellectus tenere ſuper riuos aquarū. ideſt ſuper doctrinis lectis vel preauditis eas ruminando. Unde dicit. b. Antho. cuidā interroganti de via ſalutis. In omni re quam facis adhibe tecum teſtimonia ſcripturarum. Et nota ꝙ non quoſlibet libros vel doctrinas debemus ruminare ſed illas ſolum. que ſunt lote lacte. ideſt ſcripturas ſacras que ad modum lactis ſunt purificatiue mentis illuminatiue ⁊ conformatiue. Alie autem doctrine vt phie poeſis ⁊ de palatinis ⁊ huiuſmodi. non purificant. ſed inquinant mentem ſuperbia vel imundicia. Columba ſtans ſuper riuos aquarum inde per vmbram contemplatur accipitrem perſequentem. vt vitet eum. Sic anima per ſcripturas poteſt cognoſcere inſidias diaboli. quomodo diuerſis modis querit capere. ⁊ ibi in omnibus videt remedia. Ipſas chriſtus allegabat predicando: propterea iudei mirabantur dicentes. quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit Joh. vij. Tertio debet etiam conſiderare diligenter inſtinctos diuinos. ſeu inſpirationes ſpiritusſancti. vt exequatur que adhuc melius ⁊ purificant ⁊ illuminant. propterea ſubdit. Reſident iuxta fluenta pleniſſima. que ſūt dōa ſpiritusſancti. Unde chriſtus dixit clamando. Joh. vij. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura. flumina ventre eius fluent aque viue. loquens de ſpūſancto. Quarto dirigit exempla que notantur per genas. ibi gene eius. ſicut gene ſunt ſub oculis ⁊ nunꝗ cooperiuntur. ſicut alia pene omnia mēbra ita exempla. ideſt opera manifeſta ſub oculis. in conſideratione ſunt hominum. ⁊ occultari non poſſunt. Tenetur autem quilibet non ſolū conſcientie ſue prouidere. ſed etiam proximi bonis exemplis edificare. Et propterea non ſolum a malis. ſed etiam ab his que habent ſpeciē mali. cauere debet iuxta ſentētiā apſi. j. ⁊. ij. ad Corin. vij. Debent autem exempla eſſe primo humilis patientie. propterea dicit areole. In area fit percuſſio grani. ⁊ calcatio ſuſtinet plures ictus. ⁊ tamen non frangitur terra. ſed integra ⁊ ſolida perſeuerat. Nullū malus exemplū dat de ſe ſeruus dei. ꝗ de virtute patientie. vt iniurijs tribulationibus non frāgatur. non turbetur. non queruletur. ſed firmus ⁊ integer in virtute permaneat. hoc chriſtus edocuit. Unde aug. j. q. j. Chriſtus quid fecit nobis. ideſt quale exemplum dedit. qui tanta patientia proditorē ſuum ſuſtinuit vſqꝫ in finem. vt ei primam eucharistiam confectam manibus ⁊ ore ſuo commendatam. ſicut ceteris apoſtolis proprijs manibus daret ⁊c. Areole dicit in pluri. quia patiētie exemplū debet oſtendi in tribulationibus corporalibus ⁊ ſpiritualibus. que duriores ſunt quia tāgunt animam. Areole nomen diminutum eſt. Ex quadam humili cognitione propriorum defectuum. ⁊ per conſequens recognoſcere ſubditum omnium penarum debet procedere iſta patiētia. non modo philoſophico. Debent ſecundo ⁊ alijs virtutum prebere exempla. ideo ſubdit aromatū. Aromata odorifera et ſuauia ſunt virtutes. zuccarum eſt charitas. Cinamomum puritas. Carophilus humilitas. Balſamus obedientia Mirrha penitentia ⁊c. Harū exempla debes dare modo de vna modo de alia que omnes. quia eis occurrunt tentationes ⁊ tribulationes. Ideo debent eſſe fundate in humili patientia. vt ſint areole aromatum. Debent tertio omnia exempla etiam operum virtuoſorum eſſe cum magna diſcretione. Unde ſubdit. Conſite a pigmentarijs. Pigmentarij ſunt qui ſciunt componere medicinas ⁊ cōfectiones. Non omnium eſt hoc qui habēt aromata. ſed paucorum ex magna practica. Non omnis qui habent virtutes ſciunt ſemper vti diſcretione. Paucorum eſt hoc ⁊ exercitatorū in via ſpiritus. Et tamen ſi deſit diſcretio. non erit virtuoſum opus. Niſi eni omnia fiant cū modis ⁊ temporibus. non edificabunt. ſed ſcādalizabunt: ꝙ chriſtus ſumme ſeruauit. Quādoqꝫ reprehendens quandoqꝫ tacens. quandoqꝫ loquens. quandoqꝫ miracula faciēs. quādoqꝫ non faciens. quandoqꝫ ieiunans. quādoqꝫ comedens ⁊c. Omnia ad edificationem. Quinta regula dirigit locutiones que deſignantur per labia. Unde labia eius ⁊c. Poſuit deus ex labia ⁊ dentes ante linguam. vt non ſubito loquamur quicquid menti occurrit. ſꝫ tardi ſumus ad loquendū. vt admonet Jacobus in canonica ſua capitulo primo. Debet ergo locutio primo eſſe ex dilectione ⁊ temperata. Unde dicit diſtillantia. Ad diſtillationē plura concurrunt: ſcilicet fornellus cū igne. cāpana ⁊ materia que dꝫ diſtillari. ⁊ alēbicus vñ egreditur guttatī. Sic ad hoc vt aliqs bñ loquatur

qui ſu[…] pigme[…] tarij.

debet eum mouere charitas. que eſt ignis in
corde ⁊ fornax. Campana eſt ratio. Illud quod
diſtillatur eſt materia que debet dici alembi//
cus eſt os. Uas vbi recipitur. eſt auditor.
Quando ergo charitas inducit aliquem ad
loquendum ipſa virtus charitatis tanquã ca/
lor quidam intenſus. debet materiam locutio/
nis quaſi euaporando per diſcuſſionem tranſ/
mittere ad altitudinem rationis. ⁊ dimiſſa
omni ſuperfluitate illud ſubſtantiale qđ aſcen
dit in rõnem ideſt quod dictat ratio paulatim
per eos proferre vbi eſt auditus. Non enim ad
modum maris redundantis dȝ ſe iactare. vel
quicquid eſt in corde dicere. nec ad moduȝ tor/
rentis oẽs inmunditias viarum colligere. nar//
rando. ſ. defectus aliorum. ſed paulatim ⁊ rõ/
nabiliter. Sic fecit dñs ieſus. Unde ipſe dice//
bat Joan. v. Hec dico vt ſalui ſitis. Ecce chari//
tas que mouebat ad loquendum. Et de eo dici
tur. j. Petri. ij. Nec dolus eſt inuentus in ore
eius. nec etiã aliquod malum. Uñ ipſa dicebat
Joan. xviij. Si male locutus ſum. teſtimoniuȝ
perhibe de malo. Ecce materia rõnabilis ⁊ to/
ta euaporata. parum lotus eſt. Uñ Eſa. liij. Si
cut agnus corã tondente ſe obmuteſcet. Secũ/
do materia locutionis dȝ eſſe vtilis: propterea
dicit myrrhã. Myrrha ẽ amara purgatiua ⁊ ꝓ
ſeruatiua a corruptione. Si locutio amara dȝ
eſſe ad reprehendendũ vitia alioꝝ. non ad adu
landum. ad purgandum ſua peccata per ꝯfeſſi
onem ad monendũ. ⁊ ſic preſeruãdo alios a vi
tijs. Tertio dȝ eſſe de melioribus propterea di/
cit primam. Prima enim diſtillatura eſt melior
alia. Sic põt hõ loqui de diuerſis bonis ⁊ bene
ſed dȝ homo eligere etiã melius. ita ꝙ ſit totali
ter ſermo ſm deum. ſicut fecit xp̃s qui ait Joã.
viij. Sicut audiui a patre. ſic loquor in mũdo.
Sexta dirigit operatiões que deſignantur per
manus. Unde dicit manus eius ⁊c̃. Opa que
facimus artificialia ⁊ multa alia manibus faci/
mus: Et ꝑpterea manus in ſcriptura deſignãt
opus nr̃m. Hec aũt opera debẽt eſſe bona. j. Et
propterea dicit tornatiles. Torno eſt inſtr̃m qđ
valde cito opatur. remouet a lignis ſupfluita//
tes ⁊ polit. ⁊ tñ reuertitur retro q̃ztũ procedit
in ante. Hoc ſpiritualr̃ dȝ eſſe in operibus nr̃is
ſcȝ vt prompte operemur. non tarde vel lẽte in
ſurgendo a dormitatione. in eundo ad eccliaȝ
in accedendo ad ꝯfeſſionẽ. ⁊ hmõi. Neſcit enĩ
tarda molimina ſpiritusſancti gr̃a. Dicit Am//
bro. in ome. ſup Lucã. Debemus etiaȝ tollere
ſuperfluitates ab operibus nr̃is. vt in veſtimẽ
tis. cibis in edificijs et hmõi. Cañ. ij. Tempus
putationis aduenit. Debemus facere opa mun
da ⁊ nitida in ꝯſpectu dei. Debemus in opib⁹
nr̃is non ſolum reſpicere in antea ad alia q̃ re/
ſtant fiendã ſed etiã aliqñ reſidere preterita ad
dolendum de defectibus. Sicut faciebat pau//
lus dicens. j. Corin. xv. Non ſum dignus voca
re apoſtolus. q: perſecutus ſum eccleſiã dei. Et
Augu. in lib. Confeſſionum accuſans peccata
preterita. Fuit dñs ieſus ſollicitus ⁊ promptus
in operibus ſuis. Joã. viij. Diluculo venit in tẽ
plum. nil ſuperfluum erat in eo. Colligite ait.
que ſuperauerant fragmenta ne pereant. Joã.
vj. Omnia opera ſua deo accepta. Joan. viij.
Ego ait que placita ſunt ei ſcȝ patri facio ſemꝑ.
Scđo opera iſta debent eſſe multiplicia. Ideo
ſubdit. Auree. Aurum enim valde extendit ſu
per omnia alia metalla. Nam de vno ducato fi
unt circa. c. petie ad deaurandum picturas. ſic
opera noſtra debent ſe extẽdere ad multa. Ali/
quando ad pauperes paſcendos. Aliqñ eũduȝ
ad eccleſiã ad officium ad predicationẽ. Aliqñ
ad opera religioſa ⁊c̃. Multa bona opa oſtẽdi
vobis ait xp̃us. Joã. x. Debet tertio in ipſis ope
ribus eſſe conſideratio premiorum. propterea
ſubdit plene iacinctis. i. lapidibus precioſis. vl̃
floribus alliſis qui habent colorẽ celeſtem. La/
bor te terret ait Aug. Cogita de ꝓmio. Sic do/
minus ieſus ſemꝑ in operibus ſuis contẽpla//
batur deum ⁊ ſupernam gloriam. Diſce ergo
ipſum ſequi qui illuminat omnem hominem
venientẽ in hunc mundum. Septima dirigit
fructificationes que deſignantur per ventrem.
Unde dicit. Uenter eius ⁊c̃. In ventre ſtat fru//
ctus humanus. i. puer. Magna cura ⁊ ſtudio
querebant homines in veteri teſtamento face/
re fruct⁹ humanos. i. filios. Unde ⁊ in lege ſte
rilis. dicebatur maledicta. Sed iam in nouo te
ſtamento non curat deus tantum de iſta fructi/
ficatione Immo dicit. Luc. xxiij. Btẽ ſteriles q̃
non genuerunt ⁊ vbera que non lactauerũt. ſȝ
vult fructus ſpirituales permanentes. non de
ficientes vt filij. Uñ dicit Joã. xv. Poſui vos vt
eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus veſter mane
at. Et qualis eſſe debeat oſtenditur. cum ſubdi
tur. Eburneus. Ebur eſt os elephantis: anima/
lis caſtiſſimi. ⁊ ſignificat caſtitatem. Unde i an
te. Ebur caſtitatis. hos igitur filios debemus
generare. ⁊ tales qui ſint caſti. i. caſtitatem de//
bemus in nobis amare. ⁊ in alijs ſuadere. Di//
cuntur etiã fructus noſtri opera ꝑmanentia. vt
libri. edificia. hoſpitalia que quidem faciũt ad
gloriam humanam: vt pingendo arma ⁊ hu//
iuſmodi. ſed eburnea non ſunt. ⁊ ideo fiẽda ad
gloriam dei. Ebur eſt durum. ⁊ ſignificat con/
ſtantiam ⁊ perſeuerantiam quam debet quis
ſuadere his quos trahit ad deum non ſolum
actiua ⁊ mũdana. ſed ſpiritualia ⁊ celeſtia. Sic
dominus ieſus egit. Nullum docuit aliquam
artem vel ſcientiam cum omnes ſciret. ſed be/

de diuina ⁊ ſpiritualia. Eſt autez diſtinctus iſte venter zaphiris. quia facit docere filios ſuos ſpirituales quos verbis ⁊ exemplis trahit ad chriſtum. Octaua dirigit gubernationes deſignatas per crura. Unde crura eius ⁊c. Sicut enim ſuper crura/ ſ. tibias ſuſtentatur totum corpus. ſic totum corpus eccleſie ſuſtentatur ⁊ regitur duplici regimine. eccleſiaſtico ⁊ temporali. diſt. xcvj. Duo ſunt. Sed ad hoc vt non ruat ipſum corpus eccleſie. Oportet vt illa regimina ſint iuſta. Et propterea ſubdit. Columne marmoree. Aliqui faciunt rempublicam. i. regimen columnas luteas. ſ. non querendo niſi colligere pecunias ⁊ depredationes extorſiões ⁊ huiuſmodi. Alij faciunt columnas ferreas. vtentes vt tyrannica. gladio ⁊ ſpata. nutrientes ſectas. expellentes bonos ⁊c. Alij de nihilo faciunt. ſed deſtruunt factas faciendo cõtra deum ⁊ eccleſiam. vt poſſint bene proſperare in ſtatu ſuo. Regimen tale durare nõ poteſt. ſed iam ruit. Faciendo iſtas columnas ſoluz de argento. Non ſufficit. ideſt ſi ſolum vacaretur contemplationi ⁊ lectioni. vel doctrine. aut prelatis. Requiritur adhuc aliud. videlicz columne marmoree. Nullus lapis durior marmoreo. nullus candidior. nullus vtilior ad ſeruanda vnguenta. Et cum ſit ita durum. mirum eſt ꝙ melius domatur plumbo dulci ꝙ̃ ferro. Et ideo conuenienter ſignificat iuſtitiam. Nulla enim virtus requirit tantam fortitudinem ſicut iuſtitia iudicatiua. Impugnatur eniz a ſanguine. a minis a muneribus. a precibus. Nulla virtus pulchriorem facit rempublicaz ⁊ puriorem. Eſt enim reddens vnicuiqz quod ſuum eſt. Sicut autem corporis pulchritudo reſultat ex membrorum debita proportione. ita ipſa iuſtitia que habet ꝓportionare cuncta. Facit corpus eccleſie pulchrũ ſoluz a plumbo humili. ideſt a penitentibus ⁊ humilitatis aliquantulum flectitur. Iuxta illud virgilij. Parcere ſubiectis ⁊ debellare ſuperbos. Columne i plurali dicit. quia duplex eſt iuſtitia. ſcilicet diſtributiua. ⁊ commutatiua. vt premiare bonos ⁊ punire malos. Super baſes aureas. ideſt ſup fidem ⁊ charitatem alias nihil valet. Sed quia quod expoſitum eſt de duplici regimine. ſpectat ad prudentiam polliticam non excundo terminos prudentie particularis. qua quis regulat ſeipſum. Poteſt dici ꝙ crura ſignificant appetitus ſiue affectus. quia ſicut cruribus itur. ita affectibus anima pergit verſus celum vel infernum. ſm qualitates affectionum. Duo autem crura ſunt duo appetitus. ſcilicet ſenſualis ⁊ rationalis. que crura dicuntur nõ eſſe carnea. neqz ferrea. ſed marmorea habent ſpiritualiter crura carnea que in his que expediunt carni. non querunt neceſſitatem. ſed voluptatem vt ſufficiant omni modo ipſi ſenſualitati. Cum tamen dicat apoſtolus ad Ro. Debitores ſumus carni. non vt ſm carnem viuamus. Si enim ſm carnem vixeritis: moriemini. Appetitum autem rationalem habent carneum qui in operibus ſpiritualibus que faciunt. carnalia querunt honores. diuitias. ⁊ huiuſmodi. Uel etiam quia patres ſpirituales aut fratres aut filios ſpirituales carnaliter ideſt ſenſualiter diligunt. Semper querentes eorum preſentiam corporalem. Contra quos dicit Auguſti. in regula. Inter nos non carnalis. ſed ſpiritualis debet eſſe dilectio. Crura etiaz ferrea habẽt qui nec ſibi nec alijs per affectum compaſſionis mouentur ad ea que neceſſaria ſunt. ſz duri ⁊ rigidi nimis ſunt. contra quos dicit Hieronymus. Quod dignitatez creature rationalis amittit qui ieiunium charitati. aut vigilias prefert ſenſuum integritati de conſecratio. diſtinctio. v. Non mediocriter. Prudens igitur habet crura affectuum. non carnea neque ferrea. ſed marmorea ideſt pura ⁊ fixa ſeu firma. que crura affectuum fundantur ſuper baſes aureas. i. ſuper duo precepta charitatis dei ⁊ proximi dilectionis. Nona dirigit diſciplinationes ideſt modum docendi ſeu inſtruendi alios. Doctrina enim voce porrigitur. que a gutture procedit: ⁊ ideo ipſa diſciplinatio notatur cum dicitur. guttur eius ſuauiſſimum. Debet enim qui docet ſiue priuate ſiue publice loqui non ſoluz aperte vt intelligatur. ſed etiam ſuauiter. vt audientis animus delectetur. propterea dicitur guttur ſuauiſſimum. non tamen debet adulatiue loqui. Nam contra huius adulatores dicit dominus Malach. ij. Maledicam benedictionibus veſtris ideſt ſermonibus adulatorijs. j. q. j. Maledicam. ⁊ in eadem. q. c. Multi. Sed debet loqui vtiliter ⁊ benigne. Iuxta illud. ij. Corinthio. vj. In ſuauitate in ſpiritu ſancto. ⁊ cum loqui habet materias de ſe turpes. vti debet vocabulis quantum poteſt honeſtis. non aperte ſicut ribaldi. non tales locutiones non ſunt ſuaues. ſed odioſe ſapientibus. Unde Hieronym. De nephandis criminibus que in occulto fiunt que nominare etiam turpiſſimum eſt. ne ⁊ dicentis os aures audientium pollueren tur. generaliter ſcriptura compreſſa eſt. dicens. Uerecundos facite filios iſrael ab omni immũditia. xxij. q. iiij. In eo.

¶ Quia ſupra introducta eſt auctoritas illa. .§. i. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Potes hic notare quadruplicez prudentiam ſerpentis naturalem quam virtualiter imiteris. Prima eſt. quia ſerpens quando

Prudẽtia ſpẽtis nālis ⁊ q̃druplex

videt ſe percutiendum. de toto corpore facit ſcutum. vt preſeruet caput illeſum. Nam ⁊ ſi vulneretur in corpore capite integro. non ex hoc mortem incurrit. Sic debes tu omnia exponere ſcilicet ſubſtantiam. famam etiã vitam leſioni vel amiſſioni. vt caput videlicet ratiõis ſeu chriſtus qui eſt caput noſtrum illeſus euadat. Leditur enim ratio vel ipſe chriſtus in nobis exiſtens ſolum per culpam qui ſemper debet vitari. Unde Auguſti. Potius debet quis omnia mala pati ꝙ̃ peccato conſentire. xxxij. q.v. Ita ne. Secunda prudentia ſerpentis eſt. quia vetuſtus effectus vel infirmus vt iuueneſcat. artum foramen inquirit lapidis firmi. per quod cum diffi cultate tranſiens. vetuſtam pellem deponit. exinde induens nouam. Sic ⁊ tu factus debilis ⁊ antiquus per peccatum. Si vis vt iuuentus tua renouetur per gratiam. oportet te ire per foramen artum penitentie. quantumcunqꝫ tibi difficile videatur. Et hoc foramen debet eẽ in fixa petra ⁊ firma: id eſt firmo propoſito non recidiuandi. quia vt ait Auguſti. Nihil proſunt lamenta ſi iterentur peccata ſcilicet quoad propoſitum iterandi vulnus iteratum tardius ſanat. de peni. diſtinctio. iij. Inanis. ¶ Tertia prudentia ſerpentis ſcilicet aſpidis eſt. quia cum incantatur. ne audiat vocem incantantiũ obturat aures ſuas. vt ait pſal. lvij. Unam figendo in terram. in aliaꝫ caudam immittendo. ſic ⁊ tu fac. Cum incantator diabolus vult te capere incantationibus ſuarum ſuggeſtionum. claudas aures. cogitationes. ⁊ affectus. ne ipſis aſſentias. ⁊ hoc ex conſideratione finis peccati. quod ſignificatur per caudam. quia vt dicit apoſtolus ad Roma. Finis illorum mors eſt. Et ex conſideratione mortis corporalis ad terram proſternentis humiliatur hõ ⁊ cauet a peccatis. Iuxta illĩd. Terraꝫ geris: terrã teris ⁊ in terrã reuerteris. q de fra ſumeris. xiii. q. ij. In eccleſiaſtico. Quarta prudentia ſerpẽtis eſt. qui inſidiatur calcaneo mulieris. vt dicitur Gene. iij. vt ſcilicet occidat eã. Mulier autem voluptatem ſeu mundanam pſperitatem deſignat. Calcaneus eſt finis eius. Sic autem occiditur ſeu contẽnitur humana proſperitas ſeu voluptas. dum attenditur finis eius id eſt vanitas ⁊ nocibilitas. Grego. in omel. Momentaneum eſt quod delectat. ſed eternum quod cruciat.

¶ Item ad prudẽ- .§. ij.

tiam particularem ſiue monaſticam pertinet illa auctoritas. Prouer. xij. Quatuor ſunt minima terre. ⁊ ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus id eſt prudentiora. Formice populus infirmus qui preparant in meſſe cibum ſibi. Lepuſculus plebs inualida qui collocat in petra cubile ſuum. Regem locuſta non habet. ⁊ egredit vniuerſa per turmas ſuas. Stellio manibus nititur. ⁊ moratur in edibus regum. Expone moraliter. In formica commendatur nobis prouidentia que eſt pars prudentie. per quam reſpicitur ad futura ſibi prouidens. Unde Prouer. vj. dicitur. Uade ad formicam piger. In locuſta que ſaltat. ⁊ poſt ſaltum retro decidit. Deſignatur in prudente ardens deſiderium eternorum que ſunt vltimis finis. qui maxime attenditur a prudente. Iuxta illud prudenter agas ⁊ reſpice finem. Sed caſus locuſte in retro ſignificat recordationem preteritorum defectuum. ⁊ huiuſmodi. Memoria autem preteritorum ad prudentiam pertinet tanquam pars eius. In ſtellione qui eſt lacertulus. quaſi depictus ⁊ ſtellatus. qui alas non habet. Sed manibus nititur incedere. ſignificat diligentiam in operatione. que ſupplet defectum nature. Diligentia autem operationis pertinere videtur ad rectam ordinationem preſentium que eſt ſecunda pars prudentie. vbi opere fiendo conſiderandum eſt an tale opus liceat. expediat ⁊ deceat. vt licitum reſpiciat neceſſitatem. ſꝫ ad ſalutem expediens vtilitatem decens honeſtatem ſm Bernar. Et habetur extra de voto magne. In lepuſculo quod eſt animal timiduꝫ velociter fugiens ſed in petra collocans cubile ſuum. ſignificat diffidentiam de proprijs viribus ſuis. ⁊ ſenſu ſuo. ⁊ confidẽtia in deo ſeu chriſto que eſt petra. Petra autem erat chriſtus. Unde Prouer. iij. dicitur. Ne innitaris prudentie tue. vbi Hierony. Prudentie ſue innititur. qui ea que ſibi agenda vel dicenda videntur patrum decre. preponit extra de conſtitu. Ne innitaris.

Quatuor ſunt minima terre.

¶ De prudentia economica.

Capitulum quintum.

Secunda prudẽtia eſt economica. que eſt neceſſaria ciui. inquantum eſt familie gubernator. vbi ſciendum eſt. ꝙ ſm ꝙ vult philoſophus primo politico. In perfecta familia ſeu domo tres communitates requiruntur ſcilicet viri ⁊ vxoris. domini ⁊ ſerui. patris ⁊ filij. Et prima quideꝫ requiritur propter opus generationis quam natura principaliter in ea intendit. Secunda requiritur propter opus adminiſtrationis. Non enim res generata ſubſiſtere poſſet niſi adminiculum ſerui adeſſet. vbi ſm pħm loco ſerui non tm̃ accipitur miniſter rationalis. quem poſſunt diuites habere. ſed etiam mancipium aliqđ irrõnale qđ loco ſerui

tres cõmunitates requiruntur in imperfecta familia.

pauperibus deſeruit. vt bos. aſinus. vel etiam
inſtrumentum aliquod lucratiuum. vt nauis.
ligo. vel aliud huiuſmodi. Tertia requiritur
propter perpetuam ſpeciei conſeruationem. et
ideo humana vita in vno perpetuari non po-
teſt: ſed requiritur ſucceſſio filiorum in quibus
non ſolum humana ſpecies. ſed etiam vna fa-
milia perpetuari poteſt. Secundum has tres
communitates neceſſaria ſunt tria regimina
prudentie. Nam alia prudentia requiritur in
regimine vxoris. alia in regimine ſeruorum.
⁊ alia in regimine filiorum.

Primo ergo .§.i.

ciuis qui eſt gubernator familie. debet polle-
re quadam prudentia ad regimen vxoris. Ubi
ſcire oportet ꝙ vir circa vxorem tripliciter de-
bet ſe habere. ſ. ꝙ ei affabiliter conuiuat. decē-
ter ipſam tractet ⁊ue procuret. ⁊ ſine zelotipia
diligat ⁊ viuat. In ea autem debet tria velle ſi-
bi. Quod ſit caſta cum pudicitia. Uerecunda
cum ſilentio. ⁊ pia cum diſcretione. Hec omnia
menſuranda ſunt per prudentiam viri. Primo
vir cum vxore debet affabiliter viuere. Eſt enī
maritus ſolatium vxoris. non ſolum in copu-
la carnali. ſed etiam in conuictu ſociali. maxi-
me cum vxorem non deceat ſe multum exhi-
bere extraneis ſocijs ⁊ ſolatijs. poſſet enim ci-
to infamiam apud alios incurrere ⁊ malam de
ſe in corde viri generare opinionem. Ad hec
ergo vitanda debet vir vxori eſſe affabilis ⁊ be-
niuolus. alias vita vxoris eſſet cum triſtitia.
Signa autem amicitie que debent vxoribꝰ ex-
hiberi. non ſunt vniformiter ad oēs hn̄da. Si
enim vxor eſt humilis ⁊ honeſta. ſunt quidem
ſigna hmōi oſtendenda. ⁊ ſi aliquādo erret: de-
bet verbis blandis ⁊ dulcibus ammoneri. Si
vero ſit ſuperba ⁊ contumax. debet aſperior in-
crepatio adhiberi. Rex aſſuerꝰ domeſtice ſe ha-
buit ad reginam heſter. quando ab ea inuitatꝰ
ad conuiuium ſuū: benigne ⁊ dulciter inuitationē
ſuſcepit ⁊ cum ea familiariter comedit. Heſter.
v. Ad reginam vero vaſthi durius ſe habuit. qꝛ
eius imperio parere contempſit. Heſter. j. Se-
cundo vir debet vxorem decenter tractare tam
in ornamentis ꝙ̄ in alijs eius perſonam per-
tinentibus. Eſt enim mulier facta in adiutori-
um viri ad opus generationis. Unde non ſi-
cut ancilla vel ſerua tractanda eſt. ſed ſicut ſo-
cia gubernanda. propter quod de media ſub-
ſtātia viri vt de coſta formata eſt. ſicut ſacra ſcri-
ptura teſtaſ. Debȝ aūt vir vxorē tractare in veſti-
mentis ⁊ alijs ornamentis ſm̄ ꝙ decet ⁊ ſuo ſta-
tui expedit. Decȝ. n. vxorē militis magis hono-
rificas veſtes hr̄e ꝙ̄ vxorē ſimplicis ciuis: ⁊ re-
gis ꝙ̄ vxorē militis. Et ſic de alijs diligēter in-
ſpectis conditionibus perſonaꝝ ſtatuū. locoꝝ
⁊ temporꝝ. Alioqn̄ ſic ſecus fiat daſ ciuitatibꝰ
magna occaſio ruine ⁊ deſtructionis. Un̄ phs
in. j. retho. Loquēs de macedonibꝰ. ait eos eē
infelices eo. ꝙ ſuis vxoribꝰ illicita pmittebāt.
Ualerius maxi. ciues ro. cōmendat eo ꝙ vxori-
bus de indumētis ⁊ alijs neceſſarijs pūidebāt
ornamentis decēs. Conſuetudo diu approba-
ta apud romanos. inde ad alios deriuata. ꝙ vi-
ri vxores ſuas ornamētis decentibꝰ induebāt.
ſed parco victu nutriebāt. Tertio vir dȝ vxorē
ſic diligere vt zelotipiā vitet. aliquādo ſibi ma-
gnum nocumentū nō ſeruādi fidem prebet. In-
fertur quidē nocumentū magnū viro. ſi nimis
circa vxorē eſt zelotipus. qꝛ ſemp eſt in ſuſpitio-
ne. ⁊ per ꝯſequēs in cordis anxietate. vn̄ fit cū
vna cura altā ipediat ꝙ retrahaſ a debitis ope-
ribus ciuilibus. ꝓpter quod ad ꝯuiuendū cum
alijs ciuibus grauis reddiſ ⁊ ineptus. Itē vxo-
ri ex hoc nō ſeruādi fidē incitamētum preſtat.
Id enī quod ꝓhibetur ex ipſa ꝓhibitiōe magis
ꝯcupiſcitur. Nam ſm̄ phm̄. ij. retho. Concupi-
ſcentia eſt eius qd̄ abeſt: non aūt eius qd̄ adeſt.
Et cū ex ipſa ꝓhibitione res ꝓhibita videaſ ab-
eſſe. eo ipſo magis deſideraſ. Ex quo ſequiſ vxo-
res zelotipoꝝ magis icitari ad malū. qꝛ in his
magis augeſ cōcupiſcētia eorū que ꝓhibētur.
vel a qbus ſe priuari per viros ſuſpicanſ. Mā-
dauit deus in veteri lege. vt vir ꝓpter amoris
zelotipiam falſum crimen vxori non impone-
ret. aut per odium non affligeret. ſed potiꝰ ſcri-
pto libello repudij eam dimitteret. Deutero.
xxiiij. Quod permiſſiue fuit factum. vt dixit
xp̄s Matth. xix. Ad vitandum vxoricidiū. Un-
de non ſine peccato hoc faciebant. Nunc nul-
lo modo illud tolleratur per leges canonicas.
Et valerius narrat ꝙ quidā ex nimio amore ad
vxorem ipſa mortua ſe interfecit.

Ab vxore autem .§.ij.

vir querere debet que muliebri ſerui videntur
competere inter que primum eſt ꝙ ſit caſta et
pudica. Decet enim vtrunqȝ coniugem ſibi in-
uicem fidem ſeruare. Ad hoc enim aſtringun-
tur: non ſolum diuino precepto quo omnis for-
nicatio prohibetur. ſed etiam iure naturali. qd̄
dictat coniunctionem maris ⁊ femine eſſe in-
diuiſibilem propter bonum prolis procrean-
de. ⁊ ad perfectum producende. Ad quod re-
quiritur permanentia maris cum femina vſqȝ
in finem. ex quo apparet eſſe matrimonium de
iure naturali. Maxime autem decet ⁊ expedit
bonis matrimonij ꝙ vxor polleat caſtitate. qꝛ
eius violatio eſt periculoſior ꝙ̄ violatio viri.
propter incertitudinem filiorum adulterorum
qui in hereditate paterna ſimul cum legitimis
poſſent

Uir circa vxorem tripliciter ſe debȝ hr̄e.

Que ſi... ſerua... de l... inge.

poſſent ſuccedere. Item ex hoc conditioni mulieris: magis repugnat ꝗ̃ conditioni viri. Ad caſtitatem autem vxoris multum facit ſobrietas: ⁊ cibi parcitas quibus maxime mulieres debent pollere. Debent enim eſſe temperate circa cibum ⁊ potum: propter quod natura facit eas eſſe parue ⁊ rare digeſtionis. ⁊ per conſequens parue ſumptionis. Recitat Ualerius maximus. ꝙ Romanis mulieribus nephas erat vinum bibere. Unde ait ꝙ vini vſus oliꝫ Romanis feminis ignotum erat: ne in aliqꝺ dedecus prolaberentur: quia vſus vini conſueuit eſſe proximus ad venereã incontinentiam. Non ſolum autem vxorem decet eſſe caſtam in veritate: ſed etiam pudicam quantum ad exteriores corporis geſtus. Debet enim ab omni ſpecie mala abſtinere. puta a petulantia oculorum diſcurſibus ſuperfluis: inordinatis corporis motibus: virorum colloquijs: ludis virilibus: ⁊ ab omnibus huiuſmodi: que earum honeſtatem in oculis hominum poſſent aliqualiter denigrare. Unde Cryſo. in quadaꝫ omel. ſuper Ioan. dicit. ꝙ mulieris eſt domi philoſophari: ideſt in domo operoſam continue ſe reddere: ⁊ a diſcurſibus ſe cohibere. Eſt eniꝫ vt dicitur in tractatu de abuſio. Unũ abuſionis genus mulier ſine pudicicia. Gratia autem ſuper gratiam mulier ſancta ⁊ pudorata. Eccĩ. xxvj. Secundo debet vir in vxore querere: ꝙ ſit verecunda ⁊ taciturna. Uerecunda enim ſm philoſophum. vij. Ethicoꝝ. Eſt quedam paſſio que conuenit etati iuuenili. Et hoc maxime competit mulieri. Cuꝫ eniꝫ ſm eundem philoſophum. Uerecundia ſit timor inglorificationis. Ille maxime eſt verecundus: qui maxime timet confundi vel erubeſcere coram alijs. Talis auteꝫ eſt qui eſt laudis appetitiuus. ⁊ iterum qui eſt parui cordis. Mulieres autem ſunt laudis appetitiue propter carentiam virtutis ⁊ operum virtuoſorum. ⁊ ex hoc ſunt erubeſcitiue timẽtes confundi in conſpectu aliorum. Item ſunt timide ex paruitate cordis: quaſi omnia expaueſcentes. Cum autẽ hec paſſio ſit laudabilis: ⁊ quedam cathena retrahens a multis turpibꝰ querenda eſt in vxore verecũdia. Alioquin ſi mulier verecundiaꝫ perdit. efficitur audaciſſima ſine freno. ſm illud Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Et intantum excedit ꝙ vix inuenitur aliquis vir qui perpetraret illa: que mulier inuerecunda attentaret. ſiue in turpibus ſiue in quocunqꝫ genere peccatorum. Mulier enim in eo quod concipit communiter excedit: ſiue in bono ſiue in malo. ⁊ hoc contingit propter paucitatẽ rationis ⁊ abundantiam paſſionis. Signum auteꝫ huius laudabilis paſſionis videtur eſſe ſilentium ſiue taciturnitas. et ideo non decet mulierem eſſe garrulam vel litigioſam. quia hoc maxime indicat audaciam virilem. quam multum vitare debent mulieres. eſt enim ſm philoſophum ſilentium ornamentum mulieris. Unde in huiuſmodi ornamenti laudem dicitur Eccleſiaſtici. xxvj. Mulier ſenſata ⁊ tacita non eſt immutatio anime erudite. Exemplum de Sarra que viris: ideſt angelis comedentibus ſub arbore non exiuit ad eos: ſed tãquam verecunda et taciturna in tabernaculo manſit. Tertio debet vir in vxore querere ꝙ ſit pia ⁊ miſericors. ſed cum diſcretione. Mulieres enim communiter ⁊ pueri ſunt miſeratiui. ſed pueri propter innocentiam credentes alios eſſe innocentes. Et ideo omnes indigne putant aliquid pati. Mulieres vero propter molliciem complexionis quam anima naturaliter imitatur. ⁊ ideo nihil durum alijs ſuſtinere poſſunt. Ad hoc autem maxime inducenda eſt vxor propter duo. Primo propter familiam quaꝫ debet conſolari. eo ꝙ communiter in domo habet reſidere. Debet enim eſſe ſollicita ⁊ operoſa ad ea que ſunt in familia. ⁊ per familiam agenda. Secundo propter elemoſynas pauperibus erogandas. Uiri enim ſunt intenti ad mercationes. ⁊ ad alia opa magna. ad hoc ꝙ familia non deficiat in neceſſarijs. ⁊ ideo frequenter negligunt pauperes ⁊ ſeipſos in his que ſpectant ad deum. quapropter vxores in hac parte defectum virorum ſupplentes debent eſſe elemoſynarie ⁊ pie. tam pro ſe ꝗ̃ pro viris. Exemplum de Maria magdalena cum alijs mulieribus que chriſto miniſtrabant de facultatibꝰ ſuis. Marc. xv. ⁊ Luc. viij. Et recipiebant hoſpitio. Luce. x. ⁊ de ſepultura eius. Marci. xvj.

Uxor ſi ducẽda pp duo

Licet quantum .§. iij.

ad conſtitutionem domus imperfecte poſt cõmunitatem viri ⁊ vxoris prius ſit tempore cõmunitas. domini ⁊ ſerui ꝗ̃ patris ⁊ filij. Natura tamen in parentibus magis eſt ſollicita circa filios ꝗ̃ circa ſeruos. Et ideo prius eſt agẽdum de regimine filiorum. Ultimo de regimine ſeruorum. Sciendū eſt igitur ꝙ patres debent eſſe ſolliciti circa filios. ad quorum curaꝫ obligantur tam in iure naturali ꝗ̃ diuino. Iure quidem naturali. quia filius eſt aliquid patris. Eſt enim generatus de ſubſtantia patris. ſiue per modum principij tm̃ actiui. vt dicunt naturales ſiue per modum principij actiui ⁊ materialis. vt dicunt medici. vt videlicet

Sollicitudo patruꝫ erga filios.

pars deciſa a patre inſimul cum materia a ma
tre miniſtrata. fit de ſubſtātia corporis filij ma
terialiter. Eſt autem naturale ꝙ quilibet dili
gat opera ſua. vt vult philoſophus tertio Ethi
corum. Unde patres diligunt filios. ⁊ Poete
poemata ſua. Hoc etiam apparet ex natura to
tius quod ad ſe naturaliter partem ſeparatam
trahit. pater autem ad filium ſe habet. vt totuꝫ
ad partem. Ex quo patet ꝙ vehemens eſt amor
patris ad filium quaſi ſui ad ſe. Ex amore au
tem ſollicitudo cauſatur circa dilectum. Sicut
ergo patres eſſe ſubſtantie filijs ꝯtulerunt: ſic
conferre tenentur nutrimentum quantum ad
gubernationem corporis. ⁊ diſciplinam quan
tum ad regimen morum. Jure quidem diui
no ab hoc idem obligantur. ſicut dicit, ſcriptu
ra ex ore ſapientis. Si filij tibi ſint. erudi eos.
alioquin patres qui ſunt negligētes circa cor
rectionem filiorum. participes exiſtent pecca
torum eoꝝ. ⁊ frequenter iuſte dei iudicio ēt in
hac vita puniuntur. Hely ſummus ſacerdos
iudeorum. quia negligens ⁊ remiſſus fuit in
correctione prauorum filiorum: dure a domi
no increpatur. qui tandem iuſto dei iudicio
morte ſubita ac miſerabili. quantum ad ocu
los hominum. ruptis ceruicibus a tergo cadē
do extinguitur. primi Regum quarto. Et Da
uid etiam quia negligēs fuit in correctione fi
liorum punitus fuit ex multis malis: que fece
runt. vt dicit Gratianus diſtinctio. xlvij. Sicut
hi qui per inſaniam. §. Neceſſe. Quia autem
ſermones vniuerſales in moralibus ſunt mi
nus vtiles. conſiderari oportet in ſpeciali ea a
quibus filij per patres ſunt retrahendi. Et ea
ad que ſunt inducendi. Sunt autem tria preci
pue ad que iuuenes naturaliter inclinantur. a
quibus retrahi debent per patres. Sunt enim
paſſionuꝫ ſectatores in verbis procaces ſeu la
pſu lingue precipites. ⁊ in ſenſu proprio per
tinaces. Sunt autem tria ad que ſunt inducen
di. ſcilicet ꝙ ſint diuinoruꝫ cultores. ꝙ ſint ho
noratiui maiorum. ⁊ ꝙ ſint ſectatores bono
rum morum. Primo ergo iuuenes naturali
ter inſequuntur paſſiones quod eis contingit
ex abundantia caloris ⁊ feruore ſanguinis. ex
quo fit incitatio ad concupiſcentias venereo
rum. Cum ergo omnis homo agat vel ex ratio
ne: vel ex paſſione. Juuenes autē vſu rationis
careant. cōſequens eſt eos ex paſſionibus age
re ⁊ earum eſſe inſecutores. ab his autem re
trahi poterunt per litterarum ſtudium. ⁊ artiū
um mechanicarum exercitium. Unde ab in
fantia ſunt deputandi ad huiōi opera. ⁊ maxi
me ad ſcientias liberales. vt eſt grāmatica que
directiua ſermonis eſt in loquendo congruuꝫ.

tria ſūt ad q̄ iuuenes nāl'r inclinant

Ad dialeticam que eſt directiua rationis in cō
cludendo verum. Ad rethoricam. que eſt ſua
ſiua in proponendo ornatum. Ad muſicam.
que eſt delectabilis in vitando ociū. Ad arith
metricam. que eſt inſtructiua proportionum
in ſciendo numerare. Ad geometriam: que eſt
menſuratiua quantitatum in videndo ſpacia
terrarum. Ad aſtrologiam. que eſt perſpectiua
aſtrorum cognoſcendo naturales effectus cor
porum celeſtium. Exemplum in Philippo pa
tre Alexandri magni. qui philoſophos plures
deputauit ad eruditionem Alexandri. Simi
liter Octauianꝰ filios ſuos faciebat exercitare
in exercitijs corporalibus. vt in iacendo lapi
dem. funda ſaltando. ſagittando ⁊ huiuſmo
di. Filias autem ſuas lanificijs fecit inſtrui: vt
artem haberent ⁊ vſum viuendi. Et valent hec
ad ocium iuuenum vitandum. Sunt inſuper
iuuenes in verbis laſciuis procaces. et lapſu
lingue precipites. alijs conuiciando ⁊ facili
ter dierando. Mouentur autem ad verba la
ſciuie per hoc ꝙ effrenatis affectiōibus ad ve
nerea incitantur. Unuſquiſqꝫ autem ſm phi
loſophum delectabiliter cogitat. loquit̃ ⁊ ope
ratur ea ad que afficitur. Erumpunt autem fa
ciliter ad iniurias inferēdas. ſiue ex eo ꝙ alijs
ſe maiores reputant. feruore ſanguinis ⁊ calo
re in eis vigente. Siue etiam quia paucorum
experti ⁊ non repulſam ſunt paſſi. Unde ſcōm
philoſophum ſecundo Rethoricoruꝫ. Animo
ſi ſunt communiter ⁊ bone ſpei. Frequēter au
tem delerant. vel ad deierandum ſunt faciles.
quia nondum aliqua conſcientia reguntur et
ſeipſos totaliter ignorant. Et ideo nullo remor
ſu conſcientie tacti faciliter enunciant quod
eis in mentem euenerit. Non etiam decentiaꝫ
conuiuendi in alijs reſpiciunt. cum multum
mentiendi conſuetudo ⁊ deierandi repugnet.
Ab his autem vitijs lingue iuuenes retrahun
tur per monita paterna ⁊ materna. Debēt eniꝫ
parentes continue correctioni filiorum inſiſte
re. modo admonendo. modo increpando. mo
do verberando. ⁊ filij debent. paternis motio
nibus obtemperare ſm documentum Salo
monis lib. Prouerbio. Alioquin fiunt iniurio
ſi. cōtumelioſi. blaſphemi. ⁊ verba ſcurrilia lo
quentes. Quapropter philoſophus. vij. Poli
tico. docet iuuēes circa locutiones eē coercen
dos. Debent auteꝫ inſtrui ſtatim ab ipſa infan
tia propter teneritatem etatis. Ex qua dociles
exiſtentes. cito recipiunt formā boni. Si autē
per negligentiam parentum: aut propter ali
quam innatam in natura malam diſpoſitionē
ad huiuſmodi vitia vel alia aſſueuerunt: diffi
cile erit eos abducere: quando ad etatem per

ſectiorem peruenerint. Refert Grego°. in lib.
dialogo. puerū quinq̧ annoꝝ ign ibus gehē/
ne deputatum. participāte patre in pena eius.
q̄ non correxerat. ex eo ꝙ ex mala ꝯſuetudine
frequenter linguam in dei blaſphemiam rela/
xabat. Item ſunt in ſenſu ꝓprio pertinaces. Fa
ciliter enim annūciant q̄d ignorant. Et ideo vt
plurimum fatua ⁊ falſa loquunē. Et q̄ glorioſi
volūt apparere. hoc pertinaciter defendere ſa
tagunt. Inſuper grādia preſumunt paucoꝝ ex
perti. ad que peragēda non ſufficiunt. ⁊ tamē
ꝙ male fecerint ex pertinacia confiteri erube/
ſcunt. Ab his autem retrahi poterūt. Si nego
cia ardua ⁊ alicuius ponderis. puta regimina
vel magna conſilia. aut aliqua huiuſmodi eis
non tribuantur. Nam ſm phm non ſunt iuue
nes eligendi duces. eo ꝙ cōſtat eos nō eſſe pru
dentes. Roboam filius Salomonis pertinax
fuit. ⁊ prudentia caruit. quādo ꝯſilio antiquo/
rum non acquieſcens. conſilium iuuenum ſe/
cutus eſt. dure ⁊ ſuperbe populo reſpondendo
propter quod magnam. partem regni meruit
amittere. tertij Regum. xij.

ad que etas iu/uenilis eſt idu/cenda.

Interea viden/ .§. iiij.

dum eſt ad que etas iuuenilis eſt inducēda. Et
dicēdum ꝙ in fide ⁊ diuino cultu prius eſt in/
ſtruenda. Cum enim ea que ſunt fidei ſupra ra
tion exiſtant: tāto citius ꝓponi debent. quāto
eis facilius acqeſcitur. Pueri autem qui ratio
nem dictoꝝ non querunt: cito ſunt creduli. vt
phūs dicit. ij. Rethe. Et maxime his que dicū
tur a parētibus a q̄bus non credūt ſe falli. Un
de dicitur. ij. Ethi. ꝙ iuuenes ſolum erudiunē
a lege. Appellat autem ibi phūs eruditiones
a lege documēta parentum. maxime quātum
ad finem quā tenent. Eſt aūt valde vtile ꝙ iuue
nes in his que dei ſunt erudiant ab infantia.
q̄ ſic aſſueti firmi⁹ adherent. nec poſſunt auer
ti poſtmodum. ꝓpter cōſuetudinem iam in na/
turam ꝯuerſam. Eſt enim ꝯſuetudo altera na/
tura: vt dicitur in lib. de memo. ⁊ remi. Cuius
cauſa aſſignatur a phō. ij. Rethori. vbi dicit ꝙ
natura eſt ſemꝑ. cōſuetudo aūt ſepe. Sepe aūt
ꝓpinquum eſt ei q̄d ſemꝑ eſt. ⁊ ſic ꝯſuetudo eſt
ꝓpinqua nature. Ut aūt ea que data ſunt iuue
nes capiant alliciēdi ſunt. vt eccleſias frequen
tent. vbi diuina myſteria celebrātur. ⁊ ꝙ geſta
ſanctoꝝ miracula. ⁊ huiuſmodi frequenter au
diant. Ideo apl̄s ad Ephe. vj. admonet patres
dicēs. Educate filios in diſciplina ⁊ correctio/
ne dn̄i. Unde lex vetus inſtituit. ꝙ patres cir/
ca filios eſſent ſolliciti de inſtructōe diuini cul
tus. Ideo dicitur Exo. xij. Cum dixerint vobis
filij veſtri que eſt iſta religio. Dicetis eis. victi/
ma trāſitus dn̄i eſt. Exēplū Thob. qui docuit
filium ſuū ab infantia timere deū ⁊ abſtinere
ab omni peccato. vt p̄z in lib. eius. c. j. Deinde
ſunt inducēdi vt reuerētiam maioribus impē
dāt. ⁊ maxime parētibus. Decet enim iuuenes
maiores ⁊ antiquiores venerari. Unde Leuiē.
xix. mandat. Corā cano capite ꝯſurge ⁊ hono/
ra pſonam ſenis. Et ideo inter p̄cepta que dan
tur reſpectu ꝓximi. Primū datur de honorati/
one parētuꝫ. vnde in cōmendationē huius pre
cepti. pena aſpa ⁊ dura olim infligebatur trāſ/
greſſoribus. Precepit enim moyſes Deuē. xxj.
Ꝙ filius ꝯtumax ⁊ ꝓteruus. ⁊ parētum impio
obedire cōtēnens. deberet a populo lapidari.
Uidemus etiā in hac vita frequēter multa ad/
uerſa filijs euenire diuinitus. q̄n parētib⁹ ſunt
infeſti. Exēplū de decē ſfribus de q̄bus narrat
Aug. xxij. de ciui. dei. c. viij. circa fi. qui dui ⁊
infeſti matri ſue. cum propter hoc malediceret
eis. effecti ſunt membris tremebundi.

Alterius indu/ .§. v.

Sex ſūt mores lauda/biles. Sex ſūt vitupa/biles.

cendi ſunt iuuenes ad bonos mores inter q̄s
precipue expediunt ad perfectionē iuuenilis
etatis. Mores enim poſiti a philoſopho. ij. re/
thori. quorum ſex ſunt laudabiles. ⁊ ſex vitu/
perabiles ſunt quodāmodo naturales. Et ideo
de his taceamus. ſed eos pro maiori parte in/
cluſerimus in antedictis. Loquamur autem
ad preſens de moribus neceſſario acquiren/
dis. ſine quibus iuuenes fiūt vitioſi. maxime
cum ad perfectam peruenerint etatem. ⁊ ideo
de pueritia conandum eſt ad eos habendos.
Primo enim debent eſſe morigerati circa ci/
bum ⁊ potum. ne fiant guloſi ⁊ leccatores. Se
cundo circa ludos decentes ⁊ congruos. ne fi/
ant blaſphemi. ⁊ taxillorum luſores. Tertio cir
ca honeſtas ſocietates. ne fiant malorum ho/
minum ſectatores. Primo ergo adhibēda eſt
cautela circa filios. ne ſint intemperati circa co
meſtibilia. Nā ex cibo inordinato modo ſum/
pto efficiuntur guloſi. ⁊ ad conuerſandum in/
epti. Ex vino etiam intemperate ſumpto fiunt
multipliciter vitioſi. Faciliter enim fiunt ebrio
ſi. laſciui. ⁊ rixoſi. Ebrioſi quidem. quia aſcen/
dentibus fumoſitatibus que habent ex vino
generari. turbatur cerebrum. quo turbato ra/
tio deprimitur. ⁊ ſic eius vſus impeditur. vn/
de ebrietas cauſatur. Fiunt etiam laſciui per
hoc ꝙ corpus caleſit. quo calefacto. fit incita/
tio ⁊ prouocatio ad luxuriam. Uenter enim et
genitalia ſm Hieronymum. ſunt vicina mem/
bra. vt ex vicinitate membrorum intelligatur
confederatio vitiorum. quia vt dicit idē. Uen
ter mero eſtuans facile ſpumat in libidinem.

di. xxxv. Venter. Fiũt etiaʒ rixoſi. quod ex prima cauſa contingit. Nam cerebro turbato et vſu rationis amiſſo. faciliter prorumpunt in verba inordinata. Ex hoc cauſantur lites ⁊ diſſenſiones. Habet enim vinum in nimia quantitate ſumptum ſanguineʒ inflammare. ⁊ per conſequens homine animoſum reddere. ⁊ iraſcibilem. Propter hoc aſſueſaciendi ſunt iuuenes ad parcitatem cibi ⁊ potus. Tullius lib. ij. de tuſcu. queſtionibus narrat. Quod licurgi laboribus ⁊ abſtinentijs erudiunt iuuẽtutem: venando: currendo: eſuriẽdo: ſitiendo: algẽdo: eſtuãdo. ⁊ Sene. lib. ij. de ira dicit. q᷒ educatio filiorum maximam diligentiam plurimum profuturam deſiderat. Facile eſt enim animos teneros componere. ſed difficile ſcinduntur vitia que nobiſcum creuerunt. Unde prouerb. xxij. Adoleſcens iuxta viam ſuaʒ graditur. cum ſenuerit non recedit ab ea. Secundo inducendi ſunt ad ludos decentes ⁊ honeſta ſolatia. ſm̃ enim philoſophum. viij. Pol. Ludus eſt neceſſarius in vita humana. Eſt. n. vt dicit quedam deductio per quam vitantur tedia vite. inertia corporis. ⁊ pronitas ad laſciuiam. Pueri enim neſciunt eſſe ocioſi. quia humana mens naturaliter ocium refugit. Et ideo permitti debẽt circa ludos occupari. dũmodo non ſint inhoneſti. alioquin vagari incipiunt de illicitis cogitationibus. Uitatur ẽt ab eis inertia corporalis. dum per conuenientes ludos eorum membra abiliora redduntur ad grauiora exercitia ſuſtinenda. eis peruenientibus ad etatem perfectam. Huius autem ludi non ſunt ſolum intelligendi qui per corp᷒ exercentur: vt trochi ludus. Sic̃ dicit Catho. Sed etiam qui auditu ⁊ viſu percipiuntur. vnde eis interdum ſunt recitande honeſte fabule ⁊ parabolice. ſm̃ fictionem Eſopi. ⁊ alique pulchre hiſtorie. quibus libenter intendãt. Coercendi etiam ſunt ab impudicis ⁊ inhoneſtis viſibilibus: non ſolũ in veritate. verum etiam in imaginibus ⁊ picturis. vt vult philoſoph᷒ vij. ethic̃. Cum iſmael filius Abrae ex ancilla natus Iſaac fratrem ſuum natuʒ ex libera matre: ſcilicet Sarra vellet inducere ad turpem ludum idolatrie vel laſciuie egreſcẽs. Sarra dixit ad Abraam virum ſuum. Ejce ancillam ⁊ filium eius. Geñ. xxj. Tertio inducendi ſunt ad ſocietates honeſtas: ⁊ retrahendi a prauis Inter cetera enim que maxime nocent eis eſt inordinata ſocietas. Fiunt enim ex hꝫ vani fures: ⁊ vniuerſaliter ad omnia vitia. quem ſocios vident irretitos. facillime conuertunt q᷒ eis contingere videtur propter tres proprietates que in eis reperiuntur. Sunt enim molles ⁊ faciliter ductiles. Complexionẽ. n. corporis tenerã ↄſequit̃ ↄditio anime maxime quantũ ad partẽ ſenſitiuã cuius operatiões pueri maxime inſequuntur. Mollia autẽ ⁊ ductilia facillime impreſſionem recipiunt ad moduʒ cere. Iuuenes ergo ad mores ſociorum cito inclinantur. Sunt etiam nimis amatores amicitiarum. vt dicitur. ij. retho. Et ſodales diligunt quia gaudent conuiuere ſimilibus. Ubi eſt autem multa iuuenum ↄgregatio. ibi multum eſt de ſenſualitate ⁊ parum de ratione. ⁊ ſic neceſſe eſt fieri vana ⁊ diſſoluta ac multum inordinata. Item iuuenes ſunt multũ creduli vt dictũ eſt ſupra. Cũ. n. parꝝ vigeãt ratione. faciliter credũt. ⁊ iõ cito pñt ſeduci. Igit̃ ꝓpter ꝑdicta debẽt pr̃es ſiue ꝑ ſe. ſiue ꝑ pedagogos filios admonere. vt diligẽter ↄſiderẽt ſocios magis maturos ⁊ compoſitos cũ qb᷒ ↄuerſentur. alioſqꝫ deuitẽt ⁊ fugiãt. Narrat Boetius in li. de diſci. ſcho. de filio lucretij. q̃ fuit abſqꝫ diſciplina nutritus ↄſumẽs bona paterna cuʒ aleatoribus ⁊ leccatoribus. Hic cum a patre de patibulo frequenter eſſet redemptus demum iterum captus patris penuria redimi non potuit. qui cum lachrymis voce querula oſculũ a patre petijt. ⁊ cũ pater acceſſiſſet ad eum. naſum patris filius morſu acutiſſimo ſecuit dicens. Quare bonos ſocios contempſi. quare magiſtri documentis non obediui. quare me in prauis moribus non obſtetiſti. Nunc de te capio vindictam.

¶ Expedit autem .§. vi.

Aliqs ee̊ ſuos trib᷒ de cauſis

⁊ ↄueniẽs eſt aliquos ee̊ ſuos. ⁊ hoc tribus de cauſis. ſ. ꝓpter appetitus corruptionem. ꝓpter intellectus depreſſionem. ⁊ ꝓpter rerum tẽporalium adminiſtrationẽ. q: enim aliq ſunt in appetitu deprauati ⁊ ad mala proni. dignum eſt eos ſeruos alioꝝ exiſtere ⁊ pena ſeruitutis puniri. ⁊ iſta fuit prima cauſa inducẽs ſeruitutem. vt patet de filio Noe noĩe cham. verenda patris deridẽti ꝓpter cui᷒ irreuerẽtiã tota ei᷒ poſteritas ſeruituti ẽ addicta. Itẽ dignũ eſt aliquos ee̊ ſeruos aliorum propter intellect᷒ depreſſionem. Et iſta eſt cauſa quodammodo ex natura inducta. Ut tangit philoſophus. j. pol. Qui enim ſunt corpore fortes ⁊ robuſti ad onera ſuſtinenda intellectu deficiunt. vt plurimum. ⁊ hi apti ſunt ad ſeruiendum vt a ſapientibus regantur. Qui vero ſunt carne molles. ¶ Et viribus corporis deſtituti intellectu ſunt vigentes. vt plurimum. Et hi apti ſunt ad dominandum ⁊ alios regendum. Item expedit aliquos eſſe ſeruos propter penuriam rerum temporalium ex qua maiori

Quod ſerui debent ſe habere ad do- minos tripliciter

bus ſeruire tanq̄ eorum miniſtri coguntur: q
vt corporaliter ſuſtententur aliorum regimi-
ni ſe ſubdunt. His viſis videnda ſunt: q̄ ⁊ quot
obſeruanda ſunt ad hoc q̄ conuenienter ha-
beant ſe ſerui ad dominos ⁊ econuerſo. Eſt au
tem ſciendum q̄ ſerui ad dominos ſe debent
habere tripliciter, ad hoc q̄ digne exerceant
officium debitum: ſcilicet. Quod ſint fideles
in commiſſis a dominis ſuis. Intelligentes
in preceptis: ⁊ decentes in obſequijs. Debent
ergo primo eſſe fideles in his que eis a domi
nis committuntur. Nomen enim ſerui a ſerui
endo dictum eſt: vel a ſeruando. Ille igitur ve-
re ſeruus eſt qui in ſeruiendo eſt conſeruatiuꝰ
bonorum domini ſui. Unde in commenda-
tionem fidelitatis ſeruorum promittit eos do
minus: ſupra multa conſtituere: qui etiam in
pauco fuerunt fideles. Matth. xxv. Narrat va
lerius lib. iij. de quodam milite ceſari fideliſſi
mo: qui cum eſſet captus: ⁊ ad Antonium ad
ductus: inuitatus ab eo. q̄ ceſaris miles non
eſſet amplius: ſed ſuus reſpondit. Iugulari
me potiꝰ iube: quia nec ſalutis beneficio: nec
mortis ſupplicio abduci poſſum: vt ceſaris mi
les eſſe deſinam ⁊ tuus eſſe incipiam. Anto-
nius autem ſue felicitatis merito vitam con-
ceſſit. Non ſolum autem debent eſſe fideles:
ne dominos ſuos defraudent: ſed etiam pro-
uidi ⁊ intelligentes: ne ab alijs circa domino
rum bona defraudentur: ⁊ vt etiam ea que his
mandantur recte apprehendant ⁊ debite exe
quantur: vt dominus in euangelio commen-
dat ſeruum qui cum fidelitate habet pruden
tiam. Fidelis inquit ſeruus ⁊ prudens quem
conſtituit dominus ſuper familiā ſuā Matth.
xxiiij. Uera autem prudentia ſeruorum ē quā
do cum intelligentia ſtatim ſequitur prōpta
obedientia. Vñ Hiero. ſuper hieremi. ait. Ser
ui eſt demiſſo capite aure patula: prompta vo
luntate ad obediendum audire vocem domi
ni. iuxta illud Samuelis. j. Regum. iij. Lo-
quere domine: quia audit ſeruus tuus. Debz

Exēplū de quo- dam mo nacho.

ergo ſeruus mandatum domini attente au-
dire recte apprehendere: ⁊ ipſum ſine dilatio-
ne executioni mandare: quidem monachꝰ dū
ſcriberet in cella ⁊ primā partem littere o in
choaſſet a ſuo patre abbate vocatus: qui mox
litteram incompletā dimittens de cella egre
ditur. vt abbatis imperio pareat. Rediēs vo
ad litteram illam merito obedientie ex auro
completā inuenit diuinitus. Decet tertio ſer
uos eſſe decentos ⁊ puros non ſolum mundi-
cia corporali quam decet habere miniſtros.
ſed multomagis mūdicia mentali. ne ſint mo
rum corruptores in familia. Ex hoc enim poſ-
ſet preſtari magnum nocumentum tam filijs
q̄ etiam filiabus. ⁊ alijs quibuſcūq; in domo
permanentibus. Unde pſalmiſta. c. Ambu-
lans in via immaculata, hic mihi miniſtra-
bat. Exemplum in Ioſeph. qui de adulterio
inuitatus ab vxore domini ſui operi nephario
nullatenus acquieuit ſed dixit. Ecce domi-
nus meus omnibus mihi traditis. ignorat qd
habeat in domo ſua. ne quicq̄ eſt quod nō in
mea poteſtate ſit preter te que vxor eius es.
Quomodo poſſum hoc facere. Gen. xxxix.

qd dñi dēbēt ſe habere tripliciē ad ſer- uos.

¶ Domini autem ad .§. vij.
ſeruos ſimiliter tripliciter ſe habere debent.
videlicet vt ſint in loquendo placidi. ne ver-
bis durioribus exaſperentur. in remuneran-
do benefici ne compulſi neceſſitatibus furen-
tur. Et in mandando diſcreti. ne nimis graua
minibus onerentur. Primo ergo decet do-
minos ad ſeruos eſſe verbis placidos. Aſpe-
ritas enim verborum reddit dominos ſeruis
oneroſos, vt non eis a ſeruis prompto animo
ſeruiatur. Aduertendum tamen eſt. q̄ nō de-
cet dominos ſe nimis familiares exhibere ſer
uis. ſic enim venirent in contemptum. Eſt er-
go medium tenendum quantū poſſibile eſt.
vt videlicet non nimis inhumanos ſe red-
dant. nec ſe nimis contēptibiles exhibeant.
Nam enim vt ait Ariſtote. quinto Politico-
rum. Princeps debet eſſe ſeuerus: ſcilicet re-
uerendus. quod poteſt intelligi in quocunq;
regimine: ſiue reſpectu vxoris vel filiorum ſeu
etiam ſeruorum. vel economico ſeu etiam in
politico ⁊ regali. Secundo decet eſſe domi-
nos beneficos in remunerando. Debēt enim
prouidere neceſſitatibus ſeruorum ſcd̄m de-
centiam ⁊ exigentiam ſeruorum ⁊ conuentio-
nes pactorum: Alioquin efficiuntur fures et
diſſipatores bonorum dominorum ſuorum.
Tertio decet dominos eſſe diſcretos circa
ſeruitia diſtinguenda: ⁊ imponenda ſeruis.
Debent enim domini experiri prius conditio
nes ⁊ qualitates ſeruientium. et quoſdam ad
quedam deputare. ⁊ quoſdam ad alia. ſm eo-
rum idoneitatem diuerſam. Nec etiam de-
bent eos grauare quantitatem ſeruitiorum.
vel etiam diuturnitate laboris. ſed menſura-
re eorum ⁊ pportionare laboribus: Sic enim
omnia ordinate fiant: ⁊ tota res domeſtica in
pace quieſcet. Mandauit deus in lege vete-
ri q̄ ſerui modeſte a dominis tractentur. ne vi
delicet immoderatis laboribus affligeren-
tur. Unde voluit in Deuteronomij. xv. q̄ in
die ſabbati requieſceret ſeruus et ancilla. Et
iterū. q̄ in ſeptimo anno a ſeruitio liber eſſet:

vt habetur Deutero. decimoquinto. Ad predicta menſurãdo expedit dominis primo. puta ꝙ ſint conſideratiui ſue conditionis ad hoc ꝙ deprimatur in eis tumor elationis. Debent enim conſiderare ſeruos ex eiſdem ſeminibus eſſe ortos. ſicut dicit Seneca. Eodem frui celo. eque ſpirari. eque mori. Preterea cogitare debẽt hec eſſe bona fortune. que in ſibi ſubiectis frequenter placidos. triſteſq; commutat vultus. Neſcis inquit Seneca qua etate ecuba ſeruire cepit: qua creſus: qua darij mr: qua plo: qua diogenes. Sic ergo cum inferiore viuas. quemadmodum ſuperiorem tecum viuere velis. Inſuper conſiderare debent domini ſe ab vno deo eſſe productos ad ſuam imaginẽ eſſe factos. ⁊ eiuſdẽ glorie eſſe capaces. Quapropter deus homines quos ſic equalis conditionis condidit. non hominibus pretulit. ſed pecoribus. Dominamini inquit piſcibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊c. Gene. primo. Unde dicit Auguſtinus. ꝙ primi iuſti paſtores pecorum magis ꝙ̃ reges hominum conſtituti ſunt. Exemplum de ſeruo nequam. qui noluit compati ſocio de paruo debito. miſſus fuit in carcerem. Matth. xviij. Exemplum de beato Martino: qui in militia ſeruiebat ſeruo ſuo cum debuiſſet ſeruire ab eo.

De prudentia regnatiua. Capitulum. vi.

Poſt prudentiam directiuam familie. que dicitur economica. vt recto ordine ꝓcedamus agendũ eſt de prudentia que dicitur regnatiua. ſiue legis poſitiua. Hec enim eſt homini neceſſaria inquantum eſt rector communitatis perfecte. vt eſt ciuitas vel regnum. Et quia regnum eſt regere ciuitates ⁊ regna inſuper ⁊ leges cõdere. Ideo talis prudentia dicitur regnatiua. ſiue legis poſitiua: ſub qua habent comprehendi quecũq; alia recta regimina principum. vt puta ducum: comitum: ⁊ poteſtatum: ⁊ huiuſmodi. Hec autẽ virtus tantomagis eſt principibus et rectoribus neceſſaria quanto plures habent ſue gubernationi ſubiectos. Unde eis ſub ſpeciali ratione conuenit tanquã propria. Regere enim alios ⁊ dirigere in finem debitum fit per prudentiam. Unde dicit philoſophus. vi. Ethi. Illos eſtimamus prudentes. qui ſibi et alijs poſſunt bona ſpeculari ⁊ prouidere. Prouidẽtia ergo in principe debet eſſe quedam cognitio vniuerſalis excedens cognitiones ſingulorum ⁊ ſe extendens ad bonum cõmune omnium. debent enim per eius prudentiam operationes ſubditorum dirigi in finem debitũ.

Cum ergo tantum bonũ ſicut eſt directio omnium. ⁊ gubernatio boni cõmunis proueniat ex prudentia preſidentis. diligenter aduertẽdũ eſt. ne in regimine preficiatur qui hac virtute careat. Nam talis feliciter in tyrãnidem degenerat. cum enim per prudentiã vere bona. que ſunt opera virtutum cognoſcuntur. et ad ipſa faciẽda homines dirigantur ſequitur ꝙ per imprudentiam ⁊ fatuitatem bona ſenſibilia que non ſunt vere bona vt ſunt diuitie ⁊ delitie corporales tanꝙ̃ bona ſimpliciter acceptẽtur. Circa talia nãq; ponet rector imprudens ſtudium ſuum. vt omiſſis operibus virtutũ affluat diuitijs ⁊ ſenſibilibus bonis. propter quod efficiet expoliator boni cõmunis. depredator populi. extorſor pecuniarum vndecũq;. ⁊ omnium ſubditorũ oppreſſor. Hec autem ſunt tyrãnorum. Ex hoc vlterius ſequitur ruina ciuitatis. quia populus non volens ſuſtinere tanta grauamina ciuitatem deſeret propter qđ deſerentur artes. agricultura tolletur. ⁊ finaliter policia peribit. ſi longo tempore huiuſmodi tyrãnidem exercere ſtudeãt. Patet ergo quanta mala peruenire poſſunt ex inſipientia preſidentie. Rex Salomon conſiderans ſapientiam ſiue prudentiam ſũme neceſſarium eſſe preſidentibus. deo ſibi promittẽte ꝙ daret omne quod peteret. ipſam ſolam poſtulauit dicens. Da ſeruo tuo cor docile. vt iudicare poſſit populum tuũ. ⁊ diſcernere inter malum ⁊ bonum. iij. Regum. iij. Tullius in lib. de offi. loquens de bello Athenienſium prefert prudentiam fortitudini.

Princeps autem ex .§. j.

virtute prudẽtie precipue debꝫ circa quatuor ſtudere. videlꝫ vt deo placeat. populo pro poſſe ſatiſfaciat. reipublice prouideat. ⁊ leges iuſtas ⁊ poſſibiles condat. Ad hec oia peragenda debet cura peruigili intendere. Et primo ꝙ deo placeat. Qui enim alios regi ⁊ ordinare ſtudet in finem debitũ prius conari debet. vt ſeipſum ordinet in deum. qui eſt finis omniũ regenti. Ex hoc autẽ duo bona ꝯſequitur. Primo qꝛ ꝓnceps a populo magis diligitur. ſi viderit eum eſſe cultorem diuinoꝝ ⁊ operantem virtuoſa. Unde phs dicit. Circa principeꝫ decet eſſe deicolam. Debet enim princeps eccleſias fabricare ⁊ eas frequentare hoſpitalia erigere. ⁊ pauperes enutrire. Scđo qꝛ facilius populum gubernabit ⁊ ad bona trahet. Uidens enim populus dñm ſuum de diuinis curãtem admirabitur eum. putans ipſum deo eſſe coniunctum. ⁊ ſibi familiarem. eũq; imitari ſtudebit. Rex Salomon edificato tẽplo. ſtetit an

ſe altare domini in conſpectu eccleſie iſrael. ⁊ expanſis manibus in celū. ⁊ genibus in terram fixis. longam orationem ante deum fudit pro ſalute populi. propter quod populus benedicens regi. gaudens reuerſus eſt in tabernacula ſua. iij. Regum. viij. c. ix. Et hiſtoria tripartita. habetur de Conſtantino ꝙ fuit dei cultor viſo in ſomnis ſigno crucis ⁊ ei dicto. ꝙ in hoc vinceret. Fecit vexillum crucis ante exercitum deferri. Et de palacio oratorium fecit. ⁊ tabernaculum inſtar eccleſie fieri mandauit quod ſecum deferebat quando in bellum procedebat. vt tam ipſe ꝙ milites diuina audirent. ⁊ multa pulchra ordinauit ad exaltationē fidei ⁊ eccleſie. Similiter Joſias rex factus ſuper Judam multum fuit ſollicitus ⁊ zelans ad reducendum populum ad verum cultum dei. iiij. Regum. xxij. ⁊. xxiij. et ſecundi Paralypom. Secundo debet ſtudere vt populo ſatiſfaciat. quod fit dum ſe non ſeuerum. ſed reuerendū exhibet. ſi familiam honeſtam ⁊ curialem habeat. ſi ſapientes conſiliarios conſulat. ſi iudices iuſtos teneat. ſi benefactores digne premiat. ⁊ delinquentibus penas debitas infligat. Per hec populus cōſolabitur diſſenſiones: emulationeſ: ⁊ murmurationes vitabit. Sicq; in pace quieſcens in dilectionem principis aſſurget. Rex Dauid multum ſe gratum ⁊ dilectum populo exhibuit. Unde volēti exire ad bellum contra abſolon. dixit populus. nō exhibis. quia tu vnus pro decem milibus computaris. ſecūdi Regū. xviij. Sic Clemēs papa ab omnibus multum amabatur. Nicolaus etiam omnibus ſe amabilem exhibebat. Debet tertio ſtudere vt prouideat reipubli. quod quidem fit ſi in illa ea habentur que poſſunt eſſe ad directionem ⁊ conſolationem ⁊ corporalem ſuſtentationē. Ad directionem autem reipubli. valent ſapientes. ad quod maxime debet princeps intendere. Debet enim procurare ꝙ in ciuitate ſit ſtudium litterarum pro pueris erudiendiſ. ꝙ ſint iuriſperiti pro directione cauſarum et conſilijs dandis ⁊ alij ſapientes ſm ꝙ viderit ciuitati expedire. Unde ponit philoſophus. Nō ad verum regem pertinet ſapienteſ etiam extraneos ſi pprios non habet honorare ⁊ promouere. Ad cōſolationem autem reipub. valent virtuoſi. Non enim ſolum in ciuitate debet eſſe directio que eſt per ſapientes. ſed etiā recta operatio que eſt per amicos dei. Et ad hoc maxime debet princeps intēdere. videlȝ vt habeat in ciuitate religioſos. verbū dei predicantes. clericos honeſtos diuina celebrantes. ⁊ alios timēteſ deū qui pro populo orent. cum frequenter inueniamus ciuitates ſaluatas propter merita aliquoꝝ amicoꝝ dei. Ad corporalem vo ſuſtentationē valent bona fortune. Unde princeps diligenter debet attendere ne in ciuitate accidat cariſtia. ſed abundantia victualium ſit in ea. ⁊ ad hoc cōſequēdum debet preuenire ⁊ fructus reſeruare tēpore oportuno. non obſtāte ꝙ perditio fiat in fructibus reſeruatis. Debet autē precipue conatum adhibere circa maxime neceſſaria. vt eſt frumentum ſal ⁊ huiuſmodi. Pharao rex egypti videns Joſeph ſapiētem cuȝ multo honore preuenit. ⁊ toti regione prefecit. vt copia frumēti ſeruati future fami prouideret. Gen. xli. In epiſtola quam dicitur Ariſto. Alexādro ſcripſiſſe. tale ſibi dat documētum. Decet regem legiſferos honorare. religioſos venerari. ſapientes ſublimare. ⁊ cum eis ꝯferre. Cōtra vo ad puiſionem coꝝ que pñt accidere ſubdit idē Ariſto. Oportet regem futura cogitare. ⁊ futuris caſibus prudenter occurrere.

¶ Cum autem ſm phūm .§.ij. vi. ethic. due ſunt prudētie politice. Una que eſt quaſi architectonica in pncipe exiſtēs que nunc dicta eſt regnatiua vel legis poſitiua. et alia quaſi manu operans in ſubditis exiſtenſ. que cōmuni nomine retento dicitur politica. Reſtat poſt pdicta vt de hac aliqd dicamus. vbi prius oſtendēdum eſt omnem hominē natura eſſe politicum ⁊ ciuilem. ⁊ per cōſequens idoneum ad obſeruantiam ciuilium preceptorum. Nec obſtat ꝙ aliqui eligāt vitam ſolitariam ⁊ cāpeſtrem. Hoc enim poteſt eſſe tribuſ de cauſis. vt ponit philoſophus. i. Poli. Quia aut tales ſunt vt dij: aut ſicut beſtie: aut boniſ fortune priuati. Aliqui enim tacti amore dei vitam ſocialem deſerunt. ⁊ ſolitariam eligūt vt expeditius diuine ꝯtēplationi vacare poſſint. ſicut fuerūt multi ſancti patres. vt Antonius. Benedictus. multiq; alij in deſerto degētes. Hi taleſ poſſunt dici dij participatiue. qa deo aſſimilari ſtudent in contemplatione ſūme veritatis. Alij vo habent nām ſilueſtreſ ⁊ ferocem. ⁊ ad cōuiuendum cum alijs impoꝛtabilē. Et tales ſub iugo legis ſimul cum aliſ ſtare non valētes. beſtie dicuntur. non hoīes. qa hoīum eſt inſimul ſocialiter conuiuere. De hoc duplici genere hoīum dicit philoſophus predicto lib. Nō non potēs cum alijs coicare. ei nulla eſt pars ciuitatis. ſed eſt vel beſtia vel deus. Sunt inſuper aliſ qui ciues eſſe nō pñt. ſunt enim bonis fortune puati. puta diuitijs ⁊ potētia. Hi paupertati preſſi ciuitates deſerere coguntur. et loca campeſtria ⁊ ſolitaria ad

Due ſūt prudē-tie poli-tice.

agros excolendos habitare. His cauſis remotis que communiter ſunt ab humana natura extranee. Omnis homo naturaliter eſt ciuilis ⁊ politicus. quod dupliciter oſtēdi poteſt. Primo ex eo ꝙ habet communes conceptus: quos per vocem vult alteri cōmunicare. Delectatur enim homo alteri iudicare quod concipit: ⁊ ſimul cum eo conferre. quod non ſolū eſt ad delectationem: ſed ⁊ ad neceſſitatem. Nam quod vnus non videt per intellectū alterius intellectus ſupplet: ⁊ ſic colloquium ratiocinantis hominis cū homine facit ad bonum ꝯſilium: ⁊ per ꝯſequens ad bonum iudicium. Cōuenientēr ergo diffinit homo animal eſſe rōnale. Ratio enim diſcurſum inquiſitionis importat: que tandem ad rōnem veri terminatur. Cayn poſtꝗ̄ genuit Enoch. dicitur primus edificaſſe ciuitatem: quam vocauit Enoch ex nomine filij. Gen̄. iiij. vbi datur intelligi ꝙ iam multiplicatus erat in filijs ⁊ nepotibus: ad quoꝝ cuſtodiam ⁊ humanaꝝ neceſſitatum ſubuentionem ſub certis officijs ⁊ modis viuendi primus ordinauit. vt dicitur in ſcholaſtica hyſtoria. Ex quo etiam patet ꝙ neceſſaria eſt omni homini ciuitatis habitatori predicta prudentia politica qua ſit idoneus obſeruator legis. qua etiam alijs ſciat cōuiuere ⁊ principibus obedire. Ubi eſt aduertendum ꝙ taliter mouetur ſubditus a principante. ⁊ aliter irrōnabilia ⁊ inanimata: mouētur a ſuis motoribus. Nam ſic mouētur ꝙ nō mouent: ⁊ ſic aguntur ꝙ non agunt. Nō enim habent dñium ſui actus: cum libero arbitrio carent. ⁊ ideo rectitudo regiminis tm̄ eſt in ſuis motoribus. Sed homo ſubditus ꝑncipi ſic mouet: ⁊ agitur ab eo per preceptū: ꝙ tamen mouet ſeipm̄ per liberum arbitrium. Et ideo requirit in eo quedam rectitudo regiminis: ꝑ quam ſeipſam dirigat in obediendo maioribus: ⁊ cōuiuendo alijs ciuibus. Unde Tulli⁹ lib. j. de offi. dicit ꝙ in reipubli. ſunt magiſtratus perſone priuate: ⁊ etiā peregrini: ad quos omnes ſpectat habere propriā prudentiā ſm̄ eoꝝ officium: ſicut ad magiſtratus pertinet curam habere ciuitatis. ſeruare leges. iura deſcribere. ⁊ ſue fidei cōmiſſa meminiſſe. Ad ꝓ̄uatum vo ciuem pertinet recto iure alijs conuiuere. nec ſubmiſſum. nec abiectū. nec ſe efferentem nimis eſſe. Talem enim dicere ſolemus bonum ciuem. Peregrini vo eſt ꝓter ſuū negocium nil agere: de alio non inquirere: qꝛ vitioſum eſt in aliena patria curioſum eē. Ex talibus igitur officijs per prudentiam ordinatis ꝯſurgit armonia pacis in repubſi. Nā ſm̄ Aug. de ciui. dei. Quilibet in ciuitate eſt: ſicut vna ſſa in ſermone. Et ſicut vna chorda in cythara. que cum bene fuerint cum alijs ordinata. conſurgit concentus armoniacus ſm̄ ꝓportionem diſtinctus. Sic etiam in multis perſonis in ciuitate ſummis medijs ⁊ infimis interiectiſq3 alijs ordinibus ſm̄ proportiones officioꝝ ordinatis conſurgit optima policia. Hanc prudentiam ordinauit deus in populo iudeorum. Primo reſpectu preſidentiū in loco iudicij. Unde ſtatuit in eis copiam iudicum dicens. Deutero. xvj. Iudices ⁊ magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis. de ambiguis vero ⁊ arduis voluit eſſe recurſum ad locum vnum a deo electum in quo eſſet et ſummus ſacerdos qui determinaret dubia emergentia circa diuinum cultum: ⁊ ſumm⁹ iudex qui determinaret dubia pertinentia ad iudicia hominum. Sicut patet. Deute. xvij. Deinde quantum ad communem ciuium cōuerſationem ſtatuit fieri communicationem de rebus paruis. abſq3 precio dicens. Deute: xxiij. Ingreſſus vineam proximi tui. comedes vuas quantum tibi placuerit. foras autem ne efferas tecum. Nec videlicet ex hoc daretur occaſio grauis damni. ex quo pax turbari poſſet. que inter diſciplinatos non turbat ex paruorum acceptione: ſed magis amicitia confirmatur. ⁊ homines aſſueſcunt ad faciliter communicandum. Quantum ad mutuorum ſubuentionem. que eſt frequens ⁊ neceſſaria inter homines. voluit curiales eſſe eos ⁊ faciles. Et hoc tripliciter. Primo ne cum mutuū concederent viuras exigerent. vel pignora vite neceſſaria acciperent. Et ſi acciperent ante ſolis occaſum reſtituerent. vnde Deute. xxiiij. mandauit ꝙ non acciperent pro pignore molam. quia eius vſus neceſſarius eſt habentibus molendi exercitium. Si vero veſtimentū acciperent loco pignoris ꝙ ante ſolis occaſū redderent. Sicut dicitur ibidem. ⁊ Exo. xxij. Si pecuniam tuam dederis populo meo pauperi qui tecum habitat. non vrgebis eum quaſi exactor. nec viuris opprimes. Secūdo ꝙ nō importune exigerent. vnde dicit Exo. xxij. ⁊ Deute. xxiiij. Quod in repetendo non deberēt domum ingredi. Eſt enim domus tutiſſimū hominis receptaculum. Et ideo moleſtiū eſt non ſolum homini. ſed etiā cuiq3 animali qꝺ in proprio habitaculo inuadatur. Tertio ad maius fomentum charitatis inſtituit ꝙ in ſeptimo anno debita remitterentur. Probabile enim erat vt ſi commode reddere poſſet ante ſeptimum annum redderent. Diſciplinati. n. hominis non eſt mutuantem gratis velle defraudare. Si autem omnino impotentes eſ

Subue- tio mu- tuorū tripli- ter

ſent. eadem ratione erat eis debitum remittendum et dilectiōe qua eis erat de nouo cōcedendum propter indigentiam. Quantū ad extraneos diuina ſapientia prudentiſſime illum populum ordinauit. Primo enim voluit iudeos eis eē pios ⁊ miſericordes dicēs. Exo. xxij. Aduenam non contriſtaberis neq̄ affliges eum. Aduene enim ⁊ ipſi fuiſtis: in terra egypti. ⁊ Deute. xxvj. Mandauit diuitibus decem anni fieri decimam pro peregrinis pupillis ⁊ viduis. Quia vero extranei non habent illum amorem ad bonum reipub. quem habent ciues. Ideo ſecundo ſtatuit. ꝙ non ſtatiȝ ad conſortium populi admitterentur. niſi in tertia generatione. Sicut etiā philoſophus dicit in. iij. politi. ꝙ apud quoſdam gentiles non recipiebantur aliqui ciues. niſi qui ex auo vel attauo habitatore nati exiſterent.

Natura tribuit rei nālī duplicē virtutē.

¶ Poſt predicta de qn- .§. iij. ta ſpecie prudentie que dicitur militaris aliqua paucā dicamus. Circa quod eſt ſciendū ꝙ militia principaliter eſt inſtituta ad defenſionem boni communis quod impediri poteſt per impugnationem hoſtium ⁊ ſeditionem ciuium. Sic enim debet eſſe in ciuibus, ſicut in naturalibus cum ars ſit nature imitatrix. Videmus autē ꝙ natura tribuit rei naturali duplicem virtutem. Unam per quam ſequitur cōuenientia: ⁊ aliam per quam repellit nociua. vt igni dat leuitatem per quam aſcendat ſurſum ad locum: ſcilicet quietis ⁊ ſalutis. ⁊ calorem per quem reſiſtat ⁊ obuiet corrumpentibus. Animalibus etiam dat vim concupiſcibilem per quam aſſequantur ea que ſunt eorum ſaluti accōmoda. Et iraſcibilem per quā reſiſtant corrumpentibus ⁊ leſiuis. Similiter in moralibus ⁊ ciuilibus conueniens eſt duplicem eſſe prudentiam reſpectu boni cōmunis. vnam ſcilicet ad regendum ⁊ leges cōdendum. ⁊ hec eſt regnatiua. ſiue legis poſitiua. Et aliam ad reſiſtendum ⁊ reprimendum inſultus hoſtium: ⁊ hec dicitur militaris. Ex hoc apparet ꝙ militia nihil aliud eſt q̄ quedā prudentia operis bellici ordinata ad defenſionem boni communis. Ex hiſtoria ſcholaſtica hieruſalem que erat ciuitas principalis in regno iudeorum. olim triplici muro fuit circundata. Per hoc diſtinguens tria genera habitantium ſm tria murorum interſticia. In interiori nāq̄ pte primi interſtitij habitabat rex cum principibus ⁊ conſiliarijs: ⁊ ſacerdotes cum prophetis ⁊ leuitis hi pollebant prudentia regnatiua in gubernando populum tā in preceptis iudicialibus q̄ in cerimonijs diuini cultus. In parte vero media ſecundi interſtitij habitabant milites pollentes prudentia militari. Hi deputati erant ad defenſionem ⁊ cuſtodiā reipub. In parte vero extrema tertij interſtitij habitabant iſte manu operantes qui citari deſeruiebant pro neceſſitatibus humane vite. Hoc quippe ordine hieruſalem politia fuit diſpoſita q̄diu ſub preceptis dei ⁊ ꝓphetarum monitis vixit.

¶ De partib' potētialib' prudentie videlicet. eubolya: ſyneſi: ⁊ gnomyn. Capl'm. vij.

Tres ſunt virtutes prudentie.

De partibus potentialibus prudentie ſeu de virtutibus adiunctis ei. Nota ꝙ ſunt tres ſm philoſophum in vi. ethi. ſcilicet eubolya. ſyneſis. et gnomyn. Prima ergo dicitur eubolya. que ſm philoſophum dicitur rectitudo conſilij. Et ꝙ ſit virtus probat. b. Tho. ſe. ſe. q. lj. ar. i. ſic de ratione virtutis eſt ꝙ faciat actum hominis bonum. Inter ceteros actus hominis proprium eſt ei conſiliari. q2 hoc importat hominis quandam rationis inquiſitionem circa agenda in quibus conſiſtit vita humana. Eubolya autem importat bonitatem conſilij. Dicit. n. ab eu quod eſt bonū ⁊ bolyn quod eſt conſiliū quaſi bona conſiliatio vel potius bene conſiliatiua. Et ſic patet ꝙ ſit virtus humana. Sciendum etiam ꝙ non eſt bonum conſilium: ſiue aliquis malum finem in conſiliando preſtituat. ſiue etiam ad finem bonum malas vias adinueniet. vnde vtrūq̄ eſt contra rationem eubolye: vt dicitur. vj. ethi. Hec autem virtus ſicut nec alie in nullo peccatore inuenitur. oē enim pctm̄ eſt cōtra bonam cōſiliationem: requiritur enim ad bene cōſiliādum nō ſolum adinuētio vel excogitatio eoꝝ que ſunt opportuna ad finē: ſed ēt alie circūſtātie ſcȝ tp̄s congruū vt nō ſit nimis tardus nec nimis velox in cōſilijs. Et modus cōſiliādi ſcȝ ꝙ ſit firmus in cōſilio ſuo: ⁊ alie circūſtātie debite q̄ peccator peccādo nō ſuat. Sȝ bn̄ virtuoſus in his q̄ ordinant ad finē virtutis: lȝ in alijs negocijs aliqn̄ nō ſit bn̄ ꝯſiliatiu'. Et lȝ ꝯſiliū importet dubitationē. vn̄ ⁊ impfectionē: eſt tn̄ virtus q̄ vij. ethic. dr̄ eē pfectio. Sȝ pfectio eſt ſm modū hominis: q nō pōt p certitudinē cōprehendere veritatē reꝝ p ſimplicē intuitū: ſȝ p inueſtigationē. Eſt aūt eubolya virt' diſtincta a prudētia. ſm. b. Tho. vbi. ſ. ar. ij. ⁊ rō eſt. q2 virt' ꝓpe ordinat ad actū quē reddit bonū. ⁊ iō oȝ ſm drīaȝ actuū eē diuerſas virtutes. ⁊ maxime qn̄ nō eſt eadē rō bonitatis i actib'. Si. n. eēt eadē rō bonitatis in eis tūc ad eādē virtutem ptinerēt diuerſi actus: lȝ ex eodē depēdet bonitas amoris deſiderij ⁊ gaudij. ⁊ ideo omnia iſta pertinent ad eandem virtutem charitatis

De bonitatē cōſilij

Actus enim rationis ordinati ad opus ſunt
diuerſi nec habent eandem rationem bonita
tis. Ex alia enim ratione efficitur homo bene
conſiliatiuus. ⁊ ex alia bene iudicatiuꝰ. ⁊ alia
bene preceptiuus. quod patet ex hoc ꝙ iſte ali
quando adinuicem ſeparantur. ⁊ ideo oportet
aliam eſſe virtutem eubolyam per quam ho-
mo eſt conſiliatiuus bene. ⁊ aliam prudentiā
per quam homo eſt bene preceptiuus: ⁊ ſicut
conſiliari ordinatur ad precipere tanq̄ ad pꝛin
cipalius. ita etiam eubolya ordinatur ad pru-
dentiam tanq̄ ad principaliorem virtutem. ſi
ne qua nec virtus eſſet. ſicut nec morales vir-
tutes ſine prudentia. nec ceteꝛ virtutes ſine cha
ritate. Et cum dicitur. vi. ethi. ꝙ prudentie ē
bene conſiliari. intelligendum eſt ꝙ ad prudē
tiam pertinet bene conſiliari imperatiue. Ad
eubolyam autem elicitiue.

¶ Secunda virtus annexa .§. i.

prudentie dicitur ſyneſis. hec ſm. b. Thom.
vbi ſupra arti. iij. importat iudicium rectum
non quidem circa ſpeculabilia: ſed circa parti
cularia operabilia. circa que etiam eſt pruden
tia. vnde ſm ſyneſim dicuntur in greco aliqui
ſyneti: id eſt ſenſati. vel euſineti: id eſt boni ſen-
ſus. ſicut econtrario. qui caret hac virtute di-
De ſcđa virtute prudē. annexe ſ. ſyneſi
cuntur. aſyneti: id eſt inſenſati. Oportet autē
ꝙ ſm differentiam actuum qui non reducun
tur in eandem cauſam ſit etiam diuerſitas vir
tutum. Manifeſtum eſt autem ꝙ bonitas con
ſilij ⁊ bonitas iudicij non reducuntur in ean-
dem cauſam. Multi enim ſunt bene conſiliati
ui qui tamen non ſunt bene ſenſati quaſi recte
iudicantes. ⁊ ideo propter eubolyam oportet
eſſe aliam virtutem que eſt bene iudicatiua. ⁊
hec dicitur ſyneſis. Et nota ꝙ rectum iudici-
um in hoc conſiſtit. ꝙ vis cognoſcitiua appre
hendat rem aliquam ſm ꝙ in ſe eſt. quod qui-
dem prouenit ex recta diſpoſitione virtutis ap
prehenſiue. ſicut in ſpeculo ſi fuerit bene di-
ſpoſitum imprimuntur forme corporum ſꝫ ꝙ
ſunt. ſi vero fuerit ſpeculum male diſpoſitum.
apparent ibi imagines diſtorte ⁊ praue ſe ha-
bentes. Quod autem virtus apprehenſiua ſit
bene diſpoſitiua ad recipiendū res. ſm ꝙ ſunt
contingit quidem radicaliter ex natura. Con
ſūmatio autem ex exercitio vꝉ ex munere gra
tie. Et hoc dupliciter. Uno modo directe ex
parte ipſius cognoſcitiue virtutis puta quia
non eſt imbuta prauis conceptionibus ſed ve
ris ⁊ rectis. ⁊ hoc pertinet ad ſyneſim ſm ꝙ ē
ſpecialis virtus. Alio modo indirecte ex bo-
na diſpoſitione appetitiue virtutis: ex qua ſe-
quitur ꝙ homo bene iudicet de appetibilibus
⁊ ſic bonum virtus iudicium ſequitur habitꝰ

virtutum moralium: ſed circa fines. Syneſis
autem eſt magis circa ea que ſunt ad finem.
Et nota ꝙ in malis poteſt eſſe iudicium rectū
in vniuerſali. Sed in particulari agibili ſem-
per eorum iudicium corrumpitur. Et nota ꝙ
finis proximus cōſilij quod pertinet ad eubo-
lyam eſt inuentio eorum que ſunt agenda. Fi
nis autem iudicij eſt rectitudo. Finis autem
precepti quod pertinet ad prudentiam eſt vl-
timus finis. Et quia contingit ꝙ id quod be-
ne iudicatum eſt differri vel negligenter agi et
inordinate: ideo poſt virtutem ſyneſis que eſt
bene iudicatiua neceſſaria eſt finalis virtus
principalis. que ſit bene preceptiua ſcilicet pru
dentia. ¶ Tertia virtus annexa prudentie ſm De tri virtu. annexa pru. ſ. gnomyn
Tho. vbi ſupra arti. iiij. dicitur gnomyn. quā
philoſophus. vi. ethi. ponit ſpecialem eſſe vir
tutem. Pro cuius declaratione ſciendum ſꝫ
Tho. ꝙ habitus cognoſcitiui diſtinguuntur
ſm altiora vel inferiora principia. ſicut ſapien
tia in ſpeculatiuis altiora conſiderat q̄ ſcien
tia. ⁊ ideo ab ea diſtinguitur. ⁊ ita etiam opor
tet eſſe in actiuis. Manifeſtum eſt autem ꝙ il
la que ſunt propter ordinem inferioris princi-
pij ſiue cauſe reducuntur quandoq̄ in ordinē
altioris principij ſicut monſtruoſi partus ani-
malium ſunt preter ordinem virtutis actiue
in ſemine tamen cadunt ſub ordine altioris
principij: ſcilicet celeſtis corporis vel vlteri-
us diuine prouidentie. ¶ Unde ille qui conſi
deraret virtutem actiuam in ſemine non poſ-
ſet rectum iudiciū ferre de huiuſmodi mon
ſtris de quibus non poteſt iudicari ſm conſi-
derationem diuine prouidentie. ¶ Contingit
autem quandoq̄ aliquid eſſe faciendum pre
ter communes regulas agendorum: puta ꝙ
impugnatori patrie non eſt depoſitum red-
dendum vel aliquid huiuſmodi. Et ideo cum
de huius oporteat iudicare. ſm aliqua altio-
ra principia exigitur altior virtus iudicatiua
q̄ ſint regule communes. ſm quas iudicat
ſyneſis. Et hec talis vocatur gnomyn. Que
importat quandam perſpicacitatem iudicij.
Et q̄uis omnia que preter communem cur-
ſum contingere poſſunt conſiderare pertinet
ſolum ad prouidentiam diuinam. Tamen in
ter homines ille qui eſt magis perſpicax po-
teſt plura horum ſua ratione diiudicare.

¶ Titulus Tertius. De fortitudine.

¶ Fortitudo animū tripliciter firmat quo
ad ſe. contra mundi aduerſitates quoad bo-
num commune contra patrie hoſtilitates.
quoad deum contra eorum prauitates.

Capitulum primum.

Circa virtutem fortitudinis quatuor ſunt videnda. Primo de p̄conijs ad eius laudē pertinentibus. Secundo de materia circa quam verſatur. Tertio de actibus eius ⁊ aſſumēdis bellis. Quarto de partibus eius.

¶ Preconia fortitudinis .§.i.

De p̄conijs fortitudinis: Poſſunt aſſignari tria ex eo videlicet ꝙ animū tripliciter firmat ſcꝫ quoad ſe cōtra mūdi adverſitates quoad bonū cōe cōtra patrie hoſtilitates: quoad deū cōtra erroꝝ prauitates: eſt ergo p̄mū p̄coniū fortitudinis: quia aīum firmat quoad ſe ꝯtra mūdi adverſitates, vbi ſciendū eſt ꝙ ſtatus p̄ſentis vite eſt ſtatus cuiuſdā pugne. vnde Job ipſam aſſimilat militie. vij. c. Militia eſt īqt vita hoīs ſup terrā: ꝓpter qđ cōgregatio fideliū vocaſ eccleſia militās. Militat enim p̄ſens vita nr̄a m̄tiplici pugna. nūc ꝯ carnis ſpurcitias. nūc cōtra mūdi nequitias. nūc vero cōtra diaboli inſidias. Neceſſaria eſt ergo virtus fortitudinis, que aīum hꝫ firmare ad tot tolerāda ⁊ reꝑmēda. vñ Eſa. c. lij. ſub figura ſyon humanā mētē admonet vt hac virtute ſe armet. Induere īqt fortitudine tua ſyon. p ſyon arcē intelligim⁹ que ciuitati hieruſalē dominabaſ ⁊ eā ꝓtegebat: ⁊ cōuenienter mens humana intelligiſ que ad modū arcis ceteris virib⁹ p̄ncipaſ. hās ſiqdē regit ⁊ defendit qñ virtute fortitudinis induta decoratur. vñ ſalomō puer. vj. Fortitudo ⁊ decor indumētū ei⁹. In tantū tam hec virtus hoīes firmat ⁊ ſtabilit. ꝙ nulla aduerſa. nulla blādimenta: nullaqꝫ vitioꝝ tētamēta p̄nt eū a bono rōnis adducere. vñ Amb. lib. i. de offi. dicē Nō mediocris animi virtus eſt fortitudo que ſola defendit ornamēta virtutū oīum: q̄ in explabili p̄lio aduerſus oīa vitia decertat. Inuictat ad labores fortis ad p̄icula rigidior aduerſus voluptates auaritiā fugat tanq̄ labes quādā q̄ vtutē effeminat. Nulla. n. fortitudo corporalis huic pōt comparī. Sicut dicē ſeneca. Facili⁹ eſt inqt gentē vnā q̄ viꝝ vnū vincere. ⁊ loquiſ de viro ſm ꝙ a virtute animi vel a fortitudine dī. Antiquus enim nomē vtus ſuit ſoli⁹ fortitudinis. vt dicit Tulli⁹: ⁊ quātū ad hoc loqtur ſalomō puer. xvj. Melior ē patiēs viro forti ⁊ q dominaſ aīo ſuo expugnatore vrbiū: hoc fortitudinis p̄conio. Job indutus fuit cōtra oīa aduerſa tolerāda. Nā p̄mo ſathan ꝓcurāte mundi aduerſa ſuſtinuit: duꝫ omnia bona ſua perdidit vna cum liberis. Deinde in carne dum a planta pedis vſqꝫ ad verticeꝫ nō remāſit in eo ſanitas. Ultimo ipſe diabolus auctor malorum vxorem contra ipſum ꝓuocauit. ⁊ tres eius amicos ſibi oneroſos fecit: imponentes ei ꝙ licite omnia deus ītulerat aut inferri permiſerat ꝓpter eius peccata: ⁊ tamē in omnibus his non peccauit Job labijs ſuis nec ſtultum quid contra deum locut⁹ ē Job i. ⁊ ij. ¶ Secundum p̄conium huius virtutis eſt: quia animam firmat quoad bonum commune contra patrie hoſtilitates. ſm eniꝫ p̄hꝫ i. ethi. bonū q̄to eſt communi⁹ tāto eſt diuinius. Bonū aūt patrie eſt quoddam bonū commune ciuiū nulli particulari perſone appropriandū. ſed ab omnibus coīter appetendum: ea aūt q̄ ſunt coīa min⁹ diligunſ ⁊ de eis minoꝛ cura habeſ. ac p h̄ neglecta deſtruūſ ⁊ ꝑdunſ. Ad ꝯſeruationē igiſ p̄rie ⁊ bonoꝝ cōmuniū neceſſe ē ꝙ ſint in ciuitate hoīes vtuoſi viriles ⁊ aīo ſtabiles. bonū cōe diligētes q negle ctis ꝓprijs bōis ēt corporib⁹ morti ſe exponāt p ꝯſuatiōe ⁊ defenſiōe ciuitatis: h̄ aūt faē vt⁹ fortitudinis q̄ ad bonū cōe defendēdū hoīem īpellit: ⁊ q̄tū ad h̄ ē ceteris vtutib⁹ excellētior quia diuinior: ē. n. pugnās p bono cōmuni. vñ dicē Amb. i. de offi. Eſt fortitudo velut ceteris excelſior. q̄ vtilior ē in reb⁹ bellicis in ciuilib⁹ ſeu domeſticis. Ad h̄ aūt nālis rō inclinat Sicē. n. in hūano corꝑe m̄lta ſunt mēbra. q̄ ꝑ m̄lta officia ſibiinuicē deſuiūt: ⁊ ſic vitā toti⁹ corꝑis ſaluāt. Sic in vna ciuitate q̄ vnū corpus cōſtituit. m̄lti ſunt hoīes q diuerſis officijs ītendētes ad mutua obſeq̄a ſibiinuicē cōmunicāda: bonū cōe ciuitatis vniformiter intēdere debēt: nec ab h̄ retrahi debēt timoꝛ alicuius vł diſp̄ēdio cōmodi ꝓprij: h̄ aūt bonū cōe fortis ꝯſiderat q bōa ꝓp̄a ad tuitionē ⁊ ꝯſuationē p̄rie ordinat. vñ dicit p̄hs. vij. ethi. Non ſolū nob nati ſum⁹ ſꝫ ort⁹ nr̄i partē p̄ria vendicat partē amici. atqꝫ vt placet ſtoicis. Sicē q̄ in terris gignūſ ad vſum hoīum oīa creari. ſi vt hoīes hoīum cā eē generatos vt ipſi īter ſe alij alijs ꝓdeſſe poſſent. Exēplū apō antiquos ſicē narrat Señ. erat tanta cura reꝝ coīum ꝙ ipſi paupes erāt in domib⁹ ſuis. quoꝝ tñ diuitijs erariū plenū erat. vñ malebāt ſibi eē paupes vt rēpub. opulētiſſimā haberēt. ſicē narrat Tullius de quodā q omni gaza macedonū potit⁹ q̄ maxima erat tñ in erariū intulerit pecunie. vt vni⁹ imperatoris p̄da finem attulerit tributoꝝ nec aliđ in domū ſuam intulit preter memoriam noīs ſempiternam. ¶ Tertiū p̄coniū fortitudinis eſt q2 aīum firmat quoad deū cōtra erroꝝ prauitates ſiue īfideliū tyrannides. Sicē enim amoꝛ terrene ciuitatis aliquos facit pugiles pro ipſa vſqꝫ ad mortem decertantes. Ita immo multo fortius amoꝛ celeſtis patrie ꝯſtituit pro chriſti fide pugnatores qui pro eius defenſione mortem corporis nō me

De ſcđo p̄conio fortitudinis.

De tertio p̄conio fortitudinis

tuāt. Ad hoc autem ratio inclinat. ſicut enī multi homines faciunt vnum corpus: quod eſt populus vel ciuitas pro cuius defenſione ſinguli ciues morti ſe debent exponere: qꝛ bonum cōe debent ꝓponi ſingulari bono. ita ſm apl̄m ad Ro. xij. Multi vnū corpus ſumus in chriſto. ſinguli autē alter alterius mēbra. xp̄s aūt cuꝫ deus ſit eſt bonū vle. ⁊ cōe oīum. multomagis ꝙ reſpublica reſpectu ſingulariū ciuiū. Et ideo ſi licet pro defenſione reipub. tēporalē mortē ſubire. ⁊ vitā corporis ꝯtēnere. multomagis opꝫ pro republica celeſti que deus eſt. vel que tota in ipſo eſt. mortē corpis nō metuere. Unde Aug. v. de ciuita. dei. c. xviij. Si enim antiq̄ pr̄es pro republica et terrena oīa ꝯtēpſerūt ⁊ tot picula ſunt aggreſſi horribilia mortis genera ꝑpeſſi q̄d magnum pro ipſa eterna celeſti pr̄ia huiuſ cūcta blādimēta ꝯtēnere. Uel qūo audebit q̄s de volūtaria paupertate ſe extollere. vel pro xp̄o mortē timere. eo dicēte. Nolite timere eos qui occidūt corpus. Et ſbdit arguēdo. Si ipſi antiqui hoc fecerūt amore prie. laudiſq꜄ immēſa cupidine. put dicit Poeta. Quid magnū ſi pro vera libertate. qua vere liberanẗ filij dei. ⁊ alia ⁊ maiora tormēta ſunt ſuſtinenda ꝙto retributio maior a ſuſtinētibꝰ expectatꝰ. Tales q̄dē qui mortē ſuſtinēt pro celeſti pr̄ia. nō tm̄ fortes ſed martyres idest teſtes dicunẗ. Sunt enim pugiles fidei chriſti. ⁊ ideo quādā ſpeciali prerogatiua que dicitur aureola in celeſti patria accipiūt inſignia. Eſt aūt vlterius ſciēdum. ꝙ aliter eſt in ciuili certamine quādo pro patria pugnatur ⁊ aliter in certamine martyrij quādo pro chriſto mors ſuſcipiẗ. Nam ſicut dicit Maximus in ſermone. Qui occidiẗ pro mundo vincitur cum occidiẗ. qꝛ niſi vinceretur nō occideretẗ. qui autē occiditur pro chriſto victus nō dicitur. quia cuꝫ occidiẗ victor efficitur. Hoc preconio fortitudinis excellētiſſime beatus Paulus fuit decoratus. non enim vnā mortem ſubijt pro fide chriſti: ſed plures. Fuit enim vita ſua plena mortibus. ſicut patet cōſideranti ab. xi. ca. Actuū apoſtoloꝝ vſq꜄ in finē. Ipſe etiam enumerat. ij. ad Corinth. xi. ꝙ fuit in laboribus plurimis in mortibus frequenter. Unde de aſia. valedicens fratribus dicebat. per omnes ciuitates ſpiritusſanctus proteſtatur mihi. quia vincula ⁊ tribulatiōes me manent in hieruſalem. ſed nihil horū vereor. nec facio animam meam precioſiorē ꝙ me. Animam autem appellat vitam exterioris hominis. qua corpus exterius animatur. Cum aūt dicit me. loquitur de iteriori homine. quo ſpiritualiter viuit. ⁊ per quem vere ipſe eſt. quia per rationem homo eſt homo.

ǒ dupli ... certa ... mine ⁊ ... chriſti.

Circa que ꝯſiſtit virtꝰ fortitudis. Caplm̄. ij.

Fortitudo eſt virtus ponēs in animo firmitatē ad ſuſtinendū vel repellēdum difficile quoddam ſm ꝙ ratio dictat. Dictat autē ratione volūtas retrahatur ad eiuſ ſequela propter aliquod malū corporale. quia nulluꝫ bonuꝫ corporale equiualet bono rationis. Maximum malū ⁊ terribile inter oīa mala corporalia eſt mors. vt dicit philoſophus. iij. Ethic: que tollit omnia bona corporalia. quapropter neceſſe eſt ꝙ fortitudo animū firmet ꝯtra hoc maximū maluꝫ propter bonuꝫ rationis ſequēdum. Et ſic virtus fortitudinis proprie erit circa timores periculoꝝ mortis. Quod aūt fortitudo maxime circa mortis pericula ꝯſiſtat. hinc apparere poteſt. Eſt enim fortitudo virtus ponens mediū inter duas paſſiones. ſciliꝫ timorem ⁊ audaciaꝫ. Cohibet enim timorem ne timēdo retrahatur ab eo qđ ratio dictat. ⁊ moderatur audaciā ne quis audendo aggrediatur. qđ ratio vetat. Timor autem ⁊ audacia ꝓprie reſpiciūt pericula. Timet enim aliquis. quia imaginaẗ ſibi aliquod periculū imminere. Et aliquis per audaciā aggreditur aliquod difficile perículoſum. Eſt autē propriū virtutis circa proprium obiectuꝫ reſpicere id quod eſt vltimuꝫ ⁊ magis difficile ⁊ circa id ſe ordinare. ſicut tēperātia maxime reſpicit delectabilia tactus ad que reprimenda ordinatur. Inter omnia autē pericula difficillima eſt mortē ſuſtinere. que eſt vltimū terribiliū. ſicut dicit ph̄s. iij. Ethi. Et ſic pꝫ ꝙ fortitudo eſt ꝑncipaliter circa picula mortis. ſicut circa ꝓpriam māꝫ. vnde dicit Andro. philo. ꝙ fortitudo eſt virtus iraſcibilis nō facile obſtupeſcibilis a timoribꝰ qui ſunt circa mortē. Cum aūt virtuoſus in actu v̄tutis intēdat qđ bonū eſt. cōſequēs eſt ꝙ fortis picula mortis ſubeat ꝓpter aliquem bonū finē ꝯſidum. Pericula aūt mortis ex egritudine vel tēpeſtate maris. aut ex inſidijs latronum. vel ſi que alia ſunt huiuſmodi. non videnẗ directe alicui iminere. ex intētione pſequēdi aliqđ bonuꝫ. picula aūt mortis que ſunt in bellicis directe imminent homini ꝓpter aliqđ bonū in q̄tum. ſ. defendit bonū cōe per iuſtuꝫ bellū. Sed eſt ſciēdum ꝙ iuſtū bellum pōt eſſe duobus modis. Uno modo qn̄ ſit gn̄ale. ſicut cum aliqui decertāt in acie. Alio mō qn̄ ſit particulare. puta cum aliq̄s iudex vel aliqua priuata perſona nō recedit a recto iudicio tēpore gladij imminētis. vel cuiuſcūq꜄ periculi mortē inferentis. quocūq꜄ predictorū modoꝝ quis mortē incurrat fortis eſt cēſendus. ⁊ ſic ad fortitudinē perti-

De fortitudie qđ ſit ⁊ circa q̄ ſe hēat vel vid...

ꝙ bellum iuſtum eſt duobus modis.

net firmitatē animi habere.non ſolū ꝯ pıcula
mortis que imminent in bello cōi ſꝫ ēt que im
minēt in particulari ıpugnatiōe vbi mors in/
currit ꝓpt bonū virtutis. Poteſt ēt fortis ſub/
ire pıcula cuiuſcūqꝫ alterius mortis.ꝛ fortis
cenſeri dūmodo opus virtutis intendat.puta
cum aliqs nō refugit amico infirmanti obſeq
ꝓpter timorem mortifere infectionis.vel cuꝫ
non refugit iter magnū facere ad aliqd pium
negocium ꝓſequendū propter timorē naufra/
gij vel latronum. Ex his que dicta ſunt pꝫ qd
ſit fortitudo.ꝛ circa qd verſet.Eſt enim cohi/
bitiua timoꝝ ꝛ moderatiua audaciaꝝ circa pı
cula mortis que ſunt in bellicis.ꝛ hoc ꝓpt bo
num cōe defendēdū vel opus virtutis non de
ſerēdum .Tant⁹ fuit apud antiquos romanos
amor de repu.ꝙ ſicut dicit Valeri⁹ ſtatim ho/
noris apicem aſſumētes.abiecta priuata chari
tate publicaꝫ induebāt.ꝙ nec etiā filios plora/
bant qn̄ ı bellis mortē ꝓ republica ſuſtinebāt.

De acti/uis for/titudis

Deinde occur/ .§.i.

rit,cōſideratio de actib⁹ fortitudinis ꝛ iuſtitia
belli. Sciendum vt dicit phs in.iij.ethi.ꝙ ac/
tus fortitudinis nihil delectabile videt habe
re. Pro cuius declaratiōe dicit be.Tho.ſe.ſe.
q.cxxiij.ꝙ cum duplex ſit delectatio.ſ.corpora
lis que ſequit tactuꝫ corporaliū.ꝛ ſpūalis que
ſequit apprehenſionē aīe. Iſta duo proprie
ſequit opa virtutum. quia in eis conſideratur
bonum rōnis. Principalis aūt actus fortitudi
nis eſt ſuſtinere aliqua triſti ſm̄ apprehenſio
nem anime.puta qr amittit hō corpalē vitam.
quā virtuoſus amat.nō ſolū inquantū ē quod
dam bonū naturale.ſed etiā inqꝫtum eſt neceſ
ſaria ad opa virtutuꝫ.ꝛ q̄ ad eam ptinet.Et eti/
am ſuſtinet aliq̄ doloroſa ſꝫ tactum corporis.
puta vulnera vl flagella.ꝛ ideo fortis hꝫ vn̄
delectet ex vna parte.ſ. ſꝫ delectatiouē anima/
lem.ſ.de ipſo actu virtutis ꝛ de fine eius.ꝛ ex
alia parte hꝫ vnde triſtari debeat ꝛ animaliter.
dum ꝯſiderat amiſſionē proprie vite ꝛ corpo/
raliter ſuſtinēdo tormēta. Unde vt legitur.ij.
Machab.vi.vt dicit eleazarus. Diros corpo/
ris ſuſtineo dolores ſm̄ animam vero dixit,ꝓ
pter timorem tuum libēter hec patior. Senſi/
bilis autem dolor corporis facit non ſentire
animalem delectationem virtutis.niſi forte ꝓ
ſuperabundanteꝫ dei grām anima fortius ele
uetur ita ad diuina.ꝙ magis delectat in eis
q̄ꝫ a corporalibus penis afficiatur . ſicut legit
de be.tyburtio martyre incedente ſuper carbo
nes viuos.qui dixit. Uidetur mihi incedere
ſup flores ꝛc̄. Facit tn̄ v̄tus fortitudinis vt rō
non abſorbeatur a corporalibus doloribus.
Triſtitiam autem animalem ſupat delectatio

virtutis inquantum homo prefert bonum vir
tutis corporali vite ꝛ quibuſcūqꝫ ad eam perti
nentibus. Et ideo dicitur in.iij.ethi. ꝙ a forti
non requirit vt delectet: quaſi delectationem
ſentiēs:ſed ſufficit ꝙ nō triſtet. Deinde occur
rit deſideratio de actib⁹ ꝛ iuſtitia belli. Itē De du/
oportet ſcire ꝙ actus fortitudinis ſunt duo.ſ. plici
aggredi ꝛ ſuſtinere. Eſt autē principalior act⁹ actu for
ſuſtinere.i.immobilr ſiſtere q̄ꝫ aggredi. Dictū titudi/
eſt.n.ſupra ꝙ fortitudo eſt circa timores repri nis ꝛ q̄s
mēdos ꝛ audacias moderādas. Difficilius eſt ſit pnci
aūt timorem reprimere q̄ꝫ audaciam modera palior
ri:eo ꝙ ipſum periculum:quod eſt obiectum
audacie ꝛ timoris:de ſe ꝯfert ad repſſionē au/
dacie:ſed opat ad augmētū timoris. Aggredi
aūt pertinet ad fortitudinē ex ea parte qua hꝫ
audaciam moderari. Sꝫ ſuſtinere ſm̄ ꝙ hꝫ ti/
morem reprimere.vn̄ pꝫ ꝙ ſuſtinere eſt princi
palior actus q̄ꝫ aggredi. Apparet ēt hoc rōne
ſumpta ex parte difficultatis:que maior eſt in
actu ſuſtinēdi q̄ꝫ aggrediēdi. Et hoc triplici/
ter. Primo qr ſuſtinere videt aliquis ab aliq̄
fortiori inuadēte:qui.n.aggredit inuadit per
modū fortioris. Difficili⁹ eſt aūt pugnare cuꝫ
fortiori q̄ꝫ cū debiliori. Secundo qr ille q
ſuſtinet iā ſentit pıcula imminētia. Ille autē q
aggredit hꝫ ea vt futura. Difficili⁹ eſt aūt non
moueri a pn̄tib⁹ q̄ꝫ futuris . Tertio qr ſuſtine/
re importat diuturnitatē ipſis:ſed aggredi po
teſt aliqs ex ſubito motu. difficili⁹ ē aūt diu ma
nere immobilē q̄ꝫ ſubito motu moueri ad ali
quod arduū. vn̄ philoſoph⁹ dic̄ in. iij. ethic̄.
Quidā ſunt ꝓuolātes an̄ pıcula:in ipis aūt di
ſcedūt. Fortes aūt ecōtrario ſe hn̄t.nā vt ibidē
dr̄ in ſuſtinendo triſtia maxime aliq fortes di
cunt. Ex ēplū de Alexādro narrat. T. Pōpeius
ꝙ cū ad pıculoſum bellū exercitū eligeret. nō
iuuenes robuſtos:nec primū florē etatis.ſꝫ ve
teranos pleroſqꝫ ēt emeritos militie. q cū pa/
tre auoqꝫ paterno militauerāt elegit.vt nō tā
milites q̄ꝫ magiſtros militie putares.ordieſqꝫ
nemo niſi ſexagenari⁹ duxit. vt ſi pncipia ca/
ſtroꝝ cerneres. ſenatum te potius reipublice
videre diceres. Itaqꝫ in prelio nemo fugā.ſed
victoriam cogitauit.

Dictum eſt autē .§.ij.

ſupra ꝙ fortis operatur propter bonum com/
mune tuendum per iuſtum bellum. ꝛ ideo de
bello aliquid videndum eſt.preſertim cuꝫ ib
actus fortitudinis.ſꝫ aggredi ꝛ ſuſtinere ma
nifeſtent. non ſolum quantum ad firmitatem
animi:ſed etiam quantum ad corporis forti/
tudinem que eſt frequenter indicium ꝛ diſpo
ſitio fortitudinis interioris. Non enim eſt cō
tra rationeꝫ virtutis ꝙ ex naturali complexio/

nẽ habeat quis naturalem inclinationem ad virtutem. Unde ex magnitudine extremitatũ latitudine pectoris. erectione ceruicis. viuacitate oculorum. ⁊ alijs huiuſmodi coniecturare poſſumus magnitudinem cordis tanq̃ʒ ex quibuſdam ſignis ⁊ diſpoſitionibus ad virtutem. licet finale complementum ſit ex more ⁊ conſuetudine. Ex actibus enim frequentatis generatur habitus vt ex frequenter iuſta operari ⁊ temperate viuere ſumus iuſti et temperati. vt docet Ariſt. ij. ethi. De bello ergo conſiderantibus tria videre ſufficiat. Primo q̃ ad iuſtum bellum requiruntur. Secundo de natura aſſumptionis belli. Tertio de his quibus licitum eſt ad bella procedere.

De requiſitis ad iuſte bellãdũ ſeu ad iuſtum bellum

Quantum ad .§. iij.

primum ſciendum ꝙ chriſtiana religio bella non recuſat. nec dañat pro loco ⁊ tempore oportuno. vnde ſcriptura euangelica teſtimonio Joan. baptiſt. concedit ꝙ licitum eſt ſtipẽdijs vti ⁊ pro republica militare. Dicit enim Aug. in ſermo. de puero centurionis. Si chriſtiana diſciplina omnino bella culparet. Hoc potius conſilium ſalutis petẽtibus in euangelio diceretur vt abijcerent arma. ſeqꝫ militie omnino ſubtraherent. Dictum eſt autem eis. Neminem concutiatis. Eſtote contenti ſtipendijs veſtris. quibus proprium ſtipendium ſufficere precepit militare non prohibuit. ⁊ habetur. xxiij. q. j. paratus. in fine. Sꝫ ad hoc ꝙ bellum ſit iuſtum tria requiruntur ſm̃ Tho. ſe. ſe. q. xl. ar. j. ¶ Primum eſt auctoritas principis cuius mandato bellum eſt gerendum. Nõ. n. pertinet ad perſonam priuatam bellum mouere. quia poteſt ius ſuum in iudicio ſuperioris proſequi. Et quia conuocare multitudinẽʒ. qđ in bellis oportet fieri. non pertinet ad priuatã perſonam. Cum autem cura reipublice cõmiſſa ſit principibus ad eos pertinet rempub. ciuitatis vel regni vel prouincie ſibi ſubdite tueri. Et ſicut licite eam defendunt materiali gladio contra interiores perturbatores. dum puniunt malefactores. ſm̃ illud apoſtoli ad Ro. xiij. Non ſine cauſa gladium portat. Miniſter enim dei eſt vindex in iram ei q male agit ita ⁊ gladio bellico ad eos pertinet rempub. tueri ab exterioribus hoſtibus. vnde Aug. cõtra manicheos. xxiij. q. j. quid culpatur dicit. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit. vt ſuſcipiendi belli auctoritas atqꝫ conſilium penes principem ſit. Exemplum in filijs iſrael qui noluerunt ad bella procedere. niſi prius ſuper eos principe conſtituto. a quo eſſet auctoritas belli aſſumendi. vnde poſt mortem Joſue conſuluerunt dominuʒ

De primo requiſito ad iuſte bellãdũ

dicẽtes. Quis aſcendet ante nos contra chananeum. ⁊ erit dux belli. Dixitqꝫ dominus. Judas aſcendet. Judic. j. ¶ Secundo requiritur cauſa iuſta. vt ſcilicet illi qui impugnantur. ꝑpter aliquam culpam impugnari mereantur. vnde dicit Aug. in lib. queſtionum vete. ⁊ no. teſti. Juſta bella ſolent diffiniri que vlciſcunt iniurias. ſic gens vel ciuitas plectenda eſt. que vel vindicare neglexerit quod a ſuis improbe factum eſt vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt. xxiij. q. ij. dominus. quod intelligendum eſt quando ciuitas contra quam bellum aſſumitur frequenter ⁊ in multo damnificauit ciuitatem que bellum aſſumit. Et iteruʒ ſi requiſita de recompenſatione damni reddere neglexerit. al's non videtur quantum ad forum conſcientie cauſa ſufficiens. ꝙ bellum in quo infinita rerum ac corporum diſpendia et animoruʒ ⁊ flagitia vitari non poſſunt. debeat aſſumi. Abraam aſſumpta cauſa iuſta. audito enim ꝙ Loth nepos ſuus iniuſte erat captꝰ cum trecentis decem ⁊ octo vernaculis quatuor reges in pugna eſt aggreſſus ⁊c̃. Gen. xiiij. ¶ Tertio ad iuſtum bellum requiritur intentio bellandi recta ꝙ videlicet intendatur. vel vt bonum promoueatur vel vt maluʒ vitetur. vñ dic̃ Aug. in li. de v̂bis domini. Apõ veros dei cultores illa bella peracta ſunt: que nõ cupiditate vel crudelitate ſꝫ pacis ſtudio queruntur vt mali coerceantur. Debet ergo geri bellum vt pax acquiratur. non queri pax vt bellũ exerceatur ſm̃. b. Aug. xxiij. q. j. Noli. Exẽplũ. Saul reprobatus fuit a deo. quia in victoria quam habuit contra amalech non ſeruauit puram intentionem ad diuinum mandatum: ſꝫ pepercit gregibus ex cupiditate. j. Regũ. xv.

Secundo prin .§. iiij.

ceps caueat ne ſit facilis ad bella aſſumenda. Non enim debet aſſumere bellum etiam predictis ſuppoſitis. niſi vrgente neceſſitate per cepta videlicet manifeſta ⁊ notabili leſione Et iterum hoſtibus non paratis ad ſatiſfactionem. ſicut dictum eſt ſupra. Sed tunc cuꝫ matura deliberatione ⁊ humili ac deuota diuini adiutorij inuocatione debet contra hoſteʒ reipublice bella mouere. Cauſa autem quare nõ debet eſſe facilis ad bella mouenda. eſt variꝰ euentus belli. quia nunc hunc. nunc illum cõſumit gladius. Sicut reſpondit Dauid ad Joab. ij. Reg. xj. Impoſſibile eſt etiam ꝙ in bellis non multa mala contingant. Frequenter enim accidunt ſtrages hominum. effuſiones ſanguinum. depopulationes terrarum. expoliationes. rerum captiuitates etiam ⁊ paupertates multas ſuper innocentes neceſſe eſt eue

de ſcõ regſito

Cur nõ d facile bellãdũ

nire. Multe etiam corruptiones in moribus
ſuccreſcunt. Nam libidine vincendi ⁊ cōſue/
tudine bellandi. homines redduntur fortio//
res. animoſiores ⁊ proniores ad vlciſcendum
⁊ opprimendum plus q̄ ordo diuini iuris re
quirat. Propter hec ⁊ ſimilia que in bellis cō
muniter eueniunt debet p̄nceps aſſumere bel
lum cum multo timore ⁊ dei reuerentia. p̄miſ
ſis ad deum ſanctorum virorum pijs ſupplica
tionibus. vnde Moyſes cum mitteret Joſue
ad pugnam cōtra amalech. Exo. xvij. Primo
ad deum refugium habuit. vnde ſtans in ver
tice collis ⁊ habens virgam dei in manu ſua
manus ſuas ad celuꝫ extendit pro victoria ha
benda contra amalech propter quod dicitur
ibi. Cum leuaret Moyſes manus ſuas vince
De ordi bat iſrael. Ad hoc etiam q̄ iudei conſulte ⁊ de
ne ⁊ mō liberate ad bella procederent. ei s multa obſer
in bellā uanda deus mandauit. Primo q̄ ad pugnam
lo anti procedentes anteq̄ bellum inirent. pacem ho
q̄ṫ bua ſtibus offerent. Secundo q̄ appropinquante
o. iam prelio ſacerdos ante aciem exercitus ſta/
ret. qui pugnaturos confortaret promittendo
auxilium dei. Tertio q̄ remouerentur impe/
dimenta victorie remiſſis domum quatuor
generibus hominum. vt qui edificauit domū
nouam. ⁊ non dedicauit eam. qui plantauit vi
neam. qui deſponſauit vxorem ⁊ formidoloſ//
ſus. Deute. xx. Permaxime autem ad victori/
am valent orationis ſuffragia. Exemplum le//
gitur in hiſtoria romanorum. q̄ cum ſulgenti
us ⁊ alborgaſtes contra Theodoſium chriſtia
niſſimum imperatorem venirent in prelium.
Theodoſius cum ſciret ſe ſuis deſtitutum: fi/
ducialiter ſigno crucis facto. ſe in bellum de/
dit: ⁊ victoriam a domino expectans. quod ⁊
Cā q̄re pleniſſime obtinuit. Frequenter autem occul
unq̄ to dei iudicio: ſed non iniuſto. iuſtiores aut
iuſtio/ minus mali in bello ſuccumbunt a peioribus
res in ſuperati. Quod ex duplici cauſa cōtingere po
bello teſt. aut quia tales a preceptis diuinis aliquā/
iccum do receſſerunt: ⁊ ideo dignum eſt. ⁊ eoꝝ emen
unt dationi expediens. vt a nequioribus ſe tanq̄
a dei miniſtris attriti puniantur. Sicut voluit
deus populum iudeorum flagellari per aſſyri
os ⁊ babylonios que erant idolatre. ⁊ diuini
cultus impugnatores. Et ſic qui erant magni
peccatores facti ſunt in filijs errantibus diui/
ne legis executores. Aut huiuſmodi continge
re poteſt. quia tales qui ſuccumbunt interduꝫ
de ſuis viribus nimis preſumunt a deo victo
riam non querentes. ⁊ ideo alioꝛuꝫ qui digne
puniri merebant̄. digni punitores fieri nō me
rent̄. Exēplū ī vndecim tribub⁹ iſrael collectis
ad pugnā ꝯ tribū beniamin ob puniēdū ſce//
lus eoꝝ. q̄ bis fuerūt debellate ab ipſa tribu be
niamin: q: de ſuis virib⁹ ꝯfidebāt. Judic. xx.

Quantum ad .§. v.

tertiū. Sciēdū q̄ p̄latis eccl'ie ⁊ clericis nō lꝫ De ter/
pugnare in bello. Et h̄ duplici rōne ſꝫ. b. Tho. tio req/
ſe. ſe. q. lx. ar. ij. Prima eſt gn̄alis: vꝫ q: bel ſito ad
licū exercitiū hꝫ multas inq̄etudines. q̄ multū inſunt
īpediūt animū a ꝯtēplatiōe dei. ⁊ orōne. qb⁹ bellum
opꝫ eos vacare. Scđa eſt ſp̄alis. Nā oēs or ſ. qb⁹ li
dines clericoꝝ ordinant̄ ad altaris miniſteriū ceat ⁊ q
in q̄ repſentat̄ paſſio xp̄i ſub ſacro: ⁊ iō nō cō/ bus nō
petit eis occidere vl' ſanguinē fundere: ſꝫ ma/
gis eē paratos ad effundēdū ſuū ſanguinē p
xp̄o vt ip̄m imitent̄. vn̄ effundētes ſanguinē.
ēt ſine pctō. ſ. p mortē vl' mutilationē ſunt irre
gulares. ei aūt q eſt deputat̄ ad aliqđ officiuꝫ
nullo mō lꝫ exercere id p qđ ſuo officio icōgru
us reddit̄. Pōt addi tertia rō. ſ. p̄hibitio eccle
ſie. vt. xxiij. q. viij. p to. Et in ca. Cōuenior. vbi
dic̄ Amb. Aduerſus milites ⁊ gothos arma
mea lachryme mee ſunt. Talia. n. ſunt muni//
mēta ſacerdotis alr nec debeo: nec poſſum re
ſiſtere. Nec obſtat qđ d̄r. xxiij. q. viij. q̄ horta/
tu Adriani pape. Carolus ſuſcepit bellū ꝯ lon
gobardos. ⁊ Leo papa deſcēdit ad litt⁹ maris
cū exercitu romanoꝝ ꝯ ſaracenos. q̄ſti. ea. Se
pe. Nā p̄lati eccl'ie ⁊ clerici p̄nt vtiq̄ itereſſe
bellis de licētia ſupioꝝ vt iuſte pugnātib⁹ ſub
ueniāt hortatiōib⁹. abſolutiōib⁹. ⁊ hmōi opi
bus ſp̄ualib⁹: vt p̄dicti fecerūt: de qb⁹ dictū ē.
Sꝫ nō vt pugnēt ipi p̄p̄a manu. ſꝫ. b. Tho. vbi
ſupra in reſolutiōe ſecundi argumenti. Et q:
de bello diffuſe habes ſupra in. ij. parte titulo
iiij. Jdeo non plus hic ſed ibi.

De triplici martyrio. Caplm. iij.

DE martyrio quod
pertinet ad belluꝫ particulare im De bel/
minens a perſecutoribus fidei: lo p̄ti
in quo permaxime exercetur act⁹ clari. ſ.
fortitudinis. Cum enim pertineat ad ratione martyr/
martyrij: vt aliquis firmiter ſtet in veritate et rio
iuſtitia contra perſequentium impetus: ⁊ ad
fortitudinem pertineat confirmare hominem
in bono virtutis cōtra pericula precipue mor
tis. patet martyriuꝫ eſſe actum fortitudinis:
dū fidē ⁊ iuſtitiā non deſerit martyr propter
imminentia pericula mortis in quodam cer/
tamine particulari a perſecutoribus imminē
ti. vnde Cyprianus in ſermone ait. Uidit ad/
mirans preſentium multitudo celeſte certa//
men in prelio ſtetiſſe ſeruos chriſti voce libe/
ra mente incorrupta virtute diuina. Et de mar Triplex
tyribus canit eccleſia. Fortes facti ſunt in bel/ ē mar/
lo. Eſt autem triplex martyrium ſm̄ Bern. tyrium
in ſermone ſcōꝝ martyꝝ. ſ. martyriū voluntatis

tm̄.martyrium opis tm̄.martyriū opis ⁊ volū tatis ſimul. Primū ſuſtinuit Joānes euangel'. cui dictū eſt ⁊ germano eius. Calicē meū bibe tis Matth.xx. vnde Cyprianus. Ju.ſeruis dei apud quos cogitat martyriū ⁊ mēte ꝯcipitur animus ad bonū deditus iudice deo coronat. ¶ Aliud eſt eniȝ martyribꝰ aium deeſſe. aliud aīo deſuiſſe martyriū. de pe. di. j. nūqd. Qd̄ tm̄ intelligēdum eſt de corona aurea nō aureola. ¶ Scd̄m martyriū fuit in innocētibus. ꝗuis enim qdā dixerūt ꝙ in eis miraculoſe accele/ ratus fuit vſus liberi arbitrij. ita ꝙ etiā volūta rie martyriū paſſi ſunt. tm̄ ſm̄.b.Tho. q: p au/ toritatē ſcripture hoc nō ꝓbat. melius dicit ꝙ martyrij gl'iam quā in alijs ꝓpria volūtas me/ ret illi paruuli occiſi per dei grām. ſunt aſſecu ti. Unde Augꝰ. in ſmone ait. Jlle de vr̄a coro/ na dubitauit in paſſione pro xp̄o. qui etiā par/ uulis baptiſmuȝ ꝓdeſſe nō extimat chriſti. Nō hēbatis etatē qua in paſſuruȝ xp̄m crederetis. ſed habebatis carnem. in qua pro xp̄o paſſuro paſſionē ſuſtineretis. ¶ Martyriuȝ volūtatis ⁊ opis ſuſtinuit Stephanus cum alijs adultis martyribꝰ. qd̄ martyriū omne pene debitū ſol uit. ⁊ ſubito aduolare facit ad celū. Unde dicit extra de celeb. miſ. c. cum marthe. ꝙ iniuriā fa cit martyri qui orat pro martyre. Et ꝙ ſit maxi mus actꝰ fortitudinis oſtēdit Cyp̄anus dicens in ep'la quadā. O beati martyres qbꝰ vos lau/ dibus ꝑdicem? O milites fortitudinis robur corporis veſtri quo preconio vos explicem.

¶ Ad rōnem aūt .§.i.

tria cō/ currūt ad mar tyrium martyrij ſtricte ſumpti tria reqrunt. videlicet gratia ſeu charitas beniuolētia. mortis pena. ⁊ fidei cauſa. ¶ Primū reqritur. q: ſine ea nō eſſet fructuoſum. vnde ap'ls. j. Ad Cor. xiij. Si tradidero corpus meum ita vt ardeā. ſcilȝ per martyriū. charitatē auteȝ nō habeam nihil mi hi ꝓdeſt. ſ. ad regnum celoꝝ obtinendū. Et ſm̄ Aug. qui ſic ait. Siqs non habēs charitatem in aliquo ſciſmate ꝯſtitutus. nec chriſtum ne/ gat patit turbationes: anguſtias: fameȝ: nudi/ tateȝ: perſecutiones: ꝑicula: carceres: vincula: tormēta: gladium: flāmas vel beſtias. vel ipaȝ crucē timore gehēne. nullo modo ſunt iſta cul panda. ſed laudāda patientia. Et qd̄ ait apoſto lus. Nihil ꝓdeſt. intelligat ad regnum celorū obtinēdum. nō ad extremi iudicij ſupplicium tolerabilius ſubeundū. de pe. di. iij. ſiqs. Jpſa aūt ſufferentia martyrij demōſtrat maxime ꝑ/ fectionem charitatis. q: per ipam contēnit qd̄ maxime amatur. ſ. vita tēporalis. Unde chri/ ſtus Joā. xiij. Maiorem charitatem nemo ha bet ⁊c. i. maius ſignū charitatis. ¶ Secūdum qd̄ eſt de ratione martyrij eſt pena nō quecūqȝ ſed mortis. Unde Maximus dicit in ſmone Inte de martyre. ꝙ vincit pro fide moriendo qcqd iatio vinceretur ſine fide viuendo. Pro cuius decla min ratione dicit be. Tho. ſe. ſe. q. cxxiiij. ꝙ martyr mar dr̄ quaſi teſtis fidei chriſtiane. per quam nobis viſibilia pro inuiſibilibus contēnenda ꝓponū tur. vt dicit ad Hebre. xj. Unde ad martyrium ꝑtinet vt homo teſtificet fidem oſtēdens opere ſe cūcta preſentia contēnere vt ad futura ⁊ inui ſibilia bona ꝑueniat. Quādiu autem homini remanet vita corporalis. nōdum opere oſtēdit ſe cuncta tēporalia deſpicere. Nam ꝯſueuerūt hoīes ⁊ conſanguineos ⁊ oīa bona poſſeſſa cō tēnere ⁊ etiam dolores corporis pati: vt vitam conſeruēt. Unde ⁊ Sathan cōtra Job. ij. dixit. Pellem pro pelle. ⁊ cūcta que hȝ hō dabit pro anima ſua. i. vita. Et ideo ad perfectionē mar/ tyrij requirit mortē ſuſtinere propter chriſtuȝ. Unde nec martyriū proprie dicit pro ſola tole rantia carceris: vel exilij. vel rapine diuitiaruȝ vel alicuius cruciatus. ſicut ſuſtinuit Joā. euā gel'. flagella. oleum feruēs. ⁊ exiliuȝ. niſi forte ſm̄ quid. q: ex his quādoqȝ ſequitur mors. et ſi nō ſubito. Unde eccleſia celebrat martyriuȝ Marcelli pape in ſtabulo quieſcētis. quia illā mortem incurrit ex flagellis ⁊ alijs afflictioni bus prius ſibi illatis. ¶ Tertiū quod requiri/ tur eſt cauſa. vnde Auguſt. Martyrē non pena ſcilȝ tm̄ de cauſa. Cauſa autem iſta eſt. veritas fidei. Sed ſciendū ſm̄ Tho. vbi ſupra. ꝙ ad fi/ dei veritatē pertinet non ſoluȝ credulitas ipſa cordis. ſed etiā exterior proteſtatio. que fit non ſolum per verba quibus cōfitetur quis fidem: ſed etiā per facta quibus aliquis fidē ſe habe/ re oſtendit. ſm̄ illud Jaco. ij. Ego oſtendaȝ tibi ex operibus fidē meam. Et ideo omniuȝ virtu tum opera ſm̄ ꝙ referūtur in deum ſunt que/ dam ꝓteſtationes fidei per quam innoteſcit ꝙ deus huiuſmodi opera a nobis requirit ⁊ nos pro eis remunerat. Et ſm̄ hoc poſſunt eſſe cau ſa martyrij opera etiam aliarum virtutū. Et ſic quicūqȝ patitur morteȝ violētam pro quocūqȝ bono opere faciendo. vel pro quocūqȝ peccato vitando propter chriſtū. q: totuȝ hoc pertinet ad fidei proteſtationeȝ martyr exiſtit. Unde ⁊ beati Joan. baptiſte martyriuȝ celebratur qui ſuſtinuit mortē. non pro neganda fide. ſed pro reprehenſione adulterij.

¶ Martyrium ſu/ .§.ij.

mendo large pro morte violenta poteſt dici ꝙ eſt quadruplex martyrium. ſm̄ quadruplicem eius cauſaȝ ⁊ fundamentū. ¶ Primum eſt ex cōmiſſa iniquitate. videlȝ in his qui occidunt pro ſceleribus cōmiſſis. Unde Petri. j. ca. iiij. dicit. Nemo veſtruȝ patiatur quaſi homicida.

Tales ſi patiēter ferunt mortē ↄtriti de cōmiſ/ſis.non rōne pene tm̄ vel verecūdie:ſed reſpe/ctu dei offenſi.⁊ ſi nō pcipiāt coronam marty/rij.tm̄ ſaluantur.Si aūt tm̄ dolent ꝑpter ſuppli/cium impatiētes vel incōtriti ad inferna deſcē/dūt.Unde ex latronibꝰ crucifixis cum chriſto.qui a dextris erat:q: ↄtritus valde:intrauit pa/radiſum.Qui a ſiniſtris ꝑpter impatiētiam ⁊ incontritionē infernum.Et ad tale martyrium ꝑtinet mors que ſuſtinetur pro partialitatibus guelfa ⁊ guelbina:⁊ huiuſmodi.de qbus Cy/prianus.Inexpiabilis eſt culpa diſcordie:nec paſſione purgatur.di.xc.neq3.¶ Secūduz eſt ex inteſa cupiditate.ſ.in illis qui occidunt in bel/lis iniuſtis que ex auaritia fiunt.vt Oreb.zeb.zebee ⁊ ſalmana cum centuz.xx.milibus. Qui dixerūt.Hereditate poſſideamus ſanctuarium dei.in ps.lxxxij.⁊ in li.iudicuz.⁊ qui hodie in bellis:niſi obſeruatis debitis circūſtātijs iuſte bellaret.vt Judas machabeus cuz fratribus.j.Macha.v.⁊ ſe.Uel pro recuperāda terra ſan/cta.xxiij.q.viij.ſcire.Et ad hoc etiam pertinet mors quam incurrūt mūdani violentia a latro/nibus vel alijs ꝑpter tēporalia iniuſte acquirē/da.Et etiam auſteritas quam ſuſtinēt hypocri/te vt boni reputentur.⁊ mulieres ꝑpter appa/rere.j.q.j.vide quātum.¶ Tertium eſt immē/ſa cecitate.ſ.in infidelibus:de horum numero erant ꝑphete Baal:qui corā Helya incidebāt carnes ſuas lanceolis in honorem baal. vt.iij.Regū.xviij.Sic ⁊ auſteritates iudeoꝝ ⁊ paga/noꝝ ⁊ monachoꝝ grecoruz incredibiles perti/nent ad hoc martyrium ducēs ad infernum.⁊ mors quā ſuſtinēt heretici pro ſuis erroribus.Ad hoc etiam pertinet triſtitia inordinata quā aliqui ſibi aſſumunt de tribulationibus: vel morte ſuoꝝ:vel de defectibus ſuis conſciētiaz ſcrupuloſam nolentes deponere ad conſilium alioꝝ.Uel etiam ex deſpatione ſibi mortem in/ferentes. ¶ Quartum eſt ex infuſa charitate.ad Hebre.xj.In occiſione gladij mortui ſunt:vt Yſaias.Hieremias.⁊ alij etiaz innumeri in nouo teſtamēto hoc ducit ad celuz Auguſti.de Cypriano martyre.Ab inferiori accipit ſentē/tiam a ſuperiori coronam.xj.q.iij.⁊ ſi ad tēpus.Framea eſt aīa martyris ſplendida charitate.acuta veritate.vibrata dei vītute. Permaxime martyria ſanctoꝝ eccleſiam edificant:⁊ ad om/ne bonum inducūt:vnde Augu.vt mūdus hic vincatur cum amatoribus:erroribus:⁊ terro/ribus ſuis:ſanctoruz martyria docuerunt. Su/mēdo martyrium pro magno labore ſine mor/te:vt dicit Bernar.triplex eſſe ſine ſanguine.Parcitas in vbertate que fuit in Dauid.Libe/ralitas in paupertate:vt in Thobia.Caſtitas in iuuentute:vt in ioſeph in egypto.Item Greg.

Martyres ſine ferro eſſe poſſumus:ſi patien/tiam in animo ſeruemus.

¶ De ꝑtibus fortitudinis integralibus ⁊ ſub/iectiuis. Capitulum quartum.

DE partibus fortitu/dinis nota ſm Tho.ſe.ſe.q.cxxviij.arti.j.ꝙ cum aliter virtutis poſſint eſſe triplices partes.ſ.ſubiectiue:integrales:⁊ potentiales.Fortitudini autez ſm ꝙ eſt ſpecia/lis virtus nō poſſunt aſſignari partes ſubiecti/ue.eo ꝙ non diuiditur in multas virtutes ſpe/cie differentes:q: eſt circa materiam valde ſpe/cialez.Aſſignantur aūt ei partes quaſi integra/les ⁊ potentiales.Integrales qdem ſm ea que oportet ↄcurrere ad actum fortitudinis.Potē/tiales autē ſm ea que fortitudo obſeruat circa difficillima.ſcilz circa pericula mortis.Alique alie virtutes obſeruāt circa quaſdam alias ma/terias minus difficiles:que qdem virtutes ad/iungunt fortitudini.ſicut ſecūdarie ꝑncipali.¶ Eſt autē ſicut ſupra dictum eſt duplex actus fortitudinis.ſ.aggredi ⁊ ſuſtinere. Ad actum autē aggrediendi duo requirunt.Primuz per/tinet ad animi preparationē.vt.ſ.aliquis ſum/ptum aīum habeat ad aggrediēdum.Et quan/tum ad hoc ponit Tull.in li.retho.fiduciā.Un/de dicit ꝙ fiducia eſt per quaz magnis ⁊ hone/ſtis rebus multum ipſe aīus in ſe fiducie cum ſpe collocauit.Secūduz aūt pertinet ad operis executionem.ne ſcilicet aliquis deficiat ab exe/cutione illorum que fiducialiter inchoauit. Et quantuz ad hoc ponit Tullius magnificentiā:vnde dicit. Magnificentia eſt rerum magna/rum ⁊ excelſarum cum animi ampla quadam ⁊ ſplendida propoſitione cognitio atq3 admi/niſtratio:ideſt executio.vt ſcilz amplo propoſi/to adminiſtratio non deſit.Hec enim duo ſi co/arcentur ad propriaz materiam fortitudinis ſcilicet ad pericula mortis erunt quaſi partes integrales ipſius:ſine qbus fortitudo eſſe non pōt.Si autem referantur ad aliquas alias ma/terias in quibus eſt minus difficultatis.erunt virtutes diſtincte a fortitudine ſm ſpeciem.ta/men adiungentur ei.ſicut ſecundarie principa/li.ſicut magnificentia a philoſopho in quarto Ethico.ponitur circa magnos ſumptus. Ma/gnanimitas animi videt eſſe fiducie circa ma/gnos honores.Ad alium autem actum fortitu/dinis qui eſt ſuſtinere.duo requiruntur: quo/rum primum eſt ne difficultate imminentium malorum animus frangatur per triſtitiam et decidat a ſua magnitudine.Et quātum ad hoc ponit patientiam.vnde dicit Tullius. ꝙ patiē/tia eſt honeſtatis animi vel vtilitatis cauſa re/rum arduarum aut difficilium voluntaria ac

Duplex eſt actꝰ fortitu/dinis.

De ſcdo actu for/titudis

E

dñía eſt diuturna perpeſſio. Aliud autẽ eſt vt ex diutur
iter pa/ na difficilium paſſione homo nõ frangatur vſ/
tiẽtiã ⁊ qȝ ad hoc ꝙ deſiſtat. ſm illud ad Heb. xij. Nõ
pſeuerã fatigemini animis veſtris deficientes. Et quã/
tiam. tum ad hoc ponit perſeuerantiam. Unde dicit
ꝙ perſeuerantia eſt in ratione bene conſidera/
ta. ſtabilis et perpetua permanſio. Hec etiam
duo ſi coercerentur ad propriam materiaȝ for/
titudis. erunt partes quaſi integrales ipſius.
Si autem ad quaſcunqȝ materias difficiles re
ferantur. erunt virtutes a fortitudine diſtin//
cte. ⁊ tamẽ ei adiungentur ſicut ſecundarie pn
cipali. Quod autem Macrobius ponit ſepteȝ
partes fortitudinis ſcilicet magnanimitatem.
fiduciam. ſecuritatem. magnificentiam. conſtã
tiam. tolerantiam. ⁊ firmitatem. reducitur ad
id quod ponit Tullius. Nam fiduciam ⁊ ma/
gnificentiam ponit vterqȝ. Tolerãtia vero quã
ponit Macrob. loco eius patientiaȝ ponit Tul
lius. Et firmitatem a Macrob. dictaȝ Tullius
appellat perſeuerantiam. Tria vero que ſuper
addit Macrobius. duo videlicet magnanimi
tas ⁊ ſecuritas comprehenduntur ſub fiducia
a Tullio. Sed macrob. magis per ſpecialia di/
ſtinguit. Fiducia enim pertinet ad fidei certitu
dinem. magnanimitas autem ad magnitudi/
nem vt rei ſperate. Spes autem firma non po
teſt eſſe niſi animoneat contrarium. Timor. n.
quodammodo contrariatur ſpei. ⁊ ideo Ma/
cro. addit ſecuritatem que excludit timorem.
Tertium autem quod addit ſcilicet conſtantiã
comprehẽdi poteſt ſub magnificentia. Opor/
tet enim in his que quis magnifice facit con//
ſtantem animum habere. Poteſt etiam conſtã
tia ad perſeuerantiaȝ pertinere. vt perſeuerãs
dicatur aliquis ex eo quod non deſiſtit ꝓpter
diuturnitatem. Conſtans autem ex eo. ꝙ non
deſiſtit propter quecunqȝ alia repugnantia.
¶ Sciendum etiam ꝙ philoſophus. iij. Ethi.
qnqȝ ſũt ponit quinqȝ modos fortitudinis. ¶ Prima
mõi for fortitudo eſt politica que fortiter operatur pro
titudis pter timorem exonerationis vel pene. Se//
ſȝ phȝ. cunda militaris que fortiter operatur propter
artem ⁊ experientiam reipublice. ¶ Tertia eſt
que fortiter operatur ex paſſione precipue ire.
¶ Quarta eſt que fortiter operatur per cõſue/
tudinẽ victorie. ¶ Quinta eſt que fortiter ope
ratur per ignorantiam periculorum. Quia ve
ro iſta quinqȝ deficiunt a vera ratiõe virtutis.
quia ⁊ ſi conueniant in actu fortitudinis. diffe
runt tamen in motiuo. ideo nõ ponuntur par/
tes fortitudinis ſed dicunt modi eius ſȝ Tho/
maȝ. Differt autem ſpes a fiducia. quia ſpes eſt
Differt virtus theologica qua quis cõfidit de deo. per
ſpes et fiduciam autem que eſt virtus moralis ⁊ pars
fiducia fortitudinis. hȝ hõ fiduciã in ſeipſo tñ ſub deo.

¶ De magnanimitate. Capitulũ. v.

DEinde cõſiderãdũ
reſtat de ptib⁹ fortitudini ãnexis q̃s
ꝓ tãto annexas dicimus. qꝛ ei adiũ
gunt ſicut ſecũdarie principali. Et hoc ideo eſt
quia fortitudo obſeruat circa maxima diffici//
lia ſciliȝ circa pericula mortis. Alique alie vir
tutes obſeruant circa quaſdam alias materias
minus difficiles. in quibus oportet per eas ag
gredi ardua. Ponit autem Tullius in ſua re/
thorica has virtutes pricipali annexas eẽ qua
tuor. videlicet fiduciam. loco cuius ponimus
magnanimitatem. Sic enim eaȝ vocat Ariſto.
magnificentiam. patientiam. ⁊ perſeuerantiã.
De vnaquaqȝ iſtarum aliquid dicendum vt cõ
pletior ſit conſideratio fortitudinis. Primo er
go de magnanimitate tractemus. de qua tria
conſideranda occurrũt. Primo circa quid exi/
ſtit. Secundo ſi eſt dicenda virtus. Tertio de
ſignis ⁊ proprietatibus eius.

¶ Quantum ad .§. i.

primum eſt ſciendũ ꝙ magnanimitas ex ſuo De ma
nomine importat quandam extenſionẽ animi gnani
ad aliqđ magnuȝ. Unde ſm phm. iiij. Ethico. mitat.
Magnanimus eſt magnitudine extrem⁹. nõ et qđ
quidem per receſſum a medio rõnis ſed qꝛ ad ponit
magna tendit. Inter res autem humanas pre/ ex ſuo
cipue exteriores que in vſuȝ hois veniunt. vel noie.
ſibi aliquo mõ impendunt. maximũ locum te
net honor tuȝ qꝛ ꝓpinquiſſimus eſt virtuti. vt
pote teſtificatio eius exiſtẽs. tum qꝛ deo ⁊ opti
mis exhibet. tũ etiã qꝛ homines ꝓpter honorẽ
conſequendum ⁊ vituperiũ vitandum omnia
alia poſtponũt. Cũȝ ergo ois virtus ſit pfectio
potentie reſpectu vltimi ſimplr ⁊ difficilis. Si
cut aliquis abſolute dicit fortis ex his q̃ ſunt
ſimplr difficilia. aliquis dicetur magnanim⁹
ex his que ſunt ſimpliciter magna cuiuſmodi
ſunt honores vt dictuȝ eſt. Unde ꝯñs eſt magna
nimitatem circa honores conſiſtere tanquam
circa propriaȝ materiam. Quod autem magnani
mitas ſit virtus hinc patere põt. Ubi enĩ erra/
re contingit circa ordinẽ rõnis abundantiam
⁊ defectum. neceſſe eſt ibi ponere remediũ vir
tutis que mediũ ꝯſtituat inter extrema. ¶ Eſt
enim virtus habit⁹ electiuus imediate exiſtẽs.
ꝓut ratio determinabit. vt patet. ij. Ethicoꝝ.
¶ Circa honores autẽ magnos qui ſunt mate
ria magnanimitatis. vt dictũ eſt. contingit er/
rare per exceſſuȝ ꝑſumptiõis ⁊ defectũ puſilla/
nimitatis que ſunt vitia extrema. Preſũptuo/
ſus enĩ peccat per ſupabũdãtiã inquãtũ medi
um rõnis excedit ſm proportionem ad maio/
ra tendens q̃ȝ ſibi cõueniat. Eſt enim vitioſum

quãdo aliqua actio non cõmenſuratur virtuti agentis. quod contingit quando aliquis aſſumit ad agendum vel appetendum que preferuntur ſue virtuti. qḋ facit preſumptuoſus. q: tentat magnificare ſeipſum honoribus maioribus q̃ couẽniat ſue virtuti que eſt imperfecta. Uel querit honorari ex his que nõ ſunt digna magno honore. vt ſunt bona fortune ſicut diuitie: nobilitates: ⁊ alia hmõi. Sicut autem per preſumptionẽ aliqs excedit proportionez ſue potentie dum nitit̃ ad maiora q̃ poſſit. ita etiam per puſillanimitatez deficit a pportione ſue potentie dum recuſat in idez tẽdere. qḋ eſt ei cõmenſuratum. ⁊ ideo ſicut pſumptio eſt vitium per exceſſum. ita puſillanimitas per defectum. Unde ſeruus qui acceptã pecuniam dñi ſui fodit in terrã. ⁊ nihil eſt ex ea operatus pp̄ter timorem puſillanimitatis digne punit̃ a dño. vt habet̃ Matthe. xxv. Exẽplum. Mardocheus inter preſumptionem ⁊ puſillanimitatez tenens mediuz. videt̃ magnanimus fuiſſe. Non enim extra ſuam virtutẽ preſumptuoſe efferebatur introducẽdo ſe ad interiora facta regis. ſed extra demorãdo ad ianuam. ⁊ deambulando quotidie ante veſtibulũ domus. curam habẽs ſalutis regine Heſter que ſua neptis erat. Nõ fuit etiã puſillanimitate deiect⁹ qui nec minis/nec terrorib⁹: nec ſpe cõmodi tpalis voluit ſupbũ amon adorare. vt pz Heſter. ij. iij. ⁊ iiij. Qui tñ ab eo honorem ⁊ reuerẽtiam mirabilẽ ſibi impendi ſuſtinuit. arbitrans ſe dignuz talibus pp̄ter virtutem ſibi datã diuinitus. Sed poſſet videri alicui q̧ magnanimitas nõ ſit virtus. Nam humilitati magnanimitas videtur ꝯtraria. Nulla aũt virtus virtuti eſt contraria. Nõ ergo magnanimitas eſt virtus. vt videt̃. Qui ſe dignificat ⁊ alios ꝯtẽnit. cuius contrarium facit humilitas. Sed ad hoc intelligẽdũ ſcire oportet q̧ in homine inuenitur aliquod magnum quod ex dono dei poſſidet. ⁊ aliquis defectus qui competit ei ex infirmitate nature. Magnanimitas igit̃ facit q̧ homo ſe magis dignificet ẜm conſiderationem donorum que poſſidet. Sicut ſi habet magnam virtutez animi. facit quod ad perfecta opera virtutis tendat. Et ſimiliter eſt dicendum de vſu cuiuſlibet alterius boni. puta ſciẽtie vel exterioris fortune. Humilitas autem facit q̧ homo ſeipſum paruipendat ẜm conſiderationem propriũ defectus. Similiter etiam magnanimitas contẽnit alios ẜm q̧ deficiunt a donis dei. Nõ enim alios tm̃ appreciatur q̧ pro eis aliquod indecens faciat. Sed humilitas alios honorat. ⁊ ſuperiores extimat. inquantum in eis aliquid inſpicit de donis dei. Unde in pſalmo. iiij. dicitur de viro iuſto. Ad nihilum deiectus eſt in conſpectu eius malignus. quod pertinet ad cõtemptum magnanimitatis. timentes autẽ dominum glorificat. quod pertinet ad honorationem humilis. Et ſic patet q̧ magnanimitas et humilitas non ſunt cõtraria. q̃uis in cõtraria tendere videantur. q: procedunt ẜm diuerſas rationes ſeu cõſiderationes. Exẽplum. Dauid humilis fuit ⁊ magnanimus. humilis fuit qñ coram deo conſiderans ſuam paruitatem ante archaz ſaltabat. regno iam adepto. magnanimus vo quando conſiderans ex dono dei vnctus in regem ad regnum aſpirabat vt debebat. deuitando aſtutias ſaulis. ⁊ ipſuz ⁊ domũ eius a regno repellendo. vt patet ex pluribus capitulis primi ⁊ ſecundi Regum.

magna nimi// tas qd ſficiat.

De proprietatibus .§. ij.

De proprietatibus et ſignis magnanimitatis multa ſcribit philoſophus in. iiij. ethic. inter que poſſumus accipere per que quis poterit cõuincere de ipſa virtute acquiſita. vel de naturali inclinatione ad ipſam. Dicit enim q̧ magnanimus habet motum lentum ⁊ vocem grauem ⁊ locutionez ſtabilem. quorum ratio poteſt eſſe. quia corporales motus diuerſificantur ẜm diuerſas animi apprehenſiones ⁊ affectiones. vnde conſequuntur determinata accidentia circa predictos modos. ❡ Primo eniz velocitas motus prouenit ex eo q̧ homo ad multa attendit que explere feſtinat. magnanimus autem tendit ſolum ad magna que pauca ſunt: que etiam indigent magna attentione. ⁊ ideo habet motum tardum. Deinde acuitas vocis ⁊ velocitas lingue competit his precipue qui de pluribus cõtendere volunt quod non pertinet ad magnanimos qui non debent ſe intromittere niſi de magnis. Tales autem diſpoſitiones corporales conueniunt magnanimis ẜm exigentiam virtutis. Hos etiam qui naturaliter ſunt diſpoſiti ad magnanimitatez. tales conditiones naturaliter aſſequuntur. Predicatores debent habere has proprietates magnanimi. quia debent eſſe in ſuis actibus maturi. ⁊ in predicatione tubales. Exẽplum. Unde Ezechiel in viſione quatuor animalium deſignantium quatuor euãgeliſtas vidit plantã pedis eorũ quaſi plantam pedis vituli. Uitulus enim mature incedit ⁊ fortiter. Uidit ⁊ ſcintillas quaſi eris cãdentis. Es enim metallum ſonorum eſt. Et in omnem terram exiuit ⁊c̃. ❡ Ponit vlteri⁹ philoſophus q̃nq3 laudabiles pprietates magnanimi. Primo q̧ eſt immemor beneficiorũ. qḋ nõ eſt intelligẽdũ q̧ non habeat in memoria bñficia que recepit. ⁊ q̧ eti ĩ bñfaciẽtib⁹ nõ retribuat. ſed eſt intelligendũ q̧ nõ eſt ſibi delectabile q̧ ab aliqbus bñficia recipiat quin eis maio/

magna nimitatis ſig.

Quinq3 pprietates magnanimi.

ra recompenſet. ⁊ hoc pertinet ad perfectionē gratitudinis: in cuius actu vult ſemper excedere ſicut in actibus aliarum virtutum: vnde magnanimitas eſt ornatus omnium aliarum virtutum inquantum intendit in actu omniū ad grande. vult ergo dicere: ꝙ eſt promptior: ⁊ ſibi eſt delectabilius ad benefaciendum ꝙ̄ ad accipiendum: quod videtur eſſe actus liberalitatis ⁊ charitatis: hanc magnanimi conditionem habuit Abraam quando filyꝰ Ethei gratis offerentibus ſepulturam pro defuncta ſarra vxore ſua non acquieuit: ſed ſtatim quadringentos ſiclos argenti ⁊ probate monete publice pro iure ſepulture habende tradidit Gen. xxiij. erat enim Abraam liberi ac nobilis animi. vnde pro beneficio gratis accepto nolebat ſe alicui ſubdere. ⁊ quantum ad hoc rē nuit eſſe beneficij memor. ¶ Secundo ponit ꝙ eſt ocioſus ⁊ tardus: quod non eſt intelligēdum quaſi deficiens ab operando ea que ſibi conueniunt: ſed quia non ingerit ſe quibuſcū ꝗ̄ operibus ſibi non conuenientibus: ſ; ſolū his que magna ſunt: qualia decent eum. hanc conditionem habuit ſaul quando de nouo factus rex ⁊ a pluribus contemnetur diſſimulauit. j. Reg. x. ſed venientibꝰ nuncus Jabes: galaad pro adiutorio ad eum oſtendit auctoritatem ⁊ magnitudinem animi in fruſtra diſcerpens boues: quos ſequebatur. ⁊ precipiens ꝙ ſic fieret ſicut bobus eius qui non veniret ad prelium omnis iſraelis. j. Reg. xj. ¶ Tertio ponitur ꝙ magnanimꝰ vtitur ironia ad multos: quod non eſt intelligendum de ironia ſm ꝙ veritati opponitur: dicendo de ſe aliqua vilia que ſunt: vel negando aliqua que ſunt. ſed quia non totam ſuam magnitudinem oſtendit: maxime quantum ad inferiorem multitudinem. Nam ſicut dicit philoſophus loquēs de hac proprietate. Ad magnitudinem pertinet magnam eſſe ad eos qui in dignitate ⁊ in bonis fortune ſunt: ad mediocres autem moderate. Hanc conditionem David qui licet eſſet in regem per ſamuelem prophetam vnctꝰ de mandato tamen patris victualia ſuis fratribus quibus diuinitus erat prelatus manſuetus deferebat. j. Reg. xvij. Alexander etiā qui tāta cordis altitudie fuerat vſus in debellatione darij eum mortuum in vlnis proprijs deferebat: que pietatis officio in corporis funeratione functus eſt. ¶ Quarto ponit ꝙ non poteſt conuenire alijs. quod non eſt intelligēdum ꝙ non ſit familiaris ad amicos: ſed quia omnino deuitat adulationem ⁊ ſimulationē ʒ quam querit communiter hominum multitudo. hoc enim ſpectat ad animi paruitatem. Cōuiuit tamen omnibus magnis ⁊ paruis. ſicut oportet: ⁊ quando oportet: ſicut ſupra dictum eſt in tertia proprietate. Admonet Ariſt. Alexandrum quantum ad iſtam proprietatem dicens ſic. Honorificum eſt inquit regem abſtinere a multiloquio: ⁊ non frequentare conſortia vilium perſonarum: quia nimia familiaritas parit contemptum. Et ſubdit. Jndi ſtatuerunt ꝙ rex tm̄ ſemel in anno appareret cuʒ regali apparatu ⁊ nobiles circa eum ſtarent ⁊ vulgus a remotis: in illo die conſueuerūt dona elargiri. reos de carceribus emancipare ⁊ alia pia opera exercere. ¶ Quinto ⁊ vltimo ponit philoſophꝰ ꝙ magis poſſidet infructuoſa. vbi vult dicere ꝙ proponit honeſta que vocat infructuoſa: vtpote ad alia non ordinata vtilibus que vocat fructuoſa. quia videlicet: propter aliud queruntur: vt per ea ſubueniat alicui defectui que magnanimitati repugnat Temiſtides qui ſua probitate perſas fugauerat: magis dilexit honeſta ꝙ̄ vtilia. vnde interrogatus de filia ſua: vtrum eam pauperi: ſ; ornato: aut locupleti parum probato maritandā collocaret. reſpondit. Malo virum pecunia indigentem ꝙ̄ pecuniam viro.

¶ De virtute magnificentie quid ſit: ⁊ quibꝰ conueniat Capitulum. vj.

De magnificentia circa qd exiſtat

De virtute magnificentie: de qua conſequenter eſt agēdum duo breuiter videre ſufficiat ſcilicet circa quid exiſtat: ⁊ quibus proprie cōueniat. Dictum eſt autem ſupra duas eſſe virtutes circa pecuniam vel vſum eius ſcilicet liberalitatem ⁊ magnificentiam. Quod enim circa genus pecunie ſit virtus ponenda: patere poteſt ex his que dicit Aug. in lib. de lib. arbi. vbi ait. ꝙ bene vti his quibꝰ male vti poſſumus pertinet ad virtutem. Poſſumus eniʒ bene ⁊ male vti pecunia: ⁊ his que extra nos ſunt in vſum noſtrum venientibus. Jgitur vt bene vti poſſimus pecunia: ⁊ his que per eam menſurantur eſt virtus neceſſaria. ſed eſt ſciēdum ꝙ virtutes ille que ſunt circa res exteriores: habent aliam difficultatem ex ipſo genere rei. quia res exterius exiſtentes etiam put ſunt multum appetibiles. vtpote neceſſarie ad humanam vitam ⁊ aliam difficultatem ex magnitudine ipſius rei. ⁊ ideo oportet circa pecuniam ⁊ vſum eius duas eſſe virtutes ſcilicet liberalitatem que reſpicit communiter vſum pecunie: ⁊ magnificentiaʒ que reſpicit magnū eius ſumptū: ⁊ ſic patet circa qd hʒ magnificētia ꝯſiſtere: qꝛ vʒ circa magnos ſumptꝰ. Ulterius eſt ſciēdū ꝙ lʒ reſpiciat extremū ꝯſiderata quātitate eiꝰ qd facit: ꝯſiſtit tn̄ in medio ꝯſiderata regula rōnis. a q̄ nō deficit neqꝫ ei excε

dit. Unde ponit mediuꝫ inter duas extremas
malitias. quaꝝ vna dicit paruificẽtia que cõſi/
ſtit in defectu. Magnificus enim intendit ad
magnitudinẽ opis. puta templa cõſtruere ad
honoreꝫ dei. hoſpitalia pro paupibus ⁊ hmõi
pegrinãtibus facere. Et ex hoc intẽdit magni
tudinẽ ſumptus. quam non vitat vt faciat ma
gnũ opus. Exẽplum. Paruificus fuit rex Anti
gonus. de quo dicit Sen̄. ꝙ cum qdã noie Cy
nicus talẽtum ab eo peteret. rñdit plus eſſe ꝙ̃
Cynicum deceret. tũc ille repulſus petijt dena/
riũ. cui ille rñdit minus eſſe ꝙ̃ regẽ dare dece/
at. Turpiſſima hec cauillatio inqt Sen̄. quam
inuenit vt neutrũ daret. cum dare potuiſſet de
nariũ tanꝙ̃ Cynico. ⁊ talẽtum tanꝙ̃ rex. Idem
ponit de Alexãdro qui cuidã militi aliqd petẽ
ti dedit vrbẽ quãdam. ⁊ dicẽte illo. hoc nõ ꝯue
nire ſue fortitudini. Non quero inqt qð te ac/
cipere liceat. ſed qd me dare alioſa vox ⁊ regia.
Contra magnificentiam etiam eſt expendere
multa inutiliter. vt Balthaſar qui fecit conui
uium magnum optimatibus ⁊ cõcubinis ſuis
vnde punitus fuit. vt habetur Dan̄. v.

Deinde videnduꝫ §.i.

De magnificẽtia qb⁹ ꝯueniat.

eſt qbus hec virtus habeat ꝯuenire. Circa qð
eſt ſciẽdum ꝙ ſicut dicit phũs. iiij. ethic. Ma/
gnificus nõ eſt ſumptuoſus in ſeipſum. Nã vt
dictũ eſt ad magnificẽtiam ptinet aliqd facere
magnum. qð aũt ptinet ad pſonam ſingularis
hoīs nõ eſt quid magnum habito reſpectu ad
res diuinas vel cões. qbus dꝫ magnificus in/
tẽdere. qꝛ talia ſunt ꝓportionata magnitudini
ſumptuum qui cadũt in vſu ꝟtutis. ⁊ ideo ma
gnificus nõ intẽdit principaliter facere ſum/
ptus in his que ptinẽt ad eius pſonam. niſi ta
lia eſſent que de ſe habẽt aliquã magnitudinẽ
⁊ reqrunt ſolẽniter agi. ſicut ſunt ea que ſemel
vel raro fiunt: vt nuptie nulitie: ⁊ hmõi. vel ẽt
que ſunt diu pmanẽtia. vt ꝯueniens habitatio
domus. talia enim magnifice pſequit magnifi
cus. ſimpliciter tñ ad magnificum ptinet ſum
ptus facere reſpectu rerum coīum ⁊ diuinarũ.
vbi cadit magnitudo expẽſaruꝫ. talis aũt ma/
gnitudo non adeſt niſi diuitibus ⁊ potẽtibus.
qbus vt dicit Amb. Supabũdantia daſ a deo
vt merituꝫ bone diſpẽſationis acqrãt. Ad hoc
enim pfecit deus diuites ⁊ potẽtes paupibus
vt eis ꝓuideant nõ ſoluꝫ ꝙ̃tum ad vſus ꝓpos:
ſed etiam cõmunes. puta in faciendo hoſpita/
lia. tẽpla ⁊ eccleſias cõmunes. qð maxime per/
tinet ad principes ⁊ prelatos. qui precipue de
bent intẽdere magnum in ordine ad honoreꝫ
dei ⁊ vtilitatem eoꝝ qui eius cultui deputanſ.
vnde dicit phs. ꝙ honorabiles ſumptus ſunt
maxime qui pertinent ad diuina ſacrificia. Et
ideo magnificẽtia ſanctitati cõiungitur. vnde
Exo. xiiij. de deo ſcriptum eſt. Magnificus in
ſanctitate. Et in ps. magnificẽtia in ſanctifica/
tione eius. qꝛ videlꝫ precipuus huius virtutis
effectus ad ſanctitatẽ ⁊ virtuteꝫ ordinaſ. Et qꝛ
bonuꝫ cõe reipublice eſt quoddã diuinũ. ideo
ꝯueniẽter ad magnificuꝫ ptinet vt ſtudeat ad
honores cões ciuitatis. vnde tota reſpub. poſ/
ſit ſublimari ⁊ laudem hre ſuppoſito ſemp ho
nore dei. ⁊ ſic pꝫ ꝙ eſſe magnificum ꝓprie ptī/
net ad diuites ⁊ potẽtes. Quia tñ principalior
actus virtutis eſt interior electio. que põt eſſe
abſqꝫ exteriori fortuna. inde eſt ꝙ pauper põt
eſſe magnificus ꝙ̃tum ad habituꝫ. ⁊ ſi nõ quã
tum ad actum deficiẽtibus ſibi bonis fortune.
que organice deſeruiũt huic virtuti in qua re/
quiriſ exterior executio. Sicut patet de mulie
re paupcula que in gazophilatio miſit duo era
minuta plus offerẽs ꝙ̃ diuites. ſm ſuam cõdi
tionẽ. vt dñs oſtẽdit Luce. xix. Sed Salomon
qꝛ actu habuit magnas opes. decuit eum face
re magnificuꝫ opus. qð ⁊ fecit. Nam ad hono
rem dei mirabile templum tam ſumptuoſita/
te ꝙ̃ pulchritudine extruxit. in quo grande ſa/
crificium deo obtulit boum vigintiduo milia.
vt patet. iij. Regum ſeptimo.

De virtute patientie. Capl'm. viij.

Sequitur de patiẽ/
tia. Inter alias aũt paſſiones triſti
tia eſt efficax ad impediẽdum bo/
num rõnis. ſm illud Sap. Eccle.
xxx. multos occidit triſtitia. ⁊. ij. ad Corin. vij.
Seculi triſtitia mortem opatur. Triſtitia auteꝫ
hmõi ex aduerſis malis illatis naſciſ que niſi
refreneſ animus ſibi ſuccũbit. ⁊ ad vindictam
appetẽdam ⁊ indignationẽ inducit. Neceſſa/
ria eſt ergo virtus ꝯtra hmõi. vt hõ non abdu
caſ a bono rõnis ꝓpter triſtitiã aduerſoꝝ. Hec
autẽ virtus eſt patiẽtia que ab Aug. ſic diffiniſ
in li. de patientia. Patiẽtia eſt qua mala equo
aio toleramus. i. ſine pturbatione triſtitie. Jo/ Quõ patia
ſeph equanimiter aduerſa portauit. Unde nec qd ſit.
aio ꝯtriſtatus eſt ex iniuria venditionis qua a
fris ſuis neqter eſt vẽditus. Sed facta deꝓ/
catione ad eos ⁊ nõ obtẽta euaſione patienter
ſuſtinuit illata mala Gen̄. xxxiij. Et poſtmoduꝫ
clementer indulſit. Gen̄. xlvij. ⁊. l. Et nota ꝙ
patiẽtia debet habere quatuor cõditiones que Quatu
notari poſſunt ibi. ij. Cor. vj. In oībus exhibea or ꝯdi/
mus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in mul/ tões pa
ta patiẽtia. Et pmo debꝫ eſſe generalis ſeu vni tientie.
uerſalis nõ partialis. vnde dicit. In oībus ſcꝫ
aduerſis. circa ſubſtãtiam. circa famam. circa
pſonã. vt nõ cõtriſteſ per paupertateꝫ. ⁊ cum ſua
ei auferũtur. nec per cõtumelias. deriſiones et

detractiones. nec per leſionez pſone ſue vel cōiunctoꝝ. Jac. v. Sufferētiam .i. patiētiam Job audiſtis .ſ. quem debetis imitari quia mittēdo oēs diuitias ⁊ familiam ⁊ ſanitatē. ⁊ illatis ſibi ↄtumelijs verborū ab vxore ⁊ amicis in oībus his non peccauit Job .j. Scḋo dꝫ eſſe realis non verbalis. vnde dicit. exhibeamus nos. nō ſoluz alios verbis admonēdo ad patiētiam Luc. xxj. In patiētia veſtra poſſi. ani. veſtra. nō in patiētia alterius. Exēplum in xp̄o qui dicit. Tacui. ſemper ſilui. patiens fui. Eſa. xlij. Sicut parturiēs loquebar. Tertio dꝫ eſſe ſpūalis. vnde dicit. ſicut dei miniſtros. Aliq hn̄t magnaz patiētiā in laboribus mūdi. ſicut ſtipendiarij: naute: agricole ⁊ hmōi. ſed nō eſt ſpūalis talis patiētia. Alij etiam in hoc ꝙ nō triſtanť. ſed tn̄ nō reuertunť ad deū īter flagella. Alij attediantur. nec grās agūt. Nō ſic apl's ſed gloriať dí. Libēter gl'labor ⁊c̄. ij. ad Corin. xij. ¶ Quarto dꝫ eſſe finalis. ibi. In multa patiētia. Qui eniz hꝫ patiētiā per vnam vicē vel annū nō ſufficit. ſed oportet ꝙ ſit per totam vitam. vnde. qui ſuſtinuerit vſqꝫ in finem: ſcilicet patienter ferendo aduerſe. hic ſaluus erit. Matthei. x.

¶ Sed queritur .§. i.

de iniu rijs vtꝝ ſint to lerāde. vtrū iniurie ſemp ſint patienter ſuſtinēde. Ad qḋ rn̄det. b. Tho. ſe. ſe. q. cviij. arti. j. Mali tolerādi ſunt a bonis. in hoc ꝙ ab eis pp̄rias iniurias patiēter ſuſtinēt. ſm ꝙ opꝫ. vnde ſup illo verbo Can̄. ij. Sicut liliū inter ſpinas ⁊c̄. dicit glo. Nō fuit bonus qui malos tolerare nō potuit. Nō aūt tolerāt eos vt ſuſtineant iniurias dei ⁊ primoꝝ. vnde Cryſo. ſup Matth. In iniurijs pp̄rijs eſſe patiētez laudabile eſt. Iniurias aūt dei diſſimilare nimis impiū eſt. Sed illud qḋ dictū eſt de iniuria pp̄ria intelligēdum eſt. qn̄ iniuria illata pſone ad ſolā pſonam ptinet. tūc enim patiēter ſuſtinēdum eſt. Qn̄ autē iniuria redūdat in iniuriā dei ⁊ ecclie. tunc dꝫ aliqs pp̄riam iniuriā vlciſci. qḋ tn̄ intelligēdū eſt çelo iuſtitie. nō liuore vindicte. Exēplum in Helya. iiij. Reg. j. Qui fecit deſcēdere ignem ſup eos qui venerāt ad capiēdum ipſum. qḋ fecit ad oſtēdendū verum deū eſſe quē colebat. ⁊ ob çeluz iuſtitie. vt diciť. xxiij. q. iiij. vt illic. §. ſed obijciť. Silucrius etiā papa excoīcauit eos qui ipſum in exiliū miſerūt. vt. xxiij. q. iij. guiliſarius. Qḋ aūt dicit dn̄s Mathe. v. Si qs te pcuſſerit in vnam maxillaz prebe ei alterā ⁊c̄. Dicit Aug. xxiij. q. j. Paratus dꝫ eſſe hō iuſtus ⁊ pius patiēter eoꝝ malitias ſuſtinere .i. iniurias quos fieri bonos querit. Iſta aūt precepta ſ. patiētie magis ſunt ad preparationē cordis ꝙ̄ ad opus qḋ in aperto fit. vt teneať in ſecreto animi patiētia cum beniuolētia. In manifeſto autez id fiat quod eis pdeſſe videť. qbus bene velle debemus. Et inducit exēplum chriſti qui pcutiēti maxillam nō prebuit alterā. ſed reſpōdit reprehēdēdo pcutiētem. Jo. xviij. Et Paulus pcuſſus in faciem. dixit. Percutiat te deus paries dealbate. Actuum. xiij.

¶ De patiētia cōſiderādum .§. ij.

De laudib⁹ patientie. ſiderādum eſt pmo de laudibus. ſcḋo de remedijs que inducūt ad patiētiam. tertio de fructibus ſeu vtilitatibus ſuis. Nūc de laudib⁹ eius vidēdum eſt. Et poſſumus de ipſa quatuor laudes magnificas predicare. Primo q: pugnantem inexpugnabiliter armat. Secūdo q: hoſtē fortiter expugnat. Tertio q: de ipſo nobiliter triūphat. Quarto quia vincētem feliciter coronat. ¶ Primo ergo patiētia pugnātem inexpugnabiliter armat. Circa qḋ eſt ſciēduꝫ ꝙ homo in mūdo iſto punitur ſicut in loco laboris ⁊ certaminis. in quo neceſſe eſt multipliciter exercitari. Unde dicit Salomon. Homo naſcitur ad laborē ⁊ auis ad volādum. Et Job vitaz humanā militie aſſimilat. Cuius cām aſſignare videť. cum alibi dicit. Homo nunꝗ̄ in eodē ſtatu pmanet Job. xiiij. Et ſi aliqs mūdi gloria fulget. diuitijs abundet. delitijs gaudet. ⁊ fere quedam mūdi oblectamēta ſibi ad votuz ſuccedētia habet. talis tn̄ non diu in eodem ſtatu pmanet. q: ſi videris impium ſuperaltatū ⁊ eleuatum ſicut cedros libani tranſiēs. ⁊ ecce non erit. queres ⁊ nō inuenieť locus eius. Nā poſt pſpera ſuccedūt aduerſa. glorioſa iuuētus ſenectute frāgitur. egritudine robuſtum corpus ↄteritur. Diuitias pauptas fugat poſt gloriaz ⁊ magnificētiam aduerſantiū rerum impetus ſurgūt. delitias flagella repellunt ſingula. gaudia triſtitijs pmixta fiunt. ⁊ quid plura tot in mūdo ſibi inuicem ſunt repugnātia. ꝙ vix eſt aliquis mūdo vtens qui momēto hore vitam ducat in quiete. Et pro tāto dicit Job. ꝙ homo natus de muliere breui viuēs tēpore repletur multis miſerijs. qui quaſi flos egredi. ⁊ cō. ⁊c̄. Quia ergo vita preſens eſt tāte mutationis et laboris ad bene certādum neceſſe eſt armatos forti armatura fore. Nulla autez armatura fortior ꝙ̄ illa per quam cor manſueſcit ſub deo. ⁊ hec eſt patiētia que hoīem regit. ſcuto bone voluntatis ipſum cohibendo ab illicito appetitu vindicte. Ipſam enim linguam retrahit a ↄtumelia ⁊ murmuratione. manus a violentia et pcuſſione. oculos a toruis aſpectibus. pedes a greſſibus iniquis. Et ſic totum hoīem infra ſe claudens ſub ptectione dei. cuius refrigerium querit cōſtituit. Et quātum ad hoc diciť patiēs animā ſuam poſſidere. Luce. xxj. In patientia veſtra poſſidebitis aīas veſtras. Et apoſtolus

De cauſa quare patiā ē neceſ.

Prima laus patientie.

ad Colloſ.iij. Induite vos ſicut electi dei viſce/
ra miſericordie benignitatē: humilitatem: mo
deſtiam: patientiam. Patiētiam ideo ponit vl
timo. q2 eſt cuſtos ⁊ radix oīum virtutuʒ. vt di
cit glo. ſup illo verbo. In patiētia ve. po. a. ve.
Sene. in li. de ira dicit. ꝙ Ceſar auguſtus fuit
mirabilis patientie qui nec cōuitijs contra ſe
dictis mouebatur. ſed ꝯuiciantibus perſuade
bat ꝙ linguis moderatius vterētur. Inimicis
parcebat. leuiter hoſtibus inuadētibus ⁊ inſul
tātibus contra eius dn̄iū animo nō irritabaƭ.
ad ſe reuertētes ſuſcipe gaudebat. Et hac Au/
guſti patientia arguit Sene. contra ſe. di. Nū/
quid in domo mea poſſum. qđ Auguſtus toto
orbe terrarum? Ille patiēs fuit ⁊ hoſtibꝰ igno/
ſcebat. ⁊ ego non ignoſcam pigris negligenti
bus ⁊ garrulis famulis meis. Et ſubiungit ea
de moti/uis ad ig͡ſcēdū que debent mouere hoīem ad ignoſcendum.
Puerū inquit etas excuſat. Feminaʒ ſexus. ex/
traneum libertas. domeſticum familiaritas. et
ſubdit. Amicus eſt qui offendit fecit quod vo/
luit. Inimicus fecit qđ debuit. Prudētiori ce/
damus. ſtultiori remittamus. ⸿ Secūda laus
Secunda laus patie. patientie eſt. q2 fortiter hoſteʒ impugnat. Ubi
ſciendum eſt ꝙ ad bene pugnādum duo requi
rūtur precipue quantum ſpectat ad preſens. ſ.
magnitudo virium. ⁊ peritia pugnandi. vnde
dicit Ualerius maxi. de bellis romanorū ꝙ ad
ictus inferēdos ac vitandos iuſſit ſenatus vir
tutē arti. rurſus arteʒ virtuti pariter inmiſce/
ri vt illa impetu huius fortior. hec illius ſcien/
tia cautior fieret. magnitudinem autē virium
ſpūalium facit patiētia. q2 hoīem reddit ſecu/
ruʒ. Ille enim vere eſt ſecurus qui ſeipſuʒ poſſi
det. ⁊ ab exterioribus nō mouetƭ. Patiens aūt
ſeipſum poſſidet. q2 ſuū aīum ſibi ſubijcit. nec
ab illatis exterioribus ꝯcutiƭ. q2 mala pene trā
ſitorie nō metuit. qui aūt talis eſt potens eſt ad
aggrediēduʒ oīa difficillima. Unde ſuper illo
verbo Job. Ubi eſt fortitudo tua. dicit gl. Qui
ſe vincit contra oīa fortis eſt. Qui enim vincit
qđ maius eſt. ꝯūs eſt ꝙ vincat quod minus eſt
Maximū aūt eſt vincere motus ipetus ⁊ paſſi
ones cordis ſui. que intra ſe latēt ⁊ ꝯtra ſpūm
ſemꝑ rebelles exiſtunt. Nulla aūt peſtis eſt effi
cacior ad nocēdū q̄ʒ familiaris inimicus. vt di
cit Sen̄. Unde ſuꝑ illo v̄bo ꝓuer. xvj. Melior
eſt patiēs viro forti. dicit glo. Minor eſt victo
ria vrbes expugnare. q2 extra ſe ſunt que vin/
cunƭ q̄ʒ ſeipſum vincē qui intra ſe eſt. Et Sen̄.
in li. de nā. q̄ōnibus dicit. Innumerabiles ſūt
qui vrbes qui populos habuerūt in ꝑtāte. pau
ciſſimi aūt qui ſe ſm̄ ꝙ reqriƭ ad pugnāduʒ eſt
armoꝝ peritiā. Inter alia aūt que faciunt mili/
tes in bellis periti eſt. q2 ſemꝑ q̄ʒtuʒ pn̄t ſequū
tur vexillum regis ⁊ ſuo ꝓncipi ſemꝑ adherēt.
marime qn̄ ſciūt ipſum nō faciliter expugnari
poſſe. Ille aūt qui vere patiēs eſt ſuſtinet mala
illata vel ſuſtinere dʒ ꝑcipue exēplo xp̄i patien
tis tātaʒ ignominiam in ligno crucis. qui fuit
ꝓnceps ⁊ vexillifer ppl̄i xp̄iani in ſuſtinendis
opprobrijs. vnde dicebat ille patiens ap̄ls ad
Gal. Nemo mihi moleſtus ſit. ego. n. ſtigmata
dn̄i Jeſu xp̄i in corpore meo porto. Ubi dicit
Aug. ꝙ ſtigmata appellauit quaſi notas de ꝑ/
ſecutoribus penaꝝ quas patiebaƭ. Exēplum in
Job. de quo Jac. dicit. v. c. Patiētiā Job audi/
ſtis. Hic enim vt Greg. ait in moraƚ. tot iacula
ꝯtra hoſtē antiquuʒ intorſit. quot v̄ba patiētie
ꝓtulit. de q̄bus pʒ Job. j. ⸿ Tertia laus patiē/
tie eſt q2 de hoſte nobiliter triumphat. Nobile Tertia laus patientie.
genus victorie eſt hoſtem debellare iacendo ⁊
qeſcēdo ſine ictu ⁊ repcuſſione qđ facit patiēs.
Uidemus enim ꝙ ipſi qui iniuriā inferūt mi/
ro mō affligunƭ qn̄ eis nō rn̄deƭ putātes ſe de/
ſpici. Et de talibus dici pōt ꝙ eorū tela ad eos
ꝯuertunƭ. q2 dum tacet patiēs iniuriātes de in
iurijs a proximo deſpectis interius laceranƭ.
⁊ tunc vere gladius eorum intrat in corda ip/
ſorum. ſicut dicit pſalmiſta. Sed adhuc nobi/
lius genus victorie eſt. quando nō ſolum pa/
tiens triūphat ſine ictu proprio. ſed etiā quan/
do vincit. ictibus iniuriātium ſe offerendo. et
hoc facit vere patiens ſm̄ documētum chriſti
dicentis. qui te percuſſerit in vna maxilla pre.
ei et al. quod intelligenduʒ eſt ſm̄ preparatio/
nem animi. ⁊ interdū ſm̄ actualem exhibitio/
nem quando eſt opus. Legitur de quodaʒ he/
remita. ꝙ cum quidaʒ ſpiritu demoniaco arre
ptus eum fortiter in maxillam percuſſiſſet ⁊ ſe
nex alteram prebuiſſet. diabolus ſtatim rece/
ſit clamans. humilitas ⁊ patientia chriſtiano/
rum vincit me. Legitur et in Policrato. ꝙ dū
quidam aduerſus quendam grauiter excande
ſceret. ille dixiſſe fertur. Loquere inquit quod
placet. quia diligentiam auribus lingue taci/
turnitatem animo quietem indixi. ⸿ Quar/
to patientia vincentem feliciter coronat. Coro
na non datur victoribus niſi bello perfecto et Quarta laus patie.
cōſummato. De patientia autem naſcitur per/
fectio. vt dicit glo. ſuper Job. Naʒ in aduerſis
tolerandis anima perficitur per patiētiam. in/ De pfectiōe q̄ ex patiā naſciƭ.
quantū remouet triſtitiam que cauſatur in aīo
ex aduerſis illatis. Ex triſtitia eniʒ naſcitur ira
que impugnat manſuetudinem. Ex ira odium
quod tollit charitatē. Ex odio naſcitur iniuſtū
nocumētum. qđ eſt contra iuſtitiā ⁊ equitateʒ.
Fundamentū ergo ꝙ hec oīa vitia remouet. ⁊
predictas virtutes ꝯſeruat eſt patiētia. Et quā/
tū ad hoc dicit. b. Jac. ꝓmo. c. ꝙ patiētia opus
ꝑfectum hʒ. vnde pʒ. ꝙ patiētia que ſic eſt ꝯſer
uatiua omnis boni meretƭ coronaʒ regni vnde

apl̄us ad Heb. iiij. Patiētia vobis nec̄ia eſt vt voluntatē dei facientes reportetis p̄miſſionē. Hec autem promiſſio declarat ex verbis Jac. i. dicentis. B̄tūs vir qui ſuffert tētationem. quoniam cum p̄batus fuerit accipiet coronā vite ⁊c̄. Et ideo dicit Hiero. Non niſi p̄ patiētiā implet quod dr̄. Regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ violenti rapiunt illud. ergo teſte veritate B̄ti qui pſecutionē patiunt̄ p̄pter iuſtitiā quoniam ip. eſt reg. ce. Mat. v. Exēplū. eleazar⁹ de poribus ſcribaꝝ: vir etate p̄uect⁹. vultu decor⁹. glioſam mortē magis ꝙ̄ odibilē vitā amplectens intantum dilexit bonū diuine legis ꝙ volūtarie ibat ad ſuppliciū. ⁊ patienter ſuſtinens deſtinauit non admittere illicita p̄pter vite amorē. vnde dixit. Fortiter vitam excedendo ſenectute dignus apparebo. Adoleſcentibus aūt exemplū forte relinquā ſi p̄mpto animo fortiter p̄ grauiſſimis ac ſctiſſimis legibus hōeſta morte pfungar. quib⁹ dictis occiſus eſt. ij. Macha. vj.

¶ Poſt laudes .§. iij.

De remedijs patientie. ⁊ p̄mū remediū ↄtra impatiētiam.

patientie conſequenter accedamus ad ea que p̄nt eſſe remedia patientis. P̄nt autem. xv. adduci inter que precipuū ⁊ potiſſimum eſt exemplum xp̄i. q vt doceret bona p̄ntis vite eſſe cōtemnēda. aduerſa ſuſtinuit ⁊ bona mundi contē pſit. Si eni bona mundi ſeq voluiſſet hō nimis ardēter talia appetere. q̄ſi ex hoc ſe putās felicem ꝙ deū ſuum talia petentem ſequeret̄: Item ſi mala p̄ntis vite ex toto vitaſſet. nimis abhorreret homo paupertates. infirmitates ⁊ alias aduerſitates. ⁊ diceret ꝙ ille eſſet infelix q talia appeteret vel haberet xp̄m non ſequēdo. Sed ↄtriū fecit xp̄us vt has falſas opiniōes ab hominib⁹ remoueret. vn̄ dicit Aug. Oīa bōa terrena cōtēpſit homo xp̄us. vt ↄtemnenda mōſtraret. ⁊ oīa terrena mala ſuſtinuit. que ſuſtinēda perſuaſit. vt nec in illis quereretur felicitas. nec in iſtis timeret̄ infelicitas. Chriſtus ſubditus paſſioni. cum alapam accepiſſet ⁊ ei diceretur. ſic reſpondes pontifici Job. xviij. Nihil ille contumelioſe locutus eſt ſ3 magis innocētiam ſuam tutatus r̄ndit dicens. Si male locutus ſum ⁊c̄. que oīa ab eo ideo facta ſunt hūiliter vt nos humilitatis atq3 patiētie hr̄emus exemplum. Cyprianus di. xciij. dn̄s noſter.

¶ Ad hoc autē .§. iiij.

De memoria paſſionis xp̄i que bona ī aīa faciat.

ꝙ chriſtum dulcius ſeq̄mur. ⁊ aduerſa patienter ſupportemus. Sciendum eſt ꝙ eius paſſio ad memoriam reuocata facit triplicem effectū in anima. Primo enim eam ſanat a languore triſtitie. Secundo eleuat a longanimitate patientie. Tertio dulcorat amorem interioris letitie. ¶ Primo enim paſſio xp̄i animā ſanat a lāguore triſtitie. Mēs enim humana aduerſitatibus ſepe concuſſa terret̄ ac territa quaſi a ſue virtutis vigore deiecta p̄ triſtitias lāgueſcit. ſicq3 languenti menti diuina nō ſapiūt humana: ⁊ ſi ſibi noxia eē ↄſpiciat. non eſt toto refugit: ſed ſanctus vir qui ſic intra ſemetipſum fluctuat aduerſitate preſſus vt ad meliora cōſurgat ⁊ boni op̄is greſſum in veritate figat. xp̄m paſſum ante mentis oculos ponat. q: ſic dicit Greg. Si xp̄i paſſio ad memoriā reuocetur. nihil adeo duꝝ eſt quod non equo animo tolleret̄. Ad heb. xij. Recogitate eū qui talē ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum ↄtradictionē: ſ3 xp̄m vt non fatigemini animis veſtris deficiētes. In huius figurā erecto ſerpente eneo in ligno aſpicientes in eū vulnerati a ſerpentibus liberabant̄. Nume. xxj. ¶ Sc̄do extendit ad longanimitatem patiētie. deuulſo. n. lāguore accidie p̄ memoriā paſſionis. mens in deum erecta longanimis efficit̄ ad tolerandum diutius aduerſa. vn̄. j. Pe. iiij. xp̄o paſſo in carne ⁊ vos eadem cogitatione armamini. In hui⁹ figuram mandauit antiochus rex. vt elephantibus qui erāt in bello oſtenderet̄ ſanguis vue ⁊ mori vt acrius accēderēt ad prelium. j. Machā. vj. Similiter ad aſpectum p̄ ↄſiderationē ſanguinis chriſti qui ad modum vue dr̄ calcatus in torculari crucis bellātes ↄtra aduerſitates mūdi tentationes carnis ⁊ diaboli accendunt̄ ad reſiſtēdum ⁊ bellādum. ¶ Tertio dulcorat amorem letitie. quando. n. mens diu aduerſa ſuſtinet ⁊ ſepe ad memoriā paſſionē xp̄i reuocat vt ad patientiā animet̄ non amplius amara ſentit ſed dulcedinē mētis: que aliquādo redūdat ēt ad ſenſitiuā vt deſideret ampli⁹ pati. j. Coꝛ. x. Fidelis deus q non patiet̄ vos tentari ſupra id quod poteſtis. ſed faciet cū tētatione ēt p̄uētū ī hmōi figura legit̄. Exo. xv. ꝙ filij iſrael in deſerto inuenīētib⁹ aq̄s amaras vt nō poſſent bibere. miſſo ligno de mādato dei in aq̄s dulcorate ſunt vt biberēt delectabiliter. Aque ſunt tribulatiōes que frequēter occurrūt in deſerto hui⁹ mūdi: ⁊ in ſe amare ſunt. ſ3 ligno crucis miſſo in eis. ī. meditatiōe habita de paſſione efficiunt̄ dulces: vt q̄s patienter ⁊ delectabiliter ſuſtineat. Facit ad predicta q̄d dr̄. vij. q. j. ſuggeſtū. vbi dr̄. Nō vos cariſſimi a pio mētis p̄poſito afflictiōis amaritudo coerceat recedere. ↄſiderātes q̄ſta de⁹ et dn̄s noſter ieſus xp̄s p̄ nobis p̄tulerit. q̄bus ſue ↄtumelijs afficiēdū tradiderit. vt nos a iugo diabolice ſeruitutis eriperet. hec ibi fidel miles libenter patit̄ cū rege ſuo ⁊ filius cū pr̄e.

¶ Secundum re .§. v.

medium eſt ſacra ſcriptura recitans magnifi

ta ſacta ſanctorum patrum eorū maxime que
aduerſa paſſi ſunt. Ad hoc enim ſpiritusſan/
ctus principaliter voluit antiquorum ſacta ſb
ſcriptura redigi vt poſteri illa conſiderantes
animarentur ad ſimilia ſuſtinenda ⁊ operād a
vnde dicit apoſtolus ad Ro.xv. Quecūq; ſcri
pta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt
per patientiam ⁊ conſo.⁊c̄. Et hoc eſt quod di
citur Thob.ij. Hanc tentationem ſcilicet ceci/
tatis pmiſit deꝰ puenire illi vt poſteris daret
exemplum patientie eius. Sicut ⁊ ſancti Job
Eſt autem ſciendum ꝙ malorum ſocietas ſan
ctis viris valet ad duo. propter quod aduerſa
leuius ferre poſſunt. Primo ad augmentum
meriti. dum enim iuſti p malos affligunt. in
virtutibus creſcunt. ⁊ in patiendi arte erudi/
tiores ſiunt. vnde dicit Greg. in regiſtro. vbi
erit patientia ſi deeſt quod toleret. ego illum
abel eſſe non puto qui cayn non habuerit. Bo
ni enim ſi ſine malis fuerint. pfecte boni eſſe
non poſſunt. Miſericorditer ergo deus ſuis
electis prouidet. dum in hoc mundo ad eorū
exercitium malos eſſe permittit. ¶ Secundo
ad purgationem peccati. Aliquando ei ſctōs
viros contingit in dei obſequio per inertiam
corporis aliorū laudibus inaniter extolli am
plius q̄ꝫ debent de ſua ſanctitate preſumere ad
que omnia reprimenda vtiles ſunt aduerſan/
tium calumnie. vt ſi quid in vita iuſtorū pur
gandum extiterit prauorum ſocietate tollatur
Jonathas ſummus ſacerdos ⁊ ſeniores iudeo
rum cum eſſent vexati vndiq; bellis. nihilomi
nus ſolacium ſacrarum ſcripturarum habere
volebant. Unde ſcribentes ſpartiatis dicunt.
Nos habētes ſolacio ſacros libros qui ſūt in
manibus noſtris.j. Mach.xij. Exemplum eti
am quod ponit Grego.in.iiij. dialo. de ſeruulo
qui ſuit pauper ⁊ diu infirmus qui emebat ſa
cros libros ⁊ legere ſibi faciebat ab his quos
recipiebat in ſui domo peregrinis qui mirabi
liter vitam finiuit in bonum.

De vti/
litate
maloꝝ
viris ſā
ctis in
malis
conuer
ſando

¶ Tertium reme/ .§.vi.

dium eſt conſideratio malorum impunitorū
que alſ's commiſiſti. Nullus enim adeo iuſtus
eſt qui non multa commiſerit contra deum. de
qbꝰ ipſo deo miſerante vel diſſimulante. aut
etiam differente nondum eſt punitus. ⁊ da/
to ꝙ aliquam penam habuerit non tamen il/
lam quam meruit. Uita etiam que in preſenti
ducitur quātūcūq; ſancta videatur plena eſt
peccatis ſi apud diſtrictum iudicem plenius
indagetur. vnde dicit Augu. Ue h etiam vite
laudabili iuſtorum ſi ipſam deus ſine miſeri/
cordia diſcutiat. Nulla ergo pena eſt iniuſta.
que etiam iuſtis infertur. Et ideo in pſal. dicit
Si iniquitates obſeruaueris domine: domi/
qui ſuſtinebit. Cryſoſt. Bonus non poteſt eſſe
in omnibus bonus: ſed habet aliqua mala de
pe.di.iij.c. quid ergo. Exemplum de fratribꝰ
Joſeph qui deſcendentes in egyptum: tūc nil
mali fecerunt. tamen paſſi ſunt magnā angu/
ſtiam ex facto Joſeph. ⁊ hoc propter peccatū
prius multo ante commiſſum in venditione
Joſeph. Uñ dicebāt. Merito hec patimur ⁊c̄.

¶ Quartum re/ .§.vij.

abuſus
felicita
tis hu
mane

medium eſt conſideratio abutentium huma/
na felicitate. Communiter enim homines in
proſperitatibus conſtituti in ſuperbiam ⁊ cor
dis vanitatem eleuantur ad ſequendas etiam
carnis delitias indebite efferuntur. Natura
enim humana propter corruptionem peccati
originalis infirma eſt. vnde ad bonum eſt dif/
ficilis: ⁊ ad mala prona. Et hoc eſt quod dicit
apoſtolus ad Ro.vij. Nō enim quod volo bo/
num hoc facio. ſed quod nolo malum hoc ago
cuius cauſam ibi ſubdit: video inquit aliam
legem in mēbris meis repugnantē legi mē
tis mee. Lex quidem membrorum eſt lex fomi
tis peccati originalis. quod naturam corrum/
pit. Per hanc quidem legem homo inclinat
ad malum contra rationem que eſt lex mētis.
Quando ergo cum hoc interiori motiuo in/
clinante ad peccatum: habet etiam extra moti
uum humane proſperitatis: que etiā de ſe di
ſponit ad hoc ex duplici parte ad ruinam in/
clinatur peccati. ⁊ propter hoc vix aliquis in/
uenitur in proſperitate conſtitutus qui bñ ea
vtatur. Nam ſicut dicit philoſophus. Nō eſt
niſi virtuoſi viri bene ferre bonas fortunas.
Maxime autem qui alijs preferūt. bonas for
tunas bene ferre neſciunt: quia preter ea q̄ di/
cta ſunt inclinantia ad peccatum habent terti
um. quod etiam ad hoc impellit: ſcilicet emi/
nentiam ſuper ceteros. qua ſe non homines.
ſed ſuper homines putant propter qꝺ ad mul
ta ſcelera ⁊ tyrannides erumpūt. Exempla in
Salomone. Dauid ezechia qui in proſperita/
te grauiter deliquerunt: in aduerſitate vero
reuerſi ſunt ad deum: vnde ⁊ ſalomon poſtea
fecit librum eccleſiaſtes: quem hebrei intitu/
lant de penitentia ſalomonis. Et hoc etiam di
cit Amb. ⁊ Hieronymus.

De cāp
nitatis
ad ma/
lum

¶ Quintum re/ .§.viij.

medium eſt conſideratio mutabilis ⁊ miſera/
bilis ſtatus vite preſentis. Factus eſt enī mun
dus iſte ad modum cuiuſdam circuli. ſicut di/
cit quidam philoſophus. Et hoc quidem verū
eſt non quantum ad motum celi ad quem ſeq
tur ſucceſſio temporis: ſcilicet quantū ad cō/

Miſe/
rabilis
ſtatꝰ vi/
te pñtis

tinuos motus ⁊ diuerſos euentus q̄ eueniunt circa hoiem. vt verū ſit ſm philoſophum φ cōtinuū motū ſuperioꝝ ſequit̃ continua trāſmutatio inferioꝝ. ꝓpter quod humana vita continue labit̃. ⁊ in quadā agitatiōe conſiſtit. vnde dixerunt φ ex motu celi ⁊ temporis adiacētia relinquebatur in re temporali quedā tabefactio ⁊ diſpoſitio ad corruptionē quā appellauerunt. q̄n. Eſt aūt mundus iſte ſub hoc ordine taliter conſtitutus: vt non huius mentis affectum fingamus credētes hanc vitam homini eē conceſſam pro requie ⁊ habitatione p̄ñie ſed potius ex his aduertamus eā eſſe datam ꝑ quodam nauigio tranſeūtiū: ⁊ ad tempus peregrinantium: ⁊ ſic compellamur aliā meliorē vitā credere ⁊ illā deſiderare: ⁊ in hoc mūdus eſt optime conſtitutus. Nam ſi ſtabilior foret ⁊ proſpera ſemper daret hominem nimis traheret ad ſui dilectionē ſeu ad ſe diligendum. ⁊ tunc nihil aliud quereret q̄ʒ quod oculis cerneret ac per hoc celum perderet ad quod habitandum factus eſt. Sed dū vita preſens nō in eodem ſtatu permanet ⁊ frequenter aduerſa propinat. hoiem quem ſic frequēter ꝯterendo agitat ad alium diligendū compellit. vnde dicit Greg. Ipſe mundus dum tot amaritudinibus cruciat. dum tot calamitatibus ingeminat quid aliud niſi vt nō ametur clamat.

Sextum reme/ .§.ix.

dium eſt conſideratio diuine miſerationis: q̄ vt dicit Greg. quoſdam hic deus parcendo ferit. ⁊ quibuſdam parcit vt in perpetuū feriat ſicut enim per Joan. d̾ Apoc. iij. Ego quos amo corrigo ⁊ caſtigo. Et apl's ad Heb. ij. dicit. Flagellat omnem filium quem recipit. quare autem neceſſe ſit dei filios in hac vita flagellari. cauſa eſt. q: nemo eſt in hac vita tā iuſtus qui non committat aliqua peccata leuia q̄ ⁊ ſi non mereant̃ penam eternam: neceſſe ē tamen ea aliqua pena puniri: q: nullū peccatum trāſit impunitū. Miſericorditer ergo agit̃ cū hoie qñ peccata ſine q̄bus in hac vita nō viuit per aliqua aduerſa purgant̃ vt in alia vita a penis libere exiſtat. vñ dicit Greg. φ ſignū miſerātis dei eſt qñ q̄s culpa ꝑpetrata mox diuina vltione punit̃. Eſt enim magnū argumētuʒ φ ad maiora bona illos ꝯſeruat quos p̄ñtibus bonis ꝑuat. q: niſi correptis deus hereditatē dare diſponeret erudire eos ꝑ moleſtias non curaret. vñ dicit Sen. in lib. de prouidētia. φ deus ad bonos viros nō hʒ aium maternū: ſʒ paternū. Matres. n. in ſinu filios fouent: ⁊ eos demulcēdo ꝑ inertiā lāgueſcere faciūt. Pres vero filios laborib⁹ ⁊ exercitijs agitātes probant; vt eruditores fiāt: vere ergo deus pater ē his quos ꝑ flagella emēdādo caſtigat: vñ d̾ Prouerb. xiij. Qui parcit virge odit filiuʒ ſuū Qui aūt diligit inſtāter erudit: vt ergo deus hos quos ī filios recipit erudiat: virga flagellationis vtit̃ per quā ſtultitiā colligatā in corde pueri. i. hominis pueriliter viuētis fugat: ſicut d̾ in eo. lib. ꝓuerb. Facit ad hoc qd̄ habetur de pe. di. j. ſi peccatū: vbi d̾. Ab electorum ſuoꝝ ſordib⁹ deus curat peccatoꝝ ſuoꝝ maculas tēporali afflictiōe abſtergere quas in eis in eternū nō vult videre. i. punire. Exēplū in maria ſorore aarō ꝑcuſſa lepra ꝑꝑ murmurationē. Nu. xij. Ad h̄ figurādū legit̃ Exo. xij. φ egyptij laborib⁹ ⁊ moleſtijs tādiu iudeos afflixerūt φ eos cōpulerūt egyptū relinquere. ⁊ ad ſacrificādū deo deſertū intrare: dicēte ſcriptura Exo. xij. Urgebāt egyptij ꝑplm iſraeliticuʒ de terra ſua exire. Per egyptū que interpretatur tenebra ſignificatur mūdus tenebroſus q̄ ꝑ multa aduerſa que aduerſum hoiem mittit eū a ſe exire facit: ⁊ φ ad deū fugiat quaſi inuitum cogit. ſm illud Greg. Mala que nos hic ꝓmunt ad deum ire nos compellunt. Ad hoc etiā facit illd̄ Oſee. ij. c. Ecce ſepiam vias tuas ſpinis ⁊c̃. ibi vide ⁊ illud Lu. xiiij. Exi ī vias ⁊ ſepes ⁊ compelle intrare.

Diuine miſerationis

De cā q̄re boni hic flagellant̃

Septimum re/ .§.x.

medium quod eſt coniunctū ꝓcedēti eſt ꝯſideratio diuine ꝓbatiōis: q: deus in hac vita aliquos felices facit q: eos nulla aduerſitate premit vt eos miſeros ī illa vita ꝯſtituat. Nullus eſt. n. tā a deo aduerſus q̄ nō aliqua de gñe bonoꝝ faciat: ⁊ cū nullū bonū ſit quod ſua retributiōe careat reſpondet deus ꝑ ꝓmio nō magna bona alterius vite: q: ꝓmium nimis excederet meritū: ſed cōcedit aliqua proſpera vite ꝑſentis: que ſunt parua bona. Et hoc eſt ſignū eterne dānationis: ſicut dicit Greg. Cōtinuus inquit ſucceſſus tēporalium eſt certum future calamitatis indiciū de hoc dei iudicio occulto ⁊ tñ iuſto. Hieremias cū deo diſputās querit. Quare inq̄t via impioꝝ ꝓſpat̃ bñ ē oibus q̄ ꝑuaricant̃ ⁊ male agūt: plātaſti eos ⁊ radicē miſerūt ꝓducūt ⁊ faciūt fructū. ꝓpe es tu ori eoꝝ ⁊ lōge a corde eoꝝ. q. d. Impij ꝓſpari vident̃: q: tu de⁹ firmas eos in t̄palib⁹ bonis ⁊ in eis ꝓficiūt: ſi te inuocāt ꝑ hmōi acq̄rēdis. ꝓpe es eoꝝ exauditiōi ⁊ a v̾beratiōe renū eoruʒ lōge: vñ hic rñdet ⁊ ꝓcat̃. Cōgrega eos q̄ſi gregē ad victimā. q. d. Ad victimā infernalis pene velut grex porcoꝝ ſunt ꝯgregādi. ⁊ tūc ſanctificabis eos. i. te in eis vt ſanctus ⁊ iuſtus appareas: vlciſcēdo te de eis in die occiſionis eorū: vñ Greg. In iuſtus ad debitā mortē currēs effrenatis voluptatib⁹ vtit̃ q: ⁊ vituli q̄ mactā

Cōſideratio diuine ꝓbationis

Hier. xij. c.

di ſunt in liberis paſcuis relinquunt: bñ ergo
dicit Sen. in lib. de ꝓuidē. Nihil inqt infelici
us eo cui nunꝗ̄ accidit aliqd aduerſi: male.n.
iudicauerūt dij de eo. Facit ad hoc qd̄ habet
de pe. di. iij. Quid ergo turbamur. Nemo vi
dēs malos ꝓſpitatē hr̄e. turbet. Nō pōt malus
in oib⁹ eē malus: ſ3 h3 aliqua bona ꝓ qb⁹ remu
neratᷣ tpali ꝓſpitate: vt in alio mūdo plene pu
niat. Exēplū de diuite epulone ſepulto in in/
ferno: cui dictū fuit. Recepiſti bōa in vita tua
Lu. xvi. Exēplū ēt de illo vbi hoſpitatus ē. b.
Amb. Uadens romā q ſp habuerat magnā ꝓ
ſperitatē. ⁊ poſt receſſu3 Amb. ⁊ ſocioꝝ ad ad/
monitionem eius abſorptus eſt a terra cum
omnibus ad ſe pertinentibus: ⁊ remanſit ſi/
gnum profundiſſima fouea.

¶ Octauum re/ .§.xi.

De ma/lis effe/ctib⁹ ꝓ/ſpitatis

medium eſt cōſideratio ignorantie ⁊ cecitatis
quā inducit ſtatus ꝓſperitatis. Dementiā mi
rabilē incurrit homo pro proſperitate arriden
te ſibi. quod ſoris ⁊ in pn̄ti tm̄ eſt. Homo.n. ſen
ſualis qui nimis in delectationib⁹ ſenſuu3 de
lectatᷣ ſolū ad hoc: ⁊ nūc mouetᷣ nō extendens
ſe ad futuꝝ tp̄s. aut nō putās ꝙ futuꝝ tp̄s aliā
ſecū ferat ꝗ̄ pn̄s nunc habeat. Et ideo more
bruti hoc ſolum apprehendit quod ſentit. Et
ſic aliud non nouit ꝗ̄ ꝙ eius ſenſib⁹ p̄ſentiali
ter offertur propter quod his qbus delectan
do inheret vehemēter affectus: ea ſola cogitat
ſine ſucceſſione contrarij. S3 in hoc eſt magna
hominis ſtoliditas qui tanto falſitatis errore
decipitur nō conſiderans ꝙ ea que in tēpore
agantur ꝯtrarijs ſucceſſibus immutantᷣ. Car/
nalis voluptas iuuētutē delectat. ſed ſi infirmi
tas aut ſenectus aduenerit quoꝝ alteꝝ vl' vtrū
ꝗ̄ vitari nō pōt corpus cōterit cui mox carna
lia aut deſipiūt aut deficiūt. Ecce oſtēſa carnis
oblectamēta: ꝗ̄ cito hoīe3 fallēdo derelinquūt
diuitie hoī ſufficiētiam promittunt: ſ3 hec ꝓ/
miſſio falſa eſt ⁊ incerta. Latronū eni3 inſidijs
ac fortuitis euētibus ⁊ piculis ſubſunt: vnde
ſuos poſſeſſores deſerēdo fallūt. Frequēter.n.
ſicut ſacra ſcriptura teſtatᷣ diuitie ꝯgregantᷣ i ma
lū dn̄i ſui. tū q: ꝑ laborē ⁊ ſollicitudinē acqrū
tur. ⁊ cū timore poſſidentᷣ: tū ēt q: eaꝝ abuſus
vtētes ad pniitioſos terminos deducūt: ſicut ſe
pe docuit expiētia. Honores homīnē in ſubli
me ponūt: ſ3 diu in alto eū ſtare nō ſinūt. Mō/
tibus enim valles ſemꝑ adiunguntᷣ nec mons
ſine valle fuit. ſicut nec elati diu ſine depſ'iōe
manēt. Omnis.n. qui ſe exaltat humiliabitur
ait veritas in euangel. Generoſa proles clari/
tatē genitori tribuere videtᷣ: ſ3 frequenter me
ſtitiam adducit ⁊ dolorē: ⁊ vn̄ pr̄ gloriā ſe hr̄e
credit: inde frequēter patitur ignominia3. In
cunctis ergo humana proſperitas hominem
decipit: ⁊ ſe falſam oſtendit: quia que exteri⁹
ſe habere pretendit: veraciter ſuis amatorib⁹
non tribuit. Exemplum de diuite cuius ager
vberes fructus attulit. cui dictum fuit. Stulte
animam tuam ac nocte repentet a te ⁊c̄. Luc.
xij. Ibi vide. Et ꝙ facit proſperitas hominem
quaſi factuum oſtendit Amb. ſuper Lucam in
dicta parabola dicens. Sicut qui per inſanie3
mente tranſlati ſunt: non iam res ipſas prout
ſunt: ſed paſſionis ſue fantaſias vident. Ita
etiam mens auari vinculis cupiditatis aſtri/
cta ſemper aurum videt: ſemper redditus cō
putat gratius aurum ꝗ̄ ſolem intuetur ⁊c̄. Et
habetur diſt. xlvij. ſicut hi.

¶ Nonum reme/ .§.xij.

dium ē conſideratio breuitatis tp̄is quod in Breui/
aduerſitate conſpicitur. Tp̄s.n. vite pn̄tis bre tatis
ue ē ⁊ quaſi momētū i compatione vite eter/ vite
ne. vn̄ dicit Jaco. in cano. ſua. c. iiij. Quid.n. ē
vita noſtra niſi vapor ad modicum parēs. Et
in Eſa. Dicēte domino prophete ꝙ clamaret.
quid clamabo inquit. Clama. Omnis caro fe
num. Fenum quidē cito decidit: ⁊ caro breui
tp̄e marceſcit. In breui ḡ tp̄e diu protēdi ad/
uerſa non poſſunt. Ex breui ḡ tp̄s breuis erit
patiētis aduerſitas. vn̄ dicit apl's. ij. ad Cor.
iiij. Id quod i pn̄ti ē momētaneū ⁊ leue tribu
latiōis noſtre ſupra modū in ſublimitate opa
tur in nobis eterne glie pōdus. quod.n. dicit
eterne glie pōdus rn̄dit ei ꝙ dixerat momēta
neū ⁊ leue tribulatiōis nr̄e. Nā id qd̄ in pn̄ti ē
momētaneū ⁊ breue ꝟtute patiētie cōmutatᷣ in
eternū. Qꝛ ꝟo dicit leue. ſ. ad portādū cōmuta
tur in pōdus glie q̄ tāto erit ſuauior: ꝗ̄to pō/
deroſior. i. inteſior. Felix cōmutatio ⁊ penitus
hec mutatio dextre excelſi de breui ⁊ trāſitorio
ad eternū. de leui pena ad imēſitatē glie ꝑue/
nire. Signāter aūt ſubiūgit apl'us leue ⁊ mo/
mētaneū: q: ꝗ̄tūcūꝗ̄ tribulato ſit breuis in
tp̄e ſemꝑ tm̄ tribulato de⁹ aſſiſtit vt leui⁹ tribu
lationē ferat. Pn̄tia ḡ diuine ꝯſolatiōis ēt ip3
momētū tribulatiōs alleuiat ꝑꝑ hoc bn̄ dicit
apl's. ꝙ deus facit cū tētatiōe ꝓuētū. vn̄ Eſa.
xliij. Cū trāſieris ꝑ aq̄s tecū ero ⁊ flumina nō
opiēt te. ⁊ cū ābulaueris in igne nō cōbureris.
Tres pueri ſocij danielis. ſ. ananias: azarias:
⁊ miſahel: q: noluerunt adorare ſtatuā: miſſi
ſunt i fornacē ardētiſſimā: ſ3 valde modicū ſte
terūt: ⁊ ēt ꝓ illo modico non contriſtauit eos
ignis: ſ3 ꝑfuſi ſūt rore celeſti. Dan. iij. ſic hōi ⁊
ſi ponūtᷣ in magnis tribulatiōib⁹. q: nolūt ſe
mundo ꝯformare ⁊ iniuſtis preceptis obedi
re. Modicum durat tribulatio. ⁊ tūc ēt mēta
liter a deo ꝯſolantᷣ. ſic xp̄o agonizāti i horto in

oratione apparuit angelus conſortans eum.

¶ Decimum re/ .§.xiij.

Nobilitatis ꝓprie nature.

mediū eſt ꝯſideratio nobilitatis ꝓprie nature ad quā exteriora aduerſa nō ptingunt. Aduerſa enim que diuitias tollunt nō animi ſed fortune bona diripiunt. Nō ergo homo torqueri habet in aduerſis ſed potius debet de apertis inſidijs ſecurus exiſtere. qꝛ ſicut dicit Sen̄. Munera fortune ſunt inſidie et quaſi viſcata beneficia. qđ enim ſub fluctuātibus bonis fallacijs fortune latebat: ſuccedens mutatio detexit. Narrat Ualerius maximus de Craſſo q ꝓpter magnitudinem diuitiarum locupletis nomen accepit: inopia ſubſequente appellationem dedecoris ſortitus eſt. Nā cum egenus ambularet amara ſuggillatiōe nō carebat. Ab occurrētibus eniꝫ deriſorie diues ſalutabaꝛ. Item aduerſa que ab honoribus deprimunt: nihil ab honorato demunt. nō enim honor eſt in honorato ſed in honorātis opatione. Nihil ergo pdit animus verus qui vanitati non cupit inflari. nō enim honor homini tribuit veritatem ſed opionem que tāto eſt fragilior quāto multitudo que de hoīe opinaꝛ eſt mutabilior. Infinitis enim modis aut pſuaſionibꝰ aut circarem nō mutatam accidētibus mutatis. vulgi opīo mutaꝛ. Exēplum de xpo q dominica in ramiſpalmarū fuit ita honorificatꝰ ⁊ magnificatus in pplo iudeorū: ⁊ ſequenti feria ſexta ita abominatus ⁊ deſpectus ⁊ mortuus eſt. Narrat etiam Ualerius de quodam alio noīe Craſſo: qui tanta in ꝯſulatu claritate refulſit vt ſenatus patronus diceretur. Deinde ppli opīone mutata ante totius romani vulgi aſpectum manibus carnificuꝫ fuit laceratus. Item accidētia egritudinum ⁊ incōmoda ſenectutis tm̄ corpus frangunt: ad animū autē nō attingunt. Corpus enim inſtrm̄ eſt anime: maxime in acquirēdo virtutē. Nō refert autē quale ſit inſtrm̄ vel cuiuſmodi materie. dummodo deſeruiat agenti ad effectum ſui opis. Animus aūt ordinatus eque corpore ꝯfracto. ſicut ſano vtiꝛ ad virtutem. imo corpus validum frequēter infirmis animis occaſio ruine eſt. Unde Ambro. Qđ nocet corpori iuuat ſpiritum. egritudo carnis peccatum repellit. Luxuria ⁊ ꝓſperitas pctm̄ adolet. i. nutrit. de pe. di. iij. Nō ergo aduerſa quecūqꝫ pnt aīum deijcere: niſi qn̄ quis in eis īmergiꝛ. vn̄ Sen̄. in li. de ira dicit. Ut ſuperior pars mūdi ⁊ ordinatior ⁊ ꝓpinquior ſideribus nō impelliꝛ tēpeſtate: ⁊ caret tumultu omni. īferiora vō fulminant. Sic ſublimis animus. ſ. p virtutem ſemp eſt quietus ⁊ tranquilla ſtatione locatus Et ideo ꝓbat idem ſupra in eodem li. ꝙ ſapiens nihil pōt pdere. qꝛ oīa in ſe repoſuit: qđ ꝓbat exemplo cuiuſdā phi qui capta ciuitate ſua cum oīa pdidiſſet etiaꝫ filios. veniens ad aliā patriā. interrogatus an aliquid pdidiſſet Rn̄dit. nihil. oīa enim mea mecū ſunt. Et loquebaꝛ de virtutibus ⁊ ſcīa. In huius figurā legiꝛ Math. iiij. Dn̄m xp̄um ſiccis pedibus ſup vndas ambulaſſe. ad innuendum q diuinus homo ſuper huius mūdi varios euentus tanqꝫ ſup fluctuantes vndas pedes ſuoꝝ affectuum debet hēre eleuatos. Hoc aūt homo aſſequiꝛ qn̄ per ꝯtēplationē ad diuina ꝯſurgit. Tūc. n. aduerſa nō timet. vn̄ Job dicebat. Pone me iuxͣ te ⁊ cuiuſuis manus pugnet ꝯ me.

¶ Undecimum .§.xiiij.

Conſideratiōis penarum.

remedium eſt cōſideratio penarum quas mūdani hoīes ſuſtinent in peccatis adimplendis vel tēporalibus acqrendis. Uidemus enim ꝙ hoīes mundi vt adimplere poſſint ſua deſideria: aut aliqua lucra dānoſa facere. infinita pericula ſubeunt quotidianis cruciatibus affliguntur: mortibus: itineribus: ⁊ periculis maris. ⁊ latronum ſe exponunt. ⁊ frequenter concupita non aſſequuntur. ſed poſt multos labores quos in huiuſmodi conatibus habēt. cruciatum gehēnalem pro fructu recipiunt. Unde dicitur Eccleſiaſtici. xxj. Uia peccantium cō plantata lapidibus. ⁊ in fine illius inferi ⁊ tenebre ⁊ pene. Ad litteram. Uia peccantium eſt lapidoſa ⁊ difficilis ad tranſeūdum. Et terminus ad quem deducit eſt doloribus plenus. Et hoc eſt quod dicunt dānati Sapientie. v. Laſſati ſumus in via iniquitatis ⁊ pditionis. ambulauimus vias difficiles. viam autem domini ignorauimus. Si ergo tot aduerſa ſuſtinēt pro his notijs acquirēdis. ad que frequenter ſequitur pena eterne damnationis. magnuꝫ remedium datur iuſtis ad ſuſtinendum patienter aduerſa pro vita bona ⁊ beata.

¶ Duodecimuꝫ .§.xv.

Duodecimū remedium.

remedium. eſt conſideratio irritationis ⁊ triſticie quam incurrit homo per impatientiā. Ubi ſciendum ꝙ homo habet duplex generale remedium ad quod debet recurrere quando aduerſa patitur. Unum quidem eſt regula proprie rationis per quam poteſt ſuos motus compeſcere. ⁊ infra proprios limites ſe tenere. Debet enim homo bonum rationis prepōderare omnibus. bonis extrinſecis ⁊ vindictis quarumcūqꝫ iniuriarum. quas tanqꝫ magnanimus debet paruipendere ⁊ a memoria repellere. tunc enim in mente ſua quietus erit nulla moleſtia agitatus. vnde dicitur de Octauiano. ꝙ omnium recordabaꝛ preterqꝫ iniuriaꝝ. Aliud re/

Duplex remedium generale ꝯ impatientiam.

mediū efficacius ⁊ principalius eſt regula eter
na que eſt ipſe deus. Qñ enim homo per virtu
tem rōnis ſibi non ſufficit: humanis ſiquidē
ſubſidijs vndiqꝫ deficientibꝰ. animum debet
ad deum leuare. ⁊ ab ipſo qui ſolus eſt adiutor
in tribulationibus ſubſidium petere. Uñ ma
lignis mouentibus ſmones aduerſus iuſtos.
⁊ iacula penetrantia corda pſal. Hoc remediū
perſuadet di. Iacta cogitatum tuū in domino
⁊ ipſe te enutriet. Qđ bene legitur feciſſe Jo/
ſaphat rex iuda. qui audito ꝙ multitudo ma/
xima contra eum veniebat. a qua nullo huma
no ſubſidio poterat ſe defendere. totum ſe cō
tulit ad rogandum dominuꝫ dicens. Cū igno
remus quid agere debeamus. hoc ſolum reſi/
dui habemus: oculos noſtros ad te erigamus
ij. Paralyp. xx. Hoc duplici refugio priuat ſe
homo per impatientiam. ſ. rationis ⁊ dei. Ni
hil autem homini periculoſius ⁊ damnoſius
ꝙꝫ irreuerentibus aduerſitatibus dare ſe im/
patientie ⁊ deſperationi. Exemplum in Achi/
toſel. quia ex eo ꝙ non fuit factum ſm conſili/
um ſuum tanto dolore conſternatus eſt ꝙ ſeip
ſum ſuſpendit. ij. Regum. xvij.

Trede/ cimum remedi um con ra ipa/ ientiam

Tredecimum .§.xvi.

remedium eſt conſideratio neceſſitatis patien
di. quia aliter ad regnum dei non peruenitur
Unde dicitur in actibus apoſtolorum. xiiij. c.
Per multas tribulationes oportet nos intra/
re in regnum celorum. Magna enim bōa nō
acquiruntur niſi magno labore. aut magno ꝓ/
cio ſeu valore. Ecce vt lucreris rem eternā. ma
ria tranſis. ſpacia terrarum peragis infinitis
periculis. laboribus. ſudoribꝰ te exponis quā
to magis ſi deum ⁊ celum acquirere velis. me
rito ergo aliqua aduerſitate exercitandi ſumꝰ
qui tot bona reſeruamus. vt dicit Greg. Si il/
lic dulcia petimus neceſſe eſt vt hic prius ama
ra toleremus. ⁊ Aug. dicit. Quid mirum ſi fla
gellat cuſtodiēs paruulos dominus quos gra
tia deus querit heredes. Bene ergo dictū eſt
in eccleſiaſtico. Uſqꝫ in tempus ſuſtinebit pa/
tiens ⁊ poſtea redditio iocunditatis. qđ de eter
na iocunditate intelligendum eſt. ⁊ ꝙ indubi
tanter credas de hac vita aliter non poſſe tran
ſire. Attende ꝙ ille qui erat dominꝰ. ⁊ cui nul
la pena debebatur. quia peccatū non fecit nec
inuentus eſt dolus in ore eius. vt dicit Eſaias
non aliter de hoc mundo tranſiuit. vnde diſci
pulis euntibus in emaus arguendo dixit. nō
ne oportuit chriſtum ſic pati. ⁊ ita intrare in
gloriam ſuam. Ad hoc ſunt ꝙꝫplurime aucto
ritates. vt dicitur Matth. v. Beati qui perſe/
cutionem patiuntur propter iuſtitiam. ⁊ Job
v. Beatus qui corripitur a domino. ⁊ Jacob.
j. Beatus vir qui ſuffert tentationem ⁊c. ⁊. j.
Petri. iij. ſi quid patimini propter iuſtitiam
beati. Apoſtolus hanc conſequentiam neceſſa
riam oſtendit. ij. ad titum. iij. di. omnes q pie
volunt viuere in chriſto ieſu. neceſſe eſt vt per
ſecutionem patiantur. ⁊ Liberiꝰ papa Matth.
x. Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluꝰ erit
Unde namqꝫ beata perſeuerantia eſt niſi a vir
tute patientie: quoniam ſm apoſtoluꝫ. omnes
qui pie volunt ⁊c̄. vij. q. j. ſuggeſtum. ⁊ Aug.
q. e. §. eſt ⁊ aliud genus: eſt perſecutio iuſti vł
a leone impetu vel a dracone inſidijs: id eſt vł
manifeſta vt per tyrannos. vel occulta vt per
mala exempla hominuꝫ. vnde omnes clamēt
Deus in adiutorium meum inten. exemplum
in lazaro vlceroſo. in Gregorio papa tam infir
mo. ⁊ in alijs multis.

Quartūdeci/ .§.xvij.

Quar/ tūdeci/ mū re/ mediū ꝯ ipati entiam

mum remedium eſt conſideratio diuine pro/
uidentie. ſe extendens ad omnia que circa ho
mines diſponuntur. vbi ſciendum ꝙ diuina
prouidentia includit duo: ſcilicet cognitionē
de rebus. ⁊ eorum directionem in finem. Co/
gnitio quidem eſt vniuerſalis ⁊ perfecta per/
tingens vſqꝫ ad minima rei. ſm illud quod
dixit dominus Luce. xij. capilli capitis veſtri
omnes numerati ſunt. cum tñ deus agat per
intellectum ad tantum ſe extendit eius cogni
tio ad quantum ſe extendit eius cauſalitas: cū
autem deus ſit primum ⁊ vniuerſale agēs: eiꝰ
cauſalitas ad omnia entia ſe extendit: non ſo/
lum quantum ad ſpecies rerum. ſed etiā quā/
tum ad indiuidua. ⁊ quecunqꝫ indiuiduis ac
cidunt vel accidere poſſunt. Neceſſe eſt ergo
omnia hec eius cognitiōi ſubiacere. vnde de
diuina ſapientia dictum eſt. Sap. viij. Attin
git a fine vſqꝫ ad finem fortiter ⁊ diſponit om
nia ſuauiter. Quicquid ergo agit circa creatu
ras quantūcunqꝫ minimas a deo eſt prouiſuꝫ
cum nihil ſapientie ſue occultum effugiat. nā
ſicut dicitur ad Heb. iiij. Omnia nuda ⁊ aper
ta ſunt oculis eius. Ulterius directo rerum in
finem que in nomine prouidentie importatur
eſt quedam ordinatio in deum. cum deus ſit fi
nis omnium creaturarum. ⁊ maxime rationa
bilis que vſqꝫ ad participationem ſue beatitu
dinis nata eſt pertingere. Quod autem deus
ordinet hominem in ſeipſum ſe ei pro fine ex
hibendo eſt ſignum ineffabilis dilectionis: nā
cum deus ſit ſumme bonus ſummum bonum
hominis eſt ad ipſum peruenire poſſe. deus
ergo qui eſt rerum omnium cognitor ⁊ earuꝫ
in ſeipſo ordinator cognoſcit menſuram vir
tutis humane. vnde interdum ei ſubtrahit ex
teriora bona. ⁊ aduerſa immittit eo ꝙ conſide

rat hec expedire ad conſecutionem eterne feli
citatis. Predictis igitur diligenter inſpectis
homo in aduerſitate conſtitutus debet cogita
re aduerſa que ſibi eueniunt eē cognita a deo
nec ea caſualiter euenisse. inſuper conſideret
deum eſſe patrem ſuum. ⁊ ex hoc pium proui
ſorem qui nihil ſue creature inferret. vel eue
nire permitteret. niſi quod ſibi ad ſalutem ex
pedire cognoſceret. Pater enim filium diligit
⁊ vim flagelli quo filium verberat nouit. Ex ꝑ
dicta conſideratione homo inter filios dei ſe
conſtituit aduerſa ſuſtinens: ⁊ tunc pro certo
teneat ea ad ſalutem anime deo diſponente or
dinari. ſm illud apoſtoli ad Roma. viij. Dili
gentibus deum omnia cooperantur in bonū.
Exemplum. Moyſes percuſſo egyptio ⁊ rep
henſo hebreo diu exulauit in terra madian. pa
ſcens oues Jethro ſoceri ſui tandem per diui
nam prouidentiam deus pharaonis conſtitui
tur ꝓnceps iudeorum efficitur. ⁊ diuinis allo
cutionibus vltra omnes amicos dei perfruit.
Dauid infantulus ab hominibus deſpectus.
ſed ante oculos diuine prouidentie magnus
in regem aſſumitur. j. Reguȝ. xvj. Et poſt mul
tas perſecutiones a Saule perpeſſas regnum
temporale conſequitur. ⁊ poſtea eternum.

Quintūdecimū remediū ꝫ impatientiaȝ

Quintūdeci .§. xviij.

mum ⁊ vltimum remedium eſt conſideratio
fructuum qui ex aduerſitate conſequunt. Fru
ctus autem poſſunt numerari ſex. quorū tres
pertinent ad peccatores qui ex aduerſitate cor
riguntur. Primus eſt intellectus excecati illu
minatio. Secundus voluntatis deprauate ꝑ
mutatio. Tertius ꝯcupiſcentie refrenatio. Pri

De fructib⁹ ſu ꝑ vtilitatib⁹ aduerſitatum

mo ergo ex aduerſitate intellectus illuminat.
Circa quod ſciendum ꝙ oculus anime ad vi
dendum ea que ſunt agēda eſt intellectus. Eſt
enim ſicut lucerna in domo per quam cernun
tur omnia que in eo ſunt. que ſi extinguitur:
iam omnia in tenebris fiunt ⁊ nihil videri po

Prima vtilitas

teſt: ſic ⁊ ſi lumine intellectus obtenebreſcit.
quicquid in te erit tenebroſum erit. Juxta il
lud quod dicitur in euangelio. Si oculus tu⁹
fuerit: neq̄. ſ. per luminis priuationem. totuȝ
corpus tuum tenebroſum erit. Diabolus autē
volens hominē totaliter perdere in tenebris
peccatorum incipit ab intellectu: quia eſt lu
cerna vt ipſum obſcuret ne videat quod agen
dum ſit. hoc enim habito facile eſt ei hominē
ducere quo vult ſicut qui duxerit cecum quo
cunq; ſe vertit cecum faciliter trahit. Exēplū
in nabuchodonoſor qui in proſperitate conſti
tutus in tantam mentis cecitatem deuenit vt
ſuperbe diceret. Nonne hec eſt babylon ma
gna quam ego edificaui in robore fortitudi

nis mee ⁊c. Sed hoc dicto fuit ita a deo puni
tus vt amiſſo vſu rationis verteretur in beſti
am quantum ad eſtimationem aliorum aſpici
entium eum. vnde cum beſtijs in deſerto ha
bitauit per. vij. tempora. ideſt annos: vel ſm ali
os: ideſt ſeptem menſes. Dan. iiij. de pe. di. j.
§. ex his itaq;. ¶ Secundo ex aduerſitate vo *Scda vtilitas*
luntas deprauata in melius commutat. Ali
quando enim contingit ꝙ homo rebus tem
poralibus deditus tantum immergitur in ea
rum amorem ꝙ nullis perſuaſionibus moni
tis ſeu predicationibus euelli poteſt. ſed inſe
parabiliter cum mundo videtur ligatus. ſm
illud pſal. Cōglutinatus eſt in terra venter me
us. Aliqui vero admodum terreſtrium anima
lium repentium. que a terra eleuari non po
teſt terrenis ⁊ caducis inhiant ⁊ adherent: tūc
autem iraſcentis dei ſignum eſt ſicut dictum
eſt ſupra: ſi ſic laſſatis habenis libere agunt. qc
quid eorum voluntati placitum fuerit nulla ad
uerſitate concuſſi. His enim tanq̄ deſperatis
diuina ſeueritas acrius ſupplicium reſeruat.
Unde pulchre dicit Ualerius maximus. Len
to gradu ad ſui vindictaȝ diuina procedit ira
tarditatemq; cum ſupplicij grauitate compē
ſat: ⁊ in Eſa. xxvj. c. dicitur. Miſereamur im
pio ei. ſcilicet in hac vita non aduerſando. Et
poſtea ſubditur: ⁊ non diſcat facere iuſtitiā
⁊. ij. Macha. vj. Non ſinere peccatorib⁹ ex ſen
tentia: ideſt ad ſui placitum agere: ſed ſtatim
vltionem adhibere magni beneficij indicium
eſt. Non enim ⁊c. ⁊ Aug. nihil infelicius feli
citate peccantium: que penalis nutritur impie
tas. ⁊ mala voluntas velut hoſtis interior ro
boratur. Manaſſes rex iuda peſſimus fuit ſu
per oēs reges iuda: ⁊ diutius regnauit multa
mala faciendo propter que tandem captus a
rege aſſyriorum ⁊ ductus in babyloniā in car
cerem. conuerſus ad veram penitentiam orās
exauditus fuit ⁊ reductus in hieruſalem in re
gnum ſuum. ij. Paralyp. xxiij. ¶ Tertio ex ad *Tertia vtilitas*
uerſitate ⁊ concupiſcentia refrenatur. Cuȝ. n.
corpus per flagella atteritur cor circa libidi
nis delectationes non vagatur. Non eniȝ va
cat de carnalibus cogitare. Et hoc ad bonum
interioris hominis procedit. vnde dicit Gre.
Quis neſciat ꝙ multo melius eſt ardere flā
mis febrium q̄ȝ igne vitiorum. ⁊ tamen cum
febre corripimur medelam querimus ac vi
tiorum eſtum quē occupare nos poterat conſi
derare negligimus. Uidemus immaniſſimas
beſtias a maximis voluptatibus coerceri do
loris metu. Filius prodigus accepta portione
ſubſtantie. dum omnia conſumpſiſſet in regio
ne longinqua viuendo luxurioſe. neceſſitate
famis vrgente ad patrem redijt relictis volo

Exēplū ptatibus ſuis. Luce.xv. In vitaſpatrum legiť
ꝙ cum quidam de foꝛnicatione foꝛtiter tenta
retur nec ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ oꝛationibus ceſ
ſaret tentatio tandem abbas ſuus pcepit alijs
monachis ꝙ multas et moleſtias facerent. et
cum hoc eum accuſarent tanꝗ ipſe alijs feciſ
ſet iniurias. Qui poſt aliquod tempus interro
gatus abbate ſi amplius tentaretur. Reſpōdit
De tri mihi viuere non licet ⁊ foꝛnicari libet. ¶ Alij
bus fru vero tres fructus videntur ptinere ad iuſtos
ctibus quibus etiam expedit ſufferentiam habere cir
quoad ca penarum exercitia. Et eſt pꝛimus fructus ar
iuſtos gumentum experientie. ſecundus ſcutum cu/
Primꝰ ſtodie. tertius pꝛemium gloꝛie. ¶ Pꝛimus er
fructus. go fructus eſt argumentum experientie: quo
quis experitur pꝛopꝛias vires. Nemo enim di
cit Gre. quantum pꝛoficit inter pſpera cogno
ſcit: pꝛopter quod decipiuntur aliqui qui glo
riantur ſe multas virtutes habere. vitijs ſe nō
ſubiacere. nulla aduerſitate freti. Sed tales in
terdum ſi ex aliquibus iniurijs illatis ſe tangi
conſpexerint pꝛotinus in verba contumelie
vel ſigna impoꝛtantie pꝛoꝛumpunt. Et ideo di
citur Eccľ. xxvij. Uaſa figuli pꝛobat foꝛnax. et
homines iuſtos tentatio tribulationis. Non
enim artem gubernandi mare tranquillū aut
ventus obſequens oſtendit. ſed cum fluctus
inundans gubernacula eruperit. vel ventus
validus nauem concuſſerit. Sathan a deo pe
tiuit poteſtatem ꝙ in Job manum mittere poſ
ſet ad hoc ꝙ de ipſo experimentum ſumeret
Scđs Job.j. ¶ Secundus fructus ex aduerſis ſe//
fructus quens iniuſtis eſt. ſcutum cuſtodie. Apoſtolus
ij. ad Coꝛ. xij. teſtatur ꝙ ad ſui cuſtodiam datꝰ
eſt ei ſtimulus carnis. Cuius rationem ibi aſſi
gnat dicens. Ne magnitudo reuelationum ex
tollat me. Unde cum dominum ter rogaret vt
ſtimulum a ſe auferret: ⁊ dixit ſibi. Sufficit ti
bi gratia mea. quaſi di. Eſto contentus ſi te per
aduerſa flagellatum mihi gratum pꝛeſeruo.
Hoc pꝛoculdubio per experientiam videmus
ꝙ frequenter ſanctus homo niſi ſub diſcipli/
na aliqua arceatur. faciliter ad vana pꝛolabiť.
Natura enim humana propter ſui coꝛruptio/
nem pꝛoclinioꝛ eſt ad vitia ꝗ ad virtutes. Et
ideo ſtatim ipſa ſua libertate abutitur. Unde
dicit Gre. de Salomone. ꝙ idcirco coꝛ Salo/
monis funditus ſapientiam deſeruit quoniā
cum nulla exterius diſciplina cuſtodiuit. Le//
gitur de quodam qui oꝛās ⁊. recommendans
ſe beato Thome martyri de camburia pꝛo ſa/
nitate obtinenda. cum recuperaſſet: dubitans
vtrum vtile eſſet anime ſue: oꝛauit vt reuerte/
retur infirmitas ſi vtile anime ſue foꝛet ⁊ re//
Tertiꝰ uerſa eſt. ¶ Tertius fructus eſt pꝛemium glo
fructus rie. Ubi ſciendum eſt. ꝙ ipſe eſt quidem gene

ralis fructus qui conſequitur ad omnia pꝛe/ Ad qđ
dicta. Unde ſola hec cōſideratio ſufficiens eſt oꝛdina
ad mitigandū aduerſitates. Conſideratio enim tur hu
pꝛemij minuit vim flagelli. vt dicit Gre. Et ta mana
men ſciendū ꝙ mundana aduerſitas directe aduerſi
oꝛdinať ad pꝛemiū gloꝛie: ſicut ad pꝛiuꝫ effe tas
ctum. Un̄ Eſa. v. diciť. Ecce agricola expectat
pcioſum fructū terre. patienter ferens donec
accipiat tēpoꝛaneū ⁊ ſerotinū. Ezechiel pere/
grinus ⁊ exul in caldea ſtans in medio capti/
uoꝛū vidit celos apertos ⁊ habuit multas vi
ſiones ad innuendū ꝙ qui cōuerſanť in mun
do vt peregrini mundo deſpecti ⁊ oppꝛeſſi: di
uinis cōſolationibꝰ replenť. Ezech. j. ⁊ Stepha
nus inter perſecutiones ⁊ ictus lapidū vidit
celos apertos. Ad hoc pōt induci illud Luce. De tri
viij. Hi afferunt fructū in patientia. Ubi notā bus cō
tur tria. pꝛeparatio fructificabilis: ibi ſcilicet ditiōi
ſignati per bonā terrā. In quo concurrūt qua bus ter
tuoꝛ ſcilicet ꝙ terra coꝛdis nō ſit per curioſita re boni
tem quaſi a viatoꝛibꝰ ꝯculcata. Scđm ꝙ ſit ſpi coꝛdis
nis cupiditatis purgata. Tertiū ꝙ ſit a lapidi
bus ſupbie liberata. ⁊ in humoꝛe humilitatis
fundata. Iſta tria cōmuniter inducūt triſtitiā
⁊ impatiētiā. Quarto ꝙ ſit veritate ſcripture
ſeminata. Secūdo notať lucratio delectabilis
ibi. fructū afferūt. ⁊ de fructibꝰ q delectāt ha/
bes hic ſupꝛa. Tertio notať exercitatio cōmē/
dabilis. ibi. in patiētia. Quid ſit patiētia ⁊ de
laudibꝰ eiꝰ ⁊ inductiuis: hēs. ſ. l. c. iſto p totuꝫ.
¶ De perſeuerantia quid ſit. ⁊ circa que conſi
ſtat ⁊ de eius effectibus. Capľm octauuꝫ.

V Ltimo reſtat vide De pſe
re de virtute perſeuerantie. Circa uerātia
quam tria tantum conſideremus. circa
Pꝛimo quid ſit ⁊ circa qđ exiſtat qđ ſe
Secundo de eius extremis malitijs: ſcilicet hēat
mollicie ⁊ pertinacia. Tertio de eius effectibꝰ
Ad videndum autem quid ſit perſeuerantia.
⁊ circa quid conſiſtat. videndum eſt quomo//
do ad virtutem foꝛtitudinis pertineat ex hoc
enim apparebit non ſolum eius materia. ſed
etiam aliarum virtutum que foꝛtitudini anne
ctunť. ¶ Eſt ergo ſciēdū ꝙ foꝛtitudo ē vtꝰ pn
cipalis reſpectu oīum v̄tutū reſpiciētiū aliq̄
ardua. ⁊ in qbꝰ eſt difficile firmiter pſiſtere: hu
iuſmodi qđ rō eſt. q: ad v̄tutē pncipalem per
tinet generalē modū ꝯſtituere circa aliquam
materiā. ⁊ in illa attēdere. quod eſt difficilimū
⁊ maxime arduū. Hoc enim ad pncipalitatem
virtutis ptinet. Modus aūt gnalis quē ꝯſtitu
it foꝛtitudo eſt firmiter pſiſtere in his q diffi/
cultatē hūt. Quāto ergo difficiliꝰ eſt in aliquo
arduo ſe hēre. tāto pncipalioꝛ ē vtꝰ q̄ circa illđ
firmitatē pbꝫ aīo. Difficiliꝰ ē aūt firmiter ſe ha

bere in periculis mortis in qbus ꝯfirmat ani/
mum fortitudo ꝗ̃ in maximis bonis ſuperan
dis vel adipiſcendis:in qbus firmat animum
magnanimitas:vel in maximis ſumptibus ex
pendēdis:in qbus firmat aium magnificētia
vel in ſufferēdo equanimiter aliena mala ꝯtri
lectatio venereorum. In delectatione autē venereorum tria eſt conſiderare. Unum.ſ. quod eſt ex parte corporis.ſ. violatio ſignaculi virginalis. Aliud in quo coniungit id quod eſt anime cum eo quod eſt corporis.ſ. reſolutio ſeminis delectationem ſenſibilem cauſans. ¶ Tertium quod eſt tantum anime.ſ. propoſitum ꝑueniendi ad talem delectationem. In his tribus primum ꝑ accidens ſe habet ad moralem actum qui non conſideratur per ſe. niſi ſcḋm ea que ſunt anime. Sed per hoc ꝙ aliquis ex ꝓpoſito ſe abſtinet a delectatione venerea. remanet integritas in mēbro corporeo. Et ſic ē ꝑ accidens. vnde ſi contingat ꝙ per alium modū integritas membri corrumpatur. vt ꝑ violentiam vel medicinam non magis preiudicat virginitati. ꝙ̃ ſi corrumpatur manus vel pes. ¶ Secundum vero ideſt reſolutio ſeminis naturaliter ſe habet ad actum moralem. Naꝫ ſenſibiles paſſiones ſunt materia moralium actuum. Et ſi delectatio proueniens ex ſeminis reſolutiōe procedat ex propoſito rationis. ſic tollit virginitatem. ſiue fiat per concubitum ſiue per alium modum. Si autē preter mentis propoſitum. vt in dormiendo vel per violentiam illatam cui mens non conſentit ꝙ̃uis caro delectationem experiatur. vel ex infirmitate nature vt in patientibus fluxum ſeminis ſic non ꝑditur virginitas. ¶ Tertium vero ſe habet formaliter ⁊ completiue. quia ratio moralium in eo quod eſt rationis completur. Sic ergo propoſitum abſtinendi ab omni delectatione venerea eſt formale in virginitate: ⁊ immunitas a delectatione que prouenit ex reſolutione ſeminis. eſt materiale. ⁊ vtrunqꝫ notatur in dicta diſſinitione propoſita. in eo quod dicitur meditatio. Et dicitur perpetua. non quia oportet ſemper virginem actualem meditationeꝫ habere. ſed hoc debet in propoſito gerere vt perpetuo in hoc perſeueret. Immunitas a corruptione ponitur in eo quod dicitur incorruptionis. Et oſtenditur difficultas cum dicitur. in carne corruptibili. Hec beatus Thomas. Et nota ꝙ ſm beatum Thomam Uirginitas prout eſt virtus non eſt in adultis habentibus integritatem carnis. ſed propoſitum nubendi. nec in paruulis. quia non habeāt propoſitum ſeruandi. cum non habent vſuꝫ rationis. nec predictis debetur aureola. ⁊ quia virtus non amittitur niſi per peccatum. non ſufficit propoſituꝫ ſolum abſtinendi a delectatione venerea. etiaꝫ coniugali. niſi addatur ⁊ votum ad ipſam virginitatem. Nam dimittere ſolum propoſitum ſeruandi virginitateꝫ. non peccatur mortaliter ſicut nec ieiunandi. Sed frangere votum virginitatis etiam ſola mēte. eſt mortale. ſicut fractio aliorum votoruꝫ. Unde Hiero. diſt. xxvij. vouentibꝰ virginitatem. non ſolum nubere. ſꝫ etiam velle damnabile eſt. Et propterea Auguſtinus alibi ſic diſſinit. Uirginitas eſt continentia qua integritas carnis ipſi creatori anime ⁊ carnis vouet. conſecrat ſeruatur. In quarta tñ diſt. xlix. ar. iiij. dicit idem beatꝰ Thomas. ꝙ non eſt neceſſariū votū ad virtutē virginitatis. ſed eſt ad bñ eſſe. ¶ Itē nota ꝙ virginitas que amittit mēte tantū.ſ. ꝑ ꝓpoſitū actꝰ venerei recupat ꝑ pniaꝫ quoad aureolaꝫ. Sed que amittit mēte ⁊ corpe.ſ. ꝑ reſolutiōe ſeminis voluntariā. nō pt ēt ꝑ pniaꝫ recuperari quoad aureolā: pt tñ recuperari quātū ad id qḋ formale eſt in ea. Oēs enim virtutes ſunt cōnexe. ſm magiſtrū in. iij. ſententiaꝝ. vt qui vnam habet omnes habet. Quod eſt veꝝ ſm Tho. quantum ad id quod eſt formale in eis. ideſt ſm charitatē vel prudentiā. Non aūt ꝙ̃tum ad id quod eſt materiale. Non enim ſi quis magnificus male cōſumpſit diuitias. ꝑ penitentiam ei reſtituentur diuitie. que ſunt magnificentie. Similiter qui peccando perdidit virginitatē ꝑ actum venereum. per penitētiam non ei reſtituit integritas carnis. que eſt materiale in virginitate. Sꝫ formaliter reſtituitur vtraqꝫ.i. quoad propoſitū. quia penitēs talis firmiter proponit vti diuitiis magnifice ſi haberet. ⁊ ſeruare virginitatem ſi haberet ⁊ non amiſiſſet. Et hoc propoſitū habere firmiter ꝓpter deum. vel ſm regulā rationis dꝫ formale virtute. Sed materiale non reſtituitur.ſ. immunitas a delectatione venerea. Nec etiā ꝑ dei potentiā. qꝛ quod factuꝫ eſt. nō poteſt non eſſe factum. Et ſic intelligitur dictū Hiero. xxxij. q. v. Si Paulus. Deus virginem ſuſcitare non poteſt poſt ruinam.

Quid ſit formale in virtute virginitatis.

In qbꝰ proprie ſit virginitas.

De virginitate quoad recuperationeꝫ.

¶ Eſt autem vir/ .§.i.

ginitas ſpecialis virtus. Ratio eſt ſm beatum Thomā. ij. ij. q. clij. ar. iij. quia formale ⁊ completiuū in virginitate. eſt propoſituꝫ perpetuo abſtinendi a delectatione venerea. qḋ propoſitum redditur laudabile ex fine. inquantum.ſ. ſit ad vacandū rebus diuinis. materiale eſt integritas carnis. Sed manifeſtuꝫ eſt. vbi eſt ſpecialis materia habēs ſpecialē rōnem virtutis. ibi ſit ſpecialis virtus. ſicut magnificentia que eſt circa magnos ſumptus. ex hoc hꝫ ꝙ ſit ſpecialis virtus diſtincta a liberalitate. que eſt circa cōmunem vſum pecunie. Sic hoc quod eſt cōſeruare ſe immunē ab omni delectatione venerea. hꝫ quandam excellentiam laudis ſupra hoc quod eſt ſeruare ſe immunem a delectatione venerea illicita.ſ. que eſt extra matrimoniū. ⁊ iō eſt ſpecialis virtus ſe habens ad caſtitateꝫ ſicut magnificentia ad liberalitatē. Nō eſt aūt

De virginitate.q.ſ.ē ſpecial' virtus.

in precepto ſed in conſilio. Unde apoſtolus.j.
ad Corin.vij. De virginib⁹ autem ꝑceptū dñi
non habeo. conſiliū autē do. Et Amb.xxxij.q.
j. Integritas virginitatis eſt voti nō precepti.
ſuaderi poteſt precipi non poteſt. Conſilia autē
dantur de actib⁹ bonis. immo melioribus. Eſt
autem triplex bonū hominis. vt dicit.j.ethi.
Unū quod cōſiſtit in exteriorib⁹ rebus. vt diui
(qz hō habet tria bona. ⁊ qđ horum potius.) tias. Scdm quod conſiſtit in bonis corporeis.
Tertium in bonis anime. Et inter bona anime
potiora ſunt ptinentia ad vitam contemplati/
uam bonis pertinētibus ad actiuā. vt oſtendit
dominus Luc.x. Maria optimā partē elegit
que non au. ⁊c. Et philoſophus in.iiij.ethi. In
humanis autē actibus illud eſt vitioſū quod
non eſt ſm rectam rationem. ⁊ ecōuerſo illud
virtuoſū quod eſt ſm rectā rationem. Hec au
tem eſt recta ratio. vt his que ſunt ad finē vta
tur quis ſm menſurā que congruit fini. ſicut
medicina homo vtitur ſm quod congruit ſani
tati. Bona igitur predicta ſic ſe habent qz bo/
na exteriora ordinātur ſicut ad finem ad bona
corporis. ⁊ bona corporis ad bōa anime. ⁊ opa
vite actiue ad opera vite contemplatiue. Unđ
ſi quis abſtineat a poſſidendis aliquib⁹ bonis
tēporalibus que alias poſſet licite poſſidere. vt
conſulat ſaluti corporali ſue vel proximoꝝ. ero
gando pauperibus. vel vt vacet contemplatio
ni veritatis. hoc non eſſet vitioſū ſz laudabile
⁊ virtuoſum. Sic ſimiliter ſi quis abſtineat a
delectatione omni venerea. vt liberius vacet
deo ⁊ diuinis pertinet hoc ad rectitudinē ra/
tionis. quod fit per virginitatē. Unde apoſto/
lus pma ad Corint.vij. Mulier innupta ⁊ vir
go cogitat que dei ſunt quomodo placeat deo
vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu. que aūt nupta ē.
cogitat que ſunt mundi ⁊c. Et ſi dicatur qz qui
libet tenetur ad precepta legis nature. Sed ſi/
cut eſt datum ꝑceptum naturale ad conſerua/
tionem indiuidui de comeſtione. Geneſ.ij. De
omni ligno paradiſi comedetis. ita datum eſt
preceptum ad conſeruationē ſpeciei de cōmi/
xtiōe cōiugali. Geneſ.ij. Creſcite ⁊ multiplica
mini. Sicut ergo certum eſt ⁊ clarum qz quili
bet tenetur ad primum. ſ. ad comedendū pro
ſui conſeruatione. ita videtur teneri ad ſecun/
dum. ſcilicet ad actum ſaltem coniugalem ad
conſeruationem ſpeciei. Reſpondet Beatus
Thomas. qz preceptum habet rationem debi/
ti. Sed dupliciter eſt aliquid debitū. Uno mo
do vt impleatur ab vnoquoqz. Et hoc debitū
ſine peccato preteriri non poteſt. Aliud eſt de/
bitum implendum a multitudine. ⁊ ad tale de
bitum implendum non tenetur qlibet de mul
titudine. Multa enim ſunt multitudini neceſ
ſaria. ad que complenda vnus non ſufficit. ſed
implentur a multitudine. dum vnus hoc. ali⁹
illud facit. Preceptum igit legis nature homi
ni datum de comeſtione. neceſſe eſt vt ab vno/
quoqz impleatur. Aliter enim indiuiduū conſer
uari non poſſet. Sed ꝑceptū datū hoi de gene/
ratione reſpicit totā multitudinē. cui neceſſari
um eſt vt non ſolū multiplicetur corporaliter ſz
etiam ſpūaliter ꝓficiat. Et idō ſufficienter proui
detur multitudini. ſi quidā carnali generatiōi
operam dant. alij ab hac abſtinētes contēplati/
oni diuine vacant ad totius humani generis
pulchritudinē ⁊ ſalutē. Sicut in exercitu qdā
caſtra cuſtodiunt qdam gladijs decertant. que
tamen oīa debita ſūt multitudini. ſed per vnū
impleri nō poſſunt. Nec ḡgo recedit a medio
quia non abſtinet ab omni delectatione quod
pertinet ad inſenſibilitatem. ſed a delectatione
omni venerea. ⁊ hoc ſm rationem rectam.

Quod virgini .§.ij.

tas ſit excellentior caſtitate coniugali probatur (De excellētia virginitatis.)
tripliciter ſm bea. Tho. vbi ſupra. arti.iiij. Pri
mo exēplo xpi qui elegit mrēm virginē ⁊ ipſe
virginitatē ſeruauit nō coniugium contraxit.
Omnia aūt pfectiora ipſe impleuit. Scdo do/
ctrina apli pma ad Corin.vij. Qui virginitatē
ↄſulit tanqz maius bonū. Conſiliū enī dat de
melioribus bonis. xiiij.q.j. Quiſquis. ¶ Ter/
tio ꝓbatur rōne multiplici. Tum qz bonū diui
num eſt potius bono humano. Uirginitas or/
dinatur ad bonū diuinū. ſ. ad vacandum deo.
Mrimoniū ad bonū humanū. ſ. ad multiplica
tionem hoīum. Tum qz bonum anime quale
eſt virginitas prefert bono corporis q̄le eſt ma
trimoniū. Tum qz bonū vite ↄtēplatiue prefer
tur bono vite actiue. Uirginitas ordinatur ad
bonum aīe ſm vitā ↄtēplatiuam. quod eſt cogi
tare que dei ſunt. Cōiugiū ad bonū corpis ordi
natur qđ eſt prolis multiplicatio ⁊ ptinet ad vi
tam actiuā. qz ↄiugis cogitare hnt que ſūt mū
di. vt patet per aplm.j. ad Corin.vij. Uñ Hier.
in li. ↄtra Iouinianū reprobat per multas rati/
ones errorē ipſius Iouiniani qui aſſerebat vir
ginitatem non eē preferendā matrimonio. nec
eſt ↄtra predicta quod ait Augu. in li. de bono
coniugali. Non impar meritū eſt continentie i
Ioanne q nullas expert⁹ eſt nuptias ⁊ in Abra
am qui filios generauit. Et Hiero.xxxij.q.iiij.
Quis ignoret ſub alta dei diſpoſitione oēs re/
tro ſanctos fuiſſe eiuſdē meriti cuius nūc ſunt
xpiani. Quō antea Abraā placuit deo in coniu
gio ſic nunc virgines placēt in caſtitate. ſerui/
uit ille legi ⁊ tpi ſuo. ſeruiamus ⁊ nos legi ⁊ tē
pori nro. in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt. Nā
ſm bea. Tho. meritū non ſolū penſatur ex gñe
actus: ſed magis ex animo operantis. Habuit

De me/ritovgi/nitatis aut ſit maio//ris me/riti ꝛc.

Abraam alium ſic diſpoſitum vt paratus eſſet
virginitatē ſeruare ſi opus eſſet. Et ex hoc me/
ritum ꝯiugale in ipſo equatur merito ꝯtinen/
tie virginalis in Joanne reſpectu q̄dem p̄mij
ſeēntialis. nō aūt reſpectu p̄mij accidentalis.
Licet ergo virginitas ſit melior ꝯtinētia cōiu/
gali. pōt tñ coniugatus nō ſolum eſſe equalis
ſed etiā melior virgine duplici rōne. ¶ Prio
videlicet cū ꝯiugatus h̄ȝ animum magis para
tum ad virginitatē ſeruandam ſi oporteret q̄ȝ
ille q̄ actu eſt virgo. ¶ Scdo q꞉ forte ille q̄ nō
eſt virgo habet aliquam excellentiorem virtu/
tem aut maiorē charitatē. Et ideo non debēt ſe
preferre virgines alijs in bonitate.

¶ Sed queritur .§.iij.

De vgi/nitate ꝙ ſit vtus excellē/tiſſima.

vtrum ſit excellentiſſima virtutū. Rn̄det bea.
Tho. vbi. ſ. Excellentiſſimū pōt dici aliq̄d du/
pliciter. Uno mō ſm quid. ſ. in aliquo genere.
Et ſic virginitas dr̄ excellentiſſima virtus ī ge
nere caſtitatis. q꞉ tranſcendit caſtitatē vidualē
ꝛ coniugalē. Et q꞉ caſtitati attribuit̄ decor ideo
virginitati attribuit̄: per ꝯſequēs maxima pul
chritudo. vnde beatus Amb. pulchritudinem
quis pōt maiorē eſtimare decore virginis que
amatur a rege. p̄batur a iudice. dedicatur do/
mino. conſecratur deo. Alio mō dicitur excellē
tiſſimum aliq̄d ſimpliciter. ꝛ ſic virginitas nō
eſt excellentiſſima. q꞉ finis ſemp excellit id q̄ð
eſt ad finē. ꝛ quāto aliq̄d efficaci⁹ ordinatur ad
finem tanto melius eſt. Finis aūt ex quo reddi
tur laudabilis virginitas eſt vacare rebus diui
nis. Et ideo virtutes theologice ꝛ virtus religi
onis quaꝝ actus eſt occupatio circa res diui/
nas ſunt excellētiores virginitate. Similit̄ etiā
vehementius operant̄. vt inhereant deo mar//
tyres q̄ ad hoc poſtponunt p̄priam vitā ꝛ viuē
tes in monaſterijs q̄ ad hoc poſtponunt p̄priā
voluntatē. ꝛ omnia que habent. virgines autē
poſtponūt ad hoc tm̄ venereas voluptates. Et
ideo ꝛ martyriū ꝛ religionis ingreſſus cum p̄/
ſeuerantia preferuntur virginitati. Q̄ð autem
dicitur de virginibus Apoc. xiiij. ꝙ ſequūtur
agnum quocūq; ierit: non ex hoc ſequit̄ ꝙ ſint
alijs ſanctis perfectiores. vel xp̄o magis ꝯfor/
mes. ſed q꞉ ſequūtur agnū chriſtum pluribus
modis q̄ȝ alij. q꞉ non ſolum in integritate mē/
tis vt alij ſed etiam in integritate carnis quod
non alij faciunt. Sed non oportet ex hoc ꝙ ma
gis de propinquo chriſtum ſequantur q̄ȝ alij
ſancti. quia alie virtutes in quibus aliqui non
virgines excedunt virgines. aliquos faciunt
propinquius deo inherere. Canticum nouum
quod cantant ſole virgines. vt dicitur ibi eſt
gaudium ſpeciale quod habent de integrita/
te carnis ſeruata.

¶ Uirginitas quomodo coronatur. poſſidea/
tur ꝛ dignificatur. Capitulum octauum.

Adducent regi vir/
gines poſt eam proxime eius offerē
tur tibi. loquitur p̄s. de eccleſia que
vtiq; eſt mr̄ ꝛ virgo. Mater quidem omnium
fidelium quos genuit in baptiſmo per fidem.
Uirgo per integritatē mētis libera a corrupti/
one peccati mortal̄. Unde apoſtolus. ij. ad Co/
rinthi. xj. inquit de fidelibus. Deſpondi vos
vni viro virginem caſtam exhibere xp̄o. Hec
igitur eſt regina aſtans a dextris dei. quia in
ſtatu electorum ꝛ in potioribus bonis ſcilicet
virtutum. In veſtitu deaurato ſapientie vl̄ cha
ritatis. Circundata varietate ſtatuum religio//
num rituum ꝛ priuilegiorum. Poſt eā vt filie
adducerentur virgines regi domino ieſu xp̄o
vt ſponſo earum. Unde ꝛ de ſanctis virginib⁹
canit eccleſia. Agnum ſponſum virginum ado
remus dominum ieſum chriſtum. Poteſt ꝛ il/
lud poſt eam etiam referri ad virginem mariā
que ſola eſt mater ꝛ virgo ꝛ primiceria. ꝛ ſpecu
lum virginum. que vtiq; poſſidet aureolā vir
ginitatis. quia ꝛ ſi non habuit a carne pugnā
propter religationem vel extinctionem fomi//
tis: propter cuius victoriam ſcilicet pugne dat̄
aureola. Habuit tamē ab hoſte cuius caput ſci
licet principij ſuggeſtionis contriuit ſola. Poſt
eam igitur ꝛ principaliorem ſequuntur virgi/
nes alie ꝛ chriſto adducuntur regi. ꝛ ad quam
libet ſanctam virginem eccleſia iſtud adaptat.
vbi tria videnda ſunt de virginitate ſcilicet.
¶ Primo quomodo virginitas coronatur.
¶ Secundo quomodo poſſideatur.
¶ Tertio quomodo ipſa dignificatur.

¶ Quantum ad pri .§.i.

mum dicit apoſtolus. ij. ad Thimo. ij. Non co/
ronabitur niſi qui legitime certauerit ideſt ita
certet ꝙ vincat. vt autem canit eccleſia. Mun/
dus caro demonia diuerſa mouent prelia con/
tra nos. Et quantum ad prelium carnis ſicut
non coronatur aurea que eſt premium eſſentia
le anime. niſi quis habuerit victoriā de omni
vitio carnali abſtinendo ab eo. vel a perpetrato
penitendo. ita non coronabitur aureola virgi/
nitatis que eſt premium accidentale quod da/
tur in gloria propter excellentem victoriā pu/
gne ex carne. niſi quis liber fuerit a volunta//
ria corruptione carnis tentationes vincen//
do. Quamuis enim virginitas quantum ad
eius initium ꝛ ſeminarium ideſt inclinatio//
nem naturalem inſit a natura. ſicut ꝛ omnis
virtus: ꝛ quantum ad materiam remotā que
eſt integritas carnis. ꝛ materiā p̄pinquā que eſt

Ineẋperientia veneree voluptatis ineſt a natura ⁊ natiuitate. quia omnes naſcūtur virgines carne ⁊ inexperti voluptate ſcđm Pe. de pal. in. iiij. diſti. xxxiij. Sʒ q̄ꝫtum ad cōplementuʒ actuale vel habituale. ſic virginitas nō eſt a natiuitate vel a natura pluſq̄ꝫ alie. Nam puer natus nō habet actū vel habitū ỽginitatis pluſq̄ꝫ liberalitatis. ſed habet ſicut alias morales virtutes ꝑ acquiſitionē ⁊ iſuſionē. Nō enī quicūqꝫ habet integritatem carnis cum venerit ad annos pubertatis ſi eligat in carne incorruptibiliter viuere ſtatim ꝑ hoc habet habitū virginitatis. Sed qñ cum hoc habituali ꝓpoſito frequenter domauerit motus carnis cum aggrauāt in eo. ſicut nec vidua ſtatim mortuo marito habꝫ habitum continētie vidualis licet eligat ſic viuere. Sed ꝑ frequētem domatiōem paſſionum cū ꝓpoſito habitum acquirit differentē ab habitu caſtitatis coniugalis. non tamē meret nomen virtutis ſpālis. quia non ꝑuenit ad ꝑfectum. Eſt igit continētia vidualis habitus differēs a continētia cōiugali habēs ſpālem ratiōem boni ⁊ difficultatis. qꝛ quibuſdā eſt facile ⁊ placitū in cōiugio viuere caſte. quibꝰ non eſt facile nec placitū viuere vel coniugio abſtinere. Sed tamen non eſt virtus ſpecialꝭ. imo caſtitas ē vna virtus que minorē gradum habet in matrimonio. ⁊ ꝑfectis ſaluatur in viduitate. Similiter caſtitatis cōiugalis nō ſtatim innaſcitur cū qs eligit ab aliena abſtinere. ſed cum frequenter de aliena tentatus elegit nō acquieſcere. Et ſic de alijs.

Quod actui virginitatis debet corona ꝓpt victoria ⁊ non habitui.

Et Ut dicit Tho. in. iiij. diſ. xlix. In cōtinendo ſʒ aliqd maiorē pugnā ſuſtinent virgines. ſm aliqd vidue. ceteris paribus. Uirginibus enim cōcupiſcentia inflāmat ⁊ experiendi deſiderium. qđ ex quadā curioſitate ꝓcedit quo etiā ſit vt homo libentius videat que nunq̄ꝫ vidit. ⁊ etiā in eis cōcupiſcētiam auget extimatio maioris delectatiōis q̄ꝫ ſit ſm veritatē. ⁊ incōſideratio eoꝝ incommodoꝝ que delectatiōi hmōi adiungūt. Et q̄ꝫtū ad hoc vidue minorem ſuſtinent pugnam. maiorem autē propter delectationis memoriam.

De pugna que ſit maior. an i virgīe. an in vidua.

Et in diuerſis vnum alteri preiudicat ſm hominū diuerſas diſpoſitiōes qꝛ qdā magis mouent hoc. qdaꝫ illo. Quicqd aūt ſit de quantitate pugne. tamē hoc certū ꝙ ꝑfectior eſt victoria virginū q̄ꝫ viduaꝝ. Perfectiſſimū enim genꝰ victorie eſt ⁊ pulcherimū honeſti nunq̄ꝫ ceſſiſſe. Corona autem non debet pugne. ſed victorie de pugna. Nn ergo coronabit niſi ⁊c.

Q ꝑfectior eſt victoria virginū q̄ꝫ viduarꝫ

De virginitate quoad ſtatum inocētie virūꝫ licuiſſet cōtinē.

Quō in diuerſis temporibꝰ hoīes diuerſimode ſe habuerit ad virginitatē ſuandam. Pe. de pal. in. iiij. diſti. iiij. dicē ꝙ i ſtatu inocētie nō licuiſſet ꝯtinē vſqꝫ ad ſufficientem multiplicationem hūani generis. quia tunc erat ꝓceptum. Creſcite ⁊ multiplicamini. nec tñ peccauit adā continendo in paradiſo qꝛ modico tp̄e ibi fuit. Sʒ Tho. dicit ꝙ poſt multiplicationē ſine pctō potuiſſꝫ quis eē virgo: qꝛ tunc ꝑferebat coniugiū ỽginitati. q habebat puritatē cum fecūditate. Fuiſſet autē cōtra rōnem eligere minus bonū ⁊ ipſi nō erāt facturi ꝯtra rōnem. Ergo ſi continuiſſet cōtra finē matrimonij ⁊ pactis peccaſſet. Semꝑ enīꝫ fuiſſet multiplicatio neceſſaria. qꝛ nō videbat ꝓbabile ꝙ parētes primi retardarent a gloria vſqꝫ ad finē mundi cū ſolū peccatū ſit cauſa retardationis. vt originale vel actuale. Uñ ꝑmis parentibus tranſlatis in gl'iam. oportebat ſucceſſores vacare generatiōi. ſicut primi vacauerunt. Tempore vō nature lapſe. ſ. tp̄e legis nature fuit ỽginitas licita mltiplicato genere humano. Sed ſemꝑ ante euangeliū melius erat coniugiū. niſi vbi ſpāliter aliud reuelabat. In paruulis autem erat ỽginitas carnis non mentis. Tempore aūt nature lapſe añ mltiplicationem fuit in ꝓcepto ꝓhibitio. Nec tamen Abel cu· peccauit virgo moriens. quia adhuc iuuenis erat. nec aptus cōiugio quando mortuꝰ fuit. Nam nec cayn libidinoſus adhuc generauerat. Fuit tñ abel mortuus virgo carne. ſed non mente. qꝛ tūc non erat tp̄s virginitatis. niſi qs dicat ꝙ deus ꝑſcius mortis eius ſibi iſpirauit ỽginitatē vt caput eccleſie primū hēret ỽginitatē. ⁊ ſic haberet aureolā virginitatis. Sʒ poſt multiplicationē licuit. non tamē habemus exemplū nec in enoch qui per coitū generās. ⁊ ꝑ coituꝫ genitꝰ eſt. nec in alio forte de melchiſedech. Sed ſi fuit ſeꝫ filiꝰ noe. vt dicunt hebrei nō fuit virgo. Tp̄e vero legis ſcripte ſciēdū. ꝙ licuit ſeruare virginitatē. qꝛ iaꝫ filij iſrael multiplicati creuerant nimis. vt arena maris. non tamen laudabatur. immo filia iepte fleuit virginitatem. Et maledictus erat non relinquens ſemen. maledictione opprobrij tēporalis. niſi conſilio ſpiritusſancti vt Helias non per coitū generans. Et Hieremias virginitate ſua virū euangelicum xp̄i eccleſie dedicans ſm Hiero. Sed apud gentiles error increbuerat. quia dederat eos deus in reprobum ſenſum vt licita reputarent illicita ⁊ econtra. vt fornicationem eſſe licitam. Plato vero ſanctificauit ſe. non qꝛ reputaret virginitatem illicitam vnde nec deſeruit eam ſed vt ſatiſfaceret plebi. Nam opinio fuit apud philoſophos propter ſcandalum vitandum facere multa que ſciebant non eſſe facienda ſicut adorabant idola: quãuis ſcirent nihil eſſe ne lapidarentur ſicut pythagoras apud athenas reus habitus eſt. quia vocauit lapidem ignem ardentē. Ipſi enim neſciebant aliā vitam. ⁊ propter hoc nimis timebāt perdere iſtam. Tempore vero euangelij ſemꝑ licuit

licuit & licebit tenere v̄ginitatẽ. Cuius p̄mice/ria virginitatis virgo Maria fuit. Vñ in pſal. Adducentur regi virgines poſt eam. Tempo/re etiam glorie erunt omnes virgines. q: ſcilz nec nubent nec nubentur. immo t̃pore gratie vt res melior cadit ſub conſilio. ſm illud. j. ad Corin. vij. ẜz Pe. de pal. vbi. ſ. De virginibus preceptum domini non habeo. ↄſilium autem do. Quod conſiliũ Joannes euangeliſta ſerua/uit. cũ vxorem pro qua iam in domuz traducta/nuptias fecerat. vt habet Joã. ij. intactaz dimi/ſit & virgo permanſit. priuilegio amoris a xp̃o dilectus. Hanc Joſeph ſponſus Marie ſerua/uit. vt dicit Auguſti. & vouit cũ Maria ſponſa ſua. xxvij. q. ij. §. beata. Et vas electionis virgo fuit. vnde dicebat. j. ad Corin. vij. volo oẽs eſſe ſicut me. ſcilz virgines. Sed vnuſquiſq; habet p̄prium donũ ex deo. xp̃s etiam habuit. Unde Canti. ij. Ego flos campi & liliũ conualliũ. No/tandũ etiam q̄ virginitas eſt per infuſionẽ ſi/cut & alie virtutes morales. Et ſatis videt̃ q̄ ex ſpeciali gratia Joãnes baptiſta & beata virgo. & Hieremias in vtero per ſanctificationẽ rece/perunt virtutẽ virginitatis quam erãt ſeruatu/ri. Sed de baptiſmo flaminis & ſanguinis in quibus non ſolũ infundunt̃ neceſſaria ad ſalu/tem. ſed & oĩa perfectiua in quibus nõ eſt obex in recipiẽte. vt remiſſio culpe venialis & pene. Uidetur q̄ in paruulis in q̄bus nullus ẽ obex infunditur v̄ginitas & in innocẽtibus. non tñ q̄ debeatur eis aureola: q: illa reſpicit actuz et non habituz. De adultis aũt videt̃ q̄ deus ſua liberalitate infundat omni hoĩ id ad qđ ſe di/ſponit vnde qui cum p̄poſito virginitatis ve/nit ad baptiſmuz vel aliud ſacr̃m. recipit habi/tum virginitatis. ſicut & ceteras v̄tutes. Quia enim in omni ſacramẽto noue legis infundit̃ non ſolũ id qđ eſt neceſſarium ad ſalutẽ. ſed ẽt quod eſt vtile ſm capacitatez & diſpoſitionẽ di/gne recipiẽtis. Inde eſt q̄ recipiens ſacr̃m no/ue legis. non ↄtrariatur virginitati. qđ dico p̄/pter matrimoniũ recipit omnẽ virtutẽ ad quã eſt diſpoſitus & cuius eſt capax. Si autez eſt cor/ruptus mente & corpore q̄ʒuis peniteat non eſt capax virginitatis que reparari non põt. Sed ſi non eſt corruptus niſi mente & penitens p̄po/nens perpetuo continere tũc recipit. hec Pe.

[...]e v̄gi[...]itate [...]notrũ vo[...] ſi ſit de [...]ẽntia [...]gini/[...]tatis.

¶ Notãdũ aũt eſt vt dicit idẽ Petrus. q̄ Tho/mas in ſcripto tenet votuz de eſſentia v̄ginita/tis non eẽ. In ſumma vero ſcđa ſecunde videt̃ dicere oppoſitũ. Sicut enim ſeruare caſtitatẽ. paupertatẽ. ſine voto vt nouitius nõ faceret re/ligioſum. ſic virginitas ſine voto nõ daret au/reolam. Sed ↄtra q: licet propoſituz nubendi impediret. q̄ʒuis p̄poneret non illicite corrum/pi. tñ firmũ propoſitum perpetuo cõtinendi ẽt ſine voto facit virtutẽ virginitatis. nec votum trahit ad aliã virtutẽ q̄ʒ ad ſuam. ſ. latriam. ali/as ageret vltra ſpẽm. Unde bñ concedo q̄ vo/tum nõ facit de actu non virtuoſo v̄tuoſum. & q̄ actũ trahit ad altiorẽ virtutẽ non in eodez genere ſed alio. ſicut votũ trahit ieiuniũ ad al/tiorẽ virtutem q̄ʒ ſit abſtinẽtia vel ſobrietas. ſʒ hoc nõ eſt in genere tẽperãtie. ſed iuſtitie. Un votum non facit ieiuniũ eſſe ſpãlem virtutem dum trahit ad latriã. ſic & in p̄poſito. Et ſi v̄gi/nitas haberet ex voto rõnem virtutis. nõ eſſet ſpecies tẽperantie ſe hñs ad caſtitatẽ ſicut ma/gnificentia ad liberalitatẽ. Sed ſoluz eẽt actus caſtitatis elicitiue: & non imperatiue. quare ſic ſe hʒ virginitas ad caſtitatẽ ſicut magnificẽtia ad liberalitatẽ. Sed illa eſt ſpãlis virtus nõ ex hoc q̄ vota. ſed ſolũ q: habet ſpãlez diff. cultã/tem & bonitatẽ. ergo &c̃. Ad argumẽtũ dicẽdũ q̄ non eſt ſimile. q: ad religionẽ non ſufficit fir/mitas p̄poſiti. ſed requiritur firmitas facti. & re/ligio nominat ſtatum ad quẽ requiritur imobili/tas facti. & per ↄſequẽs voti. Sed ad rõnez vir/tutis non requirit̃ immobilitas facti. cũ q̄s poſ/ſit a vera virtute decidere. & mutari de v̄e vir/tuoſo in vere vitioſum. Et iõ ſi virginitas dice/ret ſtatũ non habitũ. poſſet videri q̄ req̄reret̃ votũ. ſed ſi dicat habitũ v̄tutis ſpãlis non req̄/ritur votũ q̄đcunq;. Ad firmitatẽ etiam in reli/gione requirit̃ votum ſolẽne in virginitate ſuf/ficit ſaltim ſimplex. Unde qđ Aug. dicit in diſ/finitione. ſ. de voto ponit h̃ non q̄ ſit de neceſſi/tate virginitatis ſed eſt de perfectione. quia de/ſponſata chriſto per votum eſt perfectior.

¶ Quantum ad ſe/ .§. ij. cundũ ſcilz quõ poſſideat̃ virginitatis v̄tus. Sciendũ q̄ multis modis. vñ dicit p̄s. Addu/centur. &c̃. Et primo pʒ q̄ adducatur ad hoc a deo inſpirante & p̄ncipaliter agente. Sap. viij. Non poſſum eſſe ↄtinens niſi tu dederis tu. ſ. deus. ¶ Secũdo oportet q̄ adducat̃ ad hoc a rõne iſtud propoſitum firmiter eligente & per/petuo. Quod pʒ ex diff nitione duz dicitur q̄ virginitas eſt in carne corruptibili p̄petue in/corruptionis meditatio. ideſt propoſitum per/petuo abſtinendi a delectatiõe venerea. nec ex/perta. Unde virgines corpore que intendunt tempore ſuo nubere non habent habitum vir/ginitatis. nec aureolam nec paruuli. qui licet non cogitent de nubendo. non tamen poſſunt habere propoſitum cõtinendi. Eunuchi etiam vel frigidi ſi intenderent experiri delectationẽ veneream per matrimoniuz vel alium moduz ſi poſſent. non habẽt habitum huiuſmodi vir/tutis. nec aureolam. Sed ſi intendũt ab huiuſ/modi abſtinere. ſi etiam poſſent vtriq; habent.

De vir/ginita/te q̄nio/q̄ybus modis ad v̄gi/nitatez p̄uenit

Quib⁹ v̄gini/bus de/bet̃ au/reola. & q̄b⁹ nõ

ſicut credi pōt de eunuchis quos fecit Nabuchodonoſoꝛ.ſ.Daniele ⁊ ſocys eius. Dañ.j. Et de Nerone ⁊ Achileo eunuchis.qui pſuaſerūt domicille virginitatē. ⁋ Tertio opꝫ vt adducātur ad hoc a recta rōne.ſ.ꝑpter deū.non ꝑpter mūdi laudē.aut ꝑpter honorē idoloꝛum.ſicut virgines de veſte. Vñ virgines q̄nqꝫ que non ſumpſerūt oleuꝫ in lampadibus deſignās charitatem dei in coꝛdib⁹ excluſe ſunt a ſponſo.et clauſa eſt ei⁹ ianua. Matthei.xxv. ⁋ Quarto opoꝛtet ꝙ adducant̄ per vias aliquaꝝ v̄tutuꝫ. vt humilitatis. Amb. Decet vt virgo quāto caſtioꝛ tanto ſit humilioꝛ. Vñ de quodā ſctō viro legitur ꝙ vſqꝫ ad ſexageſimū ſue etatis annuꝫ ſeruans virginitatē elatus in ſuperbiā eā perdidit. ⁋ Quinto opoꝛtet vt adducant̄ per viaꝫ ſobꝛietatis.qꝛ ſm Ber. In delitys periclitatur caſtitas.ꝑpter quod apl's vt virgo ꝑſeueraret. Caſtigo ait coꝛpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo. j.Coꝛin.ix. Per viam modeſtie.ſ.cauendo ſe a viſu ⁊ auditu ⁊ diſcurſu vanis.non curſitare p alienas domos non aliquos in publico miſcere ſermones. Quomodo autem perdatur virginitas dicetur in vltimo.§.

⁋ Quantum ad .§.iij.

De laudib⁹ virginitatis. tertium ſcilꝫ quō virginitas cōmendat̄.⁊ quātum oñditur dum dicit̄ regi. Adducētur vere ⁊ veri virgines regi.ſ.dño Jeſu xp̄o qui eſt rex regū vt ſint ſponſe ei⁹. Magna dignitas iſta. Vñ beata agnes dicebat. Ipſi ſum deſponſata .ſ.xp̄o. Et nobilitatem ſponſi huius oñdit di. vt refert Amb. in li. de virginitate. Cui angeli ſeruiunt. Cuius pulchꝛitudinē ſol ⁊ luna mirātur.i.mirabilē oſtēdūt. Cuius mater virgo eſt. Cuius pater feminā neſcit. Cuius ptās celſioꝛ. aſpectus pulchꝛioꝛ amoꝛ ſuauioꝛ.⁊ omni gratia elegātioꝛ. Cuius opes nunq̄ꝫ marceſcūt.nūq̄ decreſcunt. Et de oꝛnamētis ab eo collatis ſubdit. Induit me dñs ciclade ⁊ clamide auro texta.ſ.ſapiētie vel dilectionis. Et īmenſis monilibus decoꝛauit me.ſ.virtutū. Anulo ſuo ſcꝫ fidei ſubarrauit me ⁊ coꝛonauit me ſcilicꝫ coꝛona ſpei eternoꝝ. Tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas.ſ.verboꝛū ſacre doctrine. Mel ⁊ lac ab oꝛe eius ſuſcepi.ſ.dulcedinis ſpiritualis ⁊ puritatis per inſpirationē. Sanguis eius oꝛnauit genas meas.i. paſſio eius īduxit ad opera patientie.q̄ maxime oñdunt ruboꝛē ſanctitatis. Poſuit ſignum in faciem meā nullum pꝛeter eum amatoꝛē admittā.inquantum ſcilꝫ dedit faciē erectam ad celū.vt ipſum contempler.⁊ affectum ad eū dirigaꝫ ⁊ non ad terrena reſpiciam. verba ſunt Amb. Speculuꝫ dedit vniuerſitatem creaturarū quo poteſt intueri pulchꝛitudinem.non ſolū ſponſi ſed ⁊ ſuaꝫ. cū omnia ꝑpter ipſaꝫ fecerit.⁊ oīa in ipſo reperiantur. Cingulū tēperantie amictū ſeu veſtitū prudentie. Huic ergo regi tā nobili adducent̄ vere virgines vt ſponſe eius. Et lꝫ virginitas non ſit ſimpliciter excellētioꝛ oībus alys virtutibus.qꝛ non maioꝛ theologicis nec prudētia. iuſtitia vel foꝛtitudine vl' humilitate. Eſt tamē pꝛecipua in genere tēperantie.⁊ multū cōmendabilis in ꝑeminentia ⁊ ſex que ponit Pe. de de pal. in.iiij.diſt.xxxiij. ⁋ Et pmo quo ad pmium accidentale qđ dicitur aureola.qꝛ nulli parti tēperātie debetur fructus.nec aureola niſi caſtitati.nec aureola ⁊ fructus cēteſimus niſi caſtitati.nec aureola ⁊ fructus centeſimus niſi ꝟginitati ſoli. Vñ dicit̄ Apoc.xiiij. Qđ nemo poterat cantare canticū illud nouū niſi illa centuꝫ q̄dragintaquatuoꝛ milia qui v̄gines pmāſerunt. Canticū illud aureola.i.qđdā gaudiuꝫ ſpūale qđ habent virgines qđ non pñt hr̄e alÿ ſancti non v̄gines.etſi maius premiū eſſentiale habeant. ⁋ Scđo quoad ſciam qꝛ maxime diſponit ad acquiſitionē ſcie ⁊ ſapientie. Vñ ⁊ Joānes eua. virgo magnā de diuinis pꝛe ceteris habuit cognitionē vt de v̄bo dei. ⁋ Tertio quoad pulchꝛitudinē ſpālem. Nō ex eo tm̄ ꝙ paſſiones cōcupiſcibilis ſunt cōmunes nobis ⁊ brutis qꝛ ſimiliter ⁊ paſſiones iraſcibilis ſūt cōes nobis ⁊ brutis ſicut eē furibundū in cane ⁊ vindicatiuū in leone.ſꝫ qꝛ magis abſoꝛbent iudiciū rōnis que eſt pulchꝛitudo hoīs in qua eſt imago dei. ⁋ Quarto quoad ſimilitudinē in pluribus.qꝛ ſcilꝫ hi ſequūtur agnū ſcilꝫ xp̄ꝫ quocunqꝫ ierit.integri ſcilꝫ coꝛpoꝛe ⁊ mente ſicut chꝛiſtus. Et icoꝛruptio facit pꝛoximū deo. vt dicit̄ in li. ſapientie.ſ.mente ⁊ coꝛpe.⁊ deus incoꝛruptibilis eſt. ⁋ Quinto quoad ſimultatem.qꝛ iſta virtus nō eſt ſine alys.ſed bñ econuerſo. Poteſt enim qs habere virtutes alias ſine iſta.ſicut habuit Petrus apl's ꝯiugatus. Et cū dicitur virtutes oēs eſſe connexas ſꝫ magiſtrum in.iij.ſen. intelligit̄ de v̄tutibus neceſſarÿs ad ſalutē qualis iſta non eſt.ſicut nec magnificentia. Vel ꝙ ſūt cōnexe in radice charitatis cum iſto ꝑpoſito. vt ſi eſſet a deo preceptuꝫ ſeruare virginitatem ⁊ nondū fregiſſet obediret eam ſuando. ⁋ Sexto quo ad raritatem. Apoc.xiiij. Vidi turbam magnam quam nemo dinumerare poterat.ſ.ſanctoꝛuꝫ. Ponitur autem ibi numerus determinatus virginum quia cētuꝫ quadragintaquatuoꝛ milia.qui virgines permanſerunt.pꝛo indeterminato tamen ponitur.quia plures ſunt. Et ratio huius eſt.qꝛ virtus iſta non poteſt recuperari amiſſa materialiter. Et ſi amiſſa quoad mentem ſolum reparetur per penitentiam.alie autē reparantur per penitentiam. Tuꝫ etiā qꝛ difficilioꝛ ad ſer/

De vi[r]ginitatis cōmendatiōe ⁊ ſunt ſex p[re]eminentie.

.nandum.ibi ſeni frequens pugna ⁊ rara victoria. Omne rarum carum. Quāuis eniʒ aliqd per accidens magis tenentur de gula. alij de alijs vitijs q̄ʒ de luxuria ſm̄ qualitatem cōplexionis. vel del diſpenſatione. tm̄ per ſe loquendo maior communiter eſt tentatio luxurie. Ratio poteſt eſſe. qꝛ natura magis intendit ad conſeruationem ſpēi q̄ʒ indiuidui. cui indiuiduo prouidetur ſatiſfaciendo gule vel alijs vitijs. Nec obſtat ꝙ natura ꝑus retinet neceſſaria ad nutritiuam ⁊ augmētatiuaʒ q̄ʒ tranſmittat ad generatiuaʒ. qꝛ hoc non eſt quaſi magis ſit ſollicita de indiuiduo q̄ʒ de ſpecie. immo ecōuerſo. Sed qꝛ aliter non ageret indiuiduū ad ſuādum ſpēm. niſi ipſum indiuiduuʒ conſiſteret. Uñ quod eſt ꝟ prius intentiōe eſt poſterius in generatione. Sed ꝟ: eſt qꝛ virtuoſi minus ſtudent ſobrietati q̄ʒ caſtitati. ⁊ ꝓpter exercitiuʒ ſit facile quod in experto eſt difficile. Ratio auteʒ quare magis virtuoſi ſtudēt caſtitati q̄ʒ ſobrietati eſt. qꝛ caſtitas nō amittit ſine mortali. Poſſunt aūt deficere a ſobrietate ꝑ venalia. qꝛ iſta conſiſtit in medio quod eſt latum iſta ſcilʒ caſtitas in extremo quod eſt indiuiſibile.

De voluntaria .§.iiij.

De vgi nitate: ſcilʒ ad ta ꝑ q̄ mittit ribus nodis ꝑditur.

⁊ irrecuperabili amiſſione vgīnitatis. Pe. de pal. in. iiij. di. xxxiij. ſic ait. Mulier perdit vgīnitatem per ꝟ ꝙ corrūpitur mēte ⁊ corpore. altero de trib⁹ modis. puta per ꝟ ꝙ ſolū clauſtra frangunt ſibi voluntarie etiā ſi non ſeminaret nec ſemen reciperet. Nam ꝯcupiſcētia ſpadonis defloꝛauit virginē. vt ſcribitur. qui lʒ non poſſet ſeminare poterat tamen clauſtra infringere. Scd̄o modo per ſeminis virilis voluntariā ſuſceptionem. qꝛ ſi ita reciperet ſaluo clauſtro ſicut mēſtruuʒ emittit nec ſeminare. nihilominus virgo non eſſet. qꝛ ſic poſſet concipere. puta ſiquis cognoſceret virginem voluntariam in hoc circa clauſtra pudoris ⁊ ſemē ad matricem attraheretur. Pregnantem eniʒ per naturam nullus diceret virgineʒ. ⁊ tamē mulieres alique cōcipiunt que nō ſeminant. Tertio ſi ex vehementia ardoris ſine fractione clauſtri ipſa ſeminat puta voluntarie cogitās de cōmixtione turpi. ⁊ hoc abſqʒ cōmixtione cum alio. Et talis que corrūpit ſeipſam vel ab alia muliere voluntarie corrupta non debet inter virgines conſecrari. etiam ad tollendum ſcandalum. qꝛ non eſt virgo. Et de hoc in ſecūda parte de ſcādalo. titu. vij. c. iiij. Non tamē faceret bigamū virum cum quo cōtraheret poſt matrimoniū. De corruptione autem inuolūtaria ſciendū. ꝙ non perditur virginitas. per quācunqʒ corruptionem inuolūtariam corporis. etiā tripliceʒ in muliere. Unde qñ opprimit ⁊ frāgunt clauſtra pudoris ⁊ ſemen viri recipitur etiā ſi inde concipiat ⁊ pariat. Item nec per ꝓpriā ſeminationem qñ non ꝓcedit ex ꝯſenſu. nec acceptat ꝯſenſu. quando habet iudiciū rōnis. Uidet etiam aliqbus ꝙ cuʒ virginitas mētis reſpiciat futurū. ſiquis cōplaceat ſibi in preterita pollutione. que nō ex electione proceſſit. vgīnitas non perdit corpore lʒ mēte tm̄. Pro tūc enī nō perditur corpore. qꝛ illa corruptio tranſijt. prius aūt non fuit perdita. qꝛ ꝯſenſus defuit. Requiritur ergo ꝙ cōſenſus ꝓcedat. vt ſi ſentiens ſe calefactū obdormiret vt pollueret ⁊ mulier vt opprimeret. Uel requirit ꝙ ꝯcurrat ꝯſenſus. ſ. pro tp̄e quo pōt cōtradicere Naʒ durāte ſeminatione non hʒ iudiciū rōnis. Et mulier q̄ opprimitur ſi ſuſcipiendo ſemen vel alias qñcunqʒ ꝯſentiat. niſi eo ſolo tp̄e quo inuite excitata ſeminat. qñ ſine culpa ſua careat iudicio rōis. perdit virginitatē ⁊ non alias. Uñ dixit Lucia non corrūpitur corpus niſi de ꝯſenſu mētis. ſ. quoad ꝑctm̄ vel amiſſionē vgīnitatis. Nam ſi me inuitā feceris violare. caſtitas mihi duplicabitur ad coronā. xxxij. q. v. §. j. Talis tm̄ non cōſecraretur inter virgines. ⁊ ꝟ ꝓpter dubium retinētie ꝯſenſus. vt. xxxij. q. v. Ille auteʒ etiā. qꝛ nō poteſt ſignificare integritatē ſponſi xp̄i. ſcilʒ eccleſie. cū corrupta corꝑaliter ſit ⁊ non integra ⁊ ſi virgo. Et cuicunqʒ nuberet faceret ipſum bigamum qꝛ diuiſit carnē in plures. Iteʒ nota ꝙ integritas carnis. in experientia voluptatis ⁊ electio actualis. per violentiam demonis vel hominis infirmitatem vel ſomnium et huiuſmodi. perdi poteſt. Sed per hoc nō perditur virtus virginitatis. Unde bene poteſt eē pater virgo per ſemen emiſſum a dormiente. demone ſuccubo recipiente. ⁊ poſtea per eundem demonem incubum factum tranſfuſum in feminam. cum etiam ſuſcipiendo ſemen virile ſaluo clauſtro mulier poſſit cōcipere. Sed in partu perdet integritatem. ſed virginitatis virtutem retinebit pater predictus. ⁊ vi etiam oppreſſa pariens. ⁊ aureolam etiam vt rqʒ habebit. Unde in cronica martiniana legitur de merlino ꝙ fuit filius diaboli. quia ſcilicet conceptus per monialem ex demone ſuccubo et incubo ipſius. Et de antichriſto aliqui dicunt ꝙ ſimili modo concipietur. Unde dicit apoſtolus eum filiū perditionis. Quāuis autem quidam dicunt virginitatem ſtatum dicere oportere. non virtutem ſpecialem. tamen communior opinio eſt ꝙ ſit virtus ſpecialis. que amiſſa ſemel non recuperatur. Unde Hierony. cuʒ poſſit omnia deus. virginem non poteſt ſuſcitare poſt ruinam. valet quidem liberare de pena. ſed non valet coronare corruptam. xxxij. queſtione quinta. Si paulus.

De vgī tate q̄ ad ca q bus nō ꝑditur

¶ Clementia qd ſit ⁊ in quo ꝯſiſtat. Ca. ix.

De clementia qd ſit. DE clementia conſequēter videndū eſt. Hanc diffinit Tullius in. ij. rethō. Clemētia eſt ꝑ quam animus ꝯcitatus in odiū ali cuius benignitate retinet. Pro cuius declaratione dicit bea. Thō. ij. ij. q. clvij. ꝙ affectus hominis inclinatur ad minorationē eoꝝ que ꝑ ſe hoi non placēt. Ex hoc aūt ꝙ aliquis amat aliquem. ꝯuenit ꝙ nō placet ei ꝑ ſe pena eius. ſed ſolum in ordine ad aliud. puta in ordine ad iuſtitiam vel ad correctionē eius punit. Et ideo ex amore ꝯuenit ꝙ aliqs ſit ꝓptus ad diminuendum penas. qḋ ꝑtinet ad clementiā. ⁊ ex odio impedit talis diminutio. Et ꝓpter h̄ Tullius dicit ꝙ aīus ꝯcitatus in odiū. ſ. ad gravius puniendū. per clementiā retinet. ne. ſ. acriorē inferat penā. Non ꝙ clementia ſit odij moderativa. ſed pene. Manſuetudo aūt moderatur iram. vnde odiū naſcit. Crudelitas aūt opponitur ei per exceſſum. Unde dicit Sene. in lib. de clementia. ꝙ crudeles vocant qui cām puniendi habent. modū nō habēt. Qui aūt in penis hominū delectant ꝓpter ſe. etiā ſine cā. ſevi vel feri dicunt.
ꝙ clementia ſit virtus. Qꝫ aūt ſit virtus ꝓbatur ſic. Uirtus moralis ꝯſiſtit in hoc ꝙ appetitus rōni ſubdat vt dr̄ in. ij. ethi. hoc aūt ſeruatur in clementia. Nam in diminuēdo penas clemens aſpicit ad rōnem. vt dicit Sene. qn̄ debet ⁊ in qbus opoztet diminuit penas. ⁊ non inferunt ſine cauſa. Unde Seneca. Clemētia hoc primū preſtat. vt quos dimittit nihil aliud eos pati debuiſſe ꝓnunciat. Severitas aūt eſt inflictiva penarum ſm legem. Clemētia aūt diminuit de pena que eſſet debita ſm legē cōmunem. ⁊ hoc ꝓpter aliqua particularia ꝯſiderata iuſte tñ quaſi decernens nō eſſe magis puniendū ſm intentionē legiſlatoris. lꝫ nō ſꝫ v̄ba ipſa. tñ diminutio penaꝝ legis magis ſpectat ad eqtatē q̄ iudicat ſꝫ intētionē legiſlatoris ⁊ nō ſm legis v̄ba. Sꝫ clemētia moderat affectū ai vt non vtat ſua poteſtate in inflictione penaꝝ. Habet aūt clementia quandā excellentiā inter virtutē ſicut ⁊ māſuetudo ſm qd. Nam inquantū diminuit penas. maxime videt accedere ad charitatē. que ē maxima virtutū. per quā bona primo operamur ⁊ mala impedimus. Hiero. Qui clementiā nō habet nec indutus eſt viſcera miſericordie ⁊ lachrymarum. q̄uis ſpiritualis ſit nō adimplet legem. di. lxxxvj. Qui clementiam.

Quibus ſit clemētia neceſſaria ¶ Clementia licet .§. i. omnibus vtilis ſit. neceſſaria tamen precipue eſt principibus. Et ad hanc multa inducunt exempla ſm Guil. in ſum. virtu. Primum eſt exemplum ſummi ꝑncipis dei. Sap. xj. Parcis omnibus qm̄ tua ſunt. Heſter. xiij. Scripſit in litteris ſuis miſſ s per orbem aſſuerus. Nolui poteſtatis abuti magnitudine. ſed clementia ⁊ bonitate gubernare ſubiectos. Aſſuerus interpretat beatitudo. ⁊ ſignificat deū. Uirga aūt q̄ in etiam eius extenta erat ſignum clementie. Heſter. iiij. Hier. Qḋ divinitatis natura clemens eſt ⁊ pia magiſq́ꝫ ad miſericordiam q̄ꝫ ad vindictam prona. ſiquis converſus fuerit ad penitentiā. cito a miſericorde iudice veniam impetrabit. de pe. di. j. Secundum eſt exemplum creaturaꝝ inferiorum vt apum. Seneca. Iracūdiſſime ac pro captu corporis pugnatiſſime ſūt apes. ⁊ aculeū in vulnere relinquūt. rex ipſe ſine aculeo eſt. Uoluit ipſum natura. nec ſevum eſſe. nec vltorē. exemplum hoc regibus omnibus ingens pudeat ab exiguis animalibus nō trahere mores. Tertiū eſt naturalis nobilitas animorum qui regendi ſunt. Seneca. Remiſſius imperāti melius paret. iij. Regum. xx. Reges domus iſrael clemētes ſunt. Quartū eſt qꝛ clementia congruit nature humane. eius aūt contrariū ſcilicet crudelitas eſt proprium ferarum Seneca. Quid iſtud delectari ſono carnium multū ſanguinē fundere. terrere aſpectu ſuo que alia vita eſſet q̄ꝫ ſi leones vrſiq́ꝫ regnarent. In archa domini que ſignificat mentem rectoris. erat nō ſolum virga ſeveritatis. ſꝫ etiam manna dulcedinis ⁊ clementie ſignativa. Quintum eſt precioſitas ſanguinis humani. Seneca clementia ſanguini alieno ſicut ſuo parcit. Grego. naçan. ad Imperatorem. Gladius tibi datus eſt a deo non tam vt opereris q̄ꝫ vt cōmineris. Principi eccleſie dictum eſt converte gladiū tuum in vaginā. Matthei. xxvj.
Deceꝫ ſūt q̄ inducunt ad clemētiaꝫ ¶ Sextum eſt finis ꝓpter quem ſunt conſtituti principes. vt ſcꝫ medeātur generi humano. Sene. nō minus principi ſūt turpia multa ſupplicia. q̄ꝫ medico multa funera. ij. ad Corin. x. Poteſtatem nobis dedit deus in edificationē non in deſtructionē. ¶ Septimum eſt qꝛ crudelitas ꝯtraria ei hoſtes multiplicat. Sene. Uoluntas aūt ſeviendi oportet ante q̄ꝫ cauſa deficiat. alioquin quemadmodum ꝑciſe arbores plurimis ramulis pullulant. ita regia crudelitas auget numerum inimicorum. ¶ Octavum ē qꝛ preſtat ſecuritatem principi. Prover. xj. Clemētia preparabit vitam. Sene. Non eſt opus latera montium abſcindere multiplicibus muris turribuſq́ꝫ ſepire. ſaluum regem in aperto clementia preſtabit. ¶ Nonum eſt quia regnum roborat. Prover. xx. Miſericordia ⁊ veritas cuſtodiunt regem. ⁊ clementia roboratur thronus eius et ſm bea. Thō. Miſericordia ⁊ pietas conveniunt cum clementia ⁊ manſuetu-

dine inquantum concurrunt ad eundem effe/ctum. qui eſt ꝓhibere mala proximorũ. Differunt tamen quantum ad motiuum. Nã pietas remouet mala ꝓximorũ ⁊ reuerentia quã hꝫ ad aliquē ſuperiorē deũ vel parentē. Miſericordia remouet mala aliorũ. ex hoc ꝙ in eis contriſtatur quaſi eſtimãs ad ſe ꝑtinere. quod ꝓuenit ex amicitia. Manſuetudo inquantũ remouet iram incitantē ad malũ aliorꝫ. Clementia hoc facit ex animi lenitate inquantũ iudicat equum talē non amplius puniendũ. ¶ Decimo bonitatem ꝑncipis ⁊ populi conſumat. Prouer. xvj. Clemētia regis quaſi imber ſerotinus. Et Cryſ. dicit ꝙ melius eſt domino reddere rationem de nimia miſericordia q̄ꝫ de nimia ſeueritate. xxvj. q. vij. Alligant.

¶ Modeſtia quid ſit ⁊ quibus cõmendatur.
Capitulum. x.

Poſt continentiam ⁊ clementiã ponit Tullius modeſtiam partē tēperantie. ſicut aũt temperantia eſt moderatiua eoꝝ que difficillimũ eſt refrenare. ſ. delectationes ciborũ ⁊ venereorum. ita modeſtia eſt moderatiua eorũ que in hmõi mediocriter ſe habent. i. non hñt tantam difficultatē. Unde poſt temperantiã ⁊ moderationem penaꝝ quã facit clemētia. q̄tuor relinquuntur modeſtie moderãda. Primũ eſt motus animi ad aliquã excellentiã. ⁊ hunc moderatur humilitas. ¶ Secundũ eſt deſideriũ eorum que pertinēt ad cognitionē. ⁊ hoc moderaẜ ſtudioſitas. ¶ Tertiũ ē qḋ ꝑtinet ad corporales motꝰ ⁊ actiões vt decēter ſiãt ⁊ modeſte tã in his que ſerio q̄ꝫ in his q̄ ioco aganẜ. Et quãtum ad ea que pertinēt ad ludũ. i. ſolatium ponit phs eutropeliã. ¶ Quartum eſt qḋ ꝑtinet ad exteriorē apparatum vt in veſtibus ⁊ huiuſmodi. ad Phil. iiij. dicit apłus. Modeſtia vr̃a nota ſit oĩbus hoibus. hec be. Tho. ¶ Quod circa cõpoſitionē exterioꝝ motuũ ſit virtus. ſ. bea. Tho. ſic ꝓbat. ij. ij. q. clxviij. ar. j. Uirtꝰ moralis ꝯſiſtit in hoc ꝙ ea que ſunt hoīs ꝑ rõnē ordinanẜ. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ motus exteriores hoīs ſunt ꝑ rõnem ordinabiles. q2 ad īperiũ rõnis exteriora mēbra mouenẜ. vñ pꝫ ꝙ circa horũ motuũ ordinationē ꝯſiſtit virtus moralis. Ordinatio aũt hoꝝ motuũ attendiẜ q̄ꝫ tum ad duo. ¶ Uno modo ſm conuenientiam perſone. Alio modo ſm conuenientiã ad exteriores ꝑſonas negocia ſeu loca. Uñ be. Amb. dicit. j. de offi. Hoc eſt pulchritudinē viuēdi tenere. ꝯuenientia cuiq̄ꝫ ſexui ⁊ perſone reddere. ⁊ h̄ ordo geſtoꝝ optimus hic ornatus ad oēm actionem cõmodius. Item q2 exteriores motꝰ ſunt ſigna iterioris diſpõnis que attēdiẜ circa (De mo/deſtia/qd ſit/virtus.)

animi paſſiones. iḋ per motus exteriores aliꝫ homines de nobis iudicium capiũt ſm illḋ Eccle. xix. Ex viſu cognoſcitur vir ⁊ ab occurſu facie ſenſatus. Et ideo modeſtia exteriorũ motuum quodãmõ ad aliud ordinaẜ ſm illḋ Augu. in regula. In oibus motibus vr̃is nihil fiat qḋ cuiuſq̄ꝫ offendat aſpectũ. ſed ꝙ vr̃am deceat ſanctitatē. Et ideo moderatio horũ motuũ poteſt reduci ad duas virtutes. quas phs tangit in. iiij. Ethi. Inquantũ enī per exteriores motꝰ ordinamur ad alios ꝑtinet hmõi motuũ exteriorũ ordinatio ad virtutē amicitie ſeu ad affabilitatem que attenditur circa delectationes ⁊ triſtitias que ſunt in v̾bis ⁊ in factis in ordine ad alios cũ quibus viuit. Inquãtũ v̾o exteriores motus ſunt ſigna iterioris diſpõnis ꝑtinet talis compoſitio motuũ exterioꝝ ad v̾tutem veritatis per quã quis talē ſe exhibet exterius qualis eſt interius. ¶ Et q̄ꝫuis ex naturali diſpoſitione quis habeat inclinationē ad hãc vel illã cõpoſitionē motuũ exteriorũ: tñ quod deeſt nature pōt ſuppleri per induſtriã rõnis be. Amb. in li. de offi. Motũ natura informat. Si quid ſane in natura vitij eſt. induſtria emendetur. Modeſtiã ſic diffinit Tull. in. j. reth. Modeſtia eſt per quã pudor honeſtatis purã ⁊ ſtabilem cõparat auctoritatē. pudor eſt timor turpitudinis vel fuga rei indecētis. declinãdo indecentiã in exterioribus. Auctoritas diciẜ hic grauitas. Purã dicitur. i. non habens admixtionem ſui contrarij. ſ. vtilitatis. Stabilis q2 non eſt momētanea talis grauitas ſꝫ ꝑmanēs. (Modeſtia qd ſit.)

¶ De modeſtia igi/ . §. i.

tur quantũ ad tertiũ modũ ex quatuor ſupradictis. ſ. circa motus ⁊ actus corporales notãdũ ꝙ ordinatio iterior (que eſt cũ rõ preeſt ⁊ appetitum temperat) eſt cã exterioris ordinatiõis. ⁊ exterior geſtus eſt ſignũ iterioris diſpõnis. Eccle. xix. Amictus corporis ⁊ riſus dētiũ ⁊ greſſus hoīs enũciat de eo. Et Augu. dicit ꝙ incõpoſitio corporis qualitatē indicat mētis. diſti. xlj. §. vl. clericus. ¶ Sciendum ꝙ motus vnḋ modeſtia diciẜ eſt tenere decorē in exterioribꝰ actibus. ⁊ decor iſte attendiẜ reſpectu aſpectus hominũ. Decoꝝ in homine dicitur qḋ eſt ꝯſentaneũ nature. i. rõni naturali. ¶ Primo igiẜ attendēda eſt qualitas ꝑſone que aliquid agit ⁊ cum qua agiẜ. ⁊ tp̄s ⁊ locus. Aliquid enĩ congruit vni perſone qḋ non cõgruit alteri. Job ꝑmittebat filijs conuiuia facere ad fouendũ inuicem beniuolentiam. ⁊ ipſe tamē non intererat. Aliquid licet extra eccleſiam quod non licet intra eccleſiã. vt iudicia facere ⁊ negociationes. ⁊ huiuſmodi. Aliquid licet vno tēpore vt venari ⁊ huiuſmodi qḋ non lꝫ alio. vt in q̄dra (Cũ di/caẜ mo/deſtia.)

geſima. Aliquid licet dicere in vna materia qḋ
non eſt decens in alia. Tullius. Uitioſum eſt
in re ſeua delicatum inſerre ſermonem. Item
modeſtia indecentiam cauet in verbo. in riſu.
in motu corporis. in membrorum ſitu. in occu
patione vel actu in habitu. Et quantum ad verba
⁊ riſus ſic dicit Sene. de quatuor virtuti. A verb
turpibꝰ abſtineto. Sermones vtiles magiſꝗ fa
cetos ⁊ affabiles ama: rectos potiꝰ ꝗ̄ obſecun
dantes. Miſcebis interdum ſerys iocos ſed
temperatos. Sed non modicus reprehenſibi/
lis eſt riſus ſi pueriliter effuſus. ſi muliebriter fa/
ctus odibilem facit. Idem riſus ſine cachino.
Uox ſine clamore. inceſſus ſine tu multu. qui//
es tibi non deſidia erit. Idem non ſis aliorum
curioſus ſcrutator nec acerbus reprehenſor. ſi
ne exprobratiōe correptor. ita amonitionē illa
ritate p̄u. i is. ⁊ errori facile veniā dato. Nec ex
tollas quēꝗ̄ nec deycias. Regrē ti facile rn̄de.
Cōtēdēti facile cede. Nec iniurgia execratiōeſ
ꝗ̄ deſcēdas. Rari ſermonis ſis ſȝ loquentium
que ſint patiens. ¶ Circa motum corporis cauenda eſt
cauēda ⁊ nimia tarditas ⁊ nimia velocitas. Sene. Si
circa ꝯtinēs es ⁊ animi tui ⁊ corpis motus obſerua
motum ne indecori ſint. De hmōi indecentia dicitur.
corpis Eſa. iy. Pro eo ꝙ eleuate ſunt filie ſyon extēto
collo. ⁊c̄. In occupatione attendenduȝ ē ad na
turam. ad quid. ſ. aliquis a natura ſit diſpoſitꝰ.
Qui enīȝ debilis eſt corpore ⁊ ingenioſus ⁊ vi
uacis memorie. non militiam ſed litteraruȝ ſtu
dium ſectari debet. Attendendum eſt ad etatē.
Etas enim adoleſcentie labore animi vel cor//
poris exercenda eſt. ⁊ auctoritati ſenuȝ ſubyci
enda. Debent enim adoleſcentes ſenes vereri.
ꝯſilio eoꝝ regi. ⁊ exēplo iſormari. Senibꝰ vō ſt
labores corpis minuēdi. Cōſilio debēt alios iu
uare ⁊ exēpla imitatiōe digna miniſtrare. ꝑla/
ti vō eſtimare ſe gerē ꝑſonā ꝑ ciuitatis.

¶ De modeſtia .§. ij.

De mo/ ſenſuum ꝑcipue oculoꝝ. Licet oēs ſenſus ꝺbea
deſtia mus retinere freno modeſtie. quia vt dicitur
ſenſuū. Hiere. ix. Mors aſcēdit per feneſtras noſtras.
ſ. ſenſuum. ingreſſa eſt domos noſtras. Propt
quod ait apl'us. Mortificate mēbra veſtra que
ſunt ſuper terram ideſt organa ſenſuuȝ. In cu
ius figuram Ioſue quinꝗ reges affixit cruci:
quia ſenſus quinꝗ cruci mortificationis ſunt
Mole/ ſubmittēdi. Precipue tamen hoc fieri oportet
ſtia vi/ circa oculos. nam quanto nobilius eſt membrum
ſus ē ne ⁊ viuacior ſenſus. quia plures rerum differen
ceſſaria tias apprehendit. tanto magis nociuum ſi nō
regulетur ratione propria. Oculus meus dep/
datus eſt animam meam. Oculus enim irritat
gulam. Gen. iy. Uidit mulier lignum quod eſ
ſet bonum ad veſcendum. pulchrum viſu ⁊c̄.

Incitat cupiditatem. Unde diabolus oſtendit Mode
chriſto omnia regna mundi vt tentando indu ſtia vi/
ceret ad auaritiam. Matthe. iiy. inflammat lu ſus ē ne
xuriā Eccleſiaſti. ix. Ne aſpicias in vultum mu ceſſariꝰ
lieris. ex hoc concupiſcentia enim exardeſcet
quaſi ignis. Quanto plura ligna ponuntur in
igne. plus ardet. Aly ſenſus de muliere aliqd
apprehendunt. vt auditus vocem ⁊ huiuſmo
di. Sed viſus multa ſimul. quia et faciem ⁊ co
lorem ⁊ ornatum ⁊ geſtuȝ. ⁊ ideo plus inflam
mat. Excitat ſuperbiam. Dicit enim Bernar.
ꝙ lucifer videns dei filium equalem patri. vo
luit ei aſſimilari. et ſuperbia ductus dixit. Si/
milis ero altiſſimo. ſic de bufone fabuloſe di/
citur ꝙ videns bouem in prato ita pinguem ⁊
groſſum volens ei aſſimilari intumuit intan/
tum ꝙ crepuit. Ad iraȝ inducit Matthe. xviy.
videntes conſerui que fiebāt contriſtati ſunt
valde: ſcilicet pre ira. Ad inuidiam prouocat.
primi Regum ſecūdo. Uidebis emulum tuuȝ
in templo in omnibus proſperis. ⁊ poſtea ſub
ditur. vt deficiāt oculi tui: ſcilicet inuidia. ⁊ ta/
beſcat anima tua. Accidiam immittit videns
enim piger intemperiem aeris non vult exire
ad agrum Eccleſiaſti. xj. Qui obſeruat ventuȝ
nunquam ſeminat. Unde dixit chriſtus. Luce.
xj. Si oculus tuus nequam fuerit. totum cor/
pus tuum tenebroſum erit. quia omnes tene/
bre peccatorum ex immodeſtia oculorum. Ci/
tius etiam peccatur per oculum. quia in mo//
mento in ictu oculi. Unde de holoferne dici/
tur Iudith. xiiy. quia ſtatim captus eſt in aſpe/
ctu eius. Facilius enim peccatur per oculum.
quia facilius patet obiectum oculorum quam alio
rum ſenſuum. Hec habētur in expoſitione re/
gule beati Auguſti. ab vmberto.

¶ De modeſtia cir/ .§. iij.

ca ludos ⁊ circa dicta vel facta iocoſa circa que
philoſophus ponit quandam virtutem eſſe De
quam nominat eutropeliam. noſtra autem lin/ deſtia
gua dicere poſſumus iocunditatem vel vrba/ circa
nitatem. Pro cuius declaratione ſciendum ſȝ do
beatum Thomam ſecunda ſecunde queſtione
clxviij. ꝙ ſicut corpus indiget corporali quie
te ad refocillationem ſui. quia non poteſt con/
tinue corporaliter laborare. propter hoc ꝙ hu
bet finitam virtutem que determinatis labo/
ribus proportionatur. Ita etiam ex parte ani
me. cuius eſt virtus finita. ad determinatas
operationes proportionatur. Et ideo quando
vltra modum ſuum in aliquas operationes
ſe extendit laborat ⁊ ex hoc fatigatur preſer//
tim quia in operationibus anime ſimul etiam
laborat corpus inquantum ſcilicet anima intel
lectiua vtitur viribus per organa corpea ope

rantibus.ſunt autem bona ſenſibilis cõnatura lia homini. Et ideo qñ aia vltra ſenſibilia ele-natur operibus rationis intenta.naſcitur exin-de quedam fatigatio animalis.ſiue hõ intẽdat operatiõi rõnis practice ſiue ſpeculatiue. Ma-gis tamen ſi operibus ↄtemplationis intẽdit. q₂ per hoc magis a ſenſibus eleuatur.Quis in aliquibus operibus rõnis practice. exteriori-bus forte corporis magis fatigeť. In vtriſq₃ tñ tanto magis quis aialiter fatigať.q̃to magis operibus rõnis intendit.ſicut aũt fatigatio cor-poralis ſoluiť per corporis quietẽ.ita ẽt opʒ ꝙ fatigatio aialis ſoluať per quietẽ animi. Qui-es aũt animi eſt delectatio.Et iõ opʒ remediuʒ cõtra fatigationẽ aialem adhibere per aliquaʒ delectationẽ.intermiſſa intentione ad inſiſten-dum ſtudio rõnis.ſicut legimus in collationi-bus patrũ de Joã.euã.ꝙ cum ſcandalizaretur quidã videns eũ ludentem cũ diſcipulis. fecit eũ trahere arcũ pluries ꝛc̃. Idẽ legiť de ſancto Anto. Et dixerunt ꝙ ita animus frangeretur ſi nunq̃₃ a ſua intentione relaxareť.hmõi autem dicta,vel facta in qbus non queriť niſi delecta-tio aialis.dicuntur ludicra ꝛ iocoſa.ꝛ iõ neceſ-ſe eſt interdũ talibus vti.quaſi ad quandã ani-mi quietẽ.ꝛ hoc eſt qõ phs dicit in.iiij.Ethi.ꝙ in hmõi vite ↄuerſatione quies quedã habeť cum ludo.Circa que tamẽ tria videnť pcipue attendẽda.Primũ ꝛ principale ꝙ predicta de-lectatio nõ queratur in aliqbus verbis vel fa-ctis turpibus vel alias nociuis.Scõm ne tota liter grauitas animi reſoluať.Un̄ Tullius in li bro de offi.Sicut pueris nõ oẽm ludendi licẽ-tiam damus.ſed ẽt que ab honeſtis actibꝰ non ſunt aliena.Sic in ipſo ioco aliquid pbi inge-nij lumen eluceſcit.Tertiũ qõ eſt attendenduʒ ſicut in omnibus alijs actiõibus humanis vt cõgruant perſonis.tpibus.ꝛ locis ꝛ ſm alias debitas circũſtãtias ordineť.ꝛ ſic circa hmõi eſt virtus.Et no. ꝙ licet Tullius dicat.j.retho. ꝙ quãdo auditores ſunt defatigati.nõ eſt inu-tile ab aliqua re noua aut ridicula incipere ora tionem.Si tamẽ dignitas rei nõ adimat facul tatẽ.ſed addit.Et ideo q₂ ſcriptura ſacra maxi-mis rebꝫ intẽdit ſm illud Prouer.viij.Audi te q₂ de rebus magnis locutura ſum.Ideo bea tus Amb.ſup Lucã tractãs illud.Ueh vobis qui ridetis.Excludit iocum.non quidem a cõ uerſatione humana.ſed a doctrina ſacra.Unõ dicit.Licet interdum honeſta ioca ſint ac ſua-uia.tamẽ ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula. qñ in ſcripturis non reperimus ea quemadmo-dum vſurpare poſſumus.

De cã q̃re ludꝰ neceſſarius eſt aliqñ.

De triꝰ que i ludo ſt ttẽdẽ-ſa.

¶ De modeſtia .§.iiij.

circa habitum vel cultũ veſtiuʒ dicit Hiero.ꝙ nec affectare ſordes nec exquiſite delitie laudẽ pariunt.diſtinctione.xlj.§.j.Sciendum igitur ſm beatum Thomam ſecunda ſecunde que-ſtione.clxix.ꝙ in his rebus exterioribus qui-bus homo vtitur non eſt vitium in ſe aliquod. ſʒ ex parte hominis ꝙ immoderate vtitur eis. Que quidem immoderãtia poteſt eſſe dupli-citer.Uno modo per comparationem ad ho-mines cum quibus viuit.Unde Auguſtinus diſtinctio.viij.Que contra mores ꝛc̃. Turpis eſt omnis pars que vniuerſo ſuo non congru-it.Alio modo poteſt eſſe immoderãtia in vſu talium rerũ ex inordinato affectu vtentis exq̃ contingit quãdoq₃ ꝙ homo nimis libidinoſe vtatur talibus.ſiue ſit ſm conſuetudinem.ſiue preter conſuetudinem eorũʒ inter quos viuit. Contingit autẽ iſta inordinatio affectus tripli citer.Uno modo inquantũ ex ſupfluo cultu ve ſtium quis querit gloriam.prout veſtes ꝛ hu-iuſmodi pertinent ad ornatum quendã. Alio modo ſm qõ per ſuperfluuʒ cultum querit de litias ſm qõ veſtis ordinať ad corporis fomen tum.Tertio modo ſm qõ nimiam ſollicitudi-nem apponit homo ad exteriorem cultum ve-ſtium.Etiam ſi non ſit aliq̃ inordinatio ex par te finis.Et ſm hoc Andronicus ponit tres vir-tutes circa exteriorem cultum.ſ.humilitatem. que excludit intentioneʒ glorie.Unde dicit ꝙ humilitas eſt habitus non ſuperabundans in ſumptibus ꝛ preparationibus .Et per ſe ſuffi-cientiam.que excludit intentionem deliciarũ. Unde dicit ꝙ per ſe eſt ſufficiens habitus con-tentus eorum quibus oportet.ꝛ determinati-ua eorum que ad viuere conuenit.Et ſimpli-citatem.que excludit ſuperfluam ſollicitudi-nem.Unde dicit ꝙ ſimplicitas eſt habitus con tentus his que contingunt.Ex parte defectus poteſt eſſe duplex inordinatio. Uno modo ex negligentia hominis.qui non adhibet ſtudi-um ꝛ laborem.vt vtatur exteriori cultu vt de-cet.Unde philoſophus dicit ꝙ ad molliciem pertinet ꝙ aliquis trahat veſtimentum ſuum per terram. et non laboret in eleuando. Alio modo inquantum ipſum defectum exterioris cultus ordinat ad gloriaʒ.Unde philoſophus dicit in .iiij. Ethicorum ꝙ ſuperabundantia ꝛ inordinatus defectus ad iactantiam pertinet. Ad hoc facit ꝙ dicit Auguſtinus diſtinctione xlj.quiſquis.Et cõtra modeſtiam eſt ẽt fucus.

De modeſtia circa hĩtum vel cultum veſtiũ.

ſ.p.ij. ti.j ſu-pbia ve ſtium.

¶ De ſtudioſitate. Capitulũ.xj.

Ponitur etiaʒ pars modeſtie.et per conſequens tem-perantie ſm Beatum Thomam ij.ij.q.clxvj.ſtudioſitas que virtus eſt ↄtria curioſitati refrenans animum ab inor-

De ſtudioſitate qd ſit & vnde dicatur.

dinato affectu cognoſcendi. Unde aug⁹. dicit q curioſi eſſe phibemur. magne temperantie munus eſt. Dicitur autem ſtudioſitas a ſtudio. Studiū aūt dr̄ eē vehemēs animi applicatio circa aliquid pagendum. Mens aūt non applicatur ad aliquid niſi cognoſcat illud. Unde per prius mens applicatur ad cognitionē. ſecundario autem applicatur ad ea in quibus homo per cognitionem dirigitur. Et ideo ſtudium per prius reſpicit cognitionem. & ſecundario quecunq3 alia ad que opanda directiōe cognitionis indigemus. Uirtutes aūt pprie ſibi attribuunt illam materiam circa quā primo & principaliter ſunt. vt fortitudo. pericula mortis. tempantie. delectationes. tactus. & ideo ſtudioſitas dicitur proprie circa cognitionem. vnde prouerb. xxvij. Stude ſapientie fili mei. letifica cor meum vt poſſis reſpondere ſermonez.

Quid ſit virt⁹

Quod aūt ſit pars temperātie ſic declarat beatus Tho. vbi. ſ. Ad temperantiam ptinet moderari motum appetitus ne ſuperflue tendat in id quod naturaliter concupiſcit. ſicut autez homo naturaliter concupiſcit delectationes ciborum & venereo♃ ſm naturam corpalem ita ſm animā naturaliter deſiderat cognoſcere. vnde & phus dicit q omnes homines natura ſcire deſiderant. Moderatio aūt huius appetitus ptinet ad virtutē ſtudioſitatis. Et ſic patet q ɔtinetur ſub modeſtia & eſt pars tēperantie. Et Nota ſm beatum Tho. vbi. ſ. q actus cognoſcitiue virtutis imperatur a vi appetitiua que eſt motiua omniū aliarum virium. Et ideo circa cognitionē duplex bonum poteſt attendi. Unum quidē qͣntum ad ipm actum cognitionis. & tale bonuz pertinet ad virtutes intellectuales. vt. ſ. circa ſingula homo exiſtimet verum. Aliud eſt bonū quod pertinet ad actuz appetitiue virtutis. vt ſcilicet homo habeat appetitum rectum applicandi vim cognoſcitiuā ſic vel aliter ad hoc vel ad illud. Et hoc pertinet ad virtutem ſtudioſitatis. & ſm hoc ponit virtus moralis. Item cum ſm phm in. ij. ethi. ad hoc q homo ſit virtuoſus oportet q ſeruet ſe maxime ab his ad que natura inclinat. Inde eſt q ſicut natura inclinat ad timendum pericula mortis in quibus ſe ſeruat contra ea per fortitudinem & ſectandum delectabilia tactus a quo retrahitur per temperantiam. ſic etiam natura inclinat ad appetendum ſcire. Sed qͣntum ad cognitionem eſt in homine contraria inclinatio. quia ex parte anime inclinatur homo ad hoc q cognitionem rerū deſideret. Et ſic oportet vt homo laudabiliter huiuſmodi appetitum refrenet. ne immoderate cognitioni rerum intendat. quod eſſet vitium curioſitatis. Ex pte vero nature corpalis inclinat hō ad hoc vt laborem vitet inquirendi ſcientiam. circa qd ſtudioſitas

¶ Quantū ad primum ſtudioſitas irrefrenatione conſiſtit. appetitus inordinati. Sed quā tum ad ſecundum Laus huius virtutis conſiſtit in quadam vehementia intentionis ad ſciētiam re♃ percipiendam. primum tamen ē eēntialius huic virtuti qͣ ſecundum.

¶ Nota q ſex ſunt .§. i.

De ſex gradib⁹ qb⁹ puenit ad ſapientiaz

que multū valent ad diſcenduz precipue ſacrā ſcripturā. & per ɔſequens ɔgruunt ſtudioſitati que figurant per ſex gradus quibus aſcendebatur ad thronuz Salomonis qui ſignificat ſapientiam. ¶ Primū eſt mentis depuratio ſeu puritas. quia vt dicitur Sap. j. In aīam maliuolam nō intrabit ſapientia &c. ad quā puritatem multū operatur timor domini. qr vt dicit Prouer. xiiij. Sapiēs timet & declinat a malo. ps. cx. Initiuz ſapientie timor dñi. Jō ioanni euāgeliſte ppter eminētiam puritatis collata fuit magna ſapientia. ¶ Secūdum eſt frequēs orō. Jaco. j. Si quis indiget ſapientia poſtulet a deo Sap. viij. Inuocaui & venit in me ſpirit⁹ ſapientie. Sic Salomoni oranti poſt orationez fuit collata ſapiētia. Et bea. Tho. de aquino dicit. q magis per orōnem qͣ per lectionē hauſerat ſapientiā. & ſic bea. Ber. ¶ Tertiū vera humiliatio. vbi humilitas ibi & ſapiētia. Phiolo. Inter ſapientes ille ſapientior qui & humilior. Et debet eſſe humilis quoad quatuor. Primo vt nullā doctrinā cōtemnat. Sen̄. Primuz documentuz ē. vt nullam ſapientiaz contemnas. Secundo vt a nullo addiſcere quis erubeſcat Sene. Que nō noſti. ſine occultatiōe ignorātie tibi poſtula impartiri. Aug. Senex a puero exiſtens tot annorū a collega nondū anniculo paratus ſum edoceri. xxiij. q. iij. ſi habes. & diſt. xxxviij. ſi nullus. Et etiā a malis debet hō addiſcere. In cuius figura eſt q vaſa aurea & argētea egyptio♃ dñs iuſſit iſraelitis mutuo accipere: & aſportare ad ɔſtructionē tabernaculi. qr videlicet ſapiētiam & eloquētiā ethnico♃ poſſumus & debemus vti ad eccl'ie edificationem. vt dicit Gra. di. xxxvij. Qui. n. ſolū a bonis volūt diſcere ſunt ſimiles illis qui ſemp in cyphis argenteis vel aureis volunt bibere. quo♃ ſitis mi ſeranda nō eſt. Tertio vt quis non erubeſcat cōfiteri ſe neſcire quod neſcit Augu. Non eſt homini erubeſcendū ſe confiteri neſcire qd nōdū ſe neſcire mentitur. nunqͣ ſcire mereat. Quarto vt humilem modū loquendi quem hz ſcriptura non contemnat. Quartum eſt vt librorū emendationi intendat. Unde Augu. de doctrina xpiana ait. Codicibus emendādis prius debet inuigilare ſolertia corū qui ſcripturas ſanctas intelligere deſiderant. Quintum eſt vt ſit

diligens ſcripturas ſacras indagando ad qḋ ē
neceſſarium primo māſuetudo vt homo cedat
auctoritati diuine ſcripture. Aug. de doctrina
chriſtiana. In omnibus canonicis ſcripturis.
timentes deum ⁊ pietatem manſueti querunt
voluntatē dei. Hoc aūt ordine ꝓcedendum eſt
in indagando ſcripturas ſacras ſm Augu. in
dicto li. Erit diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſolertiſſimus
indagator qui ꝑmo totas legerit. notaſqꝫ ha/
buerit. ⁊ nondū intellectu iam tamen lectione
dūtaxat eas que canonice vocantur. Nam cete
ras ſecurius leget fide veritatis inſtructus. In
quiſitio aūt dupliciter fit. Qñqꝫ ab alio querē//
do ad quod ptinet qḋ ait idem. Nullis res ma
gis memorie mandanda eſt. qꝫ illa verborum
locutionūqꝫ genera que ignoramus. vt cuꝫ pe
ritior occurrent. qri poſſit. Qñqꝫ inquirit qs
per ſe in ſcriptura. ⁊ tūc cauenda eſt ei temeri//
tas. ne ſcilicet nota pro ignotis habeat. hiſqꝫ te
mere aſſentiat. hec enim preſumptio ē. ¶ Iteꝫ
in inquirendo cauenda ſunt tria que impediūt
profectum ſtudij. Primum eſt curioſitas vt. ſ.
non impendantur magna opera his que non
ſunt magne vtilitatis. Sene. Quid te torques
in illa queſtione quam ſubtilius eſt cōtempſiſ/
ſe qꝫ ſoluere. Cauenda eſt etiaꝫ inſtabilitas. Se
neca. Ne lectio multorum auctorum ⁊ omnis
generis voluminum habeat aliquid vagum ⁊
inſtabile. Cauenda eſt etiaꝫ rixandi libido que
peritos in arte logica multum ſolet vexare. ij.
ad Thimo. ij. Noli contendere verbis. Cauen/
da eſt etiam nimia velocitas in tranſcurrendo.
Non enim videt animus latentes ſententias
in tranſcurrendo. Sapiens nil magnum reruꝫ
ipſa natura cito effici voluit. Sextuꝫ ē vt ſit aſſi
duus in ſtudendo. Hieronymus. Diuine ſcri//
pture ſemper in manibus ⁊ iugiter in mente
voluentur. Nec ſufficere putes mandata me//
morie tenere ⁊ operibus obliuiſci. Idem diui/
nas ſcripturas ſepius lege. immo nunquaꝫ ſa/
cra lectio de manu tua deponatur. In decre.
diſtin. xxxviij. Omnes pſallētes quotidie deo
repromittimus. In iuſtificationibus tuis me//
ditabor. non obliuiſcar ſermones tuos. Quod
⁊ ſi omnibus fidelibus obſeruare ſaluberrimū
eſt precipue his qui eccleſiaſticam conſecuti
ſunt dignitatem. Debet autem quis laborare
vt ſcripturas ipſas poſſit intelligere ⁊ memori
ter retinere. Quod ſi vtrunqꝫ non poteſt preeli
gendum eſt intelligere magiſquam memorie
habere: De ſapientia autem accepta non ſit in/
gratus deo ⁊ doctoribus ne eam mereaſ amit/
tere. Ad qḋ optime ſac. c. reuertimini. xvj. q. j.

Studioſo tria ſūt cauēda i ingrendo

¶ De humilitatis quidditate.
Capitulum duodecimum.

De humilitate de//
mum videndū eſt quā ſic diffinit
bea. Ber. Qḋ humilitas eſt q̄ qs
veriſſima ſuiipſius cognitiōe ſibi
vileſcit. Nota ſm bea. Tho. ij. ij. q. clxj. ꝙ hūi/
litas non ꝯſiſtit eſſentialiter in ipſa ſui cogniti/
one. ſꝫ in moderatione motus appetitiui. vt ſcꝫ
aliqs reprimat ſe ne feraſ in ea que ſunt ſupra
ſe. Ad hoc aūt eſt neceſſarium vt homo cogno
ſcat id in quo deficit a ꝓportione eius. qḋ ſuaꝫ
virtutē excedit. Et ideo cognitio ꝓprij defect⁹
pertinet ad humilitatē. ſicut regula quedaꝫ di/
rectiua appetitus. Eſt aūt virtus ſpecialis. Un/
de dicit. Origenes ſuper illud. Quia reſpexit
humilitatē ancille ſue. Luc. j. in ſcripturis vna
de virtutibus humilitas ꝑdicatur. Pro cui⁹ de
claratione dicit be. Tho. vbi ſupra. ꝙ bonū ar/
duum habet aliquid vnde attrahit appetitum
ſcꝫ ipſam rationem boni. ⁊ habet aliqḋ retra//
hens. ſ. ipſam difficultatem adipiſcendi. ſm q̄/
rum primū inſurgit motus ſpei. ⁊ ſm aliū mo/
tus diſperatiōis. Circa motus aūt appetitiuos
qui ſe hñt per modum impulſionis oportet eē
virtutem moralem moderantem ⁊ refrenantē.
Circa illos aūt qui ſe hñt per modum retracti/
onis. oportet eſſe virtutē moralē impellentem
⁊ firmantem. Et ideo circa appetitum boni ar/
dui neceſſaria eſt duplex virtus. Una que tem
peret ⁊ refrenat animum ne immoderate tēdat
in excelſa ⁊ hoc pertinet ad humilitateꝫ. Alia
que firmet animum contra deſperationē ⁊ im/
pellat ipſum ad ꝓſecutionem boni ſm rōnem
rectam. ⁊ hoc facit magnanimitas. Et ſic patet
ꝙ humilitas eſt virtus. Nec eſt ꝯtraria magna
nimitati. qꝛ vis reprimat animum ne tendat in
magna. quia hoc non facit ſimpliciter. ſꝫ in illa
magna que ſunt ſupra ſe. ⁊ per cōſequens pre/
ter rōnem rectam. Magnanimitas autem im
pellit ad magna. non qꝛcunqꝫ ſed ei proportio/
nata. ⁊ per conſequens ſm rectam rōnem. Uñ
vtraqꝫ conueniunt in eo ꝙ eſt ſm rectam ratio
nem. Quod autem humilitas non cōnumera/
tur a ph̄o inter virtutes morales ratio poteſt eē
quia ipſe intendebat agere de virtutibus ſꝫ ꝙ
ordinantur ad vitā ciuilē. in qua ſubiectio vni
us hominis ad alterum ſm legis ordinem de/
riuatur. ⁊ ideo cōtinetur ſub iuſtitia legali. Hu
militas autem ſm quod eſt ſpecialis virtus. re
ſpicit ſubiectionem hominis ad deum propter
quem etiam alijs humiliando ſe ſubijcit. Uel
etiam poteſt dici ꝙ ph̄s in. iiij. ethi. eum q ten/
dit in parua ſm modum ſuum non vocat ma/
gnanimum. Unde Origenes dicit. Si vis hu
ius nomē audire virtutis quomodo a ph̄is ap
pelletur. auſculta eandem eſſe humilitatē quā

De hūilitate qd ſit.

reſpicit deus. que ab illis dicitur menſuratio ſiue moderatio que manifeſte pertinet ad modeſtiam ⁊ temperantiam. Humilitas autem eſt quedam moderatio ſpūs vt dictum eſt.

¶ Dicitur autem .§.i.

Unde dicitur hūilis.

humilis ſm. Iſid. quaſi humi acliuis. ſ. inherens. quod cum contingit a principio extrinſeco. ſ. cum quis ab alio deycitur. ſic humilitas eſt a pena. ſm illud. humiliauerunt in compedibus pedes eius. Cum autem fit a principio intrinſeco debito modo. ſ. cum quis ↄſiderans defectum ſuum tenet ſe infimum: ſm ſuum modum vt Abraam cum dixit. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis ⁊ cinis. Geñ. xviij. eſt virtus. Sed cum quis deſit ſm ſigna exteriora tantū ficte. ſ. ad gloriam querendam. eſt falſa humilitas. Quō per humilitatem debet ſe homo omnibus ſubycere. ſm illud ad Philippen. ij. In humilitate ſupiores ſibiinuicem arbitrantes. Sic declarat beatꝰ Thomas. vbi ſupra. In homine duo poſſunt conſiderari. ſcilicet id quod eſt dei. ⁊ id quod eſt hominis. Hominis eſt quicquid pertinet ad defectum. Dei autem eſt quicquid pertinet ad ſalutis pfectionem. ſecundum illud Oſee. decimo tertio Perditio tua iſrael ex te tantum. ex me auxilium tuum. Humilitas autem vt dictum eſt proprie importat reuerentiam qua homo deo ſubycitur ⁊ proximo propter deum. Et iō quilibet homo ſm id quod ſuum eſt debet ſe cuilibet proximo ſubycere quantum ad illud quod dei eſt in illo. Non autē hoc requirit humilitas. vt id quod eſt dei in ſeipſo. ſubyciat ei quod apparet eſſe dei in altero. nam illi qui dona dei participant. cognoſcunt ſe ea habere ſʒ illud. vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. j. ad Cor. ij. Et ideo abſqʒ humilitatis p̄iudicio poſſunt dona dei que ipſi acceperunt preferre donis dei que apparent eſſe alijs collata. Sicut apl's ad Ephe. iij. dicit. Alijs generationibus nō eſt agnitū filijs hominū: ſicut nūc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius. Similiter etiam nec hoc requirit humilitas. vt id quod eſt ſui in ſeipſo ſubyciat ei quod eſt hominis in proximo. Alioqn oportēt vt qlibʒ reputaret ſe maiorē peccatorem quolibet alio. cum tñ apoſtolus abſqʒ preiudicio humilitatis dicat. Nos ex natura iudei. ⁊ non ex gentibus peccatores. ad Gal. ij. Pot eſt tñ aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo quod ipſe nō habet. Uel aliquid mali eſſe in ipſo qd in alio non eſt: ex quo pōt ſe ei ſubycere per humilitatem. Unde dicit glo. ſup illud. ſupiores inuicē arbitrantes. Nō hoc ita debemꝰ extimare vt nos eſtimare fingamus. Sʒ vere eſtimemꝰ poſſe aliqd occultū eē in alio quo nobis ſupior ſit. Etiam ſi bonuʒ noſtrum quo illo videmur ſupiores eſſe nō ſit occultum. Nō enim ſolū debemus deū reuereri in ſeipſo. Sed etiaʒ id quod eſt eius debemus reuereri in quolibet. ⁊ ſi non eodem modo. qa non veneratione latrie.

De hoc qbō debet ſe oī homini ſubycē quomō itelligit

¶ Humilitatis .§.ij.

De gradibꝰ humilitatis qui ſūt duodecim

beatus benedictꝰ in regula aſſignat duodecim gradus. qs dicit figuratos in ſcala quaʒ vidit Jacob. Geñ. xxviij. Poſſunt etiā figurari p. xij. ſtellas corone mulieris quam vidit Johannes amictā ſole. Apoč. xij. ¶ Primus gradus eſt corde ⁊ corpe ſemper hūilitatem oſtendere. defixis in terrā aſpectibus. Secūdus vt pauca verba ⁊ rōnabilia loquatur aliquis nō clamoroſa voce. Tertius vt nō ſit facilis aut pmptus in riſu. Quartꝰ taciturnitas vſqʒ ad interrogatiōeʒ Quintus tenere qued hʒ communis regula monaſterij. Sextus credere ⁊ pnunciare ſe omnibꝰ viliorē. Septimus ad oīa ſe indignum ⁊ inutilē confiteri ⁊ credere. Octauus confeſſio peccatoꝝ. Nonus p obedientia in duris ⁊ aſperis patientiā amplecti. Decimus vt cū obedientia ſe ſubdat ſupiori. Undecimus vt volūtatem ppriam non delecteƭ adimplere. Duodecimus vt deum timeat ⁊ memor ſit omniū que precipit. hanc aſſignationē ſic declarat beatus Thomas vbi ſupra. Humilitas vt dictuʒ eſt eſſentialiter in appetitu conſiſtit ſm quod aliqs refrenat appetitū ⁊ impetum animi ſui ne inordinate tendat in magna. ſed regulam habet in cognitione. vt. ſ. aliquis non eſtimet ſe eſſe ſupra id quod eſt. ⁊ vtriuſqʒ principiū ⁊ radix ē reuerētia quam quis habet ad deum. Ex interiori aūt diſpoſitione humilitatis procedūt quedam ſigna exteriora in verbis ⁊ factis ⁊ geſtibꝰ. quibus id quod interius latet. manifeſtatur ſicut ⁊ in ceteris virtutibꝰ accidit. Et ideo in predictis gradibus humilitatis ponitur aliquid qd pertinet ad radicē humilitatis. ſ. duodecimus gradus qui eſt vt homo deū timeat ⁊ memor ſit omniū que precipit. Ponitur etiam aliqd ptinens ad appetitū. ne. ſ. in ppriam excellentiā inordinate cadat. Quod qdem fit tripliciter. Uno modo vt homo nō ſequaƭ ppriaʒ voluntatem. qd pertinet ad vndecimum graduʒ. Alio modo vt regulet eam ſm ſuperioris arbitriuʒ. quod ptinet ad decimuʒ gradū. Tertio modo vt ab hmōi non deſiſtat propter dura ⁊ aſpera que occurrunt. ⁊ hoc pertinet ad nonū gradum. Ponuntur etiā quedam pertinentia ad eſtimationē hominis recognoſcētis ſuum defectū. ⁊ hoc tripliciter. Uno modo per hoc ꝙ proprios defectus recognoſcat ⁊ confiteatur. quod pertinet ad octauū gradū. Scđo

Ad qd vl' circa quid ſit hūilitas

vt ex cõſideratiõe ſui defectus aliqs ſe inſuffici
entem eſtimet: quod ptinet ad ſeptimũ gradũ.
Tertio vt quãtũ ad hmõi ſibi alios pferat: qḋ p
tinet ad ſextũ. ¶ Ponuntur etiã quedam que
pertinẽt ad ſigna exteriora: quorum vnũ eſt in
factis: vt. ſ. hõ non recedat a via cõi in opibus
ſuis: qḋ ptinet ad quītũ. Alia duo ſunt in ver//
bis: vt. ſ. homo non pripiat tps loquẽdi. quod
pertinet ad quartũ. ¶ Nec excedat modum in
loquẽdo: qḋ ptinet ad ſcḋm. Alia vero ↄſiſtunt
in exterioribus geſtibus. ſ. in reprimẽdo excel
lentiã oculoꝝ qḋ ptinet ad primum. Et in cohi
bendo exterius riſum ⁊ alia ſigna inepte letitie
quod ptinet ad tertiũ. ¶ Et nota ꝙ ad humili/
tatem hõ puenit per duo. ¶ Primo qdẽ ⁊ pri/
cipaliter per donũ gratie. Et quantũ ad huiuſ/
modi interiora precedũt exteriora. ¶ Aliud ẽ
humanũ ſtudium per qḋ hõ prius exteriora co
hibet: ⁊ poſtea pertingit ad extirpandũ radicez
interiorẽ. Et ſm hunc ordinẽ aſſignantur hic
gradus humilitatis. ¶ Sciẽdum etiã ꝙ abſqꝫ
falſitate põt aliqs ſe credere ⁊ pnunciare om//
nibus viliorẽ ſm defectus occultos quos in ſe
regnoſcit ⁊ dona dei que in alijs latent. Simi/
liter abſqꝫ falſitate põt aliquis ſe reputari ⁊ fa/
tere ad oĩa indignũ ⁊ inutilem ſm pprias vi//
res ⁊ ſufficientiã ſuam totam in deum referat.
Non eſt etiã inconuenienſ ꝙ ea que pertinent
ad alias virtutes humilitati aſcribanſ: quia ſi/
cut vnũ vitium oritur ex alio: ita naturali ordi/
ne actus vnius virtutis pcedit ab actu alteri⁹.
¶ Anſel. in libro de ſimilitudinibus ponit. vij
gradus humilitatis qui oẽs pertinent ad opi//
nionem ſeu cognitionẽ manifeſtationẽ ⁊ volũ
tatem pprie abiectionis. ¶ Eſt ergo primus q
pertinet ad cognitionẽ pprij defectus contem
ptibilem ſe eſſe cognoſcere. ¶ Secundus ẽ de
hoc dolere. Nam vituperabile eẽt ſi quis pro//
prium defectum amaret: ideo hoc excludiſ per
iſtum ſcḋm gradũ. ¶ Tertius eſt hoc confiteri
ſcꝫ ſuũ defectum. ¶ Quartus hoc pſuadere:
vt ſcꝫ hoc velit credi. Qui duo gradus ptinent
ad manifeſtationẽ. ¶ Quintus vt patiẽter ſuſti
neat hoc dici. ¶ Sextus vt patiaſ ſe cõtẽptibi
liter tractari. ¶ Septimus vt ħ amet. Hi tres
pertinent ad appetitũ. Nam ꝙ excellentiã exte/
riorem nõ querit exteriorẽ abiectionem equa//
nimiter patitur: ſiue in ṽbis ſiue in factis. Uel
etiam deſideranter exteriorem abiectionẽ am/
plectetur: qḋ pertinet ad ſeptimũ. ¶ Itez que/
dam glo. ſuper Mattheũ ponit tres gradus p/
fecte humilitatis. Primus eſt ſubdere ſe maio
ri ⁊ non preferre ſe equali. ¶ Secũdus eſt ſub
dere ſe equali: nec preferre ſe minori. ⁊ hic dici
tur abundans ⁊ primus ſufficiens. ¶ Tertius
eſt ſubdere ſe minori in quo eſt omnis iuſtitia.

Ad hũi litatem venif p duo.

De ſeptẽ gradib⁹ humilitatis ſm Anſel.

Iſti tamen gradus non accipiuntur ex parte ip
ſius rei ſm naturam humilitatis ſed per cõpa/
rationem ad gradus hominum.

¶ De excellentia .§. iij.

humilitatis ſciẽdum ſm bea. Tho. ij. ij. q. clxj.
Qḋ humilitas non eſt excellentiſſima vt⁹ ſim/
pliciter. Sed poſt virtutes theologicas ⁊ intel/
lectuales: vt prudentiã ⁊ iuſtitiam legalẽ. Cui⁹
ratio eſt: qꝛ bonum virtutis humane cõſiſtit in
ordine rõnis qui principaliter attẽditur reſpe/
ctu finis. Et ideo virtutes theologice que hñt
deum pro obiecto ſũt potiſſime. ¶ Secũdario
attendiſ put ſm rõnem finis ordinaſ in ea que
ſunt ad finẽ. Et hec ordinatio eẽntialiter conſi/
ſtit in rõne ordinante: pticipatiue ãt in vniuer/
ſali quãtum ad oĩa. Quelibet autez alia virtus
quãtum ad aliquã in ipſo appetitu per rõnẽ or
dinato: quã ordinationẽ facit naturaliter iuſti
tia: pſertim legalis: exinde humilitas inquan/
tum facit hoiem bene ſubditum deo in vli quã
tum ad oĩa. quelibet aũt alia virtus quãtuz ad
aliquã materiã ſpecialẽ. Et ideo humilitas poſt
theologicas ⁊ intellectuales que reſpiciunt ip/
ſam rõnem eſt potiſſima. Dicitur autem humi
litas pma ſeu fundamẽtũ virtutũ: ſm Hie. idi/
recte. Nã directe dr̃ ⁊ perfectius id eẽ primuz
⁊ fundamentũ ſpiritualis edificij in virtutibus
per qḋ iam acceditur ad deũ. Primus aũt acceſ/
ſus ad deũ eſt per fidẽ: ſm illud Hebr. xj. Acce//
dentẽ ad deuz opꝫ credere. Et ideo fides nobi/
liori mõ eſt fundamentũ ꝙ̃ humilitas. Indire
cte aũt. i. per modũ remouẽtis pħibẽs eſt hũili
tas inquãtũ. ſ. expellit ſuperbiam cui deus reſi
ſtit: ⁊ prebet hoiem ſubditũ ⁊ paratũ ad recipi/
endum influxũ diuine grẽ. Ideo autẽ xp̃s pci/
pue nobis humilitatẽ cõmẽdauit dicẽs. Mat
the. xj. Diſcite qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde:
ſm. b. Tho. qꝛ p hoc remoueſ impedimẽtũ hu
mane ſalutis: que ↄſiſtit i hoc ꝙ hõ ad celeſtia
⁊ ſpũalia tendat: a quibus hõ impeditur dum
in terrenis magnificari ſtudet. Et ideo dñs vt
impedimentum ſalutis auferret exteriorez cel
ſitudinem contemnẽdã monſtrauit p humilita
tis exempla: ⁊ ſic humilitas eſt ſicut diſpoſitio
quedam ad liberum acceſſum in bona diuina
⁊ ſpiritualia. Charitas aũt eſt ſicut perfectio q̃/
dam aliarum virtutũ. Et ideo ſicut perfectio ẽ
potior diſpoſitione: ita charitas potior humili
tate. ¶ Pertinet autem ad cõmendationẽ ei⁹.
Primo qdem neceſſitas eius. Nã dr̃ Matth.
xviij. Niſi ↄuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicẽ par/
uuli. i. humiles. non intrabitis in regnũ celoꝝ.
Gratia. de pe. di. j. §. taciturnitas. dicit ſine hu/
militate nemini poteſt eſſe ſalus. Secũdo exẽ/
pla chriſti plima. imo oĩa geſta ei⁹. Uñ Augu.

De hũilitatis excellẽtia. vtꝝ ſ. ſit excellẽtiſſima virtutum.

Quare xp̃s humilitatẽ tãtũ cõmendauit rõ ponif.

qḋ tria dũt nos iduceſ ad hũilitatem

in.xiiij.de ciui.dei dicit. Nunc in ciuitate dei in hoc ſeculo peregrinanti maxime commendatur humilitas. & in eius rege qui eſt chriſtus maxime predicatur contrarium huic virtuti quod eſt elationis vitium. in eius aduerſario qui eſt diabolus &c. In conſpectu eius fuit minimus omnium ſecundum magiſtrum in.iiij. ſententiarum. diſt.iij. Paruulus datus eſt nobis. Eſa.ix. de humili virgine naſci voluit. humilem domum habuit. quia diuerſorium. humilem lectum. quia preſepium humilem veſtem. quia pannis inuolutus eſt. humilibus per angelum ſuam natiuitatem nunciauit paſtoribus. Sacramenta humiliationis ſuſcepit vt circunciſionis & baptiſmi. Parentibus humiliter ſubditus. Paruulum amplexatur. Marci. ix. Et paruulos nõ vult prohiberi a diſcipulis ad ſe venire. In predicando & docendo dixit. Ego gloriam meam non quero. Jo.viij. Item mea doctrina non eſt mea. In miraculis faciendis humilitatem oſtendit dicens leproſo Mathei.viij. Uide nemini dixeritis. Et Marci.vij. Precepit eis ne cuiq̃ dicerent ſcilicet de ſanatione ſurdi & muti. In cenſus ſolutiõe. Math. xvij. Et in pedum ablutione. Jo.xiij. In itinerãdo ſuper aſellũ Math.xxj. In paſſione humiliauit ſeipſum. Ad Phil.ij. Humiles piſcatores elegit. Tertio commendatur humilitas ex vtilitate eius.

De fructibus .§.iiij.

De fructibus humilitatis

De fructibus humilitatis. Primo quidem deo & cõmunibus placet & redolet. Canti.j. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuũ. Nardus propter ſui paruitatem ſignificat humilitatem herba ipſa eſt. Secundo orationes facit deo acceptas. ps. Reſpexit in orationem humilium. &c. Judith.ix. Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Tertio facit hominem liberari a malo culpe & a malo pene ps. Humiliatus ſum & libe.me.iij. Regũ. xxj. Nonne vidiſti achab humiliatum coram me. &c. Antiqui communiter in ſignum humiliationis ad placandum dominũ imponebant cinerem ſuper capita ſua. & induebantur aliquando cilicio. Sicut legitur de Judith. de Joſue. de Niniuitis. &c. Quarto humilitas hoiẽ tẽporaliter exaltat. j. Regũ.xv. Nõne cũ eſſes paruulus in oculis tuis caput tribubus iſrael conſtitui te. dictum fuit Sauli qui abſcõderat ſe electus in regem. Moyſes humilis. vt patet in excuſando ſe ad eundũ ad pharaonem. factus et dux populi. Humilis hieremias qui dicebat a a a domine deus. &c. conſtitutus eſt ſuper gentes & regna. Dauid minimus inter fratres vngitur in regem. j. Regum. xvj.

Quinto inducit ad gloriam. Job.xxij. Qui humiliatus fuerit in gloria. Luc.xiiij. dicit in parabola. Recumbe in nouiſſimo loco. &c. tũc erit tibi gloria. Sexto dei apparitiõe ſeu angelorum facit dignum. Geñ.xviij. Abrae in cõualle morãti apparuerunt tres viri. i. angeli. Septimo ad ſapientiã introducit. Prouerbio.xj. Ubi humilitas ibi eſt ſapientia. Math. xj. Reuelaſti ea paruulis. Grego. in paſto. Pupilla oculi nigre videt. Albuginem patiens nihil videt. q: humane cogitationis ſenſus dũ ſe ſtultum peccatoremq; intelligit cognitionẽ intime claritatis apprehendit. Si autem cãdorem ſapientie aut iuſtitie ſibi attribuit a luce ſe ſuperne claritatis excludit diſtinctio.xlix. hinc etenim. §. albuginem. Exemplum in vitaſpatrum de illo qui per ieiuniũ ſeptẽ hebdomadarum non potuit habere declarationẽ de quodam dubio ſcripture ſacre. ſed cũ cepit ire ad alios interrogandũ apparuit ei angelus declarans. Octauo a laqueis tentationum liberat. Unde Antonio exclamanti. O quis iſtos euadet laqueos quibus mundum viderat plenum ſe cõnectentibus. dictũ fuit ſola hũilitas. Nono humilitas nutrix eſt dilectiõis. vt dicit Cryſ. ſicut cinis conſeruat ignem. ita humilitas dilectionem & alias virtutes Gregorius. Perijt omne qđ agit. ſi non caute in humilitate cuſtoditur. In huiuſmodi figurã omnia vaſa que oſtendit & theſauros. Ezechias oratoribus regis babylonis aſportauit poſtea & perdidit. Decimo de hoſte iferni mirabiliter triũphat. Figurat enim per fundam per quam lapidibus Dauid occidit goliam. In vitaſpatrũ dixit diabolus machario. q sola eius humilitas vincebat eũ. Undecimo pacẽ facit Gregorius. Pacem illam facit humilitas qua ſibi quiſq; ſuperiorem alium arbitratur.

Titulus quintus de iuſtitia. De iuſtitia in generali. Capitulũ.j.

Poſtquam de prudentia intellectum practicũ dirigẽte & fortitudine & tẽperantia que regulant appetitum ſenſitiuũ dictum eſt. Conſequenter dicendum reſtat de iuſtitia que voluntatem rectificat. Sciendũ primo q iuſtitia ſcḋ bea. Tho. in.iiij. diſtin. xxxiij. q.j. tripliciter dicitur prout notat phs in.v. Ethico. Uno modo prout importat quendam ſtatum rectitudinis in homine quantum ad partes ipſius: prout ſcilicẽ aliqua pars anime ſuo ſuperiori ſubditur. ſiue ipſi deo ſiue alij parti hominis. Et hic iuſtitiam noiat philoſophus metaphoricẽ. eo q diuerſe ptes hois computantur q̃ſi diuerſe

perſone. Hec autem rectitudo per quolibꝫ peccatuꝫ tollitur. ⁊ per gratiam reparatur. Unde hec iuſtitia etiam virtus generalis dicitur inquantum includit oēs virtutes. non quidem per modum totius vniuerſalis ſicut iuſtitia legalis. ſed generalis dr̄ per modum totius integralis. Et ad hanc iuſtitiam motus di iuſtificatio qua. ſcꝫ impius de peccatore ꝑ gratiam fit iuſtus. vnde diſſinitur iuſtificatio ꝙ eſt remiſſio peccatoꝝ ⁊ conſūmatio bonorum operum. i. infuſio habituum virtutum. Secūdo modo dr̄ iuſtitia prout eſt nomen generale ad omnes virtutes ſm ꝙ actus earum ordinat ad bonuꝫ cōe ſm directionem legis. Et de hac dicit phs ꝙ iuſtitia eſt omnis virtus. Ideo enim dicitur generalis. quaſi per quandam cauſalitateꝫ ſm ꝙ ꝑ legis imperiū ordinat ad bonuꝫ cōmune. non ſolum actum iuſtitie particularis. ſed etiam actꝰ aliaꝝ ṽtutū. Nā precipit actū tempantie ⁊ ordinat ad bonum cōe. puta cum lex mandat vt nullus adulterium committat. ſimiliter actum fortitudinis in bonuꝫ cōe reducit cū precipit. ꝙ milites non deſerant aciem nec arma proyciant ⁊ hmōi. Quod declarans beatꝰ tho. ij. ij. q. lviij. ſic dicit. Juſtitia ordinat hominem in comparatione ad aliuꝫ. Et hoc poteſt eſſe dupliciter. Uno modo ad alium ſingulariter conſideratum. Alio modo in communi ſm quod ille qui ſeruit cōmunitati. ſeruit omnibꝰ hominibus qui ſub illa cōmunitate cōtinentur. Ad vtrunqꝫ ſe poteſt habere iuſtitia ſm propriam rationem. Nam omnes qui ſub aliqua cōmunitate continentur compantur ad cōmunitatē ſicut ptes ad totū. Pars autem id quod ē totius eſt. Unde ⁊ quodlibet bonum ptis eſt ordinabile ad bonum totius. Scd̄m igitur hoc bonum cuiuſlibet virtutis ſiue ordinātis hominem ad ſeipſuꝫ. ſiue ordinantis ad aliquas alias perſonas ſingulares eſt referibile ad bonū cōmune. Et quantum ad hoc dicitur eſſe virtꝰ generalis. ad quod ordinaſ iuſtitia. Et ſm hoc actus oīum virtutuꝫ ad iuſtitiam poſſunt pertinere ſm ꝙ ordinant hominem ad bonum cōe. Et qꝛ ad legem ptinet ordinare in bonum cōe Ideo iuſtitia predicto modo generalis dicitur iuſtitia legalis. quia per eam homo concordat legi ordinanti actus oīm virtutum in bonum commune. Tertio modo dicitur iuſtitia prout eſt virtus ſpecialis. equalitatem conſtituens in commutatiōibus ⁊ diſtributionibus cōmunicabilium bonorum. que ſunt neceſſaria in vita hec beatus tho. ⁊ de iſta nunc agitur. que eſt vna de cardialibꝰ. ⁊ ꝓcellit oēs morales dupli ci ratione ſm beatum Tho. ij. ij. Primo ex pte ſubiecti. quia iuſtitia eſt in nobiliori parte anime. ideſt appetitu rationali. ſ. voluntate. Alie

e ꝓex llētia utio ſtitie.

vero. ideſt fortitudo ⁊ temperantia ſunt in appetitu ſenſitiuo. ad quem pertinent paſſiones que ſunt materia dictarum virtutum. Secunda ratio eſt pte ex obiecti. Naꝫ alie virtutes laudantur ſm bonum ipſius virtuoſi. Juſtitia autem ſm ꝙ quis bene ſe habet ad aliud. Et nota ꝙ in ſcripturis ſacra iuſtitia cōmuniter accipitur primo modo dicta.

¶ Nota ꝙ iuſtitia .§.i.

prout eſt virtus ſpēalis diſtincta a ceteris. ſe hꝫ vt totū integrale. Et ſic ptes eius ſūt declinare a malo ⁊ facere bonū. Eſt etiā totū vle. ⁊ partes eius ſubiectiue. que ſunt ſpecies eius. ſūt iuſtitia cōmutatiua. ⁊ iuſtitia diſtributiua. Eſt ⁊ totum ꝓncipale. Et ſic ptes eius ſūt que dicūtur virtutes annexe. Religio. pietas. obſeruātia. ꝗ includit obediētiā. Ueritas grā. ſeu gratitudo vindicatio. liberalitas. affabilitas. ſeu amicicia de qbus oībus aliqd breuiſ eſt dicēdū. ¶ Sciendum de partibus iuſtitie integralibus ꝙ cū ſit iuſtitia gn̄alis ⁊ iuſtitia ſpālis vt dictū ē. Ad iuſtitiā gn̄alē ptinet facere bonū debitū in ordine ad coitatē vel ad deū. Et vitare malū oppoſitum. ſ. coitati vel deo. Sꝫ iuſtitia ꝓut eſt virtus ſpecialis reſpicit bonū ſub rōne debiti in cōparatiōe ad ꝓximū ⁊ ſm hoc ad iuſtitiā virtuteꝫ ſpecialē ptinet facere bonū ſub rōne debiti ī cōparatione ad ꝓximū. ⁊ vitare malū oppoſitum qḋ eſt nociuū ꝓximo. Et ſm hoc declinare a malo ⁊ facere bonū ſunt ptes iuſtitie ſpecialis. Ad iuſtitiā eni ptinet eq̄litatē ꝯſtituere in his que ſunt ad alterū. Eiuſdē aūt eſt ꝯſtituere aliqd. ⁊ illud ꝯſtitutū ſeruare. Cōſtituit aūt eq̄litatē iuſtitie in faciēdo bonū. i. reddēdo alteri qḋ ſibi debetur. Conſeruat aūt equalitatē iuſtitie iam ꝯſtitute declinando a malo. i. nullū nocumētuꝫ proximo inferendo. Et nota ꝙ hic declinare a malo ſm ꝙ poniſ pars iuſtitie. nō dicit puram negationē. que eſt nō facere malū. Hoc eniꝫ nō mereſ palmā ſed tm̄ vitat penā. Sed importat motū voluntatis repudiātis malū. vt ipm̄ nomen declinatiōis importat. Et hoc eſt meritoriū. ꝓcipue qñ aliqs īpugnaſ vt malū faciat ⁊ reſiſtit. Item facere bonū eſt actus cōpletiuus iuſtitie. ⁊ q̄ſi pars ꝓncipalis eiꝰ. Declinare aūt a malo eſt actus iperfectior ⁊ pars ſecundaria. Item nota ꝙ oē pctm̄ aut eſt tranſgreſſio. aut omiſſio. ⁊ tranſgreſſio opponiſ illi pti iuſtitie ꝗ eſt declinare a malo. Omiſſio aūt alteri pti ſcꝫ facere bonū. Aliqñ tm̄ trāſgreſſio large ſumiſ ꝓ omni pctō includendo etiā omiſſionem. Et ſic ſumit bea. Amb. cum diffiniendo peccatum dicit ꝙ ē trāſgreſſio legis diuine ⁊c̄. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit beatus Tho. ij. ij. q. lxxix. ꝙ nomen tranſgreſſionis a corporalibus motibus

De duplici pte iuſtitie ſcꝫ facē bonū ⁊ declinare a malo.

Quid ſit declinare a malo ⁊ facē bonū quō intelligiſ

De trāſgreſſione qd ſit ⁊ quō opponiſ iuſtitie,

ad morales actus deriuatū eſt. Dr̄ aūt aliquis ſm̄ corꝑalem motum tranſgredi. ex eo ꝙ tranſgreditur terminū ſibi ꝑfixum. Terminus autē ꝑfigit homi. vt vltra nō tranſeat in moralib⁹ ꝑ preceptū negatiuū. ⁊ ideo tranſgreſſio ꝓprie dr̄ ex eo ꝙ quis tranſgredit ꝑceptū diuinū qđ quidē materialiter poteſt eſſe cōmune omnib⁹ ſpecieb⁹ peccatorū. quia ꝑ quālibet ſpēm peccati mortalis homo trāſgreditur aliquod ꝑceptū diuinū. Sed ſi accipiatur formalr̄ ſm̄ hanc ſpecialē rōnem quod eſt facere contra ꝑceptū negatiuū: ſic eſt ſpeciale peccatum dupliciter. Uno mō ſm̄ quod opponit ad genera peccatorum oppoſita alijs virtutib⁹. Sicut enim ad ꝓpriam rōnē iuſtitie legalis ꝑtinet attendere ad debitū ꝑcepti. ita ad ꝓpriā rōnem tranſgreſſionis ꝑtinet attendere ꝯtemptū ꝑcepti. Alio mō

de omiſſiōe in ij.ij.ti. ix.

ſm̄ ꝙ diſtinguit ab omiſſione que ꝯtrariatur precepto affirmatiuo. ¶ De omiſſiōe nota ſꝫ btm̄ Tho. vbi. ſ. ꝙ importat omiſſio ꝑtermiſſionē boni debiti. Bonum autē ſub ratione debiti ꝓprie ꝑtinet ad iuſtitiā ad legalē qdē ſi debitū accipiat ī ordie ad legē dei ſeu diuinā vl̄ hūanā. Ad ſpecialē aūt iuſtitiā ſꝫ ꝙ debitum cōſideratur in ordine ad proximum. vnde eodē modo quo iuſtitia eſt ſpecialis v̄tus ⁊ omiſſio eſt ſpeciale pctm̄ diſtinctū a peccatis. que opponūtur alijs virtutib⁹. Eo vero mō quo facere bonum cui opponit omiſſio eſt quedā pars iuſtitie diſtincta a declinatione mali cui opponit trāſgreſſio. Etiā omiſſio a tranſgreſſione diſtinguitur.

de omiſſione ꝙ eſt pctm̄ actuale. ⁊ quō itelligit.

¶ Et nota ꝙ omiſſio nō eſt originale ſꝫ actuale pctm̄. nō ꝙ habeat aliquē actū ſibi eſſentialē ſꝫ ſm̄ ꝙ negatio act⁹ reducit ad gen⁹ act⁹: ⁊ ſic nō agere accipit vt quoddā agere boni debiti ad qđ qs tenet. Et q: nullus tenet ad impoſſibile idō nullus peccat pctō omiſſionis ſi nō facit qđ nō pōt. Itē nota ꝙ ſicut pctm̄ tranſgreſſiōis opponit ꝑceptis negatiuis: ita pctm̄ omiſſionis affirmatiuis que pertinent ad faciendum bonū. Affirmatiua aūt precepta non obligant ad ſemp ſed ad tempus determinatū. ⁊ pro illo tp̄e quo quis debet aliquid facē ⁊ nō facit. peccatū omiſſionis incipit eſſe ⁊ non a cauſa ſua. Item ſciendū ꝙ cum peccatū tāto ſit grauius q̄nto magis diſtat a virtute. Omiſſio autem opponat virtuti iuſtitie negatiue. Tranſgreſſio contrarie que eſt maxime diſtantie. idō grauius eſt peccatū tranſgreſſio q̄ꝫ omiſſio ceteris parib⁹ ſicut inferre ꝯtumeliā parētib⁹. quod eſt trāſgreſſio. eſt grauius q̄ꝫ nō honorare qđ eſt omiſſio. Et ſumēdo ꝓprie trāſgreſſionē ⁊ omiſſionē. ſ. put ſunt ꝯ ꝑcepta. ſic ſūt mortalia. ſed large ꝑ hijs que ſunt preter precepta. non contra. ſi ſunt venialia. Et nota ꝙ omnia precepta decalogi ſunt de actibus iuſtitie.

¶ Deinde viden .§.ij.

De iuſtitie qd impor tet.

dum eſt de diffinitione iuſtitie. ⁊ quō ſit neceſſaria ciuitati ⁊ ciuibus de principijs eius. ⁊ de eius multiplici modo principādi. Ad habēdū autē diffinitionē iuſtitie vidēdum eſt quid importet nomen eius. Nam frequēter ex ſignificationibus nominū a q̄bus imponuntur deuenim⁹ in cognitionē rerum. Uidetur aūt iuſtitia ſm̄ nomen quandā importare equalitatē. vn̄ vulgariter que adequantur dicūtur iuſtificari. Eq̄litas ſemꝑ eſt ad alterū. q: nihil ſibimet eſt equale. Opꝫ ergo ꝙ iter alterū ⁊ alterū eq̄litas verſetur. Erit ergo iuſtitia virtus adequans vnū cū altero. hoc aūt ſit dum operationes ⁊ res exteriores que poſſunt in vſum hominis venire. ⁊ in quibus homines ſibiinuicē cōicant debite ordinantur. Ex quo patet materia circa quā iuſtitia verſatur. ſ. operatiōes ⁊ res inter homines cōmunicabiles quarum ipſa eſt rectificatiua ⁊ ordinatiua. ex hoc patet eius eminētia ad alias virtutes morales que hominē tm̄ perficiunt in eis que cōueniunt ei ſm̄ ſeipſū. Fortitudo enī hominem perficit in ſeipſo dum timores ⁊ audacias rectificat. tēperantia concupiſcētias. et ſic de alijs virtutibus que habent interiores paſſiones modificare. Iuſtitia vero hominem perficit in ordine ad aliū. dum ab vno q plus iuſto hꝫ accipit. ⁊ alteri q min⁹ iuſto hꝫ tribuit vel quādo diuerſa diuerſis ꝓportiōabiliter ſm̄ merita diſtribuit. ⁊ ſic ſemper iter diuerſos eq̄litatem ꝯſtituit. Patet ergo ꝙ iuſtitia eſt diffinienda ex actu reddendi ius debitū vnicuiq̄. Sed ad hoc ꝙ actus iſte ſit virtuoſus neceſſe ē ꝙ procedat ex habitu ⁊ bone diſpoſitione mētis.

De iuſtitia ſu.

¶ Erit ergo iuſtitia habitus voluntatis ſiue bona qualitas mētis ius ſuum vnicuiq̄ tribuens. Et ad hoc ꝯcurrit fere intentio omniū diffinientiū iuſtitiā. Dicit enī iuriſperitus ꝙ iuſtitia eſt conſtans ⁊ perpetua volūtas ius ſuum vnicuiq̄ tribuens. vbi potentia pro habitu ponitur. vnde iuſtitia dr̄ dei voluntas ideſt voluntatis habitus. Et ad hoc ꝙ iſte habitus ſit virtutis non debet quis habere ꝓpoſitum ad horam ſcilicet ad tempus operandi iuſtitiam ſed perpetuo. alioquin nō eſſet iuſtus. vnde ſꝫ philoſophum. ij. ethi. inter alia que requirūtur ad actum virtutis ponitur ꝙ operetur immobiliter. vbi deſignat actus firmitatem quantū ad propoſitum quod debet habere operās ꝑ virtutem. Poteſt ergo predicta diffinitio iuris ad formam ſic reduci. Iuſtitia eſt habitus voluntatis ſm̄ quem aliquis firmo ⁊ cōſtanti propoſito ius ſuum vnicuiq̄ tribuit. Ad hanc etiam reducitur diffinitio quā ponit Macrobius dicens ꝙ iuſtitia eſt vnicuiq̄ ſeruare quod ſuū.

eſt. Iſid. aũt eam ſic deſcribit. iuſtitia eſt ordo ⁊ equalitas qua homo cuz vnaquaq; re bene ordinatur. Tul. aũt in. j. rheto. ſic eã deſcribit iuſtitia eſt habitus animi cõmuni vtilitate ſeruata ſuam vnicuiq; tribuens dignitatẽ. Completiue aũt eam diffinit bea. Amb. in li. de offi. di. Juſtitia eſt que vnicuiq; qḋ ſuum eſt tribuit alienum non vendicat. vtilitatẽ propriam negligit. vt cõmunem equalitatem cuſtodiat.

¶ De duabus ſpeciebus iuſtitie videlicet cõmutatiua ⁊ diſtributiua. Cap. ij.

Poſt aſſignationez partium integraliũ iuſtitie ⁊ diffinitionẽ eius. Nunc vidẽdum ẽ de partibus ſubiectiuis. ſ. cõmutatiua ⁊ diſtributiua. Cum ergo iuſtitia particularis de qua nũc loquimur reſpiciat aliquã ꝑuatam perſonam que cõparatur ad cõmunitatez: ſicut pars ad totũ. põt duplex ordo attendi ad aliquam partẽ. Unius quidẽ partis ad partem cui ſimilis eſt ordo vni' pſone ꝑuate ad aliã. Et hunc ordinem habet dirigere quedam iuſtitia que a pho dicitur cõmutatiua. Conſiſtit eniz in his que per quandam cõmutationem habent fieri inter duas ſingulares pſonas adinuicem vt patet in emptionibus vẽditionibus. locationibus ⁊ quibuſcũq; alijs pactiõibus interuenientibus inter vnũ hominẽ ⁊ aliũ. Et hec qdem iuſtitia ꝯſtituit eq̃le arithmeticũ inquãtũ adequare oportet rem rei. vt quãto plus iſte hz q̃ ſuum ſit tantũdẽ reſtituat ei cuius ẽ minus habenti. Alius aũt ordo attenditur totius ad partes cui ſimilis eſt ordo cois laicalis vel alicui' principis vicem cois gerentis ad ſingulares pſonas. Et hunc ordinẽ habet dirigere quedam alia iuſtitia que dicitur diſtributiua per quam bona coia diſtribuuntur vt honores ⁊ alia huiuſmodi. vt expedit vnicuiq; ſm ꝓpriaz dignitatem. Et hec quidẽ iuſtitia ꝯſtituit equale geometricum. quod non eſt accipiendũ ſm eandẽ quantitatem: ſed ſm ꝓportionẽ. Cum eniz bona coia equalia non ſint nec ciues equales eſſe omnes poſſint. ſi principes vel hi q̃ rempublicam regunt de rebus coibus omnibus equaliter prouiderent. cõfuſio maxima accideret ⁊ totius pollitie ordo periret: talis enim equalitas ſumma eſſet inequalitas ſi merita diuerſorum ſm ordinẽ ꝓportionis non attenderentur. Debet ergo qui preeſt cõmunitati diligẽter attendere ꝯditiones pſonarum ⁊ bonoꝝ cõmuniũ qualitates. quibus inſpectis ⁊ adinuicem compenſatis debet ea ꝓportionabiliter diſtribuere vt ſicut vna perſona aliam excedit. ita etiã illḋ quod vni tribuitur debet excedere id qḋ alteri exhibetur. Non enim equalibus honorib' honorandi ſunt plebei ⁊ optimates. cũ iſti maiorem principatum teneant in republica. maxime in his que ad defenſionẽ ⁊ gubernationez eius pertinent. Et ſic patet duas eſſe iuſtitias. Cõmutatiuã per quã ſubditi dirigũtur in his que ſiunt per mutuas cõmutatiões es reꝝ venaliũ. Et diſtributiuam per quã qui preeſt dirigitur in rite diſtribuendo bona coia ſubditorum qualitate ſeruata. Pro huius maiori declaratione circa iuſtitiã ipſaz particularẽ ſeu virtutez cardinalẽ ſciendũ ſm be. Tho. q. ij. q. lxi. q iuſtitia ꝯſiſtit circa quaſdã operatiões exteriores ſcz diſtributionẽ ⁊ cõmutationẽ. que qdẽ ſunt vſus quorundã exterioꝝ vel reꝝ vel pſonaruz vel opeꝝ. ¶ Reꝝ qdem ſicut cũ aliquis auſert alicui rem ſuã vel reſtituit. Perſonaꝝ. ſicut cũ aliquis in ꝓpria pſona alteri iniuriã facit. pcutiendo eum aut verbis ꝯtumeliando. Uel etiã cum irreuerẽtiam exhibet. Opeꝝ ſicut cuz aliquis iniuſte exigit vel alteri reddit aliqḋ op'. Si ergo accipiãtur vt materia vtriuſq; ṽtutis ea quoꝝ operatiões ſunt vſus eadẽ eſt materia diſtributiue ⁊ cõmutatiue iuſtitie. Nam ⁊ res diſtribui poſſunt ⁊ coicari ab vno in alios. Eſt etiam ⁊ quedã diſtributio laborioſoꝝ operũ ⁊ recõpenſatio. Si aũt accipiãtur vt materia vtriuſq; virtutis actiones ipſe principales quibus vtimur perſonis rebus ⁊ opibus. ſic inuenitur vtrobiq; alia materia. Nam diſtributiua iuſtitia eſt diſtributionis directiua. Et cõmutatiua eſt directiua cõmutationum. que attẽdi poſſũt inter duas perſonas. Cõmutationum aũt quedam ſunt inuoluntarie ⁊ quedam voluntarie. Et inuolũtarie quidẽ qñ quis vtitur re alterius pſona vel opere eo inuito. Qḋ quidẽ contingit quandoq; occulte per fraudem quandoq; manifeſte per violentiã. vtrunq; aũt contingit aut in rem aut in pſonã. Et ſi in pſonã. aut ꝓpriam aut coniunctã. Et in rem qdẽ ſi qs accipit rem alterius occulte. vocatur furtũ. ſi manifeſte. vocatur rapina. In pſonã autem ꝓpriam vel quantum ad ipſam ꝯſiſtentiã pſone. vel quantuz ad dignitatem eius. Si quãtũ ad ꝯſiſtẽtiã pſone. ſic leditur aliqs occulte p doloſaz occiſionẽ vel percuſſionẽ vel veneni exhibitionẽ. Manifeſte vt p manifeſtã occiſionẽ vel pcuſſionẽ vel incarcerationem vel mutilationẽ. Quantum aũt ad dignitatẽ pſone ledit quis occulte per falſa teſtimonia ⁊ detractiones. quibus alicui auſertur fama ſua. Manifeſte autem per accuſationem in iudicio vel conuitiationem. Quantuz autem ad perſonam coniunctam ledit quis in vxore vt in pluribus occulte per adulteriũ. In ſeruo cum aliquis ſeruum ſeducit vt a domino diſcedat. ⁊ hoc etiam manifeſte fieri poteſt. Et eadem ratio eſt de alijs pſonis ꝯiunctis. in

de duabus iuſtitijs. ſ. cõmutatiua ⁊ diſtributiua

de iuſtitie particularis ſpẽbus iterum quoad vſum.

ſ. ij. pte

ſ. d. homicidio. p. ij.

ſ. ij. pte

quas poſſunt omnib⁹ modis iniurie circa has perſonas exerceri. Tamen quia ſeruus eſt poſſeſſio quedam domini. refertur ad hoc furtuȝ. Uoluntarie autem commutationes dicuntur. quando aliquis voluntarie transfert rem ſuaȝ in alterum. Et ſiquidem rem ſuam ſimpliciter transfert in alterum abſqȝ debito. ſicut in donatione non eſt actus iuſtitie ſed liberalitatis. In tantum aūt ad cōmutationem ſeu cōmutatiuā iuſtitiam voluntaria tranſlatio ptinet. inquantum ibi aliquid eſt de rōne debiti. Quod qdeȝ cōtingit multipliciter. Uno modo qñ quis ſimpliciter transfert rem ſuam in alterum ꝑ recōpenſatione alterius. ⁊ ſic eſt commutatio ⁊ venditio. Alio modo cum quis tradit rem ſuā alteri concedens ei vſum rei cum debito recuperādi rem. Et ſiquidem gratis cōcedit vſuȝ rei vocatur vſufructus reb⁹ que aliquid fructificant. vel ſimpler mutuum. vel accōmodatuȝ in his que non fructificant. ſicut dnarij vaſa ⁊ hmōi. Si vero nec ipſe vſus gratis conceditur. vocatur locatio ⁊ conductio. Tertio modo tradit aliquis rem ſuā vt recuperandā non ratiōe vſus. ſed ratione conſeruationis. ſicut in depoſito. Uel ratione obligationis ſicut cum quis rem ſuā pignori obligat. ſeu cum quis ꝑ alio fideiubet. In omnib⁹ autem his actionib⁹ volūtarijs vt in volūtarijs eſt eadem ratio accipiendi medium ſm equalitatem recompēſationis. Et iō omnes iſte actiones pertinent ad vnam ſpeciē iuſtitie. ſ. commutationis. Hec omnia beatus Thomas. ℭ Et nota ꝙ in commutationibus inuoluntarijs reperiuntur diuerſe ſpecies peccatorum. que habent propria nomina. ⁊ pertinent omnia ad iniuſtitiam. videlicet furtu . rapina. homicidium. veneficium. incarceratio. mutilatio. verberatio. falſa accuſatio. dtractio. deriſio. cōtumelia. ſuſurratio. maledcitio. adulterium. ⁊ hmōi. de quibus omnib⁹ habes ſup. in ſecūda parte. Et hec omnia reducuntur ad iuſtitiam commutatiuam. ꝑ recompenſationē iniurie ⁊ dāni ab eo q ſecit ei cui fecit: ⁊ bono eīi qd leſit. que recompenſatio d: reſtitutio ſeu ſatiſfactio. Et dicit in. v. ethi. Iuſtuȝ contra paſſum. quod etiam in commutatiōib⁹ volūtarijs d: eſſe iuſtum contra paſſum. Et d: contra paſſum ſm beatum Tho. ex eo ꝙ recompenſatio fit ſm equalitatem. vt. ſ. paſſio recōpēſata fit eqlis actioni. Non autem ſemꝑ eſſet equalis. ſi idem ſpecie aliquis pateretur quod fecit. Naȝ ſiquis percuteret principem. ſi tamen ipſe repcuteretur tunc maior eſſet actio ꝗȝ paſſio ⁊ non equalis. Et ideo non ſolum percutitur ſed multo grauius punitur. Similiter cū quis aliū inuoluntarium in re ſua damnificat. ſi ſolum puniretur etiam iudicio ꝙ reſtitueret rem ablatam. maior eſſet actio ꝗȝ paſſio. quia ipſe non ſuſtineret damnuȝ ſicut ipſe intulit. Unde punitur vt rem multiplicius reſtituat. quia damnificauit etiam non ſolum rem priuatam. ſed rem publicam. tutele ſecuritatem infringēdo. Similiter in cōmutationibus volūtarijs ſi ſimpliciter daretur vna res pro altera indifferenter eſſet alij inequalitas magna. q: vna eſt multa maioris valoris. Et ideo oportet ſm quādaȝ proportionatā menſurationem adequare paſſionem actioni in commutatiōibus. Iniuſtitia autem diſtributiua non habet locum iuſtuȝ cōtra paſſum. ex eo q: iniuſtitia diſtributiua non attenditur equalitas ſm proportionem rei ad rem vel paſſionis ad actionem. Unde dicit cōtra paſſum ſed ſm proportionabilitatē rerum ad perſonas. De cōmutationibus voluntarijs ſcilȝ emptione. venditione. permutatione. mutuo accōmodato. depoſito. pignoratione. locatione. ⁊ cōductione. fideiuſſione. Et quomodo ſit iuſta vel iniuſta. Et de vſura que in his committitur habes. ō. in ſcda pte ti. j. per totum.

De diuerſis ſpēbus peccatorum ad iniuſtitiam pertinētib⁹

Quid ſit vl' vn̄ Iuſtum ꝯ paſſū.

ℭ De iuſtitia diſtributiua.

Capitulum. ij.

De iuſtitia diſtributiua. Nota ꝙ actus eius ē in debita collatione officiorū ⁊ beneficiorum temporaliū ⁊ eccleſiaſticoꝝ ⁊ in adminiſtratione ſeu diſpenſatiōe ſacroꝝ ⁊ bonoꝝ terrenorū eccleſie vel cōmunitatis. ℭ Secūdo in exhibitione congrua reuerentie honoꝝ. ℭ Tertio in recta executione iudicioꝝ. Et in quolibet horū ſi iniuſte fiat poteſt interuenire vitiuȝ quod dicitur acceptio perſonarum. de qua. ō. in. ij. parte. Et de iniuſtitia que fit ex parte iudicis vl' aduocati vel teſtis vel rei vel accuſatoris. habes ō. in tertia parte titu. vj. ⁊. ix. per totum.

ℭ Quantum ad col . §. i.

lationem beneficioꝝ ⁊ honoꝝ. Et ſciēduȝ ſm bea. Tho. ij. ij. q. lxiii. ꝙ duplex eſt datio. Una pertinens ad liberalitateȝ qua ſcilȝ gratis dat alicui. quod ei non debet. ſicut cum aliquid alteri donatur. Et ibi non habet locū acceptio pſonaruȝ. q: abſqȝ iniuſtitia poteſt quis dare de ſuo quantū vult ⁊ cui vult. Et talis eſt collatio munerū gratie per que aſſumūtur peccatores a deo. Alia datio eſt pertinens ad iuſtitiā. qua ſcilicet alicui datur qd ei debet. Debentur aūt officia ⁊ beneficia his qui ſunt meliores ad aliqua pro bono cōmunitatis. Ad quod debet attendere qui hȝ iſta cōferre. Et quāuis ſm iura ſufficiat eligere bonuȝ nec requiratur ꝙ eligatur melior. Hoc ſm beatum Thomam eſt verū in foro iudiciali ꝙ ſcilicet talis electio non pōt impugnari

impugnari ſi eſt facta de bono ⁊ nõ de meliori. Et hoc q: ſi nõ fieret ſic omnis electio haberet calũniam. Sed quantũ ad conſcientiã elegentis. neceſſe eſt eligere meliorem: vel ſimpliciter vel in cõparatione ad bonũ commune. Alias ſi preponatur minus bonus meliori. i. aptiori ad beneficium vel officiũ rõne conſanguinitatis vel amicicie hmõi pertinet ad acceptionem perſonarum quod in collatione ſpũalium eſt magis reprehenſibile. Si autem cõſanguineum ſuum prelatus in cõferendo bñficium preferret eque bono: non videt͛ vitioſum niſi rõne ſcandali vl͛ exẽpli qđ ide ſepe trahitur. Similiter ſi quis hʒ diſtribuere bona coitatis vel alicuius ſocietatis indigẽtibus: ſi prefert multo minus indigẽtes magis indigẽtibus rõne amicicie vl͛ parentele ⁊ hmõi. videt͛ pertinere ad acceptionem perſonarũ. Secus ſi de ſua ſubſtãtia vult dare vni. ⁊ non alteri: q: ad illud non tenet͛. Similiter de officiis coitatis: q: magis aptis debent diſtribui. niſi forte magis aptus haberet͛ ſuſpectus de aliqua nouitate. ⁊ huiuſmodi: ſʒ certe non eſt magis aptus ſi eſt perturbatiuus boni cõmuni. Similiter ⁊ onera vel operarum vel laborũ vel collectarum ſm debitã proportionem imponenda ſunt. Alias minus imponentes maioribus ratione ſtatus: qui magis deberent grauari: pertineret ad acceptionem perſonarum. ⁊ quomodo teneantur ad ſatiſfactionẽ habes ſ. in ſecunda parte.

¶ Quantum ad ſe .§.ij.

cundum de exhibitione honoris. Nota ſʒ Tho. vbi. ſ. ꝙ cũ honor ſit qđdam teſtimoniũ de virtute eius qui honorat͛. iđ ſola virtus eſt debita cã honoris. Sed ſciendũ ꝙ aliqs põt honorari non ſolũ per virtutẽ ſuã ꝓpriã: ſed ẽt per virtutẽ alterius: ſicut ꝑncipes ⁊ prelati honorant͛ ẽt ſi ſint mali. inquantum gerũt pſonã dei ⁊ coitatis cui pficiunt͛. Iuxta illđ Prouer. xxvi. Sicut qui mittit lapidẽ in aceruũ mercurij. Sic qui tribuit honorẽ inſipiẽti. Et eadẽ rõne parentes ⁊ domini ſunt honorãdi ꝓpter participationẽ conditionis dei: qui eſt omnium pr ⁊ dñs. Senes etiã ſunt honorandi ꝓpter ſignum virtutis qđ eſt ſenectus. Licet hoc ſignum qñqʒ deficiat. Sap. iiij. Senectus eſt honoranda ⁊c. Diuites autem ſunt honorandi: q: maiorẽ locũ in coitatib' obtinent. Et ſi iſto mõ ⁊ hac cã tales honorent͛ magis qʒ alij. qʒuis ſint mali non eſt vitioſum. Si autẽ ſolum intuitu diuitiarum honorent͛ eẽt acceptio pſonarum. Similiter ſiquis citius vl͛ potius audiret confeſſionẽ vel daret alia ſacramẽta diuiti qʒ pauperi ratione ꝯditionis diuitiarum: pertineret ad acceptionem perſonarũ. Secus ſi faceret: quia credit magis indigere: vel etiam q: non poteſt ea expectare ⁊ huiuſmodi.

¶ Quantum ad ter .§.iij.

tium de executione iudiciorũ. Nota ſm Bea. Tho. ꝙ hic etiam hʒ locum iuſtitia diſtributiua non ſolum quantum ad rem iudicatã: q: in iudicio põt diffiniri non ſolum qualiter vnus reſtituat alteri qđ ab eo accepit: q' pertinet ad cõmutatiuam: ſʒ etiã qualiter aliquid cõmune ſit diſtribuendum in multos: ſed ẽt quãtum ad formam iudicij: prout ſcilʒ ipſe iudex in ipſa iuſtitia ab vno accipit ⁊ alteri dat: qñ ſcilicʒ rõne amicicie vel potentie alicuius dat iuſtitiã ſnĩam pro eo vel rõne paupertatis ex cõpaſſione qđ pertinet ad acceptionẽ pſonarum. Vñ d' Prouer. xviij. Accipere pſonam in iudicio nõ eſt bonũ. Et regula iuris in. vi. In iudicijs pſonarũ acceptio nõ eſt hñda. Ubi glo. Io. an. Signant͛ cõtraria di. xl. c. j. Idẽ. xlv. cum beatus. ⁊ xxiij. q. i. Qui contra pacẽ. Sol. In penis defert͛ dignitati et pſone. vt ibi. Idem in ſedẽdo ⁊ aſſurgendo. vt diſt. xciij. Non opʒ. Et notat͛. iij. q. ix. c. ſi. In iudicijs aũt vel ſnĩa non eſt habenda acceptio perſonarum. vt hic. In eis enim eſt equalitas ſeruãda. Et nota ꝙ iudicium interdum ponit͛ pro eo quod precedit ſnĩam: vt hic. i. pro examinatione cauſe. ij. q. 6. j. Sicut ſine iudicio. Interdum pro condemnatione vt de conſecra. di. iiij. ſi morem. Interdum pro diſcretione. iij q. vij. in §. tria. Interdum pro vltima voluntate. de ſepul. c. penulti. hec ibi in glo. ¶ Quatuor autẽ perſonarum genera requiruntur in ordinario iudicio: ſcilicet. Iudex: Actor: Reus ⁊ Teſtis. Unde dicitur extra de verborum ſignificatione. forus. Iudex dicitur quaſi ius dicẽs. Ius autem eo ꝙ iuſtum. Actor ſiue accuſator quaſi ad cauſam vocans. Reus a re de qua impetitur. Etiam ſi innocens ſit reus dicitur qui accuſatur. Teſtis quaſi ſuperſtes. Cauſa dicit͛ quaſi a caſu propter materiam de qua agitur. Que ante examinationem dicitur cauſa. In examinatione iudicium. In terminatione ſentẽtia. Forus autem dicitur locus exercendarum litium. Eſt autem duplex forus. ſ. conſciẽtie ⁊ curie ſeu cõtentioſus. Et iſte duplex: quia eccleſiaſticus ⁊ ſecularis. Fori autẽ ſm Pe. de pal. non ſunt miſcẽdi: q: aliter ꝓcedendũ in vno. alr̃ in alio.

De executione iudiciorum.

De quatuor in iudicio requiſitis

¶ Quatuor autem .§.iiij.

modis peruertitur humanum iudicium ſm Grego. xvj. q. iij. ſcilicet timore: amore: cupiditate: ⁊ odio. Sed quia de iudicibus in proceſſu iudiciario ⁊ accuſatore reo ⁊ teſtibus agitur diffuſe in. iij. parte. ideo hic nil vltra de iſta materia. Sed ibi vide de huiuſmodi: ⁊ de peccatis que in iudicio cõmittũtur a predictis pſonis.

Q. iuſticia neceſſaria eſt in q̄ libz multitudie

¶ Poſt hoc oſten .§.v.
dendum eſt iuſtitiam neceſſariam eſſe cuilibet
multitudini. Quod primo manifeſtari poteſt
ex parte finis. Et hoc precipue q̄ntum ad iuſtiti
am legalem. Finis autem qui intenditur in re
gimine ciuitatum eſt pax. Talis autez finis cor
rumpitur dum iuſtitia legis non ſeruatur. Nā
cum omnes vel multi legem que eſt iuſtitie le
galis preceptiua frangant ꝛ ad ſtatuta commu
nia non attendunt: ſꝫ vnuſquiſqꝫ quod ſibi pla
cet ꝛ bono priuato vtile credit hoc facere ſtu
det: ordo politie peruertitur. ꝛ ſic pax que ſm
Auguſti. eſt tranquillitas ordinis perit. Eſt er
go iuſtitia neceſſaria ad pacem ciuitatis cōſer
uandam. Unde Eſa. xxxij. dicitur. Erit opus iu
ſtitie pax. ꝛ in ps. dicitur. Juſtitia ꝛ pax oſcula
te ſunt. Hoc pulchre oſtendit Auguſti. in li. de
ciuitate dei introducens exemplum de Alexā.
ꝛ pirata vbi dicit ꝙ remota iuſtitia quid aliqđ
ſunt regna niſi magna latrocinia. Quod tamē
exemplum plenius ponitur in li. de nugis phi
loſophorꝫ. vbi dicitur ꝙ cum Pirata eſſet cō
prehenſus. ꝛ Alexander euꝫ interrogaret qua
re haberet mare infeſtuꝫ. Reſpondit libera con
tumacia. propter quod ꝛ tu orbem terrarum.
Sed quia id facio vno nauigio latro vocor: et
quia tu facis magna claſſe diceris imperator.
¶ Secundo oſtendi poteſt iuſtitiam eſſe mul
titudini neceſſariā ex parte gubernantis a quo
dirigitur. ꝛ hoc quantum ad diſtributionem.
Uidemus enim ꝙ quando aliqua diuerſa ſub
vna virtute continentur nec ordinantur ſm di
uerſas proportiones. totus ordo eorum que re
guntur corrumpitur ꝛ diſſipatur: vt patꝫ in ar
monia muſicali: vbi chorde niſi a virtute ma
nus ſm earum diuerſas diſpoſitiones propor
tionabiliter tangantur ſonitum inordinatum
ꝛ confuſum reddunt: ꝛ ſic conſonantia armo
niaca corrumpitur. Sic etiam in multitudine
vbi ſunt multi diuerſarum conditionum ꝛ me
ritorꝫ niſi proportionabiliter honores digni
tates ꝛ officia. Inſuper labores ꝛ expenſe eis a
preſide diſtribuantur. mirabilis diſſonantia in
ter ſimul habitantes oritur. ꝛ per conſequens
totus ordo politie paulatim ad corruptionem
diſponitur. Unde dicit Tullius ꝙ tanta eſt vis
iuſtitie ꝙ etiam illi qui maleficio ꝛ ſcelere pa
ſcuntur non poſſunt ſine vlla iuſtitie particula
viuere. ꝛ ponit exemplum de latronibus. Ar
chipirata inquit quidam latronum princeps
niſi predam equaliter: ꝛ ſm aſtutiam ꝛ labores
furantium proportionabiliter partiretur inter
ficiendus erat a ſociis: aut ſaltem a principatu
latronum deponendus. ¶ Tertio neceſſaria
eſt iuſtitia ex parte ipſius multitudinis que ex
multis perſonis colligitur. Et hoc per reſpe
ctum ad iuſtitiam commutatiuam. Uidemus
enim ꝙ quando multa adinuicem adunantur:
ꝛ vnum alteri non coaptatur. illa multa diſſol
uuntur. immo ex eis nihil vnum conſtitui po
teſt: niſi ineptitudo tollatur. Unde quando ali
qua ligna compaginanda ſunt ad conſtructiōeꝫ
domus: aptanda ſunt per dolatorem ꝛ compla
natorem: ſi ſunt tortuoſa vel nodoſa. alioqn ni
hil vnum conſtitui poterit: ꝛ ſi conſtrueret nō
diu maneret. Sic etiam ſi aliqua multitudo q̄
debet eſſe ordinata in vnum. ſi aliqui ſunt in
ſolentes: iniurioſi: rixoſi: ſeditioſi: vel quocun
qꝫ alio modo vitam bonorꝫ inquietātes ꝛ pa
cem communem turbantes per rigorem iuſti
tie corripiendi ſunt penis debitis: aut etiaꝫ ex
terminandi a congregatione cōmuni ꝛ penitꝰ
vita puandi. alioqn tota multitudo ruit ꝛ diſ
ſoluitur. ¶ De principijs iuſtitie.

Capitulum. iiij.

POſt hoc reſtat vi
dere de principijs iuſtitie. Ubi ſciē
dum eſt ꝙ iuſtitia triplex poteſt di
ci habere principium. ſcilicet. Emanatiuum ex
quo eius origo primitus deriuatur.
¶ Imperatiuuꝫ ex quo eius auctoritas in ſub
ditos promulgatur.
¶ Suſceptiuum ex quo eius vtilitas multi
plex declaratur.

De triplici principio iuſtitie

¶ Emanatiuum ꝛ .§.i.
originale principiuꝫ eſt deus. a quo omnis lex
conſentiua iuſtitie initium habet. Ubi ſciendū
eſt ꝙ ſicut dicit Auguſtinus. j. lib. de libero ar
bi. Summa ratio in deo exiſtens eſt lex eius.
que eterna dicitur. Cui ſemper obtemperandū
eſt. quia iuſtum eſt quicquid ab eo ordinatur.
Habet dicta lex quandam iuſtitiam diſtributi
uam. per quam vnamquamqꝫ reꝫ in quodam
digniori gradu conſtituit. Unde dicit Diony.
in lib. de diuinis nominibus. Oportet videre
in hoc eſſe veram dei iuſtitiaꝫ. ꝙ omnibus tri
buit propria vniuſcuiuſqꝫ exiſtentium digni
tatem. Uniuſcuiuſqꝫ naturam in proprio ſal
uat ordine ꝛ virtute. Ab hac autē lege dei eter
na deriuatur ex naturalis. que nihil aliud eſt
q̄ꝫ quedam eius impreſſio in re creata. p quā
ad finem debitum inclinatur. Ex quo manife
ſtum eſt ꝙ omnia aliqualiter legem eternam
participant. inquantum ex eius directione vel
impreſſione in fines proprios actus ſuos ordi
ne debito diriguntur. Inter ceteras autēꝫ crea
turas homo excellentiori modo hāc legeꝫ par
ticipat cum ipſe ſit prouidentie particeps. vo
pote ſibi ꝛ alijs prouidere valens. Et ideo in

homine hec participatio ſiue impſſio proprie dicitur lex naturalis. In alijs vero rebus ma/gis proprie dicitur inſtinctus nature ſiue vis inſita rebus ꝗ̃ lex que proprie in ratione conſiſtit. Eſt enim lex quedam dictamen rationis practice. Hec quidem lex naturalis in homine nunquam extinguitur quin ſemper in malo remurmuret ⁊ ad bonum impellat. Unde eius generale preceptum eſt ꝙ omne bonum faciendum eſt ⁊ omne malum vitandum ex quo alia precepta nature deriuatur. Puta ꝙ parentes ſint honorandi. ꝙ non eſt proximo iniuriandum. nec quantum ad perſonam. vnde dicit. Non occides. Nec tantum quomodocunqꝫ ad perſonam. vnde dicit. Non furtum facies. ⁊ ſic de alijs.

Unde deriuat' lex hu/mana.

¶ A lege autem naturali lex humana deriuatur ſicut dicit Tullius in ſua rethorica. regula enim humanorũ actuum eſt ratio naturalis. Nam intantum in eis iuſtum ſeu regulatum inuenitur inquantum de ratione participant. Ex ea enim humane operationes ordinantur ⁊ diriguntur. Lex ergo humana ſiue ciuilis humanorum actuum directiua a lege naturalis rationis hortum habet. Harũ legum precepta deus populo iudeorum ſeruanda mandauit. Sed differenter ſecundum ꝙ vtriqꝫ legi congruebat. Nam precepta moralia voluit ab omnibus ⁊ omnĩ tempore obſeruari. Unde non ſolum iudei ſed etiam cetere nationes ad eorum obſeruantiam obligabantur. Sunt namqꝫ naturaliter impreſſa humane menti. ⁊ ideo precepta legis nature vocantur. ſicut ꝙ parentes ſunt honorandi. ꝙ nõ eſt occidendum. non furandum. ⁊ ſic de alijs. Hec quidem precepta eadem ſunt apud omnes ⁊ inmutari nõ poſſunt. In cuius rei ſignũ mandauit deus moyſi. ꝙ dolaret duas tabulas lapideas in quibus ſcripſit verba. ideſt precepta decem digito ſuo tanquam perpetuo duratura. Et quantum ad hoc dicitur Baruch. v. Hic eſt liber mandatorum dei ⁊ lex que eſt in eternum. Precepta vero iuris poſitiui ab illo ſolo pplo pro tempore obſeruanda diſtinxit deus dupliciter. Nam quedam dedit pertinentia ad cultũ diuinũ que dicunt' cerimõialia. Et iſta licuit ſeruare vſqꝫ ad chriſtum ſeu chriſti paſſionem non autem poſt. Conſummata eniꝫ veritate de chriſto iam incarnato ⁊ paſſo. debuit ceſſare figura ſacrificiorum que myſteria incarnationis chriſti figura ſignificabant. Alia vero precepta dedit deus pertinentia ad iuſtitiam ciuilem. que dicuntur iudicialia. Et iſta etiã ſunt euacuata per xp̃i aduentum. vnde nõ habent vim obligandi. Quia tñ iſta precepta non erant pncipaliter iſtituta ad figurãdũ xp̃i myſteria. ſed ſolũ ad diſponenduꝫ ciuiliter ſtatuꝫ illius populi. Ideo abſqꝫ peccato poſſit aliquis princeps in ſuo regno ea tanquam pro ſeruandis legibus ſtatuere. ſecundum ꝙ iudicaret populo expedire. De cerimonialibus vero hoc fieri non poſſet abſqꝫ peccati ⁊ fidei preiudicio. cum hec ſolum ad ſignificandum chriſti myſteria futura fuerint inſtituta. Obſeruatores enim horum preceptorum ipſo facto dicerent chriſtum in carne nondum veniſſe. ſed venturum eſſe. Et ſic patet differentia inter legem naturalem que ſemper eſt immobilis. ⁊ legem humanam que ex diuerſis cauſis mutari poteſt. A lege ergo naturali. vna immobili permanente. deriuatur lex humana que multipliciter apud diuerſos variari poteſt ſm ꝙ intellectus hominis alia ⁊ alia regendis populis iudicat expedire. ¶ Sciendum eſt autem ꝙ a lege naturali aliquid dupliciter poteſt deriuari. Uno modo per viam illationis: ſicut ex principijs deriuantur concluſiones: vt patꝫ ex hoc prouerbio. Si ab equalibus equalia demas: que remanent ſunt equalia. Elicit geometria concluſionem ſic inferendo. Ergo ſi ab eq̃libus lineis equales partes auferas: que remanent ſunt equales. Per quem moduꝫ ab eo ꝙ dicitur. Nulli malum eſt inferenduꝫ. quod eſt primum principium legis naturalis. deriuatur concluſio talis. ergo non eſt furandum vel non eſt occidendum. Alio modo a lege naturali aliquid deriuatur per viam determinationis: ſicut a forma communi domus quam artifex in mente gerit fit quedam determinatio illius forme ad talem figuram: puta triangularem vel quadrangularem. ⁊ hoc fit per voluntariam applicationem artificis ad debitaꝫ materiam per quem modum ab eo quod lex nature abſolute dicit: ſcilicet ꝙ ille qui peccat puniatur. deriuatur quaſi quedã contractio: ſeu determinatio iuris quam habet facere princeps legeꝫ ſtatuens. ſcilicet ꝙ tali pena vel modo puniatur. Hic autem duplex modus differenter in lege humana continetur. Nam ea que ſunt primi modi videlicet que a lege naturali deriuantur: vt concluſiones ita in lege humana continentur ꝙ vigorem habent ex lege naturali. Unde eius precepta eadem manent apud omnes: vt parentes eſſe honorandos: pacta eſſe ſeruanda: furta non committenda. et ſic de alijs que ad ius gentium pertinere noſcuntur. Eſt enim ius gentium ius naturale ſolum in humana natura repertum. Unde non differt a iure nature communiter dicto niſi ſicut ſpecies a genere. Ius enim naturale generaliter ſumptum eſt quod natura animalia omnia docuit. Ea vero que ſunt ſecundi modi. videlicet que a lege naturali de/

De conuenientia iuriſgentium ⁊ legiſ naturalis

riuantur vt determinationes: ita in lege hu-
mana continentur q ſolum ex ea vigorem ha-
bent: ſicut q taliter peccās talia pena punia-
tur: vl' tali morte moriatur. ℭ Eſt vlterius ſciē-
dum q licet humane leges intendāt homines
inducere ad virtutem iuſtitie ſm q eſt bona q̄-
litas mentis ſub earum tñ precepto cadit ſolū
exterior iuſtitie obſeruantia: q̄ iuſtitia extriſe-
ca hominis actio ad alterum ordinetur. Non
enim precipit q iſle qui iuſta agit ex habitu in-
terioris iuſtitie operetur. licz hoc intēdat. Pre-
cipit āt q iuſtitie opa faciat. ſ. q opa fortia ex-
erceat: patriam defendat: primum non ledat:
nocumenta extrinſeca non inferendo qđ quis
facere pōt carens habitu virtutis. Et talis dice-
tur ſeruare iuſtitiā legalem. Patet ḡ q lex hu-
mana ſoluz ſe extēdat ad exteriora hoīs opera
punienda vel premianda: nō aūt ad interiora
cordis occulta regulāda. Ut autem homo non
ſolum in actib' exterioribus: ſed etiam in mo-
tib' interioribus rect' exiſteret neceſſariuz fuit
ad hoīs pfectionem legem diuinaz habē: que
non ſolum manifeſta vitia: ſed etiaz occulta ſo-
li deo cognita phiberet: vt ſic homines non ſo-
lum adinuicem p legem humanam: ſed etiam
ad deum ordinarentur p legem diuinam in q̄
dictum eſt. Non ꝯcupiſces. Et ſic patet lex diui-
na que vſq; ad ꝯſcientie puritatē ſe extendit.
motus vitioſus repellendo. iuſtitia que eſt bo-
na qualitas mētis in hoīe cauſat. Nec ſiat vis
quō ſumatur iuſtitia ſiue particularis ꝯdiuiſa
alijs tribus virtutibus cardinalibus que tan-
tum hoīem in ordine ad alium pficit: ſiue lar-
gius dicatur p ipſa hoīs iuſtificatione que ho-
minem perficit tam in ſe q̄ʒ in ordine ad deuz.
Ad vtrūq; enim iuſtitia legalis diſponit.

Ad q̄d i-
tēdāt le-
ges hu-
mane.

De lege
diuina
q̄re hoī
data eſt.

ℭ Principium .§.ij.

Imperatiuū iuſtitie quod ſcđo loco reſtat decla-
rare eſt ipſarū legum poſitiuus: vt puta impa-
tor vl' pnceps: ex cuius auctoritate ſubditi ad
iuſtitiā legis obſeruandā inducuntur. Ubi ſci-
endū eſt q princeps ħz q dicit phus eſt quedā
lex animata ad quaz ſubditi reſpiciūt ſicut ad
quoddā exemplar. Unde ꝯueniēs eſt q ipſe oī
virtute legalis iuſtitie polleat: maxime cum ali-
is habeat eam impare. Precipit enim opa for-
titudinis: puta q nullus de acie fugiat. Simi-
liter opa tempantie. ſ. q nullus adulteriū com-
mittat. Opa manſuetudinis. ſ. q rixe nō fiant
in ciuitate. ⁊ ſic de alijs virtutum actib'. Incō-
ueniēs ergo eſt q his virtutib' careat quas ab
alijs ſeruari iubet. Multū enim prouocāt ſub-
ditos facta preſidentis. Unde Claudianus ad
Theodoſium dixit. Facta valent pluſq̄ʒ iura re-
gētis. Mobile mutat ſemp cū pncipe vlgus.

De ſcđo
pncipio
iuſtitie.

Debet ergo princeps non taz imperādo q̄ʒ ope-
rando ad bona ſubditos puocare. Nobilis pñ-
ceps Gedeon hoc legitur obſeruaſſe. Qđ me i-
quit facere videritis hoc facite. Iudicum. vij.
Licet aūt pnceps in omni virtute legalis iuſti-
tie exemplarem ſe debeat exhibere. ℭ Preci-
pue tamen ad tria debet ſtudere ſcilicet.

ℭ Ad ſapientiam acquirendam.

ℭ Ad auaritiam deteſtandam.

ℭ Ad luxuriam fugiendam.

ℭ Nam ſi ſapientie vacauerit eius intellectus
illuminabit vt cognoſcat quō vel qđ ſubditis
precipiat. Si auaritiā deteſtabitur eius volun-
tas rectificabit vt a vero non diuertat. ſi luxu-
riam fugiat: eius rō ꝯcupiſcibilis edomabitur
vt iudiciū paſſio nō corrūpat. ℭ Primo ergo
dȝ pnceps circa ſapiētiā verſari ad intellectus
illuminationē. Ubi ſciendū q inter alias ſapiē-
tes pprietates que ponunt a phō in pñ. Meta-
phi. vna ē ordinare. Et hec maxime neceſſaria
eſt pncipi: qui ſubditos hȝ in finē aliquem ordi-
nare ad quē perducere nō pōt: niſi per conue-
nientia media fini accōmodata. Finis autē rei-
pu. in quē populus eſt ordinādus eſt pax tpis.
Media aūt huic fini conueniētia ſunt leguz ⁊
ſtatutoꝝ moderata diſciplina. officioꝝ coluz p-
portionata diſtributio: bonoꝝ pmiatio: tranſ-
greſſoꝝ punitio: ⁊ alia hmōi. Hec aūt magnaz
ſapientiā in p'ſidente requirunt. alioquin ſi prin-
ceps ſapiētia careat erit ſicut furioſus gladiuz
portans in manu qui ex impetu furie multa ma-
la operatur. Sic ⁊ princeps auctoritatē habēs
⁊ ratione carens iudiciū peruertet ⁊ tyrānidez
exercebit vt verificari poſſit qđ ſapiens deplo-
rat. Eccleſia. iij. Uidi inquit in loco iudicij im-
pietatem: ⁊ in loco iuſtitie iniquitatem. Quia
autem princeps nō poteſt p ſuam ſapientiam
omnia cognoſcere que poſſunt expedire regi-
mini: ideo neceſſe eſt vt habeat prudentes con-
ſiliarios quorum conſilio dirigatur. Plus eni
rempub. iuuant prudentum ꝯſilia q̄ʒ bellanti-
um arma. iuxta illud Eccleſia. ix. Melior eſt ſa-
pientia q̄ʒ arma bellica. Dicit Tul. in li. de ſene-
ctute q dantes conſiliū in republica plus agūt
q̄ʒ alij. Sunt enīʒ ſicut gubernantes in naui in
qua alij ſentinā exauriūt: alij curſant per cam:
alij malos expandūt. Gubernator vero tenens
clauum ⁊ quietus ſedens in puppi multa ma-
iora ⁊ meliora facit. ℭ Secundo debet prin-
ceps auaritiam deteſtari ad rectitudinem vo-
luntatis habendam quia enim in diuitijs bo-
num vtile conſideratur. ideo ad eas deſideran-
das faciliter appetitus inclinatur. Appetitus
autem inclinatus ad aliud iudicium rationis
peruertit a rectitudine equitatis. Propter qđ
cauendum eſt principi ne ad munera incline-

De tri-
bus ad
q̄ prin-
ceps ſtu-
dere dȝ
ſine ſi-
dene.

tur. Unde Exo.xxiij. dicit. Non accipias munera que excecāt etiā prudentes ⁊ puertūt verba iuſtorū. Prudēter conſuluit iethro. Moyſi cognatus vel ſocer eius. Prouide inquit de omni plebe viros potentes ⁊ timentes deū in quibus ſit veritas ⁊ qui oderit auaritiam ⁊ conſtitue tribunos ⁊ centuriones. Exo.xviij. Sequūtur etiam infinita mala ex cupiditate pncipis. Fit enim pecuniarū improbus actor: ppli expoliator ⁊ reipu. dilapidator: ex qbus omnibꝰ faciliter in tyrannidez degenerat. Facit et̄ hoc vicium principem odioſum ſicut ⁊ largitas clarꝫ vt dicit Boe. in de phica ꝯſolatione. ¶ Tertio pnceps debet ſtudere ne carnis cōcupiſcētiam inſequaẛ. hoc enim vitiū intellectū obſcurat qꝛ dum paſſionibus deſeruiẛ rō vehementia paſſionum abſorpta a ſuo lumine excecatur. Item mentē eneruat ⁊ aīam a virtute elongat: qꝛ dū libido in carne dn̄atur cetere vires emolleſcūt vt ad virtutem ſurgere nequeant. Itē hoc vitium in principe totam policiam ſubmittit ruine: qꝛ dum rector voluptatibus intendit a cura reipu. excors remittitur ⁊ exēplo eius ſubditi licentius ad vitia inclinantur. In policraton dicitur ꝙ Romanum imperium exhauſtum ⁊ diuiſum eſt Nerone impante: cuius gula oia deuorauit maclauit libido ⁊ ſupbia exinaniuit.

ſ.ij.p. ti.ð no cum̄tis luxurie

¶ Principium iuſtitie. §.ij.

De pn cipio iu ſtitie ſu ſcepti uo.

...ſtitie ſuſceptiuū qð tertio loco declarandum reſtat eſt hoīum congregatio que ſit apta pcepta iuſtitie ſuſcipere. ¶ Circa qð duo ſunt videda ¶ Primo que ſit talis cōmunitas ad que poſſint vel debeant fieri precepta iuſtitie. ¶ Secūdo videndum eſt de multiplici pncipandi dominio. ¶ Quantū ad primū ſciendum eſt ꝙ ſicut pꝫ ex.j.li.pol. eſt triplex coitas. ſ. domus: vici ⁊ ciuitatis. ¶ Prima quidem coitas eſt cōmunicatio domeſticarū perſonarꝫ ſꝫ quotidianos actus neceſſarios humane vite. Humana aūt vita dupliciter conſeruatur. Uno mō quantum ad indiuiduū prout. ſ. homo ad ꝯſeruationem vite indiget exterioribus bonis. Et quantum ad iſta adminiſtranda ⁊ ꝯſeruanda indiget homo ſeruis. Alio conſeruaẛ humana vita quantū ad ſpēm qð ſit per generationē ad quā indiget homo vxore ad filiorꝫ procreatione ſic enim conſeruaẛ humana ſpēs. Et ſm hoc in pfecta domo neceſſarie ſunt tres cōbinatiōes. ſ. dn̄i ad ſeruū. viri ad vxorē ⁊ patris ad filiū. In hac autem domeſtica multitudine non eſt proprie iuſtitia cum vnum combinatorum ſit aliquid alterius. Eſt enim filius aliquid patris et ſeruus domini ⁊ vxor viri. Iuſtitia autem cū ſit ad alterū proprie dꝫ attendi inter perſonas diſpartitas. Ponitur autem in hac multitudine ſm Iſido. qðdam genus iuris. Nam inter dominum ⁊ ſeruū ponitur ius dominatiuum inquantum ſeruis preceptis dn̄i parere dꝫ. Eſt enim gratia dn̄i ⁊ non ſui. Inter virum ⁊ vxorem ponitur ius qð vxoriū dicitur ſꝫ ꝙ a viro non ſeruiliter: ſed ſocialiter tractari dꝫ. ⁊ ipſa curam rei familiaris intrinſecam tenetur gerere. Inter patrem ⁊ filium ponitur ius paternum ſm ꝙ filius patri obedire ⁊ dꝫ pater filio hereditatez ſeruare. ⁊ eū in diſciplina tenere. ¶ Secūda cōmunitas eſt vicus qui ex paucis domibus cōſtat. habuit aūt hec coitas neceſſitatem ſue originis h̄ modo. Nam domeſtice multitudinis multiplicatis per generationē alijs nepotibus ⁊ filiorꝫ filijs. ſicqꝫ pre multitudine ⁊ abſqꝫ confuſione in vna domo habitare non valētibus facta eſt aliqua multitudo domorꝫ que ſm phm vici nomen accepit. Uicus aūt cū cōſtat ex collateralibus ppinquis filijs: nepotibꝰ: ⁊ filijs hmōi: non proprie eſt apta legalia precepta ſuſcipere: ſed iuri ciuitatis ſubeſſe dꝫ. Ad ciuilem tñ multitudinez propinquius accedit q̄ꝫ domus. maxime ſi in domorū quātitate creuit: vn̄ poſſit aliqua iura inſtituere. Sufficit autem directionem harꝫ duarꝫ coitatum: paterna admonitio ſuorū progenitorū. ¶ Tertia cōmunitas eſt ciuitas. ⁊ hec eſt pfecta que nō ſolum ꝯſiſtit ex multis domibus: ſꝫ etiaꝫ ex multis vicis: vt tradit phs in eodē li. pol. Eadē aūt neceſſitate compulſi ſunt hoīes edificare ciuitatem qua ⁊ vicū. Nam ſicut creſcentibus collateranis filijs ⁊ nepotibus factus eſt vicus. ſic multiplicatis eiſdem in parētibus ⁊ cognationibus facta eſt ciuitas que ſm phm eſt pfecta coitas. Et hec ſi ſm aliqð ius viuit. ⁊ ad cōmunem vtilitatem ordinaẛ dicetur populus. Naꝫ ſm dictum Tullij qð Augu. introducit. ij. de ciui. dei. Populus eſt cetus iuris ꝯſenſu ⁊ vtilitatis cōmunione ſociatus. Ex quo pꝫ ꝙ ad rōnem populi ſiue ciuitatis pertinet ꝙ ſub aliq̄ lege viuat ⁊ cōmune bonum intendat. Sola ergo coitas boni populi eſt legalis iuſtitie ſuſceptiua: ⁊ ad ipſaꝫ proprie precepta iuſtitie ſunt ferenda. Solon vnus de primis legiſlatoribus non niſi fundata athenienſiū ciuitate leges cōdidit. Quādiu etiam patres veteris teſtamenti Abraaꝫ Iſac ⁊ Iacob in vna familia vel vico habitauerunt legalem conſeruantiaꝫ a deo nō ſuſceperunt: quia eorum monita ad inſtructionez familie ſufficiebant. Congregato autez populo qui iaꝫ legalis iuſtitie poterat eſſe capax. deus legem per Moyſen dedit. ¶ Ad hoc autem ꝙ populus ſit in iuris conſenſu ⁊ communi vtilitate ſociatus. requiritur pmo ꝙ per amorem adinuicem ſit collectus: ſicut membra vnius corporis. Si enim inter ſe ſic vinculo amo-

De tri plici cō munita te: et q̄ ſit ſuſce ptiua le gis.

quid ſit pplus.

duo ſūt neceſſa ria coſ tati.

geſima. Aliquid licet dicere in vna materia q̄d non eſt decens in alia. Tullius. Uitioſum eſt in re ſeua delicatum inſerre ſermonem. Item modeſtia indecentiam cauet in verbo. in riſu. in motu corporis. in membrorum ſitu. in occupatione vel actu in habitu. Et q̄ntum ad verba ⁊ riſus ſic dicit Sene. de q̄tuor virtuti. A verbis turpibus abſtineto. Sermones utiles magiſq̄z facetos ⁊ affabiles ama: rectos potius q̄z obſecundantes. Miſcebis interdum ſerijs iocos ſed temperatos. Sed non modicus reprehenſibilis eſt riſus ſi pueriliter effuſus. ſi muliebriter factus odibilem facit. Idem riſus ſine cachino. Uox ſine clamore. inceſſus ſine tumultu. quies tibi non deſidia erit. Idem non ſis aliorum curioſus ſcrutator nec acerbus reprehenſor. ſine exprobratiōe correptor. ita ãmonitionē illaritate p̄ueni as. ⁊ errori facile veniā dato. Nec extollas quēq̄z nec deijcias. Regrēti facile rñde. Cōtēdēti facile cede. Nec iniurgia execratiōes q̄z deſcēdas. Rari ſermonis ſis ſʒ loquentium patiens.

que ſint cauēda circa motum corpis

Circa motum corporis cauenda eſt ⁊ nimia tarditas ⁊ nimia velocitas. Sene. Si ↄtinēs es ⁊ animi tui ⁊ corpis motus obſerua ne indecori ſint. De hmōi indecentia dicitur. Eſa. iij. Pro eo q̄ eleuate ſunt filie ſyon extēto collo. ⁊c̄. In occupatione attendenduʒ ē ad naturam. ad quid. ſ. aliquis a natura ſit diſpoſitus. Qui eniʒ debilis eſt corpore ⁊ ingenioſus ⁊ viuacis memorie. non militiam ſed litteraruʒ ſtudium ſectari debet. Attendendum eſt ad etatē. Etas enim adoleſcentie labore animi vel corporis exercenda eſt. ⁊ auctoritati ſenuʒ ſubijcienda. Debent enim adoleſcentes ſenes vereri. ↄſilio eoꝝ regi. ⁊ exēplo īformari. Senibus vō ſūt labores corpis minuēdi. Cōſilio debēt alios iuuare ⁊ exēpla imitatiōe digna miniſtrare. plati vō eſtimare ſe gerē pſonaꝝ ciuitatis.

De modeſtia .§. ij.

De modeſtia ſenſuū.

ſenſuum p̄cipue oculoꝝ. Licet oēs ſenſus d̄beamus retinere freno modeſtie. quia vt dicitur Hiere. ix. Mors aſcēdit per feneſtras noſtras. ſ. ſenſuum. ingreſſa eſt domos noſtras. Propt̄ quod ait aplus. Mortificate mēbra veſtra que ſunt ſuper terram ideſt organa ſenſuuʒ. In cuius figuram Joſue quinq̄z reges affixit cruci: quia ſenſus quinq̄z cruci mortificationis ſunt ſubmittēdi.

Moleſtia viſus ē neceſſaria

Precipue tamen hoc fieri oportet circa oculos. nam q̄nto nobilius eſt membrum ⁊ viuacior ſenſus. quia plures rerum differentias apprehendit. tanto magis nociuum ſi nō reguletur ratione propria. Oculus meus depredatus eſt animam meam. Oculus enim irritat gulam. Gen. iij. Uidit mulier lignum quod eſſet bonum ad veſcendum. pulchrum viſu ⁊c̄. Incitat cupiditatem. Unde diabolus oſtendit chriſto omnia regna mundi vt tentando induceret ad auaritiam. Matthe. iiij. inflammat luxuriā Eccleſiaſti. ix. Ne aſpicias in vultum mulieris. ex hoc concupiſcentia enim exardeſcet quaſi ignis. Quanto plura ligna ponuntur in igne. plus ardet. Alij ſenſus de muliere aliqd apprehendunt. vt auditus vocem ⁊ huiuſmodi. Sed viſus multa ſimul. quia et faciem ⁊ colorem ⁊ ornatum ⁊ geſtuʒ. ⁊ ideo plus inflammat. Excitat ſuperbiam. Dicit enim Bernar. q̄ lucifer videns dei filium equalem patri. voluit ei aſſimilari. et ſuperbia ductus dixit. Similis ero altiſſimo. ſic de buſone fabuloſe dicitur q̄ videns bouem in prato ita pinguem ⁊ groſſum volens ei aſſimilari intumuit intantum q̄ crepuit. Ad iraʒ inducit Matthe. xviij. videntes conſerui que fiebāt contriſtati ſunt valde: ſcilicet pre ira. Ad inuidiam prouocat. primi Regum ſecūdo. Uidebis emulum tuuʒ in templo in omnibus proſperis. ⁊ poſtea ſubditur. vt deficiāt oculi tui: ſcilicet inuidia. ⁊ tabeſcat anima tua. Accidiam immittit videns enim piger intemperiem aeris non vult exire ad agrum Eccleſiaſti. xj. Qui obſeruat ventuʒ nunquam ſeminat. Unde dixit chriſtus. Luce. xj. Si oculus tuus nequam fuerit. totum corpus tuum tenebroſum erit. quia omnes tenebre peccatorum ex immodeſtia oculorum. Citius etiam peccatur per oculum. quia in momento in ictu oculi. Unde de holoferne dicitur Judith. iiij. quia ſtatim captus eſt in aſpectu eius. Facilius enim peccatur per oculum. quia facilius patet obiectum oculorum. q̄z aliorum ſenſuum. Hec habētur in expoſitione regule beati Auguſti. ab vmberto.

Modeſtia viſus ē neceſſaria

De modeſtia cir. §. iij.

De modeſtia circa l

ca ludos ⁊ circa dicta vel facta iocoſa circa que philoſophus ponit quandam virtutem eſſe quam nominat eutropeliam. noſtra autem lingua dicere poſſumus iocunditatem vel vrbanitatem. Pro cuius declaratione ſciendum ſʒ doc. beatum Thomam ſecunda ſecunde queſtione clxviij. q̄ ſicut corpus indiget corporali quiete ad refocillationem ſui. quia non poteſt continue corporaliter laborare. propter hoc q̄ habet finitam virtutem que determinatis laboribus proportionatur. Ita etiam ex parte anime. cuius eſt virtus finita. ad determinatas operationes proportionatur. Et ideo quando vltra modum ſuum in aliquas operationes ſe extendit laborat ⁊ ex hoc fatigatur preſertim quia in operationibus anime ſimul etiam laborat corpus in quantum ſcilicet anima intellectiua vtitur viribus per organa corporea opo

rantibus. ſunt autem bona ſenſibilia cõnaturalia homini. Et ideo qñ aĩa vltra ſenſibilia eleuatur operibus rationis intenta. naſcitur exinde quedam fatigatio animalis. ſiue hõ intẽdat operatiõi rõnis practice ſiue ſpeculatiue. Magis tamen ſi operibus ꝯtemplationis intẽdit. qꝛ per hoc magis a ſenſibus eleuatur. Quis in aliquibus operibus rõnis practice. exterioribus forte corporis magis fatiget. In vtriſqꝫ tñ tanto magis quis aĩaliter fatigat. quãto magis operibus rõnis intendit. ſicut aũt fatigatio corporalis ſoluit per corporis quietẽ. ita ẽt opʒ ꝙ fatigatio aĩalis ſoluat per quietẽ animi. Quies aũt animi eſt delectatio. Et iõ opʒ remediuʒ cõtra fatigationẽ aĩalem adhibere per aliquaʒ delectationẽ. intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rõnis. ſicut legimus in collationibus patrũ de Joã. euã. ꝙ cum ſcandalizaretur quidã videns eũ ludentem cũ diſcipulis. fecit eũ trahere arcũ pluries ⁊c̃. Idẽ legit de ſancto Anto. Et dixerunt ꝙ ita animus frangeretur ſi nunqͣ a ſua intentione relaxaret. hmõi autem dicta, vel facta in qbus non querit niſi delectatio aĩalis. dicuntur ludicra ⁊ iocoſa. ⁊ iõ neceſſe eſt interdũ talibus vti. quaſi ad quandã animi quietẽ. ⁊ hoc eſt qd̃ phs dicit in. iiij. Ethi. ꝙ in hmõi vite ꝯuerſatione quies quedã habet cum ludo. Circa que tamẽ tria vident pcipue attendẽda. Primũ ⁊ principale ꝙ predicta delectatio nõ queratur in aliqbus verbis vel factis turpibus vel alias nociuis. Scõm ne totaliter grauitas animi reſoluat. Vñ Tullius in libro de offi. Sicut pueris nõ oẽm ludendi licẽtiam damus. ſed ẽt que ab honeſtis actibꝰ non ſunt aliena. Sic in ipſo ioco aliquid pbi ingenij lumen elucеſcit. Tertiũ qd̃ eſt attendenduʒ ſicut in omnibus alijs actiõibus humanis vt cõgruant perſonis. tpibus. ⁊ locis ⁊ ſm alias debitas circũſtãtias ordinent. ⁊ ſic circa hmõi eſt virtus. Et no. ꝙ licet Tullius dicat. j. retho. ꝙ quãdo auditores ſunt defatigati. nõ eſt inutile ab aliqua re noua aut ridicula incipere orationem. Si tamẽ dignitas rei nõ adimat facultatẽ. ſed addit. Et ideo qꝛ ſcriptura ſacra maximis rebus intẽdit ſm illud Prouer. viij. Audite qꝛ de rebus magnis locutura ſum. Ideo beatus Amb. ſup Lucã tractãs illud. Veh vobis qui ridetis. Excludit iocum. non quidem a cõuerſatione humana. ſed a doctrina ſacra. Vñd dicit. Licet interdum honeſta ioca ſint ac ſuauia. tamẽ ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula. qm̃ in ſcripturis non reperimus ea quemadmodum vſurpare poſſumus.

Margin: De cã q̃re ludꝰ neceſſarius eſt aliqñ. — De tribꝰ que i ludo ſũt attẽdẽda.

ℂ De modeſtia .§. iiij.

circa habitum vel cultũ veſtiuʒ dicit Hiero. ꝙ nec affectare ſordes nec exquiſite delitie laudẽ pariunt. diſtinctione. xlj. §. j. Sciendum igitur ſm beatum Thomam ſ. cunda ſecunde queſtione. clxix. ꝙ in his rebus exterioribus quibus homo vtitur non eſt vitium in ſe aliquod. ſʒ ex parte hominis ꝙ immoderate vtitur eis. Que quidem immoderãtia poteſt eſſe dupliciter. Uno modo per comparationem ad homines cum quibus viuit. Unde Auguſtinus diſtinctio. viij. Que contra mores ⁊c̃. Turpis eſt omnis pars que vniuerſo ſuo non congruit. Alio modo poteſt eſſe immoderãtia in vſu talium rerũ ex inordinato affectu vtentis exq̃ contingit quãdoqꝫ ꝙ homo nimis libidinoſe vtatur talibus. ſiue ſit ſm conſuetudinem. ſiue preter conſuetudinem eoruʒ inter quos viuit. Contingit autẽ iſta inordinatio affectus tripliciter. Uno modo inquantũ ex ſupfluo cultu veſtium quis querit gloriam. prout veſtes ⁊ huiuſmodi pertinent ad ornatum quendã. Alio modo ſm qd̃ per ſuperfluuʒ cultum querit delitias ſm qd̃ veſtis ordinat ad corporis fomentum. Tertio modo ſm qd̃ nimiam ſollicitudinem apponit homo ad exteriorem cultum veſtium. Etiam ſi non ſit aliq̃ inordinatio ex parte finis. Et ſm hoc Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorem cultum. ſ. humilitatem. que excludit intentioneʒ glorie. Unde dicit ꝙ humilitas eſt habitus non ſuperabundans in ſumptibus ⁊ preparationibus. Et per ſe ſufficientiam. que excludit intentionem delitiarũ. Unde dicit ꝙ per ſe eſt ſufficiens habitus contentus eorum quibus oportet. ⁊ determinatiua eorum que ad viuere conuenit. Et ſimplicitatem. que excludit ſuperfluam ſollicitudinem. Unde dicit ꝙ ſimplicitas eſt habitus contentus his que contingunt. Ex parte defectus poteſt eſſe duplex inordinatio. Uno modo ex negligentia hominis. qui non adhibet ſtudium ⁊ laborem. vt vtatur exteriori cultu vt decet. Unde philoſophus dicit ꝙ ad molliciem pertinet ꝙ aliquis trahat veſtimentum ſuum per terram. et non laboret in eleuando. Alio modo inquantum ipſum defectum exterioris cultus ordinat ad gloriaʒ. Unde philoſophus dicit in. iiij. Ethicorum ꝙ ſuperabundantia ⁊ inordinatus defectus ad iactantiam pertinet. Ad hoc facit ꝙ dicit Auguſtinus diſtinctione xlj. quiſquis. Et cõtra modeſtiam eſt ẽt fucus.

Margin: De modeſtia circa hſtum vſ cultum veſtiũ. — ṽ. p. ij. ti. ꝺ ſupbia veſtium.

ℂ De ſtudioſitate. Capitulũ. xj.

Ponitur etiaʒ pars modeſtie. et per conſequens temperantie ſm Beatum Thomam q. ij. q. clxvj. ſtudioſitas que virtus eſt ꝯtria curioſitati. refrenans animum ab mor/

dinato affectu cognoſcendi. Unde aug⁹. di/
de ſtudioſitate qd ſit ⁊ vnde dicatur. cit ꝙ curioſi eſſe ꝓhibemur. magne temperan/
tie munus eſt. Dicitur autem ſtudioſitas a ſtu/
dio. Studiū aūt dr̄ eē vehemēs animi applica
tio circa aliquid ꝑagendum. Mens aūt non
applicatur ad aliquid niſi cognoſcat illud. Un
de per prius mens applicatur ad cognitionē.
ſecundario autem applicatur ad ea in quibus
homo per cognitionem dirigitur. Et ideo ſtu/
dium per prius reſpicit cognitionem. ⁊ ſecun/
dario quecunqꝫ alia ad que ꝑanda directiōe
cognitionis indigemus. Uirtutes aūt ꝓprie ſi
bi attribuunt illam materiam circa quā primo
⁊ principaliter ſunt. vt fortitudo. pericula mor
tis. tempantie. delectationes. tactus. ⁊ ideo ſtu
dioſitas dicitur proprie circa cognitionem. vn
de prouerb. xxvij. Stude ſapientie fili mei. leti
fica cor meum vt poſſis reſpondere ſermonez.
Quod aūt ſit pars temperātie ſic declarat bea
Quid ſit virt⁹ tus Tho. vbi. ſ. Ad temperantiam ptinet mo
derari motum appetitus ne ſuperflue tendat
in id quod naturaliter concupiſcit. ſicut autez
homo naturaliter concupiſcit delectationes
ciborum ⁊ venereoꝝ ſm naturam corpalem
ita ſm animā naturaliter deſiderat cognoſce/
re. vnde ⁊ phūs dicit ꝙ omnes homines natu
ra ſcire deſiderant. Moderatio aūt huius ap/
petitus ptinet ad virtutē ſtudioſitatis. Et ſic
patet ꝙ ꝯtinetur ſub modeſtia ⁊ eſt pars tēpe.
rantie. Et Nota ſm beatum Tho. vbi. ſ. ꝙ ac/
tus cognoſcitiue virtutis imperatur a vi appe
titiua que eſt motiua omniuz aliarum virium.
Et ideo circa cognitionē duplex bonum poteſt
attendi. Unum quidē ꝙ̄tum ad ipm actum co
gnitionis. ⁊ tale bonuz pertinet ad virtutes in
tellectuales. vt. ſ. circa ſingula homo exiſtimet
verum. Aliud eſt bonū quod pertinet ad actuz
appetitiue virtutis. vt ſcilicet homo habeat ap
petitum rectum applicandi vim cognoſcitiuā
ſic vel aliter ad hoc vel ad illud. Et hoc perti/
net ad virtutem ſtudioſitatis. ⁊ ſm hoc ponit
virtus moralis. Item cum ſm phm in. ij. ethi.
ad hoc ꝙ homo ſit virtuoſus oportet ꝙ ſeruet
ſe maxime ab his ad que natura inclinat. In/
de eſt ꝙ ſicut natura inclinat ad timendum pi
cula mortis in quibus ſe ſeruat contra ea per
fortitudinem ⁊ ſectandum delectabilia tactus
a quo retrahitur per temperantiam. ſic etiam
natura inclinat ad appetendum ſcire. Sed ꝙ̄/
tum ad cognitionem eſt in homine contraria
inclinatio. quia ex parte anime inclinatur ho/
mo ad hoc ꝙ cognitionem rerū deſideret. Et
ſic oportet vt homo laudabiliter huiuſmodi
appetitum refrenet. ne immoderate cognitio/
ni rerum intendat. quod eſſet vitium curioſi/
tatis. Ex pte vero nature corpalis inclinat ho

ad hoc vt laborem vitet inquirendi ſcientiam. *circa qd*
¶ Quantū ad primum ſtudioſitas irrefrena/ *ſe hēat*
tione conſulit. appetitus inordinati. Sed quā *ſtudio/*
tum ad ſecundum Laus huius virtutis conſi/ *ſitas*
ſtit in quadam vehementia intentionis ad ſciē
tiam rex percipiendam. primum tamen ē eſſen
tialius huic virtuti ꝙ̄ ſecundum.

¶ Nota ꝙ ſex ſunt .§. i.

que multū valent ad diſcenduz precipue ſacrā *De ſex*
ſcripturā. ⁊ per ꝯſequens ꝯgruunt ſtudioſitati *gradi/*
que figurant per ſex gradus quibus aſcende/ *b⁹ qb⁹*
batur ad thronuz Salomonis qui ſignificat ſa *puenit*
pientiam. ¶ Primū eſt mentis depuratio ſeu *ad ſapi*
puritas. quia vt dicitur Sap. j. In aiam mali/ *entiaz*
uolam nō intrabit ſapientia ⁊c̄. ad quā purita/
tem multū operatur timor domini. qꝛ vt dicit
Prouer. xiiij. Sapiēs timet ⁊ declinat a malo.
ps. cx. Initiuz ſapientie timor dn̄i. Jō ioanni
euāgeliſte ꝓpter eminētiam puritatis collata
fuit magna ſapientia. ¶ Secūdum eſt frequēs
orō. Jaco. j. Si quis indiget ſapientia poſtulet
a deo Sap. vij. Inuocaui ⁊ venit in me ſpirit⁹
ſapientie. Sic Salomoni oranti poſt orationez
fuit collata ſapiētia. Et bea. Tho. de aquino di/
cit. ꝙ magis per orōnem ꝙ̄ per lectionē hauſe
rat ſapientiā. ⁊ ſic bea. Ber. ¶ Tertiū vera hu *Studi*
miliatio. vbi humilitas ibi ⁊ ſapiētia. Ptholo. *oſus de*
Inter ſapientes ille ſapientior qui ⁊ humilior. *bet eē*
Et debet eſſe humilis quoad quatuor. Primo *humi*
vt nullā doctrinā cōtemnat. Sen̄. Primuz do/ *lis qd*
cumentuz ē. vt nullam ſapientiaz contemnas. *quatuor.*
Secundo vt a nullo addiſcere quis erubeſcat
Sene. Que nō noſti. ſine occultatiōe ignorātie
tibi poſtula impartiri. Aug. Senex a puero exi
ſtens tot annorū a collega nondū anniculo pa/
ratus ſum edoceri. xxiij. q. iiij. ſi habes. ⁊ diſt.
xxxviij. ſi nullus. Et etiā a malis debet hō addi
ſcere. In cuius figura eſt ꝙ vaſa aurea ⁊ argē/
tea egyptioꝝ dn̄s iuſſit iſraelitis mutuo accipe
re: ⁊ aſportare ad ꝯſtructionē tabernaculi. qꝛ vi
delicet ſapiētiam ⁊ eloquētiā ethnicoꝝ poſſu/
mus ⁊ debemus vti ad eccl̄ie edificationem. vt
dič Gra. di. xxxvij. Qui. n. ſolū a bonis volūt di
ſcere ſunt ſimiles illis qui ſemꝑ in cyphis ar/
genteis vel aureis volunt bibere. quoꝝ ſitis mi
ſeranda nō eſt. Tertio vt quis non erubeſcat cō
fiteri ſe neſcire quod neſcit Augu. Non eſt ho/
mini erubeſcendū ſe confiteri neſcire qd nōdū
ſe neſcire mentitur. nunꝙ̄ ſcire mereat. Quar/
to vt humilem modū loquendi quem hz ſcri/
ptura non contemnat. Quartum eſt vt librorū
emendationi intendat. Unde Augu. de doctri/
na xpiana ait. Codicibus emendādis prius de
bet inuigilare ſolertia eorū qui ſcripturas ſan/
ctas intelligere deſiderant. Quintum eſt vt ſit

diligens ſcripturas ſacras indagando ad qđ ē
neceſſarium primo māſuetudo vt homo cedat
auctoritati diuine ſcripture. Aug.de doctrina
chriſtiana. In omnibus canonicis ſcripturis.
timentes deum ⁊ pietatem manſueti querunt
voluntatē dei. Hoc aūt ordine procedendum eſt
in indagando ſcripturas ſacras ſm Augu.in
dicto li. Erit diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſolertiſſimus
indagator qui p̄mo totas legerit. notaſq̄ ha/
buerit.⁊ nondū intellectu iam tamen lectione
dūtaxat eas que canonice vocantur. Nam cete
ras ſecurius leget fide veritatis inſtructus. In
quiſitio aūt dupliciter fit. Quādoq̄ ab alio querē//
do ad quod ptinet qđ ait idem. Nullis res ma
gis memorie mandanda eſt. q̄ illa verborum
locutionūq̄ genera que ignoramus. vt cuꝫ pe
ritior occurrerit. q̄ri poſſit. Quādoq̄ inquirit q̄s
per ſe in ſcriptura.⁊ tūc cauenda eſt ei temeri//
tas. ne ſcilicet nota pro ignotis habeat. hiſq̄ te
Studioſo tria ſūt cauēda i inq̄rendo mere aſſentiat. hec enim preſumptio ē. ¶ Itē
in inquirendo cauenda ſunt tria que impediūt
profectum ſtudij. Primum eſt curioſitas vt.ſ.
non impendantur magna opera his que non
ſunt magne vtilitatis. Sene. Quid te torques
in illa queſtione quam ſubtilius eſt cōtemphiſ/
ſe q̄ ſoluere. Cauenda eſt etiaꝫ inſtabilitas. Se
neca. Ne lectio multorum auctorum ⁊ omnis
generis voluminum habeat aliquid vagum ⁊
inſtabile. Cauenda eſt etiaꝫ rixandi libido que
peritos in arte logica multum ſolet vexare. ij.
ad Thimo. ij. Noli contendere verbis. Cauen/
da eſt etiam nimia velocitas in tranſcurrendo.
Non enim videt animus latentes ſententias
in tranſcurrendo. Sapiens nil magnum reruꝫ
ipſa natura cito effici voluit. Sextuꝫ ē vt ſit aſſi
duus in ſtudendo. Hieronymus. Diuine ſcri//
pture ſemper in manibus ⁊ iugiter in mente
voluentur. Nec ſufficere putes mandata me//
morie tenere ⁊ operibus obliuiſci. Idem diui/
nas ſcripturas ſepius lege. immo nunquaꝫ ſa/
cra lectio de manu tua deponatur. In decre.
diſtin. xxxviij. Omnes pſallētes quotidie deo
repromittimus. In iuſtificationibus tuis me//
ditabor. non obliuiſcar ſermones tuos. Quod
⁊ ſi omnibus fidelibus obſeruare ſaluberrimū
eſt precipue his qui eccleſiaſticam conſecuti
ſunt dignitatem. Debet autem quis laborare
vt ſcripturas ipſas poſſit intelligere ⁊ memori
ter retinere. Quod ſi vtrunq̄ non poteſt preeli
gendum eſt intelligere magiſquam memorie
habere. De ſapientia autem accepta non ſit in/
gratus deo ⁊ doctoribus ne eam mereaſ amit/
tere. Ad qđ optime fac. c. reuertimini. xvj. q. j.

¶ De humilitatis quidditate.
Capitulum duodecimum.

De humilitate de// De hūilitate q̄d ſit.
mum videndū eſt quā ſic diffinit
bea. Ber. Qđ humilitas eſt q̄ q̄s
veriſſima ſuiipſius cognitiōe ſibi
vileſcit. Nota ſm bea. Tho. ij. ij. q clxj. q̄ hūi/
litas non ꝯſiſtit eſſentialiter in ipſa ſui cogniti/
one. ſꝫ in moderatione motus appetitus. vt ſcꝫ
aliq̄s reprimat ſe ne feraſ in ea que ſunt ſupra
ſe. Ad hoc aūt eſt neceſſarium vt homo cogno
ſcat id in quo deficit a proportione eius. qđ ſuaꝫ
virtutē excedit. Et ideo cognitio p̄prij defect⁹
pertinet ad humilitatē. ſicut regula quedaꝫ di/
rectiua appetitus. Eſt aūt virtus ſpecialis. Un/
de dicit. Origenes ſuper illud. Quia reſpexit
humilitatē ancille ſue. Luc. j. in ſcripturis vna
de virtutibus humilitas p̄dicatur. Pro cui⁹ de
claratione dicit be. Tho. vbi ſupra. q̄ bonū ar/
duum habet aliquid vnde attrahit appetitum
ſcꝫ ipſam rationem boni. ⁊ habet aliq̄d retra//
hens. ſ. ipſam difficultatem adipiſcendi. ſm q̄/
rum primū inſurgit motus ſpei. ⁊ ſm aliđ mo/
tus diſperatiōis. Circa motus aūt appetitiuos
qui ſe hn̄t per modum impulſionis oportet eē
virtutem moralem moderantem ⁊ refrenantē.
Circa illos aūt qui ſe hn̄t per modum retracti/
onis. oportet eſſe virtutē moralē impellentem
⁊ firmantem. Et ideo circa appetitum boni ar/
dui neceſſaria eſt duplex virtus. Una que tem
peret ⁊ refrenat animum ne immoderate tēdat
in excelſa ⁊ hoc pertinet ad humilitateꝫ. Alia
que firmet animum contra deſperationē ⁊ im/
pellat ipſum ad proſecutionem boni ſm rōnem
rectam. ⁊ hoc facit magnanimitas. Et ſic patet
q̄ humilitas eſt virtus. Nec eſt ꝯtraria magna
nimitati. q̄uis reprimat animum ne tendat in
magna. quia hoc non facit ſimpliciter. ſꝫ in illa
magna que ſunt ſupra ſe. ⁊ per cōſequens pre/
ter rōnem rectam. Magnanimitas autem im
pellit ad magna. non q̄cunq̄ ſed ei proportio/
nata. ⁊ per conſequens ſm rectam rōnem. Un̄
vtraq̄ conueniunt in eo q̄ eſt ſm rectam ratio
nem. Quod autem humilitas non cōnumera/
tur a ph̄o inter virtutes morales ratio poteſt eē
quia ipſe intendebat agere de virtutibus ſꝫ q̄
ordinantur ad vitā ciuilē. in qua ſubiectio vni
us hominis ad alterum ſm legis ordinem de/
riuatur. ⁊ ideo cōtinetur ſub iuſtitia legali. Hu
militas autem ſm quod eſt ſpecialis virtus. re
ſpicit ſubiectionem hominis ad deum propter
quem etiam alijs humiliando ſe ſubijcit. Uel
etiam poteſt dici q̄ ph̄s in. iiij. ethi. eum q ten/
dit in parua ſm modum ſuum non vocat ma/
gnanimum. Unde Origenes dicit. Si vis hu
ius nomē audire virtutis quomodo a ph̄is ap
pelletur. auſculta eandem eſſe humilitatē quā

reſpicit deus. que ab illis dicitur menſuratio ſiue moderatio que manifeſte pertinet ad modeſtiam ⁊ temperantiam. Humilitas autem eſt quedam moderatio ſpūs vt dictum eſt.

¶ Dicitur autem .§.i.

Unde dicitur hūilis.

humilis ſm̄. Iſiđ. quaſi humi acliuis. i. inherens. quod cum contingit a principio extrinſeco. ſ. cum quis ab alio deijcitur. ſic humilitas eſt a pena. ſm̄ illud. humiliauerunt in compedibus pedes eius. Cum autem ſit a principio intrinſeco debito modo. ſ. cum quis ↄſiderans defectum ſuum tenet ſe infimum: ſm̄ ſuum modum vt Abraam cum dixit. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis ⁊ cinis. Gen̄. xviij. eſt virtus. Sed cum quis deſit ſm̄ ſigna exteriora tantū ficte. ſ. ad gloriam querendam. eſt falſa humilitas.

De hoc q̄bꝫ debet ſe oi homini ſubijcē quomō itelligit

Quō per humilitatem debet ſe homo omnibus ſubijcere. ſm̄ illud ad Philippen. ij. In humilitate ſupiores ſibiinuicem arbitrantes. Sic declarat beat⁹ Thomas. vbi ſupra. In homine duo poſſunt conſiderari. ſcilicet id quod eſt dei. ⁊ id quod eſt hominis. Hominis eſt quicquid pertinet ad defectum. Dei autem eſt quicquid pertinet ad ſalutis pfectionem. ſecundum illud Oſee. decimo tertio Perditio tua iſrael ex te tantum. ex me auxilium tuum. Humilitas autem vt dictum eſt proprie importat reuerentiam qua homo deo ſubijcitur ⁊ proximo propter deum. Et idō quilibet homo ſm̄ id quod ſuum eſt debet ſe cuilibet proximo ſubijcere quantum ad illud quod dei eſt in illo. Non autē hoc requirit humilitas. vt id quod eſt dei in ſeipſo. ſubijciat ei quod apparet eſſe dei in altero. nam illi qui dona dei participant. cognoſcunt ſe ea habere ſꝫ illud. vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. j. ad Cor. ij. Et ideo abſqꝫ humilitatis p̄iudicio poſſunt dona dei que ipſi acceperunt preferre donis dei que apparent eſſe alijs collata. Sicut apl's ad Ephe. iij. dicit. Alijs generationibus nō eſt agnitū filijs hoīuꝫ: ſicut nūc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius. Similiter etiam nec hoc requirit humilitas. vt id quod eſt ſui in ſeipſo ſubijciat ei quod eſt hominis in proximo. Alioqn oporteret vt qlibꝫ reputaret ſe maiorē peccatorem quolibet alio. cum tn̄ apoſtolus abſqꝫ preiudicio humilitatis dicat. Nos ex natura iudei. ⁊ non ex gentibus peccatores. ad Gal. ij. Pōt eſt tn̄ aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo quod ipſe nō habet. Uel aliquid mali eſſe in ſeipſo qđ in alio non eſt: ex quo pōt ſe ei ſubijcere per humilitatem. Unde dicit glo. ſup illud. ſupiores inuicē arbitrantes. Nō hoc ita debem⁹ extimare vt nos eſtimare fingamus. Sꝫ vere eſtimem⁹ poſſe aliqd occultū eē in alio quo nobis ſuperior ſit. Etiam ſi bonuꝫ noſtrum quo illo videmur ſupiores eſſe nō ſit occultum. Nō enim ſolū debemus deū reuereri in ſeipſo. Sed etiaꝫ id quod eſt eius debemus reuereri in quolibet. ⁊ ſi non eodem modo. qa non veneratione latrie.

¶ Humilitatis .§.ij.

De gradib⁹ humilitatis qui ſūt duodeciꝫ ſm̄ Benedictū

beatus benedict⁹ in regula aſſignat duodecim gradus. q̄s dicit figuratos in ſcala quaꝫ vidit Jacob. Gen̄. xxviij. Poſſunt etiā figurari p. xij. ſtellas corone mulieris quam vidit Johannes amictā ſole. Apoc. xij. ¶ Primus gradus eſt ſūt corde ⁊ corpe ſemper hūilitatem oñdere. defixis in terrā aſpectibus. Secūdus vt pauca verba ⁊ rōnabilia loquatur aliquis nō clamoroſa voce. Tertius vt nō ſit facilis aut pmptus in riſu. Quart⁹ taciturnitas vſqꝫ ad interrogatiōeꝫ. Quintus tenere quod hꝫ communis regula monaſterij. Sextus credere ⁊ pnunciare ſe omnib⁹ viliorē. Septimus ad oīa ſe indignum ⁊ inutilē confiteri ⁊ credere. Octauus confeſſio peccatoꝝ. Nonus p obedientia in duris ⁊ aſperis patientiā amplecti. Decimus vt cū obedientia ſe ſubdat ſupiori. Undecimus vt volūtatem ppriam non delectet adimplere. Duodecimus vt deum timeat ⁊ memor ſit omniū que precipit. Hanc aſſignationē ſic declarat beatus Thomas vbi ſupra.

Ad q̄d vel circa quid ſe hēat humilitas

Humilitas vt dictuꝫ eſt eſſentialiter in appetitu conſiſtit ſm̄ quod aliqs refrenat appetitū ⁊ impetum animi ſui ne inordinate tendat in magna. ſed regulam habet in cognitione. vt. ſ. aliquis non eſtimet ſe eſſe ſupra id quod eſt. ⁊ vtriuſqꝫ principiū ⁊ radix ē reuerētia quam quis habet ad deum. Ex interiori aūt diſpoſitione humilitatis procedūt quedam ſigna exteriora in verbis ⁊ factis ⁊ geſtib⁹. quibus id quod interius latet. manifeſtatur ſicut ⁊ in ceteris virtutib⁹ accidit. Et ideo in predictis gradibus humilitatis ponitur aliquid qꝫ pertinet ad radicē humilitatis. ſ. duodecimus gradus qui eſt vt homo deū timeat ⁊ memor ſit omniū que precipit. Ponitur etiam aliqd ptinens ad appetitū. ne. ſ. in ppriam excellentiā inordinate cadat. Quod qdem ſit tripliciter. Uno modo vt homo nō ſequat̄ ppriaꝫ voluntatem. qđ pertinet ad vndecimum graduꝫ. Alio modo vt regulet eam ſm̄ ſuperioris arbitriuꝫ. quod ptinet ad decimuꝫ gradū. Tertio modo vt ab hmōi non deſiſtat propter dura ⁊ aſpera que occurrunt. ⁊ hoc pertinet ad nonū gradum. Ponuntur etiā quedam pertinentia ad eſtimationē hominis recognoſcētis ſuum defectū. ⁊ hoc tripliciter. Uno modo per hoc q̄ proprios defectus recognoſcat ⁊ confiteatur. quod pertinet ad octauū gradū. Scđo

vt ex cōſideratiōe ſui defectus aliqs ſe inſuffici
entem eſtimet:quod ptinet ad ſeptimū gradū.
Tertio vt quātū ad hmōi ſibi alios pferat:qd p
tinet ad ſextū. ❡ Ponuntur etiā quedam que
pertinēt ad ſigna exteriora:quorum vnū eſt in
factis:vt.ſ.hō non recedat a via cōi in opibus
ſuis:qd ptinet ad quītū. Alia duo ſunt in ver//
bis:vt.ſ.homo non pripiat tps loquēdi. quod
pertinet ad quartū. ❡ Nec excedat modum in
loquēdo:qd ptinet ad ſcdm. Alia vero ꝯſiſtunt
in exterioribus geſtibus.ſ.in reprimēdo excel
lentiā oculoꝝ qd ptinet ad primum. Et in cohi
bendo exterius riſum ⁊ alia ſigna inepte letitie
quod ptinet ad tertiū. ❡ Et nota ꝙ ad humili/
tatem hō puenit per duo. ❡ Primo qdē ⁊ pn/
cipaliter per donū gratie. Et quantū ad huiuſ
modi interiora precedūt exteriora. ❡ Aliud ē
humanū ſtudium per qd hō prius exteriora co
hibet:⁊ poſtea pertingit ad extirpandū radicez
interiorē. Et ſm hunc ordinē aſſignantur hic
gradus humilitatis. ❡ Sciēdum etiā ꝙ abſqȝ
falſitate pōt aliqs ſe credere ⁊ pnunciare om//
nibus viliorē ſm defectus occultos quos in ſe
regnoſcit ⁊ dona dei que in alijs latent. Simi/
liter abſqȝ falſitate pōt aliquis ſe reputari ⁊ fa/
tere ad oīa indignū ⁊ inutilem ſm pprias vi//
res ⁊ ſufficientiā ſuam totam in deum referat.
Non eſt etiā inconueniens q ea que pertinent
ad alias virtutes humilitati aſcribanť: quia ſi/
cut vnū vitium oritur ex alio:ita naturali ordi/
ne actus vnius virtutis pcedit ab actu alteri⁹.
❡ Anſel. in libro de ſimilitudinibus ponit. vij
gradus humilitatis qui oēs pertinent ad opi//
nionem ſeu cognitionē manifeſtationē ⁊ volū
tatem pprie abiectionis. ❡ Eſt ergo primus q
pertinet ad cognitionē pprij defectus contem
ptibilem ſe eſſe cognoſcere. ❡ Secundus ē de
hoc dolere. Nam vituperabile eēt ſi quis pro//
prium defectum amaret:ideo hoc excludiť per
iſtum ſcdm gradū. ❡ Tertius eſt hoc confiteri
ſcȝ ſuuȝ defectum. ❡ Quartus hoc pſuadere:
vt ſcȝ hoc velit credi. Qui duo gradus ptinent
ad manifeſtationē. ❡ Quintus vt patiēter ſuſti
neat hoc dici. ❡ Sextus vt patiať ſe cōtēptibi
liter tractari. ❡ Septimus vt ſi amet. Hi tres
pertinent ad appetitū. Nam q excellentiā exte/
riorem nō querit exteriorē abiectionem equa//
nimiter patitur:ſiue in vbis ſiue in factis. Uel
etiam deſideranter exteriorem abiectionē am/
plectetur:qd pertinet ad ſeptimū. ❡ Itez que/
dam glo. ſuper Mattheū ponit tres gradus p/
fecte humilitatis. Primus eſt ſubdere ſe maio
ri ⁊ non preferre ſe equali. ❡ Secūdus eſt ſub
dere ſe equali:nec preferre ſe minori. ⁊ hic dici
tur abundans ⁊ primus ſufficiens. ❡ Tertius
eſt ſubdere ſe minori in quo eſt omnis iuſtitia.

Ad hūi litatem veniť p duo.

De ſeptē gradib⁹ humilitatis ſm Anſel.

Iſti tamen gradus non accipiuntur ex parte ip
ſius rei ſm naturam humilitatis ſed per cōpa/
rationem ad gradus hominum.

❡ De excellentia .§.iij.

humilitatis ſciēdum ſm bea. Tho.ij.ij.q.clxj.
Qd humilitas non eſt excellentiſſima vt⁹ ſim/
pliciter. Sed poſt virtutes theologicas ⁊ intel/
lectuales:vt prudentiā ⁊ iuſtitiam legalē. Cui⁹
ratio eſt:qꝛ bonum virtutis humane cōſiſtit in
ordine rōnis qui principaliter attēditur reſpe/
ctu finis. Et ideo virtutes theologice que hūt
deum pro obiecto ſūt potiſſime. ❡ Secūdario
attendiť put ſm rōnem finis ordinať in ea que
ſunt ad finē. Et hec ordinatio eēntialiter conſi/
ſtit in rōne ordinante:pticipatiue āt in voluntate vniuer/
ſali quātum ad oīa. Quelibet autez alia virtus
quātum ad aliquā in ipſo appetitu per rōnē or
dinato:quā ordinationē facit naturaliter iuſti
tia:pſertim legalis:exinde humilitas inquan/
tum facit hoīem bene ſubditum deo in vlī quā
tum ad oīa. quelibet aūt alia virtus quātuȝ ad
aliquā materiā ſpecialē. Et ideo humilitas poſt
theologicas ⁊ intellectuales que reſpiciunt ip/
ſam rōnem eſt potiſſima. Dicitur autem humi
litas pma ſeu fundamētū virtutū:ſm Hie. idi/
recte. Nā directe dr ⁊ perfectius id eē primuȝ
⁊ fundamentū ſpiritualis edificij in virtutibus
per qd iam accediť ad deū. Primus aūt acceſ/
ſus ad deū eſt per fidē:ſm illud Heb.xj. Acce//
dentē ad deuȝ opȝ credere. Et ideo fides nobi/
liori mō eſt fundamentū qȝ humilitas. Indire
cte aūt.i.per modū remouētis phibēs eſt hūili
tas inquātū.ſ.expellit ſuperbiam cui deus reſi
ſtit:⁊ prebet hoīem ſubditū ⁊ paratū ad recipi/
endum influxū diuine grē. Ideo autē xp̄s pci/
pue nobis humilitatē cōmēdauit dicēs. Mat
the.xj. Diſcite q: mitis ſum ⁊ humilis corde:
ſm.b.Tho.qꝛ p hoc remoueť impedimētū hu
mane ſalutis:que ꝯſiſtit i hoc ꝙ hō ad celeſtia
⁊ ſpūalia tendat:a quibus hō impeditur dum
in terrenis magnificari ſtudet. Et ideo dn̄s vt
impedimentum ſalutis auferret exteriorez cel
ſitudinem contemnēdā monſtrauit p humilita
tis exempla:⁊ ſic humilitas eſt ſicut diſpoſitio
quedam ad liberum acceſſum in bona diuina
⁊ ſpiritualia. Charitas aūt eſt ſicut perfectio q̄/
dam aliarum virtutū. Et ideo ſicut perfectio ē
potior diſpoſitione:ita charitas potior humili
tate. ❡ Pertinet autem ad cōmendationē ei⁹.
Primo qdem neceſſitas eius. Nā dr Matth.
xviij. Niſi ꝯuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicͤ par/
uuli.i.humiles. non intrabitis in regnū celoꝝ.
Gratia. de pe. di.j.§.taciturnitas. dicit ſine hu/
militate nemini poteſt eſſe ſalus. Secūdo exē/
pla chriſti plima.imo oīa geſta ei⁹. Un̄ Augu.

De hūilitatis excellētia.vtꝫ ſ.ſit excellētiſſima virtutum.

Quare xp̄s humilitatē tātū cōmendauit rō ponit.

qd tria dn̄t nos iduceť ad hūilitatem

in.xiiij.de ciui.dei dicit. Nunc in ciuitate dei
in hoc ſeculo peregrinanti maxime commen/
datur humilitas.⁊ in eius rege qui eſt chriſtus
maxime predicatur contrarium huic virtuti
quod eſt elationis vitium .in eius aduerſario
qui eſt diabolus ⁊c. In conſpectu eius fuit mi/
nimus omnium ſecundum magiſtrum in.iiij.
ſententiarum.diſt.iij. Paruulus datus eſt no//
bis. Eſa.ix. de humili virgine naſci voluit. hu/
milem domum habuit.quia diuerſorium. hu/
milem lectum . quia preſepium humilem ve/
ſtem. quia pannis inuolutus eſt . humilibus p
angelum ſuam natiuitatem nunciauit paſtori/
bus. Sacramenta humiliationis ſuſcepit vt cir
cunciſionis ⁊ baptiſmi. Parentibus humili//
ter ſubditus. Paruulum amplexatur. Marci.
ix. Et paruulos nō vult prohiberi a diſcipulis
ad ſe venire. In predicando ⁊ docendo dixit.
Ego gloriam meam non quero. Jo.viij. Item
mea doctrina non eſt mea. In miraculis facien
dis humilitatem oſtendit dicens leproſo Mat
hei.viij. Uide nemini dixeritis. Et Marci.vij.
Precepit eis ne cuiq̄ȝ dicerent ſcilicet de ſana/
tione ſurdi ⁊ muti. Incenſus ſolutiōe. Math.
xx.j. Et in pedum ablutione. Jo.xiij. In itinerā.
do ſuper aſelluȝ Math.xxj. In paſſione humi
liauit ſeipſum. Ad Phil.ij. Humiles piſcato//
res elegit. Tertio commendatur humilitas ex
vtilitate eius.

De fructibus .§.iiij.

De fru/ctibus humili/tatis

humilitatis. Primo quidem deo ⁊ cōmunib⁹
placet ⁊ redolet. Canti.j. Cum eſſet rex in accu
bitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuuȝ. Nar
dus propter ſui paruitatem ſignificat humili/
tatem herba ipſa eſt. Secundo orationes fa
cit deo acceptas. ps. Reſpexit in orationem hu
milium. ⁊c. Judith.ix. Humilium ⁊ manſueto
rum ſemper tibi placuit deprecatio. Tertio
facit hominem liberari a malo culpe ⁊ a malo
pene ps. Humiliat⁹ ſum ⁊ libe.me.iij. Reguȝ.
xxj. Nonne vidiſti achab humiliatum coram
me. ⁊c. Antiqui communiter in ſignum humi
liationis ad placandum dominū imponebant
cinerem ſuper capita ſua.⁊ induebantur ali//
quando cilicio. Sicut legitur de Judith. de Jo
ſue. de Niniuitis. ⁊c. Quarto humilitas
hoīeȝ tēporaliter exaltat. j. Regū .xv. Nōne cū
eſſes paruulus in oculis tuis caput tribubus
iſrael conſtitui te. dictum fuit Sauli qui abſcō
derat ſe electus in regem. Moyſes humilis.
vt patet in excuſando ſe ad eunduȝ ad pharao
nem. factus ex dux populi. Humilis hieremias
qui dicebat a a a domine deus. ⁊c. conſtitutus
eſt ſuper gentes ⁊ regna. Dauid minimus in//
ter fratres vngitur in regem .j. Regum. xvj.

Quinto inducit ad gloriam. Job.xxij. Qui
humiliatus fuerit in gloria. Luc.xiiij. dicit in
parabola. Recumbe in nouiſſimo loco.⁊c. tūc
erit tibi gloria. Sexto dei apparitiōe ſeu an
gelorum facit dignum. Gen.xviij. Abrae in cō
ualle moranti apparuerunt tres viri.i.angeli.
Septimo ad ſapientiā introducit . Prouer
bio.xj. Ubi humilitas ibi eſt ſapientia. Math.
xj. Reuelaſti ea paruulis. Grego.in paſto͛. Pu
pilla oculi nigre videt. Albuginem patiens ni
hil videt. q: humane cogitationis ſenſus duȝ
ſe ſtultum peccatoremq̄ȝ intelligit cognitionē
intime claritatis apprehendit. Si autem cādo
rem ſapientie aut iuſtitie ſibi attribuit a luce ſe
ſuperne claritatis excludit diſtinctio.xlix. hinc
etenim.§. albuginem. Exemplum in vitaſpa//
trum de illo qui per ieiuniū ſeptē hebdomada
rum non potuit habere declarationeȝ de quo
dam dubio ſcripture ſacre. ſed cuȝ cepit ire ad
alios interrogandū apparuit ei angelus decla
rans. Octauo a laqueis tentationum libe//
rat. Unde Antonio exclamanti. O quis iſtos
euadet laqueos quibus mundum viderat ple
num ſe cōnectentibus. dictū fuit ſola hūilitas.
Nono humilitas nutrix eſt dilectiōis. vt di
cit Cryſ. ſicut cinis conſeruat ignem. ita humi
litas dilectionem ⁊ alias virtutes Gregorius.
Perit omne qđ agit͛. ſi non caute in humilita
te cuſtoditur. In huiuſmodi figuraȝ omnia va
ſa que oſtendit ⁊ theſauros. Ezechias oratori/
bus regis babylonis aſportauit poſtea ⁊ per/
didit. Decio de hoſte īferni mirabiliter triū
phat. Figurat͛ enim per fundam per quam la/
pidibus Dauid occidit goliam. In vitaſpatrū
dixit diabolus machario. ꝙ ſola eius humili/
tas vincebat eū. Undecimo paceȝ facit Gre
gorius. Pacem illam facit humilitas qua ſibi
quiſq̄ȝ ſuperiorem alium arbitratur.

Titulus quintus de iu/ſtitia. De iuſtitia in generali. Capitulū.j.

Oſtquam de pru//
dentia intellectum practicuȝ dirigē
te ⁊ fortitudine ⁊ tēperantia que re
gulant appetitum ſenſitiuū dictum eſt. Conſe/
quenter dicendum reſtat de iuſtitia que volun
tatem rectificat. Scienduȝ primo ꝙ iuſtitia ſ͛ȝ
bea. Tho.in.iiij.diſtin.xxxiij.q.j. tripliciter di/
citur prout notat phs in.v. Ethico. Uno mo/
do prout importat quendam ſtatum rectitudi
nis in homine quantum ad partes ipſius: pro
ut ſciliceȝ aliqua pars anime ſuo ſuperiori ſub/
ditur. ſiue ipſi deo ſiue alij pti hominis. Et hāc
iuſtitiam notat philoſophus metaphoricē. eo
ꝙ diuerſe ptes hoīs computantur q̄ſi diuerſe

De in/plici ac/ceptio/ne iuſti/tia

perſone. Hec autem rectitudo per quolibꝫ pec
catuꝫ tollitur. ⁊ per gratiam reparatur. Unde
hec iuſtitia etiam virtus generalis dicitur in/
quantum includit oẽs virtutes. non quidem
per modum totius vniuerſalis ſicut iuſtitia le
galis. ſed generalis dꝛ per modum totius inte
gralis. Et ad hanc iuſtitiam motus dꝛ iuſtifica
tio qua. ſcꝫ impius de peccatore ꝑ gratiam fit
iuſtus. vnde diffinitur iuſtificatio ꝙ eſt remiſ/
ſio peccatoꝝ ⁊ conſũmatio bonorum operum.
i. infuſio habituum virtutum. Secũdo modo
dꝛ iuſtitia prout eſt nomen generale ad omnes
virtutes ſm ꝙ actus earum ordinat ad bonuꝫ
cõe ſm directionem legis. Et de hac dicit phs
ꝙ iuſtitia eſt omnis virtus. Ideo enim dicitur
generalis. quaſi per quandam cauſalitateꝫ ſm
ꝙ ꝑ legis imperiũ ordinat ad bonuꝫ cõmune.
non ſolum actum iuſtitie particularis. ſed eti/
am actꝰ aliaꝝ ṽtutũ. Nã precipit actũ tempan
tie ⁊ ordinat ad bonum cõe. puta cum lex man
dat vt nullus adulterium committat. ſimiliter
actum fortitudinis in bonuꝫ cõe reducit cũ pre
cipit. ꝙ milites non deſerant aciem nec arma
proiciant ⁊ hmõi. Quod declarans beatꝰ tho.
ij. ij. q. lviij. ſic dicit. Iuſtitia ordinat hominem
in comparatione ad aliuꝫ. Et hoc poteſt eſſe du
pliciter. Uno modo ad alium ſingulariter con
ſideratum. Alio modo in communi ſm quod
ille qui ſeruit cõmunitati. ſeruit omnibꝰ homi
nibus qui ſub illa cõmunitate cõtinentur. Ad
vtrunqꝫ ſe poteſt habere iuſtitia ſm propriam
rationem. Nam omnes qui ſub aliqua cõmu/
nitate continentur cõparantur ad cõmunitatẽ
ſicut ptes ad totũ. Pars autem id quod ẽ toti
us eſt. Unde ⁊ quodlibet bonum ptis eſt ordi
nabile ad bonum totius. Scdm igitur hoc bo
num cuiuſlibet virtutis ſiue ordinãtis homi/
nem ad ſeipſuꝫ. ſiue ordinantis ad aliquas ali
as perſonas ſingulares eſt referibile ad bonũ
cõmune. Et quantum ad hoc dicitur eſſe virtꝰ
generalis. ad quod ordinaꝛ iuſtitia. Et ſm hoc
actus oĩum virtutuꝫ ad iuſtitiam poſſunt perti
nere ſm ꝙ ordinant hominem ad bonum cõe.
Et qꝛ ad legem ptinet ordinare in bonum cõe
Ideo iuſtitia predicto modo generalis dicitur
iuſtitia legalis. quia per eam homo concordat
legi ordinanti actus oĩm virtutum in bonum
commune. Tertio modo dicitur iuſtitia prout
eſt virtus ſpecialis. equalitatem conſtituens in
commutatiõibus ⁊ diſtributionibus cõmuni
cabilium bonorum. que ſunt neceſſaria in vita
hec beatus tho. ⁊ de iſta nunc agitur. que eſt
vna de cardinalibꝰ. ⁊ ꝑcellit oẽs morales dupli
ci ratione ſm beatum Tho. ij. ij. Primo ex pte
ſubiecti. quia iuſtitia eſt in nobiliori parte ani
me. ideſt appetitu rationali. ſ. voluntate. Alie

e ꝑex
llẽtia
iuſtitie.

vero. ideſt fortitudo ⁊ temperantia ſunt in ap/
petitu ſenſitiuo. ad quem pertinent paſſiones
que ſunt materia dictarum virtutum. Secun/
da ratio eſt pte ex obiecti. Naꝫ alie virtutes lau
dantur ſm bonum ipſius virtuoſi. Iuſtitia au
tem ſm ꝙ quis bene ſe habet ad aliud. Et no/
ta ꝙ in ſcripturis ſacra iuſtitia cõmuniter acci/
pitur primo modo dicta.

¶ Nota ꝙ iuſtitia .§.i.

prout eſt virtus ſpẽalis diſtincta a ceteris. ſe hꝫ
vt totũ integrale. Et ſic ptes eius ſũt declinare
a malo ⁊ facere bonũ. Eſt etiã totũ vle. ⁊ partes
eius ſubiectiue. que ſunt ſpecies eius. ſũt iuſti/
tia cõmutatiua. ⁊ iuſtitia diſtributiua. Eſt ⁊ to/
tum ꝑncipale. Et ſic ptes eius ſũt que dicũtur
virtutes annexe. Religio. pietas. obſeruãtia. ꝗ
includit obediẽtiã. Ueritas gr̃a. ſeu gratitudo
vindicatio. liberalitas. affabilitas. ſeu amicicia
de qbus oĩbus aliqd breuiꝛ eſt dicẽdũ. ¶ Sci
endum de partibus iuſtitie integralibus ꝙ cũ
ſit iuſtitia gñalis ⁊ iuſtitia ſpãlis vt dictũ ẽ. Ad
iuſtitiã gñalẽ ptinet facere bonũ debitũ in ordi
ne ad cõitatẽ vel ad deũ. Et vitare malũ oppoſi
tum. ſ. cõitati vel deo. Sꝫ iuſtitia ꝓut eſt virtus
ſpecialis reſpicit bonũ ſub rõne debiti in cõpa
ratiõe ad ꝓximũ ⁊ ſm hoc ad iuſtitiã virtuteꝫ
ſpecialẽ ptinet facere bonũ ſub rõne debiti ĩ cõ
paratione ad ꝓximũ. ⁊ vitare malũ oppoſitum
qđ eſt nociuũ ꝓximo. Et ſm hoc declinare a ma
lo ⁊ facere bonũ ſunt ptes iuſtitie ſpecialis. Ad
iuſtitiã eni ptinet eq̃litatẽ ꝯſtituere in his que
ſunt ad alterũ. Eiuſdẽ aũt eſt ꝯſtituere aliqd. ⁊
illud ꝯſtitutũ ſeruare. Cõſtituit aũt eq̃litatẽ iu/
ſtitie in faciẽdo bonũ. i. reddẽdo alteri qđ ſibi
debetur. Conſeruat aũt equalitatẽ iuſtitie iam
ꝯſtitute declinando a malo. i. nullũ nocumẽtuꝫ
proximo inferendo. Et nota ꝙ hic declinare a
malo ſm ꝙ poniꝛ pars iuſtitie. nõ dicit puram
negationẽ. que eſt nõ facere malũ. Hoc eniꝫ nõ
mereꝛ palmã ſed tm̃ vitat penã. Sed importat
motũ voluntatis repudiãtis malũ. vt ipm no/
men declinatiõis importat. Et hoc eſt meritori
um. ꝑcipue q̃i aliqs ĩpugnaꝛ vt malũ faciat ⁊
reſiſtit. Item facere bonũ eſt actus cõpletiuus
iuſtitie. ⁊ q̃ſi pars ꝑncipalis eiꝰ. Declinare aũt
a malo eſt actus ĩperfectior ⁊ pars ſecundaria.
Item nota ꝙ oẽ pctm̃ aut eſt tranſgreſſio. aut
omiſſio. ⁊ tranſgreſſio opponiꝛ illi pti iuſtitie q̃
eſt declinare a malo. Omiſſio aũt alteri pti ſcꝫ
facere bonũ. Aliqñ tñ trãſgreſſio large ſumiꝛ ꝑ
omni pctõ includendo etiã omiſſionem. Et ſic
ſumit bea. Amb. cum diffiniendo peccatum di
cit ꝙ ẽ trãſgreſſio legis diuine ⁊c̃. Pro cuiꝰ de
claratiõe dicit beatus Tho. ij. ij. q. lxxix. ꝙ no/
men tranſgreſſionis a corporalibus motibus

De du/
plici pte
iuſtitie
ſcꝫ facẽ
bonũ ⁊
declina
re a ma
lo.

Quid
ſit decli
nare a
malo ⁊
facẽ bo
nũ quõ
itelligiꝛ

De trãſ
greſſio
ne qd
ſit ⁊ q̃/
mõ op/
poniꝛ iu
ſtitie.

ad morales actus deriuatū eſt. Dr̄ aūt aliquis ſcḋm corporalem motum tranſgredi. ex eo q̄ tranſgreditur terminū ſibi p̄fixum. Terminus autē p̄figit homi. vt vltra nō tranſeat in moralib⁹ p preceptū negatiuū. ⁊ ideo tranſgreſſio ꝓprie dr̄ ex eo q̄ quis tranſgredit̄ p̄ceptū diuinū qḋ quidē materialiter poteſt eſſe cōmune omnib⁹ ſpecieb⁹ peccatorū. quia p quālibet ſpēm peccati mortalis homo trāſgreditur aliquod p̄ceptū diuinū. Sed ſi accipiatur formalr̄ ſcḋm hanc ſpecialē rōnem quod eſt facere contra p̄ceptū negatiuū: ſic eſt ſpeciale peccatum dupliciter. Uno mō ſcḋm quod opponit̄ ad genera peccatorum oppoſita alijs virtutib⁹. Sicut enim ad ꝓpriam rōnē iuſtitie legalis ptinet attendere ad debitū p̄cepti. ita ad ꝓpriā rōnem tranſgreſſionis ptinet attendere ꝯtemptū p̄cepti. Alio mō ſcḋm q̄ diſtinguit̄ ab omiſſione que ꝯtrariatur precepto affirmatiuo. ¶ De omiſſiōe nota ſcḋm btm̄ Tho. vbi. ſ. q̄ importat omiſſio ꝑtermiſſionē boni debiti. Bonum autē ſub ratione debiti ꝓprie ptinet ad iuſtitiā ad legalē q̄dē ſi debitū accipiat̄ i ordie ad legē dei ſeu diuinā vl̄ hūanā. Ad ſpecialē aūt iuſtitiā ſcḋm q̄ debitum cōſideratur in ordine ad proximum. vnde eodē modo quo iuſtitia eſt ſpecialis v̄tus ⁊ omiſſio eſt ſpeciale pctm̄ diſtinctū a peccatis. que opponūtur alijs virtutib⁹. Eo vero mō quo facere bonum cui opponit̄ omiſſio eſt quedā pars iuſtitie diſtincta a declinatione mali cui opponit̄ trāſgreſſio. Etiā omiſſio a tranſgreſſione diſtinguitur.

de omiſſiōe in .ij.ij.q.ri. ix.

¶ Et nota q̄ omiſſio nō eſt originale ſʒ actuale pctm̄. nō q̄ habeat aliquē actū ſibi eſſentialē ſʒ ſcḋm q̄ negatio act⁹ reducit̄ ad gen⁹ act⁹: ⁊ ſic nō agere accipit̄ vt quoddā agere boni debiti ad qḋ qs tenet̄. Et q: nullus tenet̄ ad impoſſibile ideo nullus peccat pctō omiſſionis ſi nō facit qḋ nō pōt. Itē nota q̄ ſicut pctm̄ tranſgreſſiōis opponit̄ p̄ceptis negatiuis: ita pctm̄ omiſſionis affirmatiuis que pertinent ad faciendum bonū. Affirmatiua aūt precepta non obligant ad ſemꝑ ſed ad tempus determinatū. ⁊ pro illo tp̄e quo quis debet aliquid facē ⁊ nō facit. peccatū omiſſionis incipit eſſe ⁊ non a cauſa ſua. Item ſciendū q̄ cum peccatū tāto ſit grauius q̄nto magis diſtat a virtute. Omiſſio autem opponat̄ virtuti iuſtitie negatiue. Tranſgreſſio contrarie que eſt maxime diſtantie. ideo grauius eſt peccatū tranſgreſſio q̄ȝ omiſſio ceteris parib⁹ ſicut inferre ꝯtumeliā parētib⁹. quod eſt trāſgreſſio. eſt grauius q̄ȝ nō honorare qḋ eſt omiſſio. Et ſumēdo ꝓprie trāſgreſſionē ⁊ omiſſionē. ſ. put ſunt ꝯ p̄cepta. ſic ſūt mortalia. ſed large p hijs que ſunt preter precepta. non contra. ſi ſunt venialia. Et nota q̄ omnia precepta decalogi ſunt de actibus iuſtitie.

de omiſſione q̄ eſt pctm̄ actuale. ⁊ quō ī telligit̄.

¶ Deinde viden .§.ij.

dum eſt de diffinitione iuſtitie. ⁊ quō ſit neceſſaria ciuitati ⁊ ciuibus de principijs eius. ⁊ de. tie nomultiplici modo principādi. Ad habēdū autē diffinitionē iuſtitie vidēdum eſt quid importet nomen eius. Nam frequēter ex ſignificationibus nominū a q̄bus imponuntur deuenim⁹ in cognitionē rerum. Uidetur aūt iuſtitia ſcḋm nomen quandā importare equalitatē. vñ vulgariter que adequantur dicūtur iuſtificari. Eq̄litas ſemꝑ eſt ad alterꝫ. q: nihil ſibimet eſt equale. Opꝫ ergo q̄ iter alterꝫ ⁊ alterꝫ eq̄litas verſetur. Erit ergo iuſtitia virtus adequans vnū cū altero. hoc aūt ſit dum operationes ⁊ res exteriores que poſſunt in vſum hominis venire. ⁊ in quibus homines ſibiinuicē cōicant debite ordinantur. Ex quo patet materia circa quā iuſtitia verſatur. ſ. operatiōes ⁊ res inter homines cōmunicabiles quarum ipſa eſt rectificatiua ⁊ ordinatiua. ex hoc patet eius eminētia ad alias virtutes morales que hominē tm̄ perficiunt in eis que cōueniunt ei ſcḋm ſeipſū. Fortitudo enī hominem perficit in ſeipſo dum timores ⁊ audacias rectificat. tēperantia concupiſcētias. et ſic de alijs virtutibus que habent interiores paſſiones modificare. Iuſtitia vero hominem perficit in ordine ad aliū. dum ab vno q̄ plus iuſto hʒ accipit. ⁊ alteri q̄ min⁹ iuſto hʒ tribuit vel quādo diuerſa diuerſis ꝓportiōabiliter ſcḋm merita diſtribuit. ⁊ ſic ſemper iter diuerſos eq̄litatem ꝯſtituit. Patet ergo q̄ iuſtitia eſt diffinienda ex actu reddendi ius debitū vnicuiq̄. Sed ad hoc q̄ actus iſte ſit virtuoſus neceſſe ē q̄ procedet ex habitu ⁊ bone diſpoſitione mētis. ¶ Erit ergo iuſtitia habitus voluntatis ſiue bona qualitas mētis ius ſuum vnicuiq̄ tribuens. Et ad hoc ꝯcurrit fere intentio omniū diffinientiū iuſtitiā. Dicit enī iuriſperitus q̄ iuſtitia eſt conſtans ⁊ perpetua volūtas ius ſuum vnicuiq̄ tribuens. vbi potentia pro habitu ponitur. vnde iuſtitia dr̄ dei voluntas ideſt voluntatis habitus. Et ad hoc q̄ iſte habitus ſit virtutis non debet quis habere ꝓpoſitum ad horam ſcilicet ad tempus operandi iuſtitiam ſed perpetuo. alioquin nō eſſet iuſtus. vnde ſcḋm philoſophum. ij. ethi. inter alia que requirūtur ad actum virtutis ponitur q̄ operetur immobiliter. vbi deſignat actus firmitatem quantū ad propoſitum quod debet habere operās p virtutem. Poteſt ergo predicta diffinitio iuris ad formam ſic reduci. Iuſtitia eſt habitus voluntatis ſcḋm quem aliquis firmo ⁊ cōſtanti propoſito ius ſuum vnicuiq̄ tribuit. Ad hanc etiam reducitur diffinitio quā ponit Macrobius dicens q̄ iuſtitia eſt vnicuiq̄ ſeruare quod ſuū.

De iuſti[tie] nomie q̄d impor[tat].

De iſtius diffinit[ione].

eſt. Iſiō. aūt eam ſic deſcribit. iuſtitia eſt ordo ꝛ
equalitas qua homo cuꝫ vnaquaqꝫ re bene or
dinatur. Tul. aūt in. j. rheto. ſic eā deſcribit iu//
ſtitia eſt habitus animi cōmuni vtilitate ſerua/
ta ſuam vnicuiqꝫ tribuens dignitatē. Comple/
tiue aūt eam diffinit bea. Amb. in li. de offi. di.
Juſtitia eſt que vnicuiqꝫ qḋ ſuum eſt tribuit ali
enum non vendicat. vtilitatē propriam negli//
git. vt cōmunem equalitatem cuſtodiat.

¶ De duabus ſpeciebus iuſtitie videlicet cō//
mutatiua ꝛ diſtributiua. Cap. ij.

Poſt aſſignationeꝫ
partium integraliū iuſtitie ꝛ diffi//
nitionē eius. Nunc vidēdum ē de
partibus ſubiectiuis. ſ. cōmutati/
ua ꝛ diſtributiua. Cum ergo iuſtitia particula/
ris de qua nūc loquimur reſpiciat aliquā ꝑua
tam perſonam que cōparatur ad cōmunitateꝫ:
ſicut pars ad totū. pōt duplex ordo attendi ad
aliquam partē. Unius quidē partis ad partem
cui ſimilis eſt ordo vni⁹ ꝑſone ꝑuate ad aliā. Et
hunc ordinem habet dirigere quedam iuſtitia
que a phō dicitur cōmutatiua. Conſiſtit eniꝫ in
his que per quandam cōmutationem habent
fieri inter duas ſingulares ꝑſonas adiuuicem
vt patet in emptionibus vēditionibus. locatio
nibus ꝛ quibuſcūqꝫ alijs pactiōibus interueni
entibus inter vnū hominē ꝛ aliū. Et hec qdem
iuſtitia ꝯſtituit eqle arithmeticū inquātū ade/
quare oportet rem rei. vt quāto plus iſte hꝫ q̄ꝫ
ſuum ſit tantūdē reſtituat ei cuius ē minus ha
benti. Alius aūt ordo attenditur totius ad par
tes cui ſimilis eſt ordo cōis laicalis vel alicui⁹
principis vicem cōis gerentis ad ſingulares ꝑ
ſonas. Et hunc ordinē haber dirigere quedam
alia iuſtitia que dicitur diſtributiua per quam
bona cōia diſtribuuntur vt honores ꝛ alia hu/
iuſmodi. vt expedit vnicuiqꝫ ſm ꝓpriaꝫ digni
tatem. Et hec quidē iuſtitia ꝯſtituit equale geo
metricum. quod non eſt accipiendū ſm eandē
quantitatem: ſed ſm ꝓportionē. Cum eniꝫ bo
na cōia equalia non ſint nec ciues equales eſſe
omnes poſſint. ſi principes vel hi q̄ rempubli/
cam regunt de rebus cōibus omnibus equali/
ter prouiderent. cōfuſio maxima accideret ꝛ to
tius pollitie ordo periret: talis enim equalitas
ſumma eſſet inequalitas ſi merita diuerſorum
ſm ordinē ꝓportionis non attenderentur. De
bet ergo qui preeſt cōmunitati diligēter atten/
dere ꝯditiones ꝑſonarum ꝛ bonoꝝ cōmuniū
qualitates. quibus inſpectis ꝛ adinuicem com
penſatis debet ea ꝓportionabiliter diſtribuere
vt ſicut vna perſona aliam excedit. ita etiā illḋ
quod vni tribuitur debet excedere id qḋ alteri
exhibetur. Non enim equalibus honorib⁹ ho
norandi ſunt plebei ꝛ optimates. cū iſti maio//
rem principatum teneant in republica. maxi/
me in his que ad defenſionē ꝛ gubernationeꝫ/
eius pertinent. Et ſic patet duas eſſe iuſtitias. De dua
Cōmutatiuā per quā ſubditi dirigūtur in his bus iu
que fiunt per mutuas cōmutatiōes reꝝ venali ſtitye. ſ.
um. Et diſtributiuam per quā qui preeſt dirigi cōmu,
tur in rite diſtribuendo bona cōia ſubditorum tatiua ꝛ
qualitate ſeruata. Pro huius maiori declaratiō diſtri//
one circa iuſtitiā ipſaꝫ particularē ſeu virtuteꝫ butiua
cardinalē ſciendū ſm be. Tho. ꝗ. ij. q. lxi. q̄ iu//
ſtitia ꝯſiſtit circa quaſdā operatiōes exteriores de iuſti
ſcꝫ diſtributionē ꝛ cōmutationē. que qdē ſunt tie parti/
vſus quorundā exterioꝝ vel reꝝ vel ꝑſonaruꝫ cularis
vel opeꝝ. ¶ Reꝝ qdem ſicut cū aliquis aufert ſpēbus
alicui rem ſuā vel reſtituit. Perſonaꝝ. ſicut cū iterum
aliquis in ꝓpria ꝑſona alteri iniuriā facit. ꝑcu/ quoad
tiendo eum aut verbis ꝯtumeliando. Uel etiā vſum.
cum irreuerētiam exhibet. Opeꝝ ſicut cuꝫ ali
quis iniuſte exigit vel alteri reddit aliqḋ op⁹.
Si ergo accipiātur vt materia vtriuſqꝫ v̄tutis
ea quoꝝ operatiōes ſunt vſus eadē eſt materia
diſtributiue ꝛ cōmutatiue iuſtitie. Nam ꝛ res
diſtribui poſſunt ꝛ cōicari ab vno in alios. Eſt
etiam ꝛ quedā diſtributio laborioſoꝝ operū ꝛ
recōpenſatio. Si aūt accipiātur vt materia vtri
uſqꝫ virtutis actiones ipſe principales quibus
vtimur perſonis rebus ꝛ opibus. ſic inuenitur
vtrobiqꝫ alia materia. Nam diſtributiua iuſti/
tia eſt diſtributionis directiua. Et cōmutatiua
eſt directiua cōmutationum. que attēdi poſſūt
inter duas perſonas. Cōmutationum aūt que/
dam ſunt inuoluntarie ꝛ quedam voluntarie.
Et inuolūtarie quidē qn̄ quis vtitur re alterius ꝗ. ij. pte
ꝑſona vel opere eo inuito. Qḋ quidē contingit
quandoqꝫ occulte per fraudem quandoqꝫ ma
niſeſte per violentiā. vtrunqꝫ aūt contingit aut
in rem aut in ꝑſonā. Et ſi in ꝑſonā. aut ꝓpriam
aut coniunctā. Et in rem qdē ſi qs accipit rem
alterius occulte. vocatur furtū. ſi maniſeſte. vo
catur rapina. In ꝑſonā autem ꝓpriam vel quā
tum ad ipſam ꝯſiſtentiā ꝑſone. vel quantuꝫ ad
dignitatem eius. Si quātū ad ꝯſiſtētiā ꝑſone.
ſic leditur aliqs occulte ꝑ doloſā occiſionē vel
percuſſionē vel veneni exhibitionē. Maniſe//
ſte vero ꝑ maniſeſtā occiſionē vel ꝑcuſſionē vel in
carcerationem. vel mutilationē. Quantum aūt ꝗ. d ho
ad dignitatē ꝑſone ledit quis occulte per falſa mici//
teſtimonia ꝛ detractiones. quibus alicui aufer dio. ꝑ. ij
tur fama ſua. Maniſeſte autem per accuſatio//
nem in iudicio vel conuitiationem. Quantuꝫ
autem ad perſonam coniunctam ledit quis in
vxore vt in pluribus occulte per adulteriū. In
ſeruo cum aliquis ſeruum ſeducit vt a domi// ꝗ. ij. pte
no diſcedat. ꝛ hoc etiam maniſeſte fieri poteſt.
Et eadem ratio eſt de alijs ꝑſonis ꝯiunctis. in

quas poſſunt omnibꝰ modis iniurie circa has perſonas exerceri. Tamen quia ſeruus eſt poſſeſſio quedam domini. refertur ad hoc furtuȝ. Voluntarie autem commutationes dicuntur. quando aliquis voluntarie transfert rem ſuaȝ in alterum. Et ſiquidem rem ſuam ſimpliciter transfert in alterum abſq̄ȝ debito. ſicut in donatione non eſt actus iuſtitie ſed liberalitatis. In tantum aūt ad cōmutationem ſeu cōmutatiuā iuſtitiam voluntaria tranſlatio p̄tinet. inquantum ibi aliquid eſt de rōne debiti. Quod qdeȝ cōtingit multipliciter. Uno modo qn̄ quis ſimpliciter transfert rem ſuam in alterum p̄ recōpenſatione alterius. ⁊ ſic eſt commutatio ⁊ venditio. Alio modo cum quis tradit rem ſuā alteri concedens ei vſum rei cum debito recuperādi rem. Et ſiquidem gratis cōcedit vſuȝ rei vocatur vſufructus rebꝰ que aliquid fructificant. vel ſimpler mutuum. vel accōmodatuȝ in his que non fructificant. ſicut dnarij vaſa ⁊ hmōi. Si vero nec ipſe vſus gratis conceditur. vocatur locatio ⁊ conductio. Tertio modo tradit aliquis rem ſuā vt recuperandā non ratiōe vſus. ſed ratione conſeruationis. ſicut in depoſito. Uel ratione obligationis ſicut cum quis rem ſuā pignori obligat. ſeu cum quis p̄ alio fideiubet. In omnibꝰ autem his actionibꝰ volūtarijs vt in volūtarijs eſt eadem ratio accipiendi medium ſm equalitatem recompēſationis. Et iō omnes iſte actiones pertinent ad vnam ſpeciē iuſtitie. ſ. commutationis. Hec omnia beatus Thomas. ¶ Et nota q̄ in commutationibus inuoluntarijs reperiuntur diuerſe ſpecies peccatorum. que habent propria nomina. ⁊ pertinent omnia ad iniuſtitiam. videlicet furtum. rapina. homicidium. veneficium. incarceratio. mutilatio. verberatio. falſa accuſatio. d̄tractio. deriſio. cōtumelia. ſuſurratio. maledictio. adulterium. ⁊ hmōi. de quibus omnibꝰ habes ſup̄. in ſecūda parte. Et hec omnia reducuntur ad iuſtitiam commutatiuam. p̄ recompenſationē iniurie ⁊ dāni ab eo q̄ fecit ei cui fecit: ⁊ bono cōi qđ leſit. que recompenſatio d̄r reſtitutio ſeu ſatiſfactio. Et dicit in. v. ethi. Juſtuȝ contra paſſum. quod etiam in commutatiōibꝰ volūtarijs d̄r eſſe iuſtum contra paſſum. Et d̄r contra paſſum ſm beatum Tho. ex eo q̄ recompenſatio fit ſm equalitatem. vt. ſ. paſſio recōpēſata ſit eq̄lis actioni. Non autem ſemp̄ eſſet equalis. ſi idem ſpecie aliquis pateretur quod fecit. Naȝ ſiquis percuteret principem. ſi tamen ipſe rep̄cuteretur tunc maior eſſet actio q̄ȝ paſſio ⁊ non equalis. Et ideo non ſolum percutitur ſed multo grauius punitur. Similiter cū quis aliū in voluntarium in re ſua damnificat. ſi ſolum puniretur etiam iudicio q̄ reſtitueret rem ablatam. maior eſſet actio q̄ȝ paſſio. quia ipſe non ſuſtineret damnuȝ ſicut ipſe intulit. Unde punitur vt rem multiplicius reſtituat. quia damnificauit etiam non ſolum rem priuatam. ſed rem publicam. tutele ſecuritatem infringēdo. Similiter in cōmutationibus volūtarijs ſi ſimpliciter daretur vna res pro altera indifferenter eſſet alij inequalitas magna. q2 vna eſt multa maioris valoris. Et ideo oportet ſm quādaȝ proportionatā menſurationem adequare paſſionem actioni in commutatiōibus. Iniuſtitia autem diſtributiua non habet locum iuſtuȝ cōtra paſſum. ex eo q2 iniuſtitia diſtributiua non attenditur equalitas ſm proportionem rei ad rem vel paſſionis ad actionem. Unde dicit cōtra paſſum ſed ſm proportionabilitatē rerum ad perſonas. De cōmutationibus voluntarijs ſcilȝ emptione. venditione. permutatione. mutuo accōmodato. depoſito. pignoratione. locatione. ⁊ cōductione. fideiuſſione. Et quomodo ſit iuſta vel iniuſta. Et de vſura que in his committitur habes. ŝ. in ſcđa p̄te ti. j. per totum.

De diuerſis ſpēbus peccatorum ad iniuſtitiam pertinētibꝰ (margin)

Quid ſit vł vñ Juſtum ꝯ paſſū. (margin)

¶ De iuſtitia diſtributiua.

Capitulum. ij.

DE iuſtitia diſtributiua. Nota q̄ actus eius ē in debita collatione officiorū ⁊ beneficiorum temporaliū ⁊ eccleſiaſticoꝝ ⁊ in adminiſtratione ſeu diſpenſatiōe ſacroꝝ ⁊ bonoꝝ terrenorū eccleſie vel cōmunitatis. ¶ Secūdo in exhibitione congrua reuerentie honoꝝ. ¶ Tertio in recta executione iudicioꝝ. Et in quolibet horū ſi iniuſte fiat poteſt interuenire vitiuȝ quod dicitur acceptio perſonarum. de qua. ŝ. in. ij. parte. Et de iniuſtitia que fit ex parte iudicis vł aduocati vel teſtis vel rei vel accuſatoris. habes ŝ. in tertia parte titu. vj. c. ix. per totum.

¶ Quantum ad col- .§. i.

lationem beneficioꝝ ⁊ honoꝝ. Et ſciendū ſm bea. Tho. ij. ij. q. lxiij. q̄ duplex eſt datio. Una pertinens ad liberalitatē qua ſcilȝ gratis dat alicui. quod ei non debet. ſicut cum aliquid alteri donatur. Et ibi non habet locū acceptio perſonaruȝ. q2 abſq̄ȝ iniuſtitia poteſt quis dare de ſuo quantū vult ⁊ cui vult. Et talis eſt collatio munerū gratie per que aſſumūtur peccatores a deo. Alia datio eſt pertinens ad iuſtitiā. qua ſcilicet alicui datur qđ ei debet. Debentur aūt officia ⁊ beneficia his qui ſunt meliores ad aliqua pro bono cōmunitatis. Ad quod debet attendere qui hȝ iſta cōferre. Et quāuis ſm iura ſufficiat eligere bonuȝ nec requiratur q̄ eligatur melior. Hoc ſm beatum Thomam eſt verū in foro iudiciali q̄ ſcilicet talis electio non pōt impugnari

impugnari ſi eſt ſacta de bono ⁊ nõ de meliori. Et hoc q: ſi nõ fieret ſic omnis electio haberet calũniam. Sed quantũ ad conſcientiã eligentis. neceſſe eſt eligere meliorem: vel ſimpliciter vel in cõparatione ad bonũ commune. Alias ſi preponatur minus bonus meliori. i. aptiori ad beneficium vel officiũ rõne conſanguinitatis vel amicicie hmõi pertinet ad acceptionem perſonarum quod in collatione ſpũalium eſt magis reprehenſibile. Si autem cõſanguineum ſuum prelatus in cõferendo bñficiũ preferret eque bono: non videt vitioſum niſi rõne ſcandali vel exẽpli qḋ inde ſepe trahitur. Similiter ſi quis hꝫ diſtribuere bona coitatis vel alicuius ſocietatis indigẽtibus: ſi preferret multo minus indigẽtes magis indigẽtibus rõne amicicie vel parentele ⁊ hmõi. videt pertinere ad acceptionem perſonarũ. Secus ſi de ſua ſubſtãtia vult dare vni. ⁊ non alteri: q: ad illud non tenet. Similiter de officijs coitatis: q: magis aptis debent diſtribui. niſi forte magis aptus haberet ſuſpectus de aliqua nouitate. ⁊ huiuſmodi: ſꝫ certe non eſt magis aptus ſi eſt perturbatiuus boni cõmuni. Similiter ⁊ onera vel operarũ vel laborũ vel collectarũ ſm debitã proportionem imponenda ſunt. Alias minus imponentes maioribus ratione ſtatus: qui magis deberent grauari: pertineret ad acceptionem perſonarum. ⁊ quomodo teneantur ad ſatiſfactionẽ habes. ſ. in ſecunda parte.

Quantum ad ſe- .§.ij.

cundum de exhibitione honoꝝ. Nota ſꝫ Tho. vbi. ſ. ꝙ cũ honor ſit qḋdã teſtimoniũ de virtute eius qui honorat. idẽ ſola virtus eſt debita cã honoris. Sed ſciendũ ꝙ aliqs põt honorari non ſolũ per virtutẽ ſuã ꝓpriã: ſed ẽt per virtutẽ alterius: ſicut pncipes ⁊ prelati honorant ẽt ſi ſint mali. inquãtũ gerũt pſonã dei ⁊ coitatis cui pficiunt. Iuxta illḋ Prouer. xxvj. Sicut q mittit lapidẽ in aceruũ mercurij. Sic q tribuit honorẽ inſipiẽti. Et eadẽ rõne parentes ⁊ domini ſunt honorãdi ꝓpter participationẽ conditionis dei: qui eſt oĩum pr ⁊ dñs. Senes etiã ſunt honorandi ꝓpter ſignum virtutis qḋ eſt ſenectus. Licet hoc ſignum qñqꝫ deficiat. Sap. iiij. Senectus eſt honoranda ⁊c̃. Diuites autẽ ſunt honorandi: q: maiorẽ locũ in coitatibus obtinent. Et ſi iſto mõ ⁊ hac cã tales honorent magis ꝙ̃ alij. ꝙ̃uis ſint mali non eſt vitioſum. Si autẽ ſolum intuitu diuitiarũ honorent eẽt acceptio pſonarum. Similiter ſi quis citius vel potius audiret confeſſionẽ vel daret alia ſacramẽta diuiti ꝙ̃ pauperi ratione ꝯditionis diuitiarum: pertineret ad acceptionem perſonarũ. Secus ſi faceret: quia credit magis indigere: vel etiam q: non poteſt ea expectare ⁊ huiuſmodi.

Quantũ ad ter- .§.iij.

tium de executione iudicioꝝ. Nota ſm Bea. Tho. ꝙ hic etiã hꝫ locum iuſtitia diſtributiua non ſolum ꝗ̃tum ad rem iudicatã: q: in iudicio põt diffiniri non ſolum ꝗ̃liter vnus reſtituat alteri qḋ ab eo accepit: q̃ pertinet ad cõmutatiuã: ſꝫ etiã ꝗ̃liter aliquid cõmune ſit diſtribuendũ in multos: ſed ẽt quãtum ad formam iudicij: prout ſcilꝫ ipſe iudex in ipſa iuſtitia ab vno accipit ⁊ alteri dat: qñ ſcilicꝫ rõne amicicie vel potentie alicuius dat iuſtitiã ſniam pro eo vel rõne paupertatis ex cõpaſſione qḋ pertinet ad acceptionẽ pſonarũ. Vñ dr̃ Prouer. xxiiij. Accipere pſonam in iudicio nõ eſt bonũ. Et regula iuris in. vj. In iudicijs pſonarũ acceptio nõ eſt hñda. Ubi glo. Io. an. Signanĩ cõtraria di. xl. c. j. Idẽ. xlv. cũ beatus. ⁊. xxiij. q. i. Qui contra pacẽ. Sol. In penis deferẽ dignitati et pſone. vt ibi. Idem in ſedẽdo ⁊ aſſurgendo. vt diſt. xciij. Non opꝫ. Et notat. ij. q. ix. c. ſi. In iudicijs aũt vel ſnĩa non eſt habenda acceptio pſonarũ. vt hic. In eis enim eſt equalitas ſeruãda. Et nota ꝙ iudicium interdũ ponit pro eo quod precedit ſnĩam: vt hic. i. pro examinatione cauſe. ij. q. j. Sicut ſine iudicio. Interdum pro condemnatione vt de conſecra. di. ij. ſi morem. Interdum pro diſcretione. ij. q. vij. in §. tria. Interdum pro vltima voluntate. de ſepul. c. penulti. hec ibi in glo. Quatuor autẽ perſonarum genera requiruntur in ordinario iudicio: ſcilicet. Iudex: Actor: Reus ⁊ Teſtis. Unde dicitur extra de verborum ſignificatione. forus. Iudex dicitur quaſi ius dictãs. Ius autem eo ꝙ iuſtum. Actor ſiue accuſator quaſi ad cauſam vocans. Reus a re de qua impetitur. Etiã ſit innocens ſit reus dicitur qui accuſatur. Teſtis quaſi ſuperſtes. Cauſa dicit quaſi a caſu propter materiã de qua agitur. Que ante examinationem dicitur cauſa. In examinatione iudicium. In terminatione ſentẽtia. Forus autem dicitur locus exercendarũ litium. Eſt autẽ duplex forus. ſ. conſciẽtie ⁊ curie ſeu cõtentioſus. Et iſte duplex: quia eccleſiaſticus ⁊ ſecularis. Fori autẽ ſm Pe. de pal. non ſunt miſcẽdi: q: aliter ꝓcedendũ in vno. aliter in alio.

De execu-tione iudicio-rum.

De ꝗ̃stio-ne in iu-dicio re-quiſitis.

Quatuor autem. §. iiij.

modis peruertitur humanũ iudiciũ ſm Grego. xj. q. iij. ſcilicet timore: amore: cupiditate: ⁊ odio. Sed quia de iudicibus in proceſſu iudiciario ⁊ accuſatore reo ⁊ teſtibus agitur diffuſe in. ij. parte. ideo hic nil vltra de iſta materia. Sed ibi vide de huiuſmodi: ⁊ de peccatis que in iudicio cõmittũtur a predictis pſonis.

Q. iuſtitia neceſſaria eſt in q̃libz mł titudie

¶ Poſt hoc oſten- .§.v.

dendum eſt iuſtitiam neceſſariam eſſe cuilibet multitudini. Quod primo manifeſtari poteſt ex parte finis. Et hoc precipue q̃tum ad iuſtitiam legalem. Finis autem qui intenditur in regimine ciuitatum eſt pax. Talis autẽ finis corrumpitur dum iuſtitia legis non ſeruatur. Nã cum omnes vel multi legem que eſt iuſtitie legalis preceptiua frangant ⁊ ad ſtatuta communia non attendunt: ſꝫ vnuſquiſqꝫ quod ſibi placet ⁊ bono priuato vtile credit hoc facere ſtudet: ordo politie peruertitur. ⁊ ſic pax que ſm Auguſti. eſt tranquillitas ordinis perit. Eſt ergo iuſtitia neceſſaria ad pacem ciuitatis cõſeruandam. Unde Eſa. xxxij. dicitur. Erit opus iuſtitie pax. ⁊ in ps. dicitur. Juſtitia ⁊ pax oſculate ſunt. Hoc pulchre oſtendit Auguſti. in li. de ciuitate dei introducens exemplum de Alexã. ⁊ pirata vbi dicit ꝙ remota iuſtitia quid aliqꝺ ſunt regna niſi magna latrocinia. Quod tamẽ exemplum plenius ponitur in li. de nugis philoſophorũ. vbi dicitur ꝙ cum Pirata eſſet cõprehenſus. ⁊ Alexander eũ interrogaret quare haberet mare infeſtũ. Reſpondit libera contumacia. propter quod ⁊ tu orbem terrarum. Sed quia id facio vno nauigio latro vocor: et quia tu facis magna claſſe diceris imperator. ¶ Secundo oſtendi poteſt iuſtitiam eſſe multitudini neceſſariã ex parte gubernantis a quo dirigitur. ⁊ hoc quantum ad diſtributionem. Uidemus enim ꝙ quando aliqua diuerſa ſub vna virtute continentur nec ordinantur ſm diuerſas proportiones. totus ordo eorum que reguntur corrumpitur ⁊ diſſipatur: vt patꝫ in armonia muſicali: vbi chorde niſi a virtute manus ſm earum diuerſas diſpoſitiones proportionabiliter tangantur ſonitum inordinatum ⁊ confuſum reddunt: ⁊ ſic conſonantia armoniaca corrumpitur: Sic etiam in multitudine vbi ſunt multi diuerſarum conditionum ⁊ meritorũ niſi proportionabiliter honores dignitates ⁊ officia. Inſuper labores ⁊ expenſe eis a preſide diſtribuantur. mirabilis diſſonantia inter ſimul habitantes oritur. ⁊ per conſequens totus ordo politie paulatim ad corruptionem diſponitur. Unde dicit Tullius ꝙ tanta eſt vis iuſtitie ꝙ etiam illi qui maleficio ⁊ ſcelere paſcuntur non poſſunt ſine vlla iuſtitie particula viuere. ⁊ ponit exemplum de latronibus. Archipirata inquit quidam latronum princeps niſi predam equaliter: ⁊ ſm aſtutiam ⁊ labores furantium proportionabiliter partiretur interficiendus erat a ſociis: aut ſaltem a principatu latronum deponendus. ¶ Tertio neceſſaria eſt iuſtitia ex parte ipſius multitudinis que ex multis perſonis colligitur. Et hoc per reſpectum ad iuſtitiam commutatiuam. Uidemus enim ꝙ quando multa adinuicem adunantur: ⁊ vnum alteri non coaptatur. illa multa diſſoluuntur. immo ex eis nihil vnum conſtitui poteſt: niſi ineptitudo tollatur. Unde quando aliqua ligna compaginanda ſunt ad conſtructiõẽ domus: aptanda ſunt per dolatorem ⁊ complanatorem: ſi ſunt tortuoſa vel nodoſa. aliogn nihil vnum conſtitui poterit: ⁊ ſi conſtrueret nõ diu maneret. Sic etiam ſi aliqua multitudo q̃ debet eſſe ordinata in vnum. ſi aliqui ſunt inſolentes: iniurioſi: rixoſi: ſeditioſi: vel quocunqꝫ alio modo vitam bonorũ inquietãtes ⁊ pacem communem turbantes per rigorem iuſtitie corripiendi ſunt penis debitis: aut etiã exterminandi a congregatione cõmuni ⁊ penitꝰ vita ꝑuandi. aliogn tota multitudo ruit ⁊ diſſoluitur. ¶ De principiis iuſtitie.

Capitulum. iiij.

P[O]ſt hoc reſtat videre de principiis iuſtitie. Ubi ſciẽdum eſt ꝙ iuſtitia triplex poteſt dici habere principium. ſcilicet. Emanatiuum ex quo eius origo primitus deriuatur.

¶ Imperatiuũ ex quo eius auctoritas in ſubditos promulgatur.

¶ Suſceptiuum ex quo eius vtilitas multiplex declaratur.

¶ Emanatiuum ⁊ .§.i.

originale principiũ eſt deus. a quo omnis lex contentiua iuſtitie initium habet. Ubi ſciendũ eſt ꝙ ſicut dicit Auguſtinus. j. lib. de libero arbi. Summa ratio in deo exiſtens eſt lex eius. que eterna dicitur. Cui ſemper obtemperandũ eſt. quia iuſtum eſt quicquid ab eo ordinatur. Habet dicta lex quandam iuſtitiam diſtributiuam. per quam vnamquamqꝫ rẽ in quodam digniori gradu conſtituit. Unde dicit Dionyſ. in lib. de diuinis nominibus. Oportet videre in hoc eſſe veram dei iuſtitiã. ꝙ omnibus tribuit propria vniuſcuiuſqꝫ exiſtentium dignitatem. Uniuſcuiuſqꝫ naturam in proprio ſaluat ordine ⁊ virtute. Ab hac autẽ lege dei eterna deriuatur ex naturalis. que nihil aliud eſt q̃ quedam eius impreſſio in re creata. ꝑ quã ad finem debitum inclinatur. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ omnia aliqualiter legem eternam participant. inquantum ex eius directione vel impreſſione in fines proprios actus ſuos ordine debito diriguntur. Inter ceteras autẽ creaturas homo excellentiori modo hãc legẽ participat cum ipſe ſit prouidentie particeps. vtpote ſibi ⁊ aliis prouidere valens. Et ideo in

homine hec participatio ſiue impreſſio proprie dicitur lex naturalis. In alijs vero rebus magis proprie dicitur inſtinctus nature ſiue vis inſita rebus ꝙ̄ lex que proprie in ratione conſiſtit. Eſt enim lex quoddam dictamen rationis practice. Hec quidem lex naturalis in homine nunquam extinguitur quin ſemper in malo remurmuret ⁊ ad bonum impellat. Unde eius generale preceptum eſt ꝙ omne bonum faciendum eſt ⁊ omne malum vitandum ex quo alia precepta nature deriuatur. Puta ꝙ parentes ſint honorandi. ꝙ non eſt proximo iniuriandum. nec quantum ad perſonam. vnde dicit. Non occides. Nec tantum quomodocunqꝫ ad perſonam. vnde dicit. Non furtum facies. ⁊ ſic de alijs.

Unde deriuatur lex humana.

¶ A lege autem naturali lex humana deriuatur ſicut dicit Tullius in ſua rethorica. regula enim humanorum actuum eſt ratio naturalis. Nam intantum in eis iuſtum ſeu regulatum inuenitur inquantum de ratione participant. Ex ea enim humane operationes ordinantur ⁊ diriguntur. Lex ergo humana ſiue ciuilis humanorum actuum directiua a lege naturalis rationis hortum habet. Harū legum precepta deus populo iudeorum ſeruanda mandauit. Sed differenter ſecundum ꝙ vtriqꝫ legi congruebat. Nam precepta moralia voluit ab omnibus ⁊ omni tempore obſeruari. Unde non ſolum iudei ſed etiam cetere nationes ad eorum obſeruantiam obligabantur. Sunt namqꝫ naturaliter impreſſa humane menti. ⁊ ideo precepta legis nature vocantur. ſicut ꝙ parentes ſunt honorandi. ꝙ nō eſt occidendum. non furandum. ⁊ ſic de alijs. Hec quidem precepta eadem ſunt apud omnes ⁊ immutari nō poſſunt. In cuius rei ſignū mandauit deus moyſi. ꝙ dolaret duas tabulas lapideas in quibus ſcripſit verba. ideſt precepta decem digito ſuo tanquam perpetuo duratura. Et quantum ad hoc dicitur Baruch. v. Hic eſt liber mandatorum dei ⁊ lex que eſt in eternum. Precepta vero iuris poſitiui ab illo ſolo pplo pro tempore obſeruanda diſtinxit deus dupliciter. Nam quedam dedit pertinentia ad cultū diuinū que dicunt cerimōialia. Et iſta licuit ſeruare vſqꝫ ad chriſtum ſeu chriſti paſſionem non autem poſt. Conſummata enim veritate de chriſto iam incarnato ⁊ paſſo. debuit ceſſare figura ſacrificiorum que myſteria incarnationis chriſti figura ſignificabant. Alia vero precepta dedit deus pertinentia ad iuſtitiam ciuilem. que dicuntur iudicialia. Et iſta etiā ſunt euacuata per xp̄i aduentum. vnde nō habent vim obligandi. Quia tū iſta precepta non erant pncipaliter iſtituta ad figurādū xp̄i myſteria. ſed ſolū ad diſponendum ciuiliter ſtatum illius populi. Ideo abſqꝫ peccato poſſit aliquis princeps in ſuo regno ea tanquam pro ſeruandis legibus ſtatuere. ſecundum ꝙ iudicaret populo expedire. De cerimonialibus vero hoc fieri non poſſet abſqꝫ peccati ⁊ fidei preiudicio. cum hec ſolum ad ſignificandum chriſti myſteria futura fuerint inſtituta. Obſeruatores enim horum preceptorum ipſo facto dicerent chriſtum in carne nondum veniſſe. ſed venturum eſſe. Et ſic patet differentia inter legem naturalem que ſemper eſt immobilis. ⁊ legem humanam que ex diuerſis cauſis mutari poteſt. A lege ergo naturali. vna immobili permanente. deriuatur lex humana que multipliciter apud diuerſos variari poteſt ſm ꝙ intellectus hominis alia ⁊ alia regendis populis iudicat expedire. ¶ Sciendum eſt autem ꝙ a lege naturali aliquid dupliciter poteſt deriuari. Uno modo per viam illationis: ſicut ex principijs deriuantur concluſiones: vt patꝫ ex hoc prouerbio. Si ab equalibus equalia demas: que remanent ſunt equalia. Elicit geometria concluſionem ſic inferendo. Ergo ſi ab equalibus lineis equales partes auferas: que remanent ſunt equales. Per quem modum ab eo ꝙ dicitur. Nulli malum eſt inferendum. quod eſt primum principium legis naturalis. deriuatur concluſio talis. ergo non eſt furandum vel non eſt occidendum. Alio modo a lege naturali aliquid deriuatur per viam determinationis: ſicut a forma communi domus quam artifex in mente gerit fit quedam determinatio illius forme ad talem figuram: puta triangularem vel quadrangularem. ⁊ hoc fit per voluntariam applicationem artificis ad debitam materiam per quem modum ab eo quod lex nature abſolute dicit: ſcilicet ꝙ ille qui peccat puniatur. deriuatur quaſi quedā ↄtractio: ſeu determinatio iuris quam habet facere princeps legem ſtatuens. ſcilicet ꝙ tali pena vel modo puniatur. Hic autem duplex modus differenter in lege humana continetur. Nam ea que ſunt primi modi videlicet que a lege naturali deriuantur: vt concluſiones ita in lege humana continentur ꝙ vigorem habent ex lege naturali. Unde eius precepta eadem manent apud omnes: vt parentes eſſe honorandos: pacta eſſe ſeruanda: furta non committenda. et ſic de alijs que ad ius gentium pertinere noſcuntur. Eſt enim ius gentium ius naturale ſolum in humana natura repertum. Unde non differt a iure nature communiter dicto niſi ſicut ſpecies a genere. Ius enim naturale generaliter ſumptum eſt quod natura animalia omnia docuit. Ea vero que ſunt ſecundi modi. videlicet que a lege naturali de-

De conuenientia iuris gentium ⁊ legis naturalis

tur.Unde Exo.xxiij.dicit.Non accipias mune
ra que excecāt etiā prudentes ꝛ puertūt verba
iuſtoꝝ.Prudēter conſuluit iethro.Moyſi co/
gnatus vel ſocer eius.Prouide inquit de om/
ni plebe viros potentes ꝛ timentes deū in qui/
bus ſit veritas ꝛ qui oderit auaritiam ꝛ conſti
tue tribunos ꝛ centuriones.Exo.xviij.Sequū
tur etiam infinita mala ex cupiditate pncipis.
Fit enim pecuniarū improbus actor:ppli.expo
liator ꝛ reipu.dilapidator:ex qbus omnibꝰ fa/
ciliter in tyrannidē degenerat.Facit ēt hoc vi
tium principem odioſum ſicut ꝛ largitas claꝝ
vt dicit Boe.in de pbica ꝯſolatione.¶ Tertio
pnceps debet ſtudere ne carnis cōcupiſcētiam
inſequatur.Hoc enim vitiū intellectū obſcurat qꝛ
dum paſſionibus deſeruit rō vehementia paſ/
ſionum abſorpta a ſuo lumine excecatur.Item
mentē eneruat ꝛ aiam a virtute elongat: qꝛ dū
libido in carne dn̄atur cetere vires emolleſcūt
vt ad virtutem ſurgere nequeant.Itē hoc viti/
um in principe totam policiam ſubmittit rui/
ne:qꝛ dum rector volupta tibus intendit a cu/
ra reipu.excors remittitur ꝛ exēplo eius ſubdi
ti licentius ad vitia inclinantur.In policraton
dicitur ꝙ Romanum imperium exhauſtum ꝛ
diuiſum eſt Nerone impante:cuius gula oīa
d̄uorauit maculauit libido ꝛ ſupbia exinaniuit.

d.ij.p.ti.d no cuſtis luxurie

¶ Principium iu/ .§.iij.

ſtitie ſuſceptiuū qđ tertio loco declarandum re
ſtat eſt hoīum congregatio que ſit apta pcepta
iuſtitie ſuſcipere.¶ Circa qđ duo ſunt videda
¶ Primo que ſit talis cōmunitas ad que poſ/
ſint vel debeant fieri precepta iuſtitie.¶ Secū
do videndum eſt de multiplici pncipandi do/
minio.¶ Quantū ad primū ſciendum eſt ꝙ ſi
cut pꝫ ex.j.li.poſ.eſt triplex coītas.ſ.domus:vi
ci ꝛ ciuitatis.¶ Prima quidem coītas eſt cō/
municatio domeſticarū perſonaꝝ ſꝫ quotidia/
nos actus neceſſarios humane vite. Humana
aūt vita dupliciter conſeruatur.Uno mō quan
tum ad indiuiduū prout.ſ.homo ad ꝯſeruatio
nem vite indiget exterioribus bonis. Et quan
tum ad iſta adminiſtranda ꝛ ꝯſeruanda indi/
get homo ſeruis.Alio conſeruatur humana vita
quantū ad ſpēm qđ ſit per generationē ad quā
indiget homo vxore ad filioꝝ procreationē ſic
enim conſeruatur humana ſpēs.Et ſm hoc in p/
fecta domo neceſſarie ſunt tres cōbinatiōes.ſ.
dn̄i ad ſeruū.viri ad vxorē ꝛ patris ad filiū.In
hac autem domeſtica multitudine non eſt pro/
prie iuſtitia cum vnum combinatorum ſit ali/
quid alterius.Eſt enim filius aliquid patris et
ſeruus domini ꝛ vxor viri.Juſtitia autem cuꝫ
ſit ad alterū proprie dꝫ attendi inter perſonas
diſparitas.Ponitur autem in hac multitudi

De pncipio iuſtitie ſuſceptiuo.

De triplici cōmunitate: et q̄ ſit ſuſceptiua legis.

ne ſm Iſido.qđdam genus iuris. Nam inter
dominum ꝛ ſeruū ponitur ius dominatiuum
inquantum ſeruis preceptis dn̄i parere dꝫ.Eſt
enim gratia dn̄i ꝛ non ſui.Inter virum ꝛ vxo/
rem ponitur ius qđ vxoriū dicitur ſꝫ ꝙ a viro
non ſeruiliter:ſed ſocialiter tractari dꝫ.ꝛ ipſa cu
ram rei familiaris intrinſecam tenetur gerere.
Inter patrem ꝛ filium ponitur ius paternum
ſm ꝙ filius patri obedire ꝛ dꝫ pater filio here/
ditatē ſeruare.ꝛ eū in diſciplina tenere.¶ Se
cūda cōmunitas eſt vicus qui ex paucis domi/
bus cōſtat.Habuit aūt hec coītas neceſſitatem
ſue originis h modo.Nam domeſtice multitu
dinis multiplicatis per generationē alijs nepo
tibus ꝛ filioꝝ filijs.ſicqꝫ pre multitudine ꝛ abſ
qꝫ confuſione in vna domo habitare non valē
tibus facta eſt aliqua multitudo domoꝝ que
ſm phm vici nomen accepit.Uicus aūt cuꝫ cō
ſtat ex collateralibus ꝓpinquis filijs:nepotibꝰ:
ꝛ filijs hmōi:non proprie eſt apta legalia prece
pta ſuſcipere:ſed iuri ciuitatis ſubeſſe dꝫ.Ad
ciuilem tn̄ multitudinē propinquius accedit
q̄ꝫ domus.maxime ſi in domoꝝ quātitate cre/
uit:vn̄ poſſit aliqua iura inſtituere.Sufficit au
tem directionem haꝝ duaꝝ coītatum: pater/
na admonitio ſuoꝝ progenitoꝝ.¶ Tertia cō
munitas eſt ciuitas.ꝛ hec eſt pfecta que nō ſo/
lum ꝯſiſtit ex multis domibus:ſꝫ etiaꝫ ex mul
tis vicis:vt tradit phs in eodē li.poſ. Eadē aūt
neceſſitate compulſi ſunt hoīes edificare ciuita
tem qua ꝛ vicū.Nam ſicut creſcentibus colla/
teranis filijs ꝛ nepotibus factus eſt vicus.ſic
multiplicatis eiſdem in parētibus ꝛ cognatio
nibus facta eſt ciuitas que ſm phm eſt pfecta
coītas.Et hec ſi ſm aliqđ ius viuit.ꝛ ad cōmu/
nem vtilitatem ordinatur dicetur populus.Naꝫ
ſm dictum Tullij qđ Augu.introducit.ij.de ci
ui.dei.Populus eſt cetus iuris ꝯſenſu ꝛ vtili
tatis cōmunione ſociatus. Ex quo pꝫ ꝙ ad rō/
nem populi ſiue ciuitatis pertinet ꝙ ſub aliq̄
lege viuat ꝛ cōmune bonum intendat.Sola er
go coītas boni populi eſt legalis iuſtitie ſuſce/
ptiua:ꝛ ad ipſaꝫ proprie precepta iuſtitie ſunt
ferenda.Solon vnus de primis legiſlatoribus
non niſi fundata athenienſiū ciuitate leges cō
didit.Quādiu etiam patres veteris teſtamen/
ti Abraaꝫ Iſac ꝛ Jacob in vna familia vel vico
habitauerunt legalem conſeruantiaꝫ a deo nō
ſuſceperunt:quia eorum monita ad inſtructio
nē familie ſufficiebant.Congregato autē po
pulo qui iaꝫ legalis iuſtitie poterat eſſe capax.
deus legem per Moyſen dedit.¶ Ad hoc au
tem ꝙ populus ſit in iuris conſenſu ꝛ commu
ni vtilitate ſociatus.requiritur pmo ꝙ per amo/
rem adinuicem ſit collectus:ſicut membra vni
us corporis.Si enim inter ſe ſic vinculo amo/

quid ſit ppl'us.

duo ſūt neceſſaria coītati.

ris fuerit cõiunct⁹ tollentur rixe: homicidia ⁊ alia que poſſunt ſtatum pacificum perturbare vnde quedam cõmunia charitatis precepta in lege ſunt ferenda ad hoc ꝙ ciues aſſueſcant ſibiinuicem mutua obſequia impendere. ſic enim mandat deus Deute. xxij. Si inquit videbis bouem vel ouem fratris tui errantem non preteribis: ſed reduces fratri tuo. Si tranſieris per viam ⁊ ſitieris. ingredi poteris vineam ⁊ comedere quantum placet. ⁊ ſic de alijs. Quantum ad pauperes concedebatur vt pro eis eſſent manipuli omiſſi ⁊ racemi in vineis remanentes. Item ꝙ anno decimo ad decimam venirent leuites ⁊ peregrinus ⁊ pupillus ⁊ vidua ⁊ comederent ⁊ ſaturarentur. Et multa talia ſtatuit lex moyſaica ad conſeruationem mutui amoris. vnde dicit Tullius. Non ſolum nobis diuites eſſe volumus. ſed etiam liberis propinquis amicis. ⁊ maxime reipublice. ſingulorum enim facultates ⁊ copie diuitie ſunt ciuitatis. Joſephus ſicut ait egyſippus viſa deſtructione ciuitatis hieroſolymitane flere cepit eo ꝙ mori ei defuiſſet ante patrie ruinam. Ecce quantus amor aderat homini infideli qui mori optabat. cernens ſuos conciues vita priuatos ⁊ talis quidem amor erat i antiquis. qui ſicut narrat Seneca. nõ eſtimabant aliquẽ bene viuere niſi viueret ad aliorum vtilitatem. Unde dicit in quadam epiſtola. Non ſibi viuit qui nemini viuit. ¶ Secundo quantum ad conuerſationem populi neceſſe eſt ꝙ ciues ſint fideles principi. Habet enim ſe princeps in republica ad modum capitis ſm illud dictum ſauli .j. Reg. xv. Cum eſſes paruulus in oculis tuis. caput factus es in tribubus iſrael. Uidemus enim i corpore naturali ꝙ membra exhibent capiti ⁊ defenſionem ⁊ honorificentiam. Defenſionem quidem quia naturali motu ad tuitionem capitis ſe exponunt ſicut manus ⁊ brachium in magis ⁊ ſubitis periculis: nulla enim deliberatione rationis prehabita ad defendendum caput ſe erigunt quod etiam apparet i animalibus irratiõabilibus. Unde ſerpens naturali aſtutia cum percutitur ſtatim abſconſo capite corpus percuſſioni exponit. Hoc quidem debet apparere in corpore ciuitatis ex hominibus collecto.

De multiplici pncipādi dñio ſiue de triplici pncipatu.

¶ Quantum ad .§. iiij.

ſecundũ. ſ. de multiplici principandi dñio. Sciendum eſt ꝙ ſicut patet ex his que dicit phus in .j. pol. Tres ſunt precipue ſpecies principandi. ¶ Primus quidem ⁊ principalis principatus eſt regni in quo vnus principatur ſm virtutem. ⁊ iſte eſt optimus inter omnes principandi modos. ¶ Repñtat enim diuinum regimen. quo totus mũdus ab vno creatore gubernatur. Repreſentat etiam ordinationem nature per quã omnis multitudo ⁊ difformitas ad aliquod vnum gubernans reducitur. ſicut omnia mobilia ad vnum primum mobile. ſ. celum. Ex hoc enim regimine facilius iuſtitie legis implenda mandatur. Cum enim plures pñcipantur. frequenter inter eos diſſenſio oritur. ac per hoc pacis vnitas per ipſos diuiſos impeditur. Uerumtamen propter magnam poteſtatem que vni conceditur de facili regimẽ degenerat in tyrannidem. niſi ſit perfecta virtus eius cui talis poteſtas conceditur. quia ſicut dicit phs. iiij. Ethi. Non eſt niſi virtuoſi bene ferre bonas fortunas: perfecta autẽ virtus in paucis inuenitur. Sicut enim tale regimen eſt optimus principatus. niſi degeneret. ſic tyrannidis que eſt huius regiminis corruptio eſt peſſimus principatus. Illud enim eſt peſſimũ qḋ optimum tollit. ¶ Secundus principatus eſt regimen optimatum principantium ſm virtutem. ⁊ vocatur ariſtrogocia. i. poteſtas optimorum in quo aliqui principantur. Deficit autem iſte principatus a primo in quo vnus preficit. ſed ſuperat principatum populi. de quo infra dicetur. Cum enim optimates bonum reipublice attendat. faciliter in vnum conueniunt. ac per hoc vnitatem pacis in politia ſeruant. ⁊ quãdiu in bono communi conueniunt. tandiu legalis obſeruantia ſub eius principatibus viget. Iſidorus in .v. lib. Etymo. de primis conditoribus legum ſic ait. Moyſes gentis hebree primus omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit. ¶ Tertius principatus eſt regimen populi. qui licet ad tempus poſſit eſſe ſm virtutẽ. deficit tamen multum a perfectiõe regiminis. eo ꝙ populus coiter parum prudentie participat. que maxime ad regimen requirit. ¶ Aliquando tamen contingit pplm melius regere ꝙ̃ vnum vel paucos. quod tunc maxime contingere poteſt quando ppls qui eſt pacis auidus. diu ſuſtinuit regimen tyrannicum per qḋ grauatus ⁊ exſpoliatus mortuo vel eiecto tyrãno dominium ſibi pollitie vſurpat. Et quãdiu facta tyrannica in memoria populi habentur. tãdiu poteſt eſſe talis principatus ſm virtutem. maxime ſi aliquorum prudentum conſilijs innitatur. ¶ Non tamen putandum eſt tale regimẽ diu poſſe in rectitudĩe ſubſiſtere. ¶ Populus enim rudis. eſt potius paſſionum impetum ſequens ꝙ̃ ratione vtens. Et ideo neceſſe eſt tandem ipſum peruerti in pernicioſa ſcandala ⁊ ad multas inſanias peruenire. ¶ Quia vero pax multitudinis maxime cõſeruatur qñ omnes in principatu aliquam partem habent. Ideo optima politia eſſet que ex predictis tri-

bus mixta conſtaret. Sic enim vnuſquiſqꝫ aui
dius rempublicam amaret ⁊ ardentius ſtatuta
ſeruaret. Si ergo aliqui in populo ſapiẽtiores
ab ipſo in principes vel prefectos eliguntur ⁊
hi vlterius vnum in regem preficiunt: qui tāꝫ
eis q̃ȝ populo preeſt erit iſte principatus opti-
mus: q꞉ ſub ipſo principe ſunt aliqui principā
tes ſm virtutem. Unde in eo omnia regimina
conueni ūt. Cōſtat eniꝫ ex democratia .i. poteſta
te populi inquãtum ad ipſum pertinet electio
principum. Iteꝫ ex ariſtrogocia in qua aliqui
optimates principantur qui predicto mō ha-
bent vim eligendi. Item ex regno inquantum
vnus a predictis optimatibus electus. tam eis
q̃ȝ populo preficitur. Hec vtiqꝫ politia in lege
diuina fuit inſtituta. Nam ex populo aliqui ſa
pientiores in principes eligebãtur. Unde Deu
te. j. dixit Moyſes ad populum. Date ex vobis
viros ſapientes ⁊ gnaros: ⁊ quorum conuerſa
tio ſit probata in tribubus veſtris. vt ponã eos
vobis principes. Et hec erat quedam ſpẽs poli
tie popularis: inquãtum hi maiores a populo
eligebantur. In quãtum vero hi principes po
pulum gubernabant: inferiores cauſas iudicã
tes: erat quaſi quedam ſpẽs policie popularis
inquantum optimatum. Inquãtuꝫ vero vnus
preficiebatur omnibus quaſi ſingularit preſi
dendo erat quedam ſpẽs regni. Eſt tamẽ ſcien-
dum ꝙ electio ſummi principis a pncipibus
non fiebat que ſpectat ad regimen ſummi prin
cipatus. qḋ ideo erat: q꞉ ppls iudeoruꝫ ſub ſpe
ciali cura dei gubernabatur. ⁊ iō electio ſum-
mi principis ſibi ↄſeruabatur. Unde Moyſes
Joſue ⁊ alij iudices principes populi diuinitꝰ
ſunt electi. Et ideo de ſingulis iudicibus qui
poſt Joſue fuerũt legit ꝙ dñs ſuſcitauit pplo
ſaluatorē: ⁊ ꝙ ſpũs dĩ erat in eis. vt pꝫ Judi. ij.

¶ De virtutibus annexis iuſtitie. Capl'm. v.

DE partibus poten-
tialibus iuſtitie .i. de virtutibꝰ ei an
nexis. No. ꝙ a diuerſis diuerſimo-
de aſſignantur. Nam Tul. enumerat ſex: ſcilꝫ
religionẽ: pietatẽ: grãm: vindicatiõeꝫ: obſeruã
tiam: veritatẽ. Macrobius vero ſupra ſomniũ
Scipionis ponit. vij. ſ. innocentiã: amiciciã: cõ
cordiam: pietatẽ: religionem: affectũ: benigni-
tateꝫ. Andronicus aũt peripateticus ponit. ix.
ſcilꝫ liberalitatẽ: benignitatem: vindicatiuam:
eugnomoſiam: euſebiam: eucharistiã: ſanctita
tem: bonam cõmutationeꝫ: legiſpoſitiuã. Qui
dam alij ponunt quinqꝫ partes iuſtitie: ſcꝫ obe
dientiam reſpectu ſuperioris: diſciplinã reſpe-
ctu inferioris: equitatem reſpectu equaliũ: fidẽ
⁊ veritatem reſpectu oĩuꝫ. Phs etiã in. v. Ethi.
ponit eupuchiam. ¶ Pro horum declaratiõe
ſciendũ ſm be. Tho. ij. ij. q. lxxx. ꝙ in virtutibꝰ
que adiungunt alicui pncipali virtuti: duo ſũt
cõſideranda. Primũ eſt ꝙ virtutes ille in aliq̃
cũ pncipali virtute ↄueniãt. Scõꝫ eſt ꝙ in aliq̃
deficiant a pfecta rõne eius. Quia vͦo iuſtitia ē
ad alterum: vt pꝫ ex ſupradictis oẽs virtutes q̃
ad alterũ ſunt pñt ratione conuenientie iuſtitie
annecti. Ratio vͦo iuſtitie in hoc conſiſtit ꝙ al-
teri reddatur qḋ ei debetur: ſm equalitateꝫ vt
pꝫ ex ſupradictis. ¶ Dupliciter ergo aliq̃ vir-
tus ad alteꝝ exiſtẽs a rõne iuſtitie deficit. Uno
mō inquãtum deficit a rõne equalis. Alio mō
inquantum deficit a rõne debiti. Sunt eñi que
dam vͦtutes que debitum quidẽ alteri reddũt.
ſed non pñt reddere equale. Et pmo qdẽ qcqd
ab hoĩe deo redditur debitũ eſt: non tñ pōt eſſe
equale: vt ſcilꝫ tantũ reddat deo quãtum ei dꝫ:
ſm illud ps. cxv. Quid retri. dño ⁊c̃. Et ſm hͦ
adiungitur iuſtitie religio. per quã qs reddit
debitum cultum interiorem ⁊ exteriorem deo.
Secundo parentibus non poteſt ſm equalita-
tem recompenſari quod eis debetur: quod pa-
tet per phm. viij. Ethico. Et ſic adiungitur iu-
ſtitie pietas per quam quis exhibet parentibꝰ
⁊ conſanguineis debitum honorem ⁊ curam.
Tertio non poteſt equale premium recompen
ſari ab homine virtuti. vt patꝫ per philoſophũ
iiij. Ethicorum. ⁊ ſic adiungitur iuſtitie ob-
ſeruantia: ſm Tulliuꝫ per quam quis bene ſe
habet ad ſuperiores. Et ſub hac comprehen-
ditur obedientia. ¶ A ratione vero debiti iu-
ſtitie defectus pōt attendi ſm ꝙ duplex eſt de
bitum. ſ. morale ⁊ legale. Et debitum quidem
legale eſt ad quod reddendũ aliquis lege aſtri
gitur: ⁊ tale debitum proprie attendit iuſtitia
que eſt principalis virtus. Debitum auteꝫ mo
rale eſt quod aliquis debet ex honeſtate virtu-
tis. Et quia debitum neceſſitatem importat. iō
tale debitum duplicem gradum habet. quod-
dam enim eſt ſic neceſſarium vt ſine eo hone-
ſtas morum obſeruari non poteſt: ⁊ hoc habet
plus de ratione debiti. Et poteſt hoc debitum
attẽdi vel ex parte ipſius debiti: ⁊ ſic ad hͦ debi
tum pertinet ꝙ homo talem ſe exhibeat alteri
in dictis ⁊ factis qualis eſt: ⁊ ita adiungitur iu
ſtitie veritas ſm Tullium. Poteſt etiam atten-
di debitum ex parte eius cui debetur: prout ſci
licet aliquis recompenſat alicui ſm ea que fe-
cit. quandoqꝫ quidem in bonis. ⁊ ſic adiungit
iuſtitie gratia ſm Tullium .i. gratitudo quas
quis recognoſcit vel recompenſat beneficia.
Si vero in malis ſic adiungitur ſm Tul. iuſti-
tie vindicatio. ideſt punitio. Nota tamẽ ꝙ vin
dicta que fit auctoritate publice poteſtatis ſm
ſententiam iudicis pertinet ad iuſtitiam cõmu
tatiuã. Sꝫ vindicta quã qs a iudice requirit vl p

pꝛio motu facit nõ tñ ꝯtra legẽ per tinet ad vir
tutẽ adiunctã iuſtitie. Scðs gradus debiti eſt
ꝙ nõ eſt ita neceſſariũ qn ſine eo poſſit cõſerua
ri moꝝ honeſtas: ſed dr̃ neceſſariũ ſicut cõfe//
rens ad maioꝛẽ honeſtatẽ: qð idẽ debitũ atten
dit liberalitas: amicicia: affabilitas: ⁊ alia hu//
iuſmodi: que tullius pꝛetermittit in pꝛedicta
enumeratione: qꝛ paꝝ hñt de rõne debiti. ⁊ ſic
enumeratio ſeu aſſignatio facta a tullio videt
alijs melioꝛ: ⁊ alie virtutes quas ponũt alij pñt
reduci ad ipſas quas ponit Tullius. Macrobi
us aũt in ſua aſſignatione videt attendiſſe ad
duas partes integrales iuſtitie. Una ſcꝫ que ẽ
declinare a malo ⁊ pꝛo hac poſuit innocentiã.
aliã que eſt facere bonũ ad qð pertinet alie ſex.
Duo vident pertinere ad equales ſcꝫ amicicia
in exterioꝛi cõuictu: ⁊ cõcoꝛdia interius. Duo
alia vident pertinere ad ſuperioꝛes ſcꝫ pietas
ad parentes ⁊ religio ad deũ. Duo vltima ad
inferioꝛes ſcꝫ affectus inquantũ placent bona
coꝝ ⁊ humanitas per quam ſubuenitur coꝛuꝫ
defectibus. In alia aſſignatione in qua que//
dã alie ponunt reducunt ad pꝛedictas. Nam
obedientia includit in obſeruantia. Fides aũt
per quã ſeruant pꝛomiſſa includit in veritate.
Diſciplina põt cõtineri ſub humanitate ſiue
amicicia que tñ pꝛetermittit a tullio: qꝛ minus
hꝫ de rõne debiti. In aſſignatione vero andro
nici nõ ſolũ ponunt virtutes annexe iuſtitie: ſꝫ
etiã ipſa virtus pꝛincipalis iuſtitia. ⁊ pꝛout eſt
virtus particularis ⁊ pꝛout eſt vniuerſalis ſcꝫ
legalis iuſtitia que quantũ ad ea que coĩter ſũt
obſeruãda dr̃ ab eo legiſpoſitiua: quãtũ vo ad
ea que quandoqꝫ particulariter agẽda occur//
runt pꝛeter cões leges ponit eugnomoſia qua
ſi bona cõiecturatio. Euſebia dr̃ quaſi bonꝰ cul
tus qð pertinet ad religionẽ. Et ad idẽ reducit
ſanctitas. Euchariſtia idẽ eſt qð bona gratia. ⁊
ſic reducit ad gratiã. Et ad ipſam etiam redu/
citur benignitas vel liberalitas: bona vero cõ
mutatio pertinet ad iuſtitiam pꝛout eſt virtus
pticularis. Nũc de ſingulis videdũ ẽ bꝛeuiter.

¶ De innocentia virtute. Capitulum. vj.

De ino cẽtia

Quia ex dictis in p̃/
cedenti cap. Macrobius ponit in/
nocentiã virtutẽ ⁊ partẽ iuſtitie quã
b. Tho. dicit eẽ partem integralem
illam ſcilicet que eſt declinare a malo. de ea bꝛe
uiter aliquid dicetur. Nam ⁊ de ipſa ſcriptura
pluries mentionem facit in pſal. xxiiij. Innocẽ
tes ⁊ recti adheſerunt mihi. Et iterum. Inno/
cens manibus ⁊ mundo coꝛde ⁊c̃. Quatuoꝛ ãt
pertinent ad ipſam. ¶ Pꝛimum eſt deteſtari
crimina. vnde di. lxxxvj. culpam dicitur. Pꝛi/
mus innocentie gradus eſt odiſſe nephanda.

Quatuoꝛ pertinent ad inocentiam

Unde pſal. vij. Que dixerat. Judica me ſm in
nocentiam meam ⁊c̃. Ipſe dixit iniquitatem
odio habui ⁊ abominatus ſum. ¶ Secunduꝫ
eſt neminem ledere. b. Aug. Uera innocentia
eſt que nec ſibi nec alteri nocet: ⁊ ſic abel iuſtꝰ
dicitur a domino ⁊ de innocentia permaxime
commendatur. ¶ Tertium eſt punire malos
ſi habet poteſtatem. Unde. b. Aug. de ciui. dei
Non eſt innocentie parcendo ſi non eſt vt in
malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad
innocentis officium non ſolum nemini malũ
inferre: ſed etiam cohibere a peccato vel puni/
re peccatum. xxiij. q. v. non eſt. Non fuit ergo
pilatus innocens ꝗuis dixerit. Innocens ego
ſum a ſanguine iuſti huius Matth. xxvij. qꝛ
potuit iudeos cohibere a malicia eoꝛum ⁊ nõ
fecit. ¶ Quartum eſt non iudicare de homini
bus in dubijs in malã partem ſed bonam. Un
de. b. Amb. Innocẽs credit omni verbo. Non
vituperanda facilitas: ſed commendanda bo/
nitas: hoc eſt eſſe innocentem ignoꝛare ſcilicet
per experientiam ad quid noceat. Et ſi circũ//
ſcribit ab aliquo de oibꝰ tñ iudicat q fidẽ de oĩ
bus eẽ arbitrat xj. q. iij. Innocẽs glo. iudicat
ideſt bñ pſumit de quolibet de hiis q̃ in ſe mala
nõ ſunt. Fidẽ. i. verboꝛũ veritatẽ: habet tamen
iſtud locum circa facta hominum. Nam quan
tum ad ea que ſunt fidei ⁊ bonoꝛum moꝛum q̃
ſunt neceſſaria ad ſalutem non ſic. Nam ſm
Hierony. Non multum diſtat in vitio decipe/
re vel decipi poſſe chꝛiſtianuꝫ. xvj. q. j. ſi cupis
Uel iſtud credere omni verbo intelligitur quo
ad amicos. Exemplum huius innocentie po/
nit ibidem Amb. de Joſue qui ſimpliciter cre/
didit gabaonitis. Judicum. ix. ꝙ innocens p̃/
ſumendus eſt quem paucitas accuſat: vel mul
titudo excuſat. extra de pꝛeſum. cum in iuuen
tute. ⁊ vt dicit adamã. vbi irrationabilis im/
petus peruenit ⁊ flamma celerrimi motus ani
mam depaſcitur exurit innocentiam. pꝛepon/
derat enim futuris pꝛeſentia: de pe. diſt. ij. in/
ter hec. A ſecunda ⁊ quarta conditione dicun/
tur martyrizati ab herode pueri innocentes.
Unde Apoc. xiiij. Uidi ſuper montem ſyon
agnum ſtantem: ſcilicet chꝛiſtum qui innocen/
tiſſimus fuit ⁊ cum eo. cxliiij. milia ⁊c̃. Ponit
numerum determinatum pꝛo indeterminato.
ideſt illos innocentes pſal. Quis aſcendet in
montem domini: innocens manibus ⁊c̃.

¶ De religione. Capitulum. vij.

Religio put eſt vir/
tus ſic diffinitur a tullio. Eſt virtꝰ p
quam ſuperioꝛi cuidam nature quã
diuinam vocant curam cerimoniã
ꝙ vel cultum affert. Ubi nota. j. ꝙ hoc nomen

religio ſm.b.Tho.ij.ij.q.lxxxj. habet triplicez
deriuationem. Dicitur enim vel a relegendo
ſcilicet ea que ſunt diuini cultus. quia huiuſ/
modi ſunt frequēter in corde reuoluēda. Alio
modo dicitur a religendo: quia deum reelige
re debemus quem amiſeramus negligentes
ſm.b.Aug.x.de ciui.dei. Tertio modo dicitur
a religando ſm.b.Aug. quia nos religat vni
omnipotenti deo. quomodocunqꝫ autem di//
catur: ſiue ex frequenti relectione: ſiue ex itera
ta electione: ſiue ex religatione. religio proprie
importat ordinem ad deum. Ipſe eſt enim cui
principaliter religari debemus tanq̄ indefici
enti principio: ⁊ ad quez noſtra electio aſſidue
dirigi debet ſicut in vltimum finem. ⁊ quem
etiam negligenter peccando amittimus. ⁊ cre
De duplici actu v̓tutis religiōis — dendo ⁊ fidem proteſtando recuperare debe/
mus. hec.b.Tho. Notatur autem in dicta diſ/
finitione duplex actus ipſius virtutis religio/
nis ab ipſa elicitus: ſcilicet actus interior men
tis qui eſt deuotio ⁊ oratio: quod ⁊ intelligit
nomine cure. ⁊ actus exterior vt adoratio que
fit corporaliter vt per genuflexionem. proſtra/
tionem: inclinationem: ſacrificia rerum exte//
riorum: oblatio ad dei honorem ⁊ huiuſmodi
hic actus exterior intelligitur nomine cerimo
nie: actus autem imperatus ab iſta virtute po
teſt eſſe actus cuiuſlibet virtutis: quia actum
cuiuſlibet virtutis poſſumus ordinare ad dei
honorem ſpeciali modo. Nam ⁊ ieiuniū quod
eſt actus abſtinētie. Et abſtinere a venereis qđ
eſt actus caſtitatis. ⁊ dare elemoſynam qui eſt
actus miſericordie vel liberalitatis poſſunt fie
ri ad dei honorem ⁊ reuerentiam ſanctorum.
Et ſic ſunt actus imperati ad religionez. Et ſic
intelligitur illud Jacobi. ꝙ religio munda et
immaculata hec eſt. viſitare pupillos ⁊ viduas
⁊c̄. Uiſitare enim pupillos ⁊ viduas eſt actus
elicitus miſericordie. Et ſic dicitur eſſe religio
ideſt actus religionis imperate. Et q̄uis om/
nes qui colunt deū pn̄t dici religioſi. ſpālr tn̄
dicunt religioſi q totā vitā ſuā deo dedicant.

De cultu dei .§.i.

qui eſt actus ipſius religionis quomodo exhi
beat. Nota ꝙ colere dicimur homines quos
honorificatione: recordatione: preſentia fre//
quentamus. Et quia ſpecialis honor debetur
deo tanq̄ primo omnium principio. ideo etiā
ſpecialis ratio cultus debetur ei qui greco no/
Qꝛ triplex eſt cultus — mine vocatur Euſebia vel Theuſebia: vt pa//
tet per Aug. de ciui. dei. Et notandū ſm Guil.
in ſumma ꝙ triplex eſt cultus: ſcilicet cultus
corporis cordis oris ⁊ operis. De cultu inte//
riori dicit Iſido. viij. ethymo. Tria ſunt que in
religionis cultu ad colendum deum ab homi
nibus requiruntur: fides: ſpes: ⁊ charitas. Et
bea. Augu. fide ſpe ⁊ charitate colimus deum
⁊ ibidem Augu. loquens de theuſebia ſeu pie
tate que eſt cultus dei dicit ꝙ conſiſtit in co//
gnitione dei ⁊ dilectione ⁊ debita ſubiectione
Cognitio vero ad cultum dei pertinens eſt cru
delitas qua creditur deo ſicut credendum eſt
ſcilicet propter ſe ⁊ ſuper omnia: ſicut etiaz pri
me veritati credendum eſt. Item credulitas q̄
credimus de deo digna deo. vt ſummam po//
tentiam: ſummam ſapientiam: ſummam boni
tatem: ⁊ conſequentia ad huiuſmodi: vt ꝙ ipſe
eſt omnium bonorum creator ⁊ conſeruator:
mundi gubernator: hominis recreator: ſeruiē
tibus ſibi liberaliſſimus retributor: eorum ve
ro que pertinaciter ei rebelles ſunt. zelatiſſi//
mus vltor. ¶ Secunda ſpes eſt non qualiſcū/
qꝫ: ſed talis qualis ponenda eſt in eo cuius po
tentie eſt facillimum liberari ab omni miſeria
cuius ſapientie notiſſima eſt ipſa noſtra miſe/
ria. Cuius bonitati proprium eſt miſereri ſem
per ⁊ parcere: qui etiam propter liberalitatem
ſuam fecit quecunqꝫ fecit. In ipſo ergo ſuper
omnia eſt ſperandum. ¶ Tertia eſt amor non
qualiſcunqꝫ amor: ſed talis qualis amandus
eſt: qui optimus eſt in ſe: ⁊ ideo amore digniſ
ſimus: qui etiam eſt fons omnium bonorum
a quo ſuſcepimus omnia bona que habemus
vel habuimus: vel a quo ſuſcepturos nos ſpe
ramus quicquid boni ſuſcepturi ſumus. ⁊ iſta
pertinent ad deuotionez. Deuotio igitur ⁊ ora
tio eſt actus interior religionis. Cultus oris ē
vocalis profeſſio maieſtatis diuine quam fide
les faciunt frequenter orando non ſolum cor//
de: ſed ore vt in pſal. ⁊ huiuſmodi deum laudā
do: benedicendo: gratias agendo: iurando: ad
iurando: debito modo ore vouendo. Hinc la/
ctantius lib. vj. inſtitutionum. Uerbo ſacrifica
ri oportet ſiquidem deus verbum eſt vt ipſe cō
feſſus eſt. Summus igitur colendi ritus eſt ex
ore iuſti hominis ad deum directa laudatio: q̄
tamen vt ipſa ſit deo accepta ⁊ humilitate ⁊ ti
more ⁊ deuotione maxime opus eſt. Ne qs for
te integratis ⁊ innocentie fiduciam gerēs: ti
moris ⁊ arrogantie crimen incurrat eoqꝫ fa//
cto gratiam v̓tutis amittat. Sed vt ſit deo cha
rus omniqꝫ macula careat: miſericordiā dei
ſemper imploret: nihilqꝫ aliud precetur q̄ pec
catis ſuis veniam. ¶ Si quid boni ei venerit
gratias agat: ſi quid mali. ſatiſfaciat. ⁊ id ſibi
ob peccata ſua euenisse fateatur. Et nihilomi/
nus in malis gratias agat. in bonis ſatiſfaciat.
Nec tantum hoc in templo putet eſſe facien//
dum: ſed ⁊ domi. ⁊ in ipſo cubili ſecum habe/
at deum in corde ſuo: quoniam ipſe eſt tem//
plum dei. ¶ Cultus operis eſt vt cum aliquis

ſtrahat.ad hoc ꝙ ſupme rei poſſit ꝯiungi:⁊ iō
mēs ſine mūdicia deo applicari nō pōt. vñ ad
Heb.vi. Pacē ſeqmini cū oib⁹ ⁊ ſanctimoniā:
ſine q̄ nemo videbit deū. Firmitas ēt exigitur
ad hoc ꝙ mēs deo applicet. Applicat.n. ſicut
vltimo fini ⁊ pmo pncipio: hmōi aūt oꝫ eē ma
xime imobilia. vñ apl's ad Ro.viij. Cert⁹ ſum
enim ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita ſepabit me a cha
ritate. Sic ergo ſanctitas dr̄ p quā mēs ſeipſaꝫ
⁊ act⁹ ſuos applicat deo. vñ nō differt a religio
ne ſꝫ eſſentiā. ſꝫ ſolū rōne. Mera.n. religio dr̄
ſꝫ ꝙ exhibꝫ deo debitū famulatū i his q̄ ſpeāl'r
ptinēt ad cultū diuinū vt in ſacrificijs: oblatio
nibus ⁊ alijs hmōi. Sanctitas aūt dr̄ ſm ꝙ hō
non ſolum hoc ſed alia virtutum opera refert
in deum: vel ſm ꝙ homo ſe diſponit per bo//
na opera ad cultum diuinum.

¶ De oratione. Capitulum. viij.

DE oratione que eſt
actus religionis. Nota ſꝫ.b. Tho.
De tri/ ſe.ſe.q.lxxxij. ꝙ triplex fuit error
plici er antiquorum circa orationem. Qui
rore cir dam enim poſuerunt ꝙ res humane nō regū/
ca o:o/ tur diuina prouidentia: ex quo ſequitur ꝙ va/
nem num ſit orare omnino ⁊ deuꝫ colere. Et de his
dicitur Malach.iij. Dixiſtis vanus eſt omnis
qui ſeruit deo. ¶ Secunda opi. fuit ponentiū
omnia in ſe ⁊ rebus humanis ex neceſſitate cō
tingere ſiue ex immutabilitate diuine prouidē
tie: ſiue ex neceſſitate ſtellarum: ſeu ex commix
tione cauſarum: ⁊ ſm hoc excluditur etiaꝫ ora
tionis vtilitas. ¶ Tertia opi. fuit ponentiū res
quidem humanas diuina prouidentia regi: ⁊
ꝙ res non proueniunt ex neceſſitate: ſed dice//
bant diſpoſitionē diuine prouidentie variabi
lem eſſe: ⁊ ꝙ orationibus ⁊ alijs que pertinent
ad cultum dei diſpoſitio diuine prouidentie
immutatur: hec omnia autem improbantur in
prima parte. Et ideo oportet ſic inducere ora//
tionis vtilitatem vt neqꝫ rebus humanis diui
ne euidentie ſubiectis neceſſitatem impona//
mus: neqꝫ diuinam diſpoſitionem mutabileꝫ
Quare eſtimemus. ¶ Ad huiuſmodi ergo prouiden
oꝫ orar̄ tiam eſt conſiderandum ꝙ ex diuina prouidē/
⁊ ꝙ o:o tia non ſolum diſponitur qui effectus fiant: ſꝫ
non eſt etiam ex quibus cauſis ⁊ quo ordine proueni
fruſtra ant. Inter ceteras autem cauſas ſunt etiaꝫ quo
rūdam effectuum cauſe actus humani. Unde
oportet homines agere aliqua: non vt per act⁹
ſuos diuinam diſpoſitionem immutēt: ſed vt
per actus ſuos impleant quoſdam effectus ſm
ordinem a deo diſpoſitum: ⁊ idem eſt etiam in
naturalibus cauſis. Exempli gratia. Diſpoſuit
deus dare homini fructum agri ſui: ⁊ p hunc
ordineꝫ: ſcilicet ſi cultiuetur ⁊ ſeratur ⁊ hmōi.
Oportet ergo hominem colere agrum ⁊ ſere/
re vt impleat effectum illum ſm ordinem datū
a deo. Et ſimile eſt de oratione. Non enim ora
mus vt diuinam diſpoſitionē imutemus: ſꝫ vt
impetremus quod deus diſpoſuit per oratio/
nes ſanctorum eſſe implendum. Et hoc eſt qđ
dicit Gre.i.j.li.dya. ⁊ habetur.xxiij.q.iiij. Ob
tineri ea que ſcī viri orando efficiūt: ita prede/
ſtinata ſunt: vt eorum precibus obtineantur.
Nam ⁊ ipſa eterni regni predeſtinatio: ita eſt
ab omnipotēti deo diſpoſita: quatinus ad hoc
electi ex labore perueniant vt ipſi orando me//
reantur accipere quod eis oīpotens deus ante
ſecula diſpoſuit dare. Uult deus nos orare p/
pter quod frequenter ad hoc inuitat propter
nr̄aꝫ vtilitateꝫ. ¶ Primo videlꝫ vt accipiam⁹ Inui//
quandam cuꝫ eo fiducialitatē recurrēdi ad eū tam
Chry. Conſidera quāta tibi eſt ꝯceſſa felicitas: ad oran
quanta collata gloria o:onibus fabulari cum dum p/
deo cum xp̄o miſcere colloquia optare: quod pl' tria.
velis quod deſideras poſtulare. ¶ Secundo
vt exerceamus in nobis hūilitateꝫ vt recogno
ſcamus eū eſſe actorem bonoꝝ nr̄orū in omni
bus eius auxilio indigere. Ps̄ Ad te leuaui.
⁊c̄. Ecce ſicut oculi ſeruorum ⁊c̄. ¶ Tertio vt
augeamus in nobis feruorē ⁊ charitatem. Nā
deuote orādo cū cogitat de deo magis ac ma/
gis guſtat bōitas eius ⁊ p ꝯñs magis diligit.

¶ Quid ſit oratio. §.i.

De du/
Oratio ſumit tripl'r. Unō mō large pro quali plici ac/
bet bona opatione. Uñ ſup illud.j.ad Theſſa. ceptiōe
vlti. Sine intermiſſiōe orate. Glo. dicit. Sem o:onis.
p orat qui ſemp bona facit. ¶ Secūdo dr̄ o:o
applicatio mentis ad deū. ⁊ ſic dicit Jo.dama.
ꝙ o:o eſt aſcenſus intellectus in deū. ⁊ intelle/
ct⁹ ſ comprehendit vim apprehenſiuam qui
dr̄ intellectus ſpeculatiuus: ⁊ vim motiuam
que dr̄ intellect⁹ practicus. Intellectus ſpecula
tiuus ad deū aſcēdit cum cōſideratiōe mali ⁊
ſuorum defectuum ad conſiderationem boni
ſufficientiſſimi ⁊ completiſſimi ſupplere illos
defectus tranſijt. Et innuit hic modus quo dꝫ Orans
procedere qui vult orare. ¶ Primo enim dꝫ dꝫ duo
defectus ſuos conſiderare: deinde aſcēdere ad facere.
eius liberalitatē qui pōt hoc ſupplere. vñ.iiij.
Reg.viij.dr̄. Si quis cognouerit plagam cor
dis ⁊c̄. Intellectus practicus ad deum aſcen//
dit deſiderio ⁊ ſpe ad liberationem eius ſperā
do impleri deſiderium ſuum. ¶ Tertio mō ſu
mitur o:o p poſtulatione deo facta. ⁊ ſic diffinit
Jo.dama. ꝙ o:o eſt petitio decentium deo. Et
ſic dicit xp̄us diſcipulis Mat.vj. Cum oratis
dicite. Pater noſter qui es in ce. ⁊c̄. vbi docet
petere ea oīa que iuſte pñt peti ⁊ ordineꝫ quo
peti debent: ⁊ continet ſeptem petitiones.

¶ Ad quez dirigen/ .§.ij

da ſeu porrigenda ſit oratio. Nota ſm Thom.
vbi.ſ. ꝓprie eſt ad deuz dirigenda: vt pz ex diſ
finitione eius ſuprapoſita. Ratio eſt ſm beatū
Tho. qꝛ id quod ꝑncipaliter debemus petere
eſt vita eterna ⁊ non aliud niſi in ordine ad ip/
ſum inquātum pōt nos ad ipſam iuuare: ſz nul
lus poteſt dare vitam eternaz niſi deus. Si au/
tem fuerit oratio ad ſanctos: ita ad eos dz fie/
ri ſeu dirigi: ꝙ id qd̄ petitur expectetur a deo
non a ſancto illo niſi per modum interceſſiōis
ſperando: ſcilz meritis ⁊ precibus illius ſancti
a deo obtinere. Pōt ergo dici ꝙ oratio proprie
ſit ad deū: deprecatio ad ſctōs ſm Caſſio. Peti
tio aūt ⁊ ſupplicatio poteſt fieri etiā ad hoīes.
Quis vnum frequenter ſumatur pro alio. Naz
⁊ locutiones rethorice dicuntur orationes: et
eas facientes vt ambaſiatores oratores dicun/
tur: ⁊ que ſit ad deuz qn̄cunqꝫ dicitur depreca/
tio. iuxta illud. Exaudi deus o͛onem quam de
precor. Fit oratio ad deum rōne ſue bonitatis
quam coīcare poteſt. Oratur enim inquātum
eſt beatus: ⁊ alijs beatitudinē largiēs. ꝑcipue
conuenit deo rōne ſue eſſentie que eſt coīs tri/
bus perſonis quaruz ⁊ opera ſicut ⁊ voluntas
ſunt inſeparabilia: vt qd̄ vna vult ⁊ dat ⁊ alia:
⁊ ad ipſum deuz trinitatis pōt orare: ⁊ ad quā/
libet pſonam intendendo qd̄ ab vna petit ab
omnibus recipere. Ad xp̄m etiam dirigit ora/
tio: qꝛ vna perſona eſt deus ⁊ hō: ⁊ inquātum
deus eſt ſperari pōt ab eo omne bonum cū p͛re
⁊ ſpūſancto. ¶ Fit oratio vl̄ deprecatio ad ſan
ctos ⁊ ad angelos bonos ſicut ad mediatores
⁊ ꝓcurantes nobis bona a deo. Et eodem mō
ad glioſam virginem que quāto magis pia et
maioris premij tāto magis pro nobis orat. Cū
enim ſancti cognoſcāt in viſione verbi omnia
que pertinēt ad corū gloriam ⁊ ad magnaz eo/
rum gloriam eſt ꝙ alios iuuare poſſint: quaſi
deo coopatores exiſtentes. ideo ſtatim in v̄bo
vident eorum vota qui eos interpellant. Uidē
do aūt non ſemꝑ orant pro illis qui ſe eis com
mendāt ad ꝓcurandūz eis qd̄ petunt: ſed tunc
qn̄ in ipſo v̄bo vident hoc eſſe deo placituz po
ſtulare: ⁊ tunc poſtulātes ſemꝑ exaudiūtur. Et
cum in patria nunc ſint colter tm̄ anime ſctōꝝ:
nominant tm̄ ſub nominib⁹ que hēbant in cor/
pore cōſtituti. Dicitur enī ſancte petre vel pau
le nō anima petri ora pro nobis: ex eo videlicet
qꝛ ex bonis opibus hic factis meruerūt vt poſ/
ſent orare pro nobis: ⁊ etiā in teſtimoniū futu/
re reſurrectionis ſz bea. Tho. vnde Job. v. Ad
aliquē ſctōꝝ cōuertere. Ad eos qui ſunt in mū
do. non d͛ proprie fieri o͛o: qꝛ cum vita eterna
qua ꝑncipaliter petitur ad ſanctos qui eā hn̄t:

quō oratio fiat ad ſcōs ⁊ angelos.

⁊ non ad eos qui non habent vt ꝯuerſantes in
mundo dirigenda eſt oratio vel deprecatio. Et
eadem rōne ad eos qui ſunt in purgatorio nō
eſt dirigenda oratio cuz ſint in afflictione. Sz
nec ſupplicatio ſicut ad bonos qui ſunt in mū/
do: qꝛ non ſunt in ſtatu merendi ſicut illi. Qđ
autem oratio facta paſcaſio exiſtenti in purga/
torio vt liberaret demoniacum vel infirmum
ſm Greg. in dyal. hoc non fuit: qꝛ paſcaſius h
ꝓcurauerit: ſed ex fide ⁊ deuotione orantis.

¶ Quid ſit in ora/ .§.iij.

tione petendum. Sciendūz ꝙ peti pñt ⁊ bona
ſpūalia: ⁊ temporalia: ⁊ mala penalia: ſz diuer/
ſimode. Nam bona ſpūalia. vt dicit bea. Tho.
ij.ij.q.lxxxiij.ar.v.⁊.vj. ſi ſunt neceſſaria ad ſa/
lutem vt gratia ⁊ virtutes ſimpliciter ⁊ abſolu
te peti poſſunt ⁊ debent abſqꝫ ꝯditione. ſ. ſi pla
cet deo: vel ſi eſt pro ſalute noſtra: ⁊ huiuſmōi.
Et multo magis ipſam ſalutē ⁊ regnū: ⁊ ſimili
ter remiſſionem peccatoꝝ. Deo enim hoc placz
qui vult omnes hoīes ſaluos fieri: ⁊ ipſe nos
ad hoc inuitat dicens. Primū querite regnūz
dei ⁊ iuſtitiā eius. i. virtutes quibus acquirit.
Unde ⁊ fidem ſpem ⁊ charitatē docuit poſtula
re ſub figura panis piſcis ⁊ oui. ¶ Bona vo
tpalia: vt ſanitatem: filios: honores: diuitias: ⁊
huiuſmodi. Aut ſpiritualia non neceſſaria: vt
ſcientia: eloquētia: ⁊ huiuſmodi peti poſſunt.
non tamē abſolute ſed ſub ꝯditione: ſi ſiat pro
ſalute noſtra. nam multis talia ſunt ad pernici
em. De his ergo que poſſunt malum euentuz
habere pōt eſſe aliqualiter vera ſnīa Socratis:
qui vt refert Ualerius maximus. nihil vltra a
dijs immortalibus petēdum arbitrabat ꝙ̄ vt
bona tribuerent: qꝛ hi demum ſcirent qd vni/
cuiqꝫ vtile foret. Sed neceſſaria ad ſalutē deter
minate peti poſſunt ſm bea. Tho. vbi. ſ. Et ꝙ
peti poſſint ex hoc probatur. quia ſz Auguſti.
ad probādū hoc licz orare quod licet deſidera
re. Sicut ergo licet nob̄ deſiderare iſta tpalia.
non vt in eis finem cōſtituamus ſed ſicut que
dam adminicula quibus iuuamur ad tentēdū
ad beatitudinem. inquātum per ea vita corpo
ralis ſuſtentatur. Et ſic nobis organice deſerui
unt ad actus virtutum. vt dicit. j. Ethi. ſic licet
pro ipſis tpalibus orare vt cum habentur tene
antur. cum non habentur habeantur ad ſuffici
entiam vite decentis. cum ꝯditione tm̄ vt dictū
eſt. ¶ Mala penalia non licet petere in o͛one
niſi in ordine ad bonū. vt. ſ. p flagella qs ꝯuer
tat ad deū. Et ſic itelligēde ſūt ipᷓcatiōes mul
te. q̄ ponunt i ſcriptura ꝯinimicos. vt illd̄ pſal.
Erubeſcāt ⁊ ꝯturbē. ⁊c. ⁊ alia hmōi. Petit enī
ꝯturbatōz inimicoꝝ p tribulatōes vt p illas cor
rigāt ⁊ ꝯuertāt ad deū. Pñt vltra dcāz expoſiti

quid ſit petēdi in oratione.

Qd̄ dīe reterū bē tpori ſpūalia etiā poſſit

Quō mala penalia ſunt petida vel imprecanda

Oratio pro cō[...] pro[...]

onem etiā tripliciter ītelligi. Uno mō vt ītelli/ganſ ſci in hmōi petere nō ꝯtra ipſos hoīes ſꝫ ꝯtra regnū pcti. vt. ſ. deſtruantur pctā in eis: ⁊ erubeſcāt per pniam ⁊ hmōi. ¶ Scdo modo vt ſint dicta per modū ꝓphetie prenūciantis qd eis eueniet. ⁊ ſic poniſ pñs optatiuī vel ipe ratiuī pro futuro īdicatiuī modi. vt illō dupli/ci ꝯtritione ꝯtere eos dñe. i. ꝯteres. Tertio mō ꝯformādo volutatē ſuā cū voluntate diuina circa dānationē perſeuerantiū in pctō. Mala vero temporalia orare ⁊ petere alijs ex odio eſt mortale. Et ſimiliſ petere poſſe facere mala cri/minalia. vt furtum ⁊ huiuſmodi.

¶ Cui conueniat .§.iiij.

orare. Dicendū ꝙ creature rōnali cōprehēden/do angelū ſub rōnali. Et hoc pꝫ ex noīe ⁊ diffi/nitione. Diciſ oṙo ſm Caſſio. quaſi oris rō. Uñ ſignificat aliquē actū rōnis expreſſum per effe/ctum oris. Diffiniſ etiā ꝙ eſt petitio vt dictum eſt. ſ. Petitio aūt eſt actus rōnis ſicut ⁊ imperi um. Sed petitio applicat deſideriū voluntatis ad deū qui non eſt ſub poteſtate nr̄a ſꝫ ſupra. ſ. deum. Imperiū aūt applicat ipſum deſideriuꝫ ad ſubiectos per ꝓceptū. Reperiſ aūt creatura rōnalis ſub triplici differētia. ¶ Prima vt vni

Utrum xp̄o cō/petat o/rare.

ta creatori. ſcđa in actu cōprehēſori: tertia ī ſta tu viatori. Scđm primuꝫ modum ſic competit xp̄o orare inquātū humanitas creata eſt vnita deitati. Ipſi ergo cōpetit orare in celo inquātū ſcꝫ hō. Ro. viij. Qui etiā interpellat pro nobis ⁊ alibi. Aduocatū habem⁹ ⁊c. Jo. xvj. Ego ro/gabo pr̄eꝫ pro vobis ait ipſe. In mūdo aūt fre/quenter orauit. Luc. ix. Erat pernoctans in oṙo ne. Non pro ſe indigēs. ſed in hoc nobis exem plum p̄bens. Orabat vt hō exaudiebatur vt de us. Sp̄us aūt dr̄ poſtulare. Ro. viij. genitibus inenarrabilibus. q: nos poſtulantes facit. An/gelis bonis ⁊ ſcis in patria ꝯuenit orare orant vtriqꝫ pro nobis. qd̄ ꝓbatur tripliciter. ¶ Pri/mo aucte. ij. Macha. vlti. dr̄ de Hiere. defun/cto. Hic eſt qui multū orat pro pplo. ¶ Scđo rōne. Nam oṙo pro alijs facta cum ꝓueniat ex charitate quāto. ſ. q ſunt in patria ſūt pfectio/ris charitatis tāto magis orāt pro viatoribus qui eoꝝ oṙonib⁹ pñt iuuari. quāto aūt deo con iunctiores tanto eoꝝ oṙones ſunt magis effica ces. Habet enī hoc ordo diuinus vt ſuperiorū excellentia in īferiora refundaſ. ſicut ex clarita/te ſolis in aere pꝫ. Uñ ſm Hiero. Si apl̄i ⁊ mar tyres adhuc in corpe cōſtituti. qñ pro ſe debēt eſſe ſolliciti pro alijs orāt. quāto magis poſt co ronas: victorias: ⁊ triūphos. ¶ Tertio ex offi/cio ⁊ conſuetudine eccl̄ie que dirigit orationes ad ſanctos. vt patet in letanijs. Fruſtra autem hoc fieret ſi non orarent. Qd̄ autē aīalia bruta dicuntur deū inuocare in pſal. īproprie ē. īquā tum. ſ. naturali deſiderio aliqd a deo deſiderāt qd̄ a deo obtinent. ſicut ⁊ dicūtur obedire. non quaſi pcipiētes ⁊ intelligētes mandatū. ſed in/quantū naturali inſtinctu mouētur ab ipſo pc. Que faciūt verbū eius. ¶ Tertio ꝯuenit orare viatoribus oībus nō ſolū iuſtis ſed etiā pecca/toribus. licet enī dicatur Jac. v. Multum eniꝫ valet deprecatio iuſti aſſidua. Ualet tñ ⁊ exau/ditur oratio pctōris. vt pꝫ de oṙone publicani. Luc. xviij. Et hoc nō ex merito ſui ſicut iuſti au diunſ. ſꝫ ex pura miſericordia. ſi tñ debite orat. Nec eſt ꝯtra illud Joan. ix. Peccatores de⁹ nō exaudit. q: intelligitur ſm Tho. cū petit inquā tum peccator ſm deſideriū pcti. i. cōmittendo aliqd̄ iniquū. ⁊ ꝙ nō audiatur ꝓcedit ex miſe/ricordia dei. Uel poteſt dici ſm bea. Auguſt. ꝙ illud dixit Celidonius nōdum perfecte illumi/natus. Sic enim putabat ſꝫ ſic nō erat. Sic pec cator etiā inimicicias ſeruās dicēdo Pr̄ nr̄ ⁊c. vel aliud ꝓpter ſui ſalutē non peccat. nec men/titur dicens. Dimitte nobis ⁊c. Loquitur eniꝫ in perſona eccleſie que ſemper dicit verum. Et ſic de alijs hmōi orationibus.

Q non ſolū iu/ſtis ſꝫ ⁊ pctōri/bus cō petit o/rare.

¶ Pro quibus p/ .§.v.

ſonis debem⁹ orare. Dīcm ꝙ hoīes debēt orare pmo pro ſeipſis: ſcđo pro defunctis: tertio ꝓ vi/uis alijs. De ordine tñ non eſt multum curan/dum vtrum prius pro vno ꝙ̄ꝫ pro altero dūmo do oret pro ſe ⁊ ꝓ alijs. Sicut aūt qlibet teneſ magis diligere ſalutē ſuā ꝙ̄ꝫ cuiuſcūqꝫ alteri⁹. ita ⁊ magis pro ſe orare teneſ. Et q: ex ꝓcepto tenetur qlibet ad faciendū ea qbus conſequaſ ſalutē. Salutē aūt ꝯſequi nō poſſet niſi p gr̄am ⁊ virtutes que danſ a deo frequēter mediante oṙone. iō ex precepto teneſ hō aliqñ orare. ſed qñ vel quō nō eſt determinatum. ⁊ difficillime determinareſ. Pe. de pa. niſi forte ī articulo ne ceſſitatis vel in periculis. ¶ Quando qs facit orationē pro ſe ſemp exaudiſ. Si tñ concurrāt alie tres ꝯditiōes ſcꝫ petendo neceſſaria ad ſa/lutem perſeueranter ⁊ pie. ſm be. Tho. in. iiij. Quāuis aūt peccator nō poſſit orare pie. ita. ſ. ꝙ eius oṙo ex habitu pietatis informeſ: pōt tñ eius oṙo eſſe pia quantū ad hoc ꝙ petit aliquid pertinēs ad pietatē. ſicut ille qui non hꝫ habi/tum iuſtitie pōt aliqd iuſtum velle. Et ꝙ̄uis ei⁹ oratio nō ſit meritoria ex quo eſt in mortali pec cato. pōt tñ eſſe impetratoria. q: meritū inniti/tur iuſtitie īpetratio gr̄e bea. Tho. ij. ij. Si aūtē deficiat aliqua iſtaꝝ ꝯditionum aliqñ exaudiſ aliqñ non. ¶ Pro defunctis pōt ⁊ dꝫ orare. nō tamen pro omnibus. nā pro his quos conſtat eſſe in gloria vel credit eccleſia vt pro canoni/zatis: orare non debet. q: non indigent. Aug

De vtili/tate ora/tionis ⁊ pe/tis

Iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. extra de cele. miſ. Cum marthe. ¶ Pro his q̄ ſunt in inferno dānatorum ſeu in lymbo nō debet orari. quia nō poſſunt iuuari nec in aliquo ſubleuari. Sed tn̄ pro exiſtentibus in purgatorio. vt. xiij. q. ij. Anime. ⁊ c. Tempus. Sʒ quia non poſſumus ſcire qs vadit ad purgatorium vel infernum vel paradiſum quoad adultos. iō pro oibus defunctis pōt orari. qꝛ vt ait Augu. Melius ſupererūt iſta ſcʒ ſuffragia qbus non obſunt nec proſunt q̄ʒ deerūt quibus proſunt. xiij. q. ij. non eſtimemus. ¶ Pro morientibus in excōicatione vel in aliquo mortali notorio. ſine ſignis ꝯtritionis orari nō poteſt oratiōe ſolēni. vt dicendo miſſam defunctoꝝ pro eis. ſed bene oratione priuata ſm pe. de pal. Et hec eſt ratio qꝛ in extremo vite potuit corde penitere ⁊ ſic ſaluari ⁊c̄. Cuʒ iſta preſumptiōe poteſt orari ſcʒ ſi non eſt in inferno. ⁊ qꝛ defuncti ſunt in maiori afflictione q̄ʒ viui. ⁊ non poſſunt ſe in aliquo adiuuare ſicut viuētes. ideo videtur magis pro eis orandum. ¶ Pro viatoribus oibꝰ orari poteſt pro bonis ⁊ malis ⁊ etiaʒ preciſis. Et pro preciſis quidem vt excōicatis ⁊ hereticis oratione priuata vt deus conuertat eos ad vnitatem. Non aūt inter orationes que fiūt p̄ membris eccleſie quoꝝ ſuffragio eccleſia eos priuat. ¶ Pro bonis autem orandum eſt vt p̄ficiant ⁊ perſeuerent. ⁊ hoc ſcilicet orando pro iuſtis fit triplici ratione. ¶ Primo quia multorum preces citius exaudiuntur. que rō tangitur in glo. ſuper illud ad Ro. xv. Iuuetis me ī orationibus veſtris. ¶ Secūdo quia ex iuſtis gratie agūtur deo de beneficiis collatis iuſtis. ¶ Tertio vt non ſuperbiant dum vident minoribus ſuffragijs indigere bea. Thom. ſe. ſe. ¶ Pro malis non preciſis vt conuertantur ad penitentiam. Fiunt autem oratiōes pro malis ſed non exaudiuntur niſi predeſtinatis. ſed qꝛ hoc diſcernere non poſſunt. ideo pro omnibꝰ orandum. dum neſcientes quis pertineat ad p̄deſtinatorum numerum ⁊ quis non pertineat ſic ad omnes affici debemus vt velimus. oēs homines ſaluos fieri. xxiij. q. iiij. Corripiātur. ¶ Etiam pro inimicis orandum eſt ſicut xp̄s docuit dicens Matthe. v. Orate pro perſequētibus vos. Et etiam in cruce dixit. Pater ignoſce illis. Luc. xxiij. ⁊ pro inimicis orare eis mala in vindictam mortale ē. Orare pro eis in generali vt ſcilicet ab oratione quam facit in generali pro omnibus fidelibus non intendat excludere inimicum tenetur ex precepto. alioquin contrarium faciendo pertineret ad liuorem vindicte. In ſpeciali orare pro eo non tenetur quis niſi ſm preparationem animi in aliquo caſu neceſſitatis qñ hoc indigeret ad ſalu-

De his p̄ qbus non eſt orandū

Quō p̄ excōicatis ⁊ hereticis ſit orādū

Quō ſit orandū pro inimicis.

tem conſequendā cū videret alios p̄ eo orare p̄fectionis eſt cū magis mereaꝛ. Unde dicit Auguſti. in ſermo. ¶ Niſi Stephanus pro ſaulo oraſſet eccleſia dei paulum non habuiſſet.

¶ De temporibus .§.vi.

Homo quilibet magis diligere deum q̃ ſeipſum. qđ ſic probat Tho.ij.ij.q.xxvj.arti.iij. A deo accipere poſſumus duplex bonum. ſ. bonum nature ⁊ bonum gratie. In cõmunicatione autẽ bonorum naturalium: nobis a deo facta: fundat amor naturalis: quo non ſolum hõ in ſua integritate nature diligit deum ſup oia ⁊ plus q̃ ſeipſum: ſed etiã quelibet alia creatura ſuo modo. i. vel intellectuali vel rõnali vel aiali: vel ẽt naturali ſaltem amore. ſicut lapides ⁊ alia que cognitione carent: qꝛ vnaqueqꝫ pars plus naturaliter amat cõmune bonũ totius q̃ particulare bonum ꝓpriuꝫ: qđ manifeſtatur ex opere. Quelibet enim pars hꝫ inclinationẽ ꝑncipaliter ad actionem cõmuneꝫ totius vtilitatis. Apparet etiam h̃ in virtutibus politicis ſm quas ciues pro bono cõmuni ⁊ diſpendia propriaꝝ rerum ⁊ perſonaꝝ interdũ ſuſtinent. vñ magis hoc verificatur in amicicia charitatis que fundatur ſuper cõmunicatione bonoꝝ grẽ. ⁊ ideo ex charitate magis dꝫ homo diligere deũ: qui eſt bonum cõmune oium q̃ ſeipſum: qꝛ beatitudo eſt in deo ſicut in cõmuni ⁊ fontali oium ꝑncipio que beatitudinem participare pñt. Et nota ꝙ quãtum quis diligit frui deo: tanto magis diligit ſeipſum: qꝛ h̃ eſt ei ſummũ bonũ. m̃ hoc ꝙ aliquis velit frui deo ptinet ad amoreꝫ: quo deus amatur amore concupiſcentie. Magis autẽ amamus deũ amore amicicie q̃ amore cõcupiſcentie qꝛ maius eſt in ſe bonũ dei q̃ bonum qđ participare poſſumus ipſo fruendo. ⁊ ideo ſimplr homo magis diligit deuꝫ ex charitate q̃ ſeipſum. Et iõ dꝫ potius quis omnia mala ſuſtinere q̃ peccato aſſentire. ſm Augu. vt dicit. xxxij. q. v. ita ne. Et ratio eſt: qꝛ mala pene ſunt contra ſeipſum: etiam pene iferni ſed peccatum eſt contra deum.

¶ Ad diligendum .§.v.

Triplex rõ nos mouet ad diligendũ deum.

deuꝫ ſuper omnia quaſi cogit triplex ratio que mouere poteſt ad amãdum aliquid: que notari pñt in eo qđ dicitur. Diliges dñm deum tuũ Deute.vj. ⁊ Matth.xxij. ¶ Et prima eſt ratio prouidentie ⁊ largitatis. ibi. dñm. ¶ Secũda eſt rõ varie bonitatis. ibi. deũ. ¶ Tertia eſt rõ attinẽtie ⁊ ꝓpinquitatis. ibi. tuũ. ¶ Iſta mouent ad amãdũ q̃cũqꝫ aliqđ amat. ¶ Et q̃tuꝫ ad ꝑmũ clarũ eſt ꝙ huus amat dñm ſuũ cũ eũ diligit ⁊ ei ꝓuidet ⁊ tuet ⁊ bñficia largit. Ex h̃ g̃ diliges dñm. Sui enĩ ſumus oẽs. Quãtũ aũt diligat oſtendit: qꝛ proprio filio non pepercit: ſed pro nobis tradidit illum: quo cum illo non nobis oĩa donauit. Ro. viij. Ber. Dñe quid eſt hõ ꝙ memor es eius: aut filius hois: qm̃ viſitas eũ: tot ſcilꝫ ⁊ tantis bñficijs. Mittis filium vnigenituꝫ. Mittis ſpm̃ ſanctuꝫ paraclytuꝫ tuuꝫ. te ipſum reſeruas adoptatis in premiuꝫ. Si dicias eſt. nimis ꝓdigus es tuis. j. Petri. v. Omnem ſollicitudinem veſtram proyciẽtes in eũ: qm̃ ipſi eſt cura de vobis. Matth. v. Soleꝫ ſuũ oriri facit ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: ⁊ materialiter ⁊ ſpiritualiter. Inſuper ⁊ angelis ſuis deus mandauit de te cuſto. ⁊c̃. Pſal. xc. immo ſm apoſtoluꝫ ad Hebre. j. Omnes adminiſtratoꝝ ſpirit9 ſunt miſſi in miniſterium eorum qui hereditatẽ capiũt ſalutis. Ecce quanta prouidentia dñi erga nos quoad corpus ⁊ quoad animam. ergo diligamus ipſum ſuper oĩa. ¶ Quãtum ad tertium poſtea magis imorãdo in ſcđo diligitur aliqs: qꝛ eſt attinens ⁊ cõſanguineus: ⁊ ſm hoc maxime diligitur pater a quo qs hꝫ eſſe ⁊ frater qui deſcẽdit ab eodẽ ſtipite: qđ natura docet ⁊ inſtigat. Sed nunqđ ait Moyſes. Nõne ipſe eſt pater tuus qui poſſedit ⁊ fecit: quãtum ad corpus: ⁊ creauit te quãtum. ſ. ad animam Deute. xxxij. Unus eſt pater veſter q in celis eſt Matthei. xxiij. Sed qualis pater. ij. Corin. j. Pater dñi noſtri Jeſu chriſti: pater miſericordiarum ⁊ deus totius cõſolationis. Et ſic tuus eſt pater. Sed vt magis eſſet tuus: effectus eſt per incarnationem frater. Uade ait ipſe ad magdalenã: ad fratres meos ⁊c̃. Jo. xx. Et qꝛ caro noſtra et frater noſter eſt: vt dꝛ in figura. Geneſi. xxxvij. Decuit per oĩa fratribus aſſimilari. vt ait apl̃s ad Hebre. In penalitatibus ſcilꝫ corporis non vitijs mẽtis. Diliges g̃ tuũ fratrẽ ⁊ patreꝫ tuum. Et qꝛ qui diligit filiũ aſſiduat ei flagella. vt dicitur in Prouer. Ideo ex dilectione multipliciter flagellat nos. Ambro. Non ſemper oſculatur pater filium: ſed aliquando flagellat: ergo cum caſtigatur qui diligitur tunc erga eũ pietas exercetur. Habet enim amor plagas ſuas

que dulciores ſunt cum amare inſeruntur.v.
q.v.Non oſculatur vt enim d᷑ Sap.xiij.cum
nobis diſciplinam das inimicos multipliciter
flagellas.Et ne ita videantur nobis graues la
bores noſtri.ipſe nobiſcum portat:ergo diliga
mus dn̄m deum noſtrum:qui totus eſt noſter:
nil ſui reſeruans ſibi.Nam corpus in cibum:
ſanguinem in precium ꝛ poculum:vitaꝫ in re/
demptionem dedit ſuis.❡Quantum ad ſcd̄ꝫ
notandum ꝙ bonitas eſt que trahit ad ſe amo/
rem noſtrum.Bonum enim eſt quod oīa appe
tunt dicit phs.Bonitas autem eſſentialiter eſt
in deo:ꝛ ſm̄ hoc di.Nemo bonus niſi ſolus de
us.ſ.eſſentialiter ꝛ ex ſe.nam creature ſunt bo
ne ex deo nō ex ſe ꝛ accidentaliter Bonitas.n.
vniuerſaliter eſt in deo quia eſt fons bonitatis:
ꝛ cauſaliter:quia ab eo cuncta bona procedūt:
ꝛ bonitas ſua vt dicit magiſter in.ij.ſenten.
di.j.fuit cauſa creationis reruꝫ.Unde ꝛ moyſi
dixit:ꝙ aſcenderet in montem ad eum:ꝛ oſten
dam tibi ait omne bonum.i.meipſum.❡Cū
autem omne bonum ſit honeſtum.vel delecta/
bile:vel vtile.Omnia hec genera bonorum re
periūtur in deo.Unde dicitur Sap.vij.Uene/
runt mihi omnia bona pariter cum ea.ſ.ſapi//
entia que eſt deus.Deus autem ſm̄ beatuꝫ An/
ſel.eſt quo melius cogitari non poteſt.❡Et de
bono honeſto dicitur ibi.Innumerabilis ho//
neſtas per manus illius.Bonum honeſtuꝫ eſt
ſcientia ꝛ virtus:ſed omnis ſapientia a domi//
no deo eſt.Eccl̄i.j.Et ſpū oris eius oīs virtꝰ eo/
rum.In pō.Uirtus iuſtitie:prudentie fortitu//
dinis:temperantie.Et alias Amb.Omnis ra/
tio ſuperne ſcientie ꝛ terrene creature in eo:q
eſt caput eorum ꝛ auctor:vt qui hunc inuene//
rit nil vltra querat:quicquid alicubi queritur.
hic perfecte inuenitur:quia hec eſt perfecta dei
virtus ꝛ ſapientia.❡De bono delectabili ibi
dicitur ibi.Letatus ſum in omnibus quoniaꝫ
antecedebat me iſta ſapientia.Leticia eſt dele//
ctatio in homine:ea que delectant trahunt ho/
minem ad ſui amorem.Delectant autem pul//
chra viſum fragantia odoratum:ſuauia guſtū:
conſonantia ꝛ melos ſonorum auditum ꝛ hu//
iuſmodi.Sed cum omnia iſta ſint a deo cauſa
omnium:ꝛ omnis virtutis effectus preexiſtat
in cauſa ſua:inde ſequitur ꝙ omnia hec bōa ꝑ
fectius ſunt in deo:quia ſine mixtura ↄfectus.
Unde Bern̄.Illud eſt verum gaudium quod
non de creatura ſed de creatore concipitur:qḋ
cum acceperis nemo tollet a te.Cuius compa/
ratione omne ſedum pulchrum:omne dulce
amaruꝫ:oē qḋ delectare poteſt moleſtum:gau
dium vt dictum eſt in homine idem eſt quod
delectatio.❡De bono vtili ibi dicitur.Prepo
ſui illam regnis ꝛ ſedibus ꝛ diuitias nihil eſſe

dixi in comparatione illius ꝛc̄. Sap.vij. Bo// De mul
num vtile dicitur diuitie: aurum argentuꝫ la/ tiplici
pides precioſi:dominia terrarum:ꝛ huiuſmo vtilita/
di.Que etiam bona a deo procedunt:ꝛ oīs ve te dile/
ra vtilitas:ergo diliges dominum deum tuū. ctionis
Ubi etiam eſt notād̄a multiplex vtilitas ipſius nr̄e ad
dilectionis noſtre ad deum:ꝛ inimicicie dam/ deum
noſitas:ꝛ tertio amicicie fidelitas ꝛ vtilitas:q꞉
nihil poteſt diligi fructuoſiꝰ ꝙ̃ deus.Nam ip/
ſe diligentibus ſe primo quideꝫ peccata dimit
tit Luce.vij.Dimiſſa ſunt ei peccata multa.
qm̄ dilexit multum.Secundo ipſe eos erudit.
Eccl̄i.ij.Diligite deum ꝛ illuminabitur corda
veſtra b.Greg.Interdum compunctionis ar/
dore tante ſubtilitatis eſt vis amoris vt hanc
nec ipſe animus poſſit comprehendere q hāc
illuminationeꝫ meruit habere. Tertio ipſe eos
cuſtodit pſal.cxliiij. Cuſtodit dominus diligē
tes ſe.Quarto ipſe eos ad ſuauitatem contem
plationis admittit etiam in preſenti.Greg. in
moral. Siquis ad contemplationis ſtudium
preparat ſemetipſuꝫ prius interroget quantuꝫ
amat.Quinto in neceſſitate adiuuat.vn̄ Eſaie
xliij.dicitur a deo de diligente ſe.Cum pertrā
ſieris per aquas ſcilicet tribulationis tecū ero
ꝛ flumina non operient te.Sexto in morte nō
deſerit:ſed tunc magis aſſociat pſal.lxxij. In
voluntate tua deduxiſti me:ꝛ cum gloria ſuſce
piſti me.Septimo:q꞉ vt ait apoſtolus ad Ro.
viij.Diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum.Et bona ꝛ mala penalia ꝛ facta cri//
minalia.Unde Aug.de pe.di.ij. talibus dicit
vſqꝫ adeo omnia vt ſi qui eorum exorbitaue//
runt a fide:hoc eis faciat proficere ad ſalutem
quia cautiores humilioreſqꝫ ꝛ feruētiores ſur
gunt.❡Econtra ad diligendum deum indu/
cere debet inimicicie damnoſitas.Nam pecca
toribus qui non diligunt deum omnia inimi
cantur.Sap.v.Pugnabit orbis terrarum pro
eo contra inſenſatos. ❡Tertio ad hoc debet
inducere amicicie fidelitas Eccl̄i.vj.Amico fi/
deli nulla eſt comparatio.vbi nota differenti//
am inter ipſos ꝛ alios. Alij enim non ſemper
amant:etiam cum amantur.Iſte ſemper amat
Prouerb.viij.Ego diligentes me diligo. Alij
tempore aduerſitatis aliquando deſerunt.iſte
nunquam.Frater in anguſtijs comprobatur:
ideſt chriſtus.Alij etſi ſint amici patris aliquā
do ſunt inimici filiorum.Sed iſte propter pa//
trem filios amat vſqꝫ in multas generationes
Exo.xx.Ego ſum dominus deus tuus ꝛc̄. faci
ens miſericordiā i milia his q diligūt me. De dile

❡Secundo debet .§.vi. ctione ſuiipſi

homo ex charitate diligere ſeipſum quod pa us.
tet ex eo quod dicitur Leuit.xix.Diligeo ami/

cum tuum.i.primum tuum ſicut teipſm. Ubi datur pro regula ⁊ exemplari dilectiōis primi dilectio ſuiipſius. Pro cuius declaratiōe dicit bea. Tho.ij.ij.q.xxv.ar.iiij. Quod cum charitas ſit amicicia quedam. dupliciter loqui poſſumus de charitate. Uno mō ſub communi rōne amicicie. ⁊ ſm hoc dicendum eſt q amicicia non hꝫ proprie ad ſeipſum: ſed aliquid maius amicicia: quia amicicia vnionem quādam importat. Dicit enī Diony. q amor ē virtus vnitiua. vnicuiqȝ autem ad ſeipſum eſt vnitas que eſt potior vnione. vnde ſicut vnitas eſt principiuȝ vnionis: ita amor quo quis diligit ſeipſum eſt forma ⁊ radix amicicie. ¶ In hoc enim amiciciam hēmus ad alios q ad eos nos hēmus ſicut ad noſmetipſos. Dꝛ enim.ix. Ethi. q amicabilia que ſunt ad alterum: veniunt ex his que ſunt ad ſeipm. Sicut etiam de principijs non hꝫ ſcia: ſed aliquid maius.ſ.intellectus. Alio modo poſſumus loqui de charitate ſm propriam rōneȝ ipſius prout.ſ.eſt amicicia hominis ad deum principaliter ⁊ ex ꝯñti ad ea que ſunt dei inter que eſt ipſe homo qui charitatem hꝫ. Et ſic inter cetera que ex charitate diligit ad deum pertinentia etiam ſeipſuȝ ex charitate diligit. Non autem obſtat his q apl's vituperat amātes ſeipſos. di.ij. Ti.iij. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Erunt eniȝ homines ſeipſos amātes ⁊c̄. Qua loquitur de amore quo quis amat ſe ſm naturam ſenſibilem: ita vt ei ſubijciat rationem. quod vtiqȝ eſt vituperoſum ⁊ pernicioſuȝ. Et nō de amore quo quis amat ſm naturam rōnalem querens eiꝰ perfectionem quod pertinet ad charitatem. ⁊ qꝛ homo reſultat ex anima ⁊ corpore. ideo debet ſe diligere ex charitate: non ſolum quantū ad animam ſed etiā quoad corpus: ſꝫ b. Aug. Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. vbi.ſ̄.ar.v. q corpus nr̄m ſꝫ duo poteſt cōſiderari. Uno modo ſm naturam ſuam. Alio modo ſm corruptionem culpe ⁊ pene. Natura auteȝ corporis noſtri cū non ſit a malo principio creata: vt manichei fabulantur: ſed a deo ſit: poſſumus eo vti ad ſeruitiuȝ dei ſm illud Ro.vj. Exhibete membra veſtra arma iuſtitie deo. ⁊ iō ex charitatis dilectione qua diligimus deum. debemus etiam corpus noſtrum diligere. Quāuis enim corpus noſtruȝ deo frui nō poſſit: cognoſcēdo ⁊ amādo: qua fruitione fundatur amicicia charitatis: cum per opa que per corpus facimus ad fruitionem venire poſſumus. Et ex fruitione diuina anime redundat quedam beatitudo ad corpus.i. ſanitatis ⁊ incorruptionis vigorē. ⁊ ſic ē corpus capax btitudinis. Scd'ȝ aūt quod cōſiderat in corpore.i. infectionem culpe ⁊ corruptionem pene in corpe nr̄o nō debemꝰ diligere ſed potius ad eius remotionē anhelare deſiderio charitatis. Et ſm hanc infectioneȝ dicebat apl's Ro.vij. Infelix ego hō quis me liberabit de corpe mortis huius. Q̄d debemus corpus diligere propriū ⁊ quo oſtēdit ēt Proſper ſic di. de pe.di.ij. Corpus nr̄m qꝛ pars noſtri eſt: ad hoc diligendū nobis eſt vt ſaluti eiꝰ ⁊ fragilitati naturaliter cōſulamus: ⁊ agamus q̄tenus ſpūi ordinate ſubiectū ad eternā ſalutē accepta īmortalitate ⁊ incorruptiōe perueniat.

¶ Diligit autem .§.xvij.

quis vere ſeipſum ex charitate qñ in ſe ſm partem principalē.i.rōnem hꝫ ſeu operat quinqȝ que ſunt ꝓpria amicicie ſm phm.ix. Ethicoꝝ. Unuſquiſqȝ amicus pmo quidē vult amicum ſuū eē ⁊ viuere. Scd'o vult ei bona. Tertio opatur bona ad ipſuȝ. Quarto ꝯuiuit ei delectabiliter. Quinto ꝯcordat cū eo quaſi eiſdē delectationibꝰ ⁊ ꝯtriſtationibus. ¶ Pro hoꝝ maiori declaratione ſciendū ſm be. Tho. vbi.ſ̄. q hō dicit eſſe aliqd dupliciter. Uno mō ſm pncipalitatem: alio mō ſm ſubſtātiā ⁊ naturaȝ ſuā. Et primo qdē mō dicitur hō id qd' principale eſtimatur in eo: ſicut pŕiceps ciuitatis dꝛ ciuitas: ⁊ qd' facit princeps dicit facere ciuitas. Boni autē eſtimant pncipale eſſe in eis mentē rōneȝ ſicut reuera eſt. ⁊ ſecūdariū partē ſenſitiuam et corporalē. quoꝝ primuȝ apl's nōiat hoīem interiorem: ſcd'arium hoīem exterioreȝ.ij. Cori.v. Et ſic vere ſeipſos diligunt qꝛ diligunt ſe ſm pncipale qd' eſt in eis.i. partē rōnalem que dicitur hō interior. Uñ ⁊ volūt ipſum pmo ꝯſeruari in ſua integritate. Et optāt ei bona eius q̄ ſunt bona ſpūalia quoad ſcd'm ꝓprium amicicie. Tertio ad aſſequēda bona ſpūalia opa impendunt. Quarto delectabiliter ad cor ꝓpriuȝ redeunt. qꝛ ibi inueniūt ⁊ bonas cogitationes in pñti. ⁊ memoriam pteritoꝝ bonoruȝ ⁊ ſpem bonoꝝ futurorū: ex quibus delectatio cauſat. Quinto non patiunt in ſeipſis voluntatis diſſentionē: qꝛ anima eoꝝ tendit in vnum. Mali autē eſtimant in ſe partē pncipalem ſenſitiuaȝ que dꝛ hō exterior: ⁊ ſm hāc ſeipſos diligunt: vñ nō vere diligunt ſicut nec verā eſtimatiōeȝ hñt. Et ſm hāc parteȝ ſenſitiuā obſeruant in ſe illa qnqȝ ꝓpria amicicie. Nam q̄rūt ꝯſeruationem ſui corporis ⁊ ſanitatē etiā ꝯ̄ dei voluntatem.i. pcepta. Scd'o ꝓuidēt ei bona cōformia. ſciłȝ delectabilia ſenſibus. Tertio ad hoc multuȝ operātur ⁊ laborant. Quarto delectant cogitare de hmōi ſenſibus. Quinto qꝛ ꝯcordant cuȝ ipſa ſenſualitate ei aſſentiendo in cunctis. Econtra de ꝯſeruatione ſpūs nō curāt nec bona ſpiritualia optant: nec ad hoc laborāt: horrent reuerti ad ſeipſos: qꝛ ibi non inueniūt niſi mala

Q̄d vere ſeipſum diligens ex charitate ſacit qnqȝ que ſunt ꝓpria amicicie

Quis ſit vere ſeipſuȝ diligēs

que remordeant ⁊ diſcordant ſecū. Alio modo dicitur homo aliquid ſm naturā ⁊ ſubſtātiam ſuā: ⁊ ſic cum hō ſit quid reſultans ex anima et corpore oēs ſe eſtimant eſſe vere qđ ſunt. i. cōpoſitos ex anima ⁊ corpore. ⁊ ſm hoc omnes diligunt ſeipſos: etiam mali: inquantum ſcilʒ diligunt conſeruationem ſui eſſe: ſed hoc non eſt ſe diligere ex charitate.

¶ Debet homo .§. viij.

Quare hō magis dʒ ſeip ſuz diliger q̄ p:oximuz.

magis diligere ſeipſum q̄ primum: ita videlʒ vt magis aīam ſuam q̄ cuiuſcūqʒ aīam: ⁊ magis aīam primi q̄ corpus ꝓprium: ſed magis corpus ꝓprium q̄ corpus p:oximi ceteris paribus. ¶ Primum ſic ꝓbatur. Exēplar eſt potius exēplato: ſed dilectio hominis ad ſeipm ponitur vt exēplar dilectionis ad alterꝫ: cum dicit Matth. xxij. diliges primum tuum ſicut teipſum. ergo magis ex charitate dʒ qs diligere ſe ipm q̄ proximū ſm aīam. Qđ bea. Tho. ſic declarat. ij. ij. q. xxv. in homīe ſunt duo. ſ. natura corporalis: ⁊ natura ſpūalis. Per hoc aūt dicit hō diligere ſeipſum ꝙ diligit ſe ſm naturā ſpiritualē. Et ſm hoc dʒ hō magis ſeipſuz diligere poſt deum q̄ quēcunqʒ aliū: ⁊ hꝫ pʒ ex ipa ratione diligendi. Nam vt. ē. dictuz eſt deus diligitur vt principiū boni ſup quo fundatur dilectio charitatis. hō aūt ſeipſum diligit ex charitate ſm rōnem ſocietatis in illo bono. Cōſociatio aūt eſt ratio dilectionis ſm q̄ndam vnionē ad deum. Unde ſicut vnitas eſt potior q̄ vnio. ita ꝙ homo participat bonū diuinum eſt potior ratio diligēdi q̄ ꝙ alius aſſocief ſibi in hac participatione. Et ideo homo ex charitate magis dʒ ſeipſum diligere q̄ primum. Et huius ſignum eſt: qꝛ homo non dʒ ſubire aliqđ malū peccati: qđ ꝯtriatur participatiōi beatitudinis vt liberet primum a pctō. Uñ. b. Augu. xxij. q. ij. Faciat homo ēt pro tpali ſalute hoīuʒ qđ poteſt. ſ. licite. cuʒ aūt ad hꝫ venerit vt tali ſaluti niſi peccādo conſulere nō poſſit. iam ſe exiſtimet nō hꝫe qđ facit. ⁊ Leo papa. Indecēs eſt crimē ſuum alienis cōmodis impēdere. di. xlvj. ſicut non ſuo. ¶ Et no. ꝙ lꝫ primus qui eſt melior nobis ſit deo ꝓpinquior: qꝛ tñ non eſt ita ꝓpinquus charitatē habenti ſicut ⁊ ipſemet ſibi. iō non ſequitur ꝙ aliqs nō debeat magis diligere proximū etiā meliorē q̄ ſeipſum. Non dilectio charitatis hꝫ quātitatem non ſolū ex parte obiecti qđ eſt deus: ſed etiā ex parte diligentis qui eſt ipſe homo habens charitatem. Scḋʒ. ſ. ꝙ quis dʒ magis diligere animā ꝓmi q̄ corpus proprium probaf. j. Joā. iij. di. Nos debemus pro fratribus aīam ponere. i. vitaʒ qđ eſt precipuū in corporalibus: qđ ſic declara Tho. vbi. ſ. Illud eſt magis ex charitate diligēdum qđ hꝫ maiorem rōneʒ diligibilis ex charitate. Conſociatio autez in plena participatione beatitudinis que eſt ratio diligēdi primuʒ eſt maior ratio diligēdi q̄ participatio beatitudinis per redundātiam que eſt rō diligendi ꝓprium corpus. Et ideo primum quātum ad ſalutē debemus magis diligere q̄ corpus ꝓpriuʒ. Nota tñ ꝙ non eſt de neceſſitate charitatis ꝙ hō ꝓprium corpus exponat pro ſalute proximi: niſi in caſu quo tenef eius ſaluti ꝓuidere. ſicut fecit Uitalis vrſino heſitanti in martyrio. Sʒ ꝙ aliquis ſe ad hoc ſponte offerat pertinet ad perfectionem charitatis. de qua. b. Aug. Siquis habuerit tātam charitatē vt paratus ſit etiā pro fratribus mori. ꝑfecta eſt in eo charitas. de pe. di. ij. ſiquis. la. ij. ¶ Tertium. ſ. ꝙ magis debʒ quis diligere corpus ꝓprium q̄ alterius ceteris paribus. probatur ſic. Sicut ſe hꝫ aīa propria alicuius ad aīam proximi: ita ꝓportionabiliter ſe hꝫ corpus proprium ad corpus proximi: ſed anima ꝓpria ſic ſe habet ad animam alterius: vt magis debeat ſuam diligere q̄ alterius. ergo ⁊ corpus ſuuʒ magis dʒ diligere q̄ alterius: ⁊ ſic ei potius ſubuenire ceteris paribus: quod pro tanto dicif: qꝛ ſiquis eſſet multum vtilis cōmunitati vel eccleſie. ipſe parum laudabiliter ⁊ ex perfectione exponeret corpus ſuum morti pro illo conſeruando: quamuis de neceſſitate non teneretur.

Corpus ꝓpriuʒ dʒ quis magis diliger q̄ alterius.

¶ Utrum charitas .§. ix.

qua quis diligit deum ſeipſum ⁊ primum: ſit ex charitate diligenda. Rñdet. b. Tho. ij. ij. q. xxv. ar. ij. ꝙ charitas non eſt ſimpliciter amor: ſed hꝫ rōnem amicicie: vt dictuʒ eſt ſupra. Per amiciciā aūt amatur quid duplr. Uno modo ſicut ipſe amicus ad quē habemus amiciciaꝫ: ⁊ cuius bona volumus. ⁊ ſic nō amaf charitas. Alio mō ſicut bonuʒ qđ volumus amico. ⁊ ſic amatur charitas per charitatē: qꝛ charitas eſt illud bonum qđ optamus oībus quos ex charitate diligimus. Et eadē rō eſt de beatitudine ⁊ de ꝟtutibus alijs. Et ſic intelligif dictuʒ Augu. viij. de trini. ꝙ qui diligit primum ꝯñs eſt vt ipſam dilectionē diligat. Sʒ ⁊ charitas hoc hꝫ inquātū eſt q̄dam amor. Amor enī ex natura potentie cuius eſt actus hꝫ ꝙ poſſit ſibi ſeipſum reflectere. Quia enī volūtatis obiectū eſt bonuʒ naturale quicq̄d ratione boni ꝯtinetur pōt cadere ſub actu voluntatis. Et qꝛ ipſuʒ velle eſt quoddam bonum pōt velle ſe velle. Item amor ex rōne proprie ſpēi hꝫ ꝙ ſupra ſe reflectatur: qꝛ eſt ſpōtaneus motus amātis in amatum. Uñ ex hꝫ ipſo ꝙ amat aliquis amat ſe amare. Et ſi dicatur ꝙ non precipitur diligi: niſi deus ⁊ primus. Rñdetur ꝙ in dilectione illoruʒ

includitur dilectio charitatis.Diligimus eniz
deum ꝛ proximum inquantū amamus:vt nos
ꝛ proximus deum diligamus.

De his q̄ valēt ad hõ ꝙ quis ameť a deo.ꝛ ad hõ dꝫ quilibet laborare. Et ſūt ſeptem.

¶ Multa ſunt que .§.x.

valent ad hoc ꝙ quis ameť a deo.ꝛ ad hoc dꝫ
quilibet laborare.nam amor dei ad nos eſt cau
ſa omnis boni noſtri.Tanto vnuſquiſqꝫ hꝫ plus
de bonitate quanto magis a deo diligiť. Et ſic
quis tunc vere ſeipſum diligit cū taleꝫ ſe exhi/
bet vt diligatur a deo.Precipue aūt ſunt ſeptē
que ad hoc valent.Primū eſt ſapientia. Sap.
vij.Infinitus theſaurus eſt hoib⁹ ſapiētia quo
qui vſi ſunt.participes facti ſunt amicicie dei.
ꝛ ibidem.Neminē diligit deus niſi qui cuꝫ ſa
pientia gradiť.Scdm eſt mentis mundicia.p/
uer.xxij.Qui diligit cordis mundiciaꝫ ꝑpter
gratiam labioꝝ ſuoꝝ habebit amicum regem
Canti.ij.Dilectus meus mihi.ꝛ ego illi q pa/
ſcitur inter lilia.i.puritate delectatur.Sap.vj.
Incorruptio facit ꝑximū deo.Et Joānes euan
geliſta propter munditiā diciť diſcipulus quē
diligebat xp̄s.Joā.vlti.Tertiū eſt manſuetudo
que multū aſſimilať deo cuius bonitateꝫ mali
tia alicuius non perturbat.Eccl.xlv.diciť.Dile
ctus deo ꝛ hominibus Moyſes.de quo diciť
Nume.xij.ꝙ erat mitiſſimus hoiuꝫ ſup terrā.
Quartum eſt liberalitas que etiā multum aſſi
milať deo qui ex liberalitate fecit qcquid fecit
ij.Corin.ix.Hilarem datorē diligit deus. Se/
ne.Qui bñficium dat imitať deum.Exemplū
in Zacheo.Quintū eſt humilitas pp quā Da/
uid fuit vir ſm cor dei.j.Regum.xvj.Et in ſi/
gnum amoris dñs Jeſus quē hꝫ ad humilem
amplexatus eſt paruulū.Marci.ix.Et Benia
min qui fuit minimus filius vocať amantiſſi/
mus dñi.Deute.xxxiij.Sextum eſt tpalium cō
temptus.Sene.Nemo dignus eſt deo niſi qui
opes ꝯtēpſerit.Eſa.xxviij.Coangustatū eſt ſtra
tum.ſ.cordis.ita vt alter decidat.ſ.amor dei et
pallium breue vtrūqꝫ tegere non pōt.ſcꝫ amor
mundi.Beatus Grego.Bonorꝫ auctori aliter
inherere non valemus niſi cupiditatē que om
nium maloꝝ radix eſt abſcindamus.diſt.xlvij.
Bonoꝝ.Septimum eſt dilectio.Prouer.viij.
Ego diligētes me diligo.Ber.Nemo ſe amari
diffidat qui iaꝫ amat.Et q̄uis ipſe prior dilexit
nos.tñ exercēdo nos i actu dilectōis augetur.

¶ De dilectione proximi.ꝛ quis nomine pro
ximi intelligatur.

Capitulum.iiij.

DE dilectione pro/

ximi ſub qua intelligitur angelus
bonus.ꝛ quilibet habens beatitu
dinem.vel qui poteſt eam conſeq.
Unde non demones vel dānati.De hac diciť.
j.Joan.iiij.Hoc mandatuꝫ habemus a deo vt
qui diligit deum diligat ꝛ fratrem ſuum.Ubi
ſciendūꝫ ꝙ habitus charitatis vnus eſt qui ex
tenditur ad dilectionem non ſolum dei.ſed et
proximi habitus enim non diuerſificantur ni
ſi ex hoc ꝙ variant ſpeciem actus ſm Tho.ij.
ij.q.xxv.Omnis enim actus vnius ſpeciei ꝑti
net ad eūdem habitum.Cum aūt ſpecies eius
ſumatur ex obiecto ſm formalem rationem ip
ſius:neceſſe eſt ꝙ idem ſit ſpē actus qui fertur
in rationem obiecti:ꝛ qui fertur in obiectū ſub
ratione tali.ſicut eſt eadem ſpē viſio qua videť
lumen ꝛ qua videtur color ſm rationem lumi
nis.Ratio autem diligendi proximū deus eſt.
hoc enim debemus in proximo diligere vt in
deo ſit:vnde manifeſtum eſt ꝙ idem ſpē actus
eſt quo diligitur deus:ꝛ quo diligitur ꝑximus
etſi ſit diuerſus numero. Et ꝙ nomīe proximi
intelligitur omnis qui exhibet nobis aliquam
miſericordiam ſeu beneficium.Ac etiam om/
nis qui poteſt exhibere aliquod miſericordie
opus:ſm Bea.Augu.tractantem illud Luce.
x.Quis tibi videtur ꝑximus fuiſſe illi qui in/
cidit in latrones.Unde omnes angeli boni di
ligendi ſunt ex charitate a quibus multa bene
ficia recepimus:ꝛ comprehenduntur nomine
proximi.Naꝫ charitas eſt amicicia fundata ſu
per cōmunicatione nō ſpecie ſed beatitudinis
ſeu beneficioꝝ pertinentium ad vitam eternā.
Et in hac beatitudine angeli cōmunicant cum
hominibus.Unde dicitur Math.xxij.Equa/
les ſunt angelis dei.Et ideo angeli boni ex cha
ritate ſunt diligendi ſm beatum Thomam ſe/
cunda ſecū.q.xxv.Et eadem ratio eſt de beatis
animabus:quia enim participant beatitudinē
ſuper qua fundatur charitas : ideo diligende
ſunt ex charitate ꝛ ab eis etiam multa ſuffra/
gia recipimus meritorum ſuorum ꝛ precuꝫ.
Demones autem important naturam peccato
deformatam:ꝛ ideo eos non debemus dilige
re ex charitate inquantuꝫ demones:ideſt qua
tum ad maliciam eorum:ſed odire. Sed acci/
piendo prout demon quandam naturam im/
portat: ſic aliquo modo debemus diligere et
aliquo modo non . Nam diligere debemus
ſicut diligimus aliquod bonum amici: quod
volumus permanere ob amorem illius: ꝛ iſto
modo poſſumus ex charitate diligere demo/
nes . inquantum ſcilicet volumus eos in ſuis
naturalibus conſeruari ad gloriam dei . Sed
non diligere debemus eos ita ꝙ ad eos ami/
ciciam habeamus . Nam de ratione amici/
cie eſt velle bonum amico : et precipuum bo/
num.hoc auteꝫ beatitudo et vita eterna eſt:qđ
bonuꝫ nullo mō debemus eis velle:q: hoc re/

Que ſit rō dili/gēdi ꝑximi.

Quis nomīe ꝑximi intelligiť

An demones ſint ex charitate dili/gendi.

pug naret charitati dei per quam iuſtitiam ei⁹
approbamus. Et adem ratio eſt de dānatis: q̄z
non ſunt amplius capaces beatitudinis. Crea/
turas autem irrationales non debemus dilige
re ex charitate: ita vz ſicut diligitur is ad quez
hī amicicia. Et ratio eſt ſm. b. Tho. vbi. ſ. quia
charitas eſt amicicia quedam. Omnis autem
amicicia fundatur ſuper cōmunicatione vite:
ſed irrationales creature non poſſunt cōmuni
care in vita hūana: quia illa ē ſm rationez quā
ipſe non habent. Itez talis amicicia charitatis
fundatur ſuper cōmunicatiōe beatitudinis cu
ius non ſunt capaces: ſed diligi poſſūt ſicut bo
na que alijs volumus inq̄ʒtum volumus ea cō
ſeruari ad gloriam dei ⁊ vtilitatem hominum
qui ſunt in purgatorio propter ex charitate di
ligendi ſunt ⁊ omnes in mundo viuentes. Vñ
proſper. Non illi tantum proximi noſtri credē
di ſūt quos nobis gradus ſanguinis iungit. p
ximi noſtri credendi ſūt omnes hoīes noſtre
nāe: ſicut dixi pricipes. de pe. di. nō illi. ¶ Qđ
peccatores ſunt diligendi ex charitate. ⁊ quo/
modo ſm. b. Tho. ij. ij. q. xxv. In peccatoribus
ſūt duo ꝯſideranda. ſ. natura ⁊ culpa. Secūdū
naturam quidem quam habent a deo ſunt ca/
paces beatitudinis ſuper cuius cōmunicatio//
ne fundatur amicicia charitatis. ⁊ ideo ſm na
turam diligendi ſunt ex charitate. ſm culpam
autem deo contrariantur: ⁊ eſt in eis beatitudi
nis demeritum. Unde ſm culpam qua deo ad
uerſantur ſunt peccatores odiendi. etiam pa//
ter ⁊ mater: ⁊ quicunq̄ʒ propinqui ſm quod di
citur Lu. xiiij. Debemus enim in peccatoribus
odire culpam ⁊ q̄ peccatores ſunt. ⁊ diligere
q̄ homines ſunt beatitudinis capaces. ⁊ ad
hoc facit quod dicit leo papa. di. lxxxvj. Odio
habeantur peccata non homines: corrigantur
tumidi: tollerentur infirmi. Et quod caſtigare
ſeuerius neceſſe eſt non ſeuientis animo fiat:
ſed medentis. Et ſm hoc intelligendum eſt il/
lud ps. cxviij. Iniquos odio habui inq̄ʒtum. ſ.
ſunt iniqui. quod eſt habere odio iniquitatem
eorum. ⁊ hoc eſt perfectuʒ odium. De quo idez
ait ps. cxxxviij. ¶ Perfecto odio oderā illos.
Hoc enim eſt odire malum quod nocet eis qđ
pertinet ad amorem eorum. Nam eiuſdem
rationis eſt odire malum alicuius ⁊ diligere
bonum eius. vtrunq̄ʒ enim procedit a charita
te. ¶ Et nota ſm beatum. Tho. q̄ amicis pec/
cantibus: ſicut dicit phus. ix. Ethi. Non ſunt
ſubtrahenda amicicie beneficia quoſq̄ʒ habet
ſpes ſaluationis eorum: ſed magis eſt eos ad//
iuuandum ad recuperationem virtutis q̄ʒ ad
recuperationem pecunie ſi eaʒ amiſiſſent q̄ʒto
virtus amicicie eſt magis affinis q̄ʒ pecunia.
Sed quando in maximam maliciā inciduͤt: ⁊

An peccatores ſint ex charitate diligendi.

inſanabiles fiunt: tunc non eſt eis amicicie fa/
miliaritas exhibenda. Et ideo huiuſmodi pec
cantes de quibus magis preſumitur nocumē/
tum aliorum q̄ʒ eorum emendatio ſm legem
diuinam ⁊ humanam precipiuntur occidi qđ
facit iudex non ex odio eorum: ſed amore cha
ritatis que prefert bonum cōmune particula//
ri. Nec obſtat quod dicit philoſophus q̄ ami/
corum eſt conuiuere: ſed cum peccatoribus ad
monet ſcriptura non conuerſari ſꝫ illud. ij. ad
Cor. vj. Recedite de medio illorum. Nam ſm
bea. Tho. vbi ſupra duplex poteſt eſſe conuict⁹
cum peccatoribus. Unus eſt ſm conſortiū pec
cati aſſentiendo eis. ⁊ hoc prohibet omnibus.
Non enim ſic debemus diligere peccatores:
vt velimus quod ipſi volunt: ⁊ de eis gaudea
mus de quibus gaudent ſcilicet malis: q̄z hoc
eēt malis aſſentire: ſed vt faciamus eos velle
quod nos iuſte volumus ⁊ gaudere de quib⁹
nos recte gaudemus. Unde. b. Aug. de vitatiōe
conuictus talium ſcilicet per conſenſum mali
ſic ait. xxiij. q. iiij. Recedite ⁊ exite inde pollu//
tum ⁊ immundum ne tetigeritis ſcilicet in cō
tactu cordis non corporis. Quid eſt enim tan/
gere immundum niſi conſentire peccatis. Et
quid eſt exire inde niſi facere quod pertinet ad
correctionem eorum q̄ʒtum ad ſcōʒ gradū vni
uſcuiuſq̄ʒ ſalua pace fieri poteſt. Eſt alius con//
uictus conuerſationis familiaris. ⁊ hꝫ vitādus
eſt ab infirmis ne ſubuertantur. vnde dicitur.
xxviij. q j. Sepe malorum conſortia bonos cor
rumpunt q̄ʒto magis eos qui ad vitia ꝓni ſūt.
Sed perfectis de quorum corruptione non ti/
metur laudabile eſt. ſicut chriſtus cum publi//
canis comedebat Math. ix.

¶ De dilectione .§. i.

inimicorum. Nota ſm. b. Tho. ij. ij. q. xxv. Di/
lectio inimicorum poteſt tripliciter conſidera/
ri. Uno quidem modo vt inimici diligantur
inquantum inimici: ideſt ſm vitium eorꝫ quo
exercent inimiciciam. ⁊ hoc eſt puerſum ⁊ cha
ritati repugnat: quia hoc eſt diligenter maluʒ
alterius. ¶ Secundo modo poteſt accipi dile
ctio inimicorum quantum ad naturam: ſed in
vniuerſali. Et ſic dilectio inimicorum eſt de ne
ceſſitate charitatis: vt ſcilicet aliquis diligens
proximum ab illa generalitate dilectionis pro
ximum inimicum non excludat. ⁊ ſm hoc eſt
intelligendum illud domini preceptuʒ Mat.
v. diligite inimicos veſtros: quia vt dicit. xiiij.
q j. Quod percipitur imperatur: quod impe//
ratur neceſſe eſt fieri. ¶ Tertio modo pōt con
ſiderari dilectio inimicorum in ſpeciali: vt ſci
licet aliquis in ſpeciali moueatur motu dile//
ctionis ad inimicum: ⁊ iſtud non eſt de neceſſi

Utrum inimici ſint ex charitate diligendi.

tate charitatis abſolute: quia nec etiam moueri motu dilectionis in ſpeciali ad quoſlibet homines ſingulariter eſt de neceſſitate charitatis: quia hoc eſt impoſſibile: eſt tamen de neceſſitate charitatis ſm preparationem animi: vt ſcilicet aliquis habeat animum preparatuȝ ad hoc ꝙ in ſingulari diligat inimicum ſuū ſi neceſſitas occurreret: ſed ꝙ abſqȝ articulo neceſſitatis hoc etiam actu impleat vt diligat inimicum propter deum hoc pertinet ad perfectionem charitatis. Cum enim ex charitate diligatur proximus propter deum q̃tomagis aliqs diligit deum: tanto etiam magis ad proximuȝ dilectionem oſtendit nulla inimicicia impediente. Sicut ſi aliquis multuȝ diligeret aliquē amore ipſius eius filios amaret etiam ſibi inimicos. ⁊ ſm hoc intelligendum eſt verbū Augu. in encheridion dicentis ꝙ hoc taȝ magnū bonum ſcilicet diligere inimicos non eſt tāte multitudinis quantum credimus exaudiri in oratione cuȝ dicitur. Dimitte nobis debita noſtra. Intelligitur enim de dilectione quantum ad perfectionem non neceſſitatē.

De ſignis autē .§.ij.

⁊ effectibus dilectionis. Sciendum ſm beatū Tho. ꝙ cum ſigna ⁊ effectus charitatis ex interiori dilectione procedant: ⁊ ei proportionentur. Sicut dilectio ad inimicū in cōi q̃dē eſt de neceſſitate ꝓcepti abſolute. in ſpāli aūt nō abſolute: ſȝ ſm ꝑparationē animi. Sic dicendū de effectu ⁊ ſigno dilectionis exteriori exhibēdo: nam beneficia vel ſigna dilectionis que exhibentur proximis in communi. puta cum quis orat pro omnibus fidelibus: vel cum habet impendere aliquod beneficium toti communitati. tenetur quis ⁊ inimicis hoc exhibere: ſeu ipſos non ab illis excludere ex neceſſitate precepti ⁊ contrarium faciendo pertineret ad liuorem vindicte: ſed beneficium vel ſigna dilectionis que quis exhibet particularibus perſonis: exhibere inimicis non eſt de neceſſitate ſalutis. niſi ſm preparationem animi: vt ſcilicet quis preueniat in articulo neceſſitatis. Extra talem articulum hoc facere pertinet ad perfectionem charitatis.

Ad dilectionē .§.iij.

De his q̃ nos ad dilectionez proximi īducūt ⁊ ſunt ſeptem

proximorum multa inducūt. Primum eſt ſcriptura diuinalis que hoc frequenter mandat. Unde Leuit. xix. dicitur. Diliges amicum tuum ſicut teipſum. Et ideo rememoratur Lu. x. ⁊ Math. xxij. ſed loco amici ponitur nomē proximi. j. Jo. iiij. Diligamus nos inuicem. Et chriſtus. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inuicem Jo. xv. Hierony. O miram dei clementiam. O ineffabilem pietatem dei: premium nobis pollicetur. ſi nos mutuo diligamus etſi nobis ea preſtamus inuicem quibus inuicem indigemus. Et nos ſuperbo inſuper ⁊ ingrato animo ei renitimur cuius imperium beneficium eſt. Secundum eſt ratio conditionalis. Naturaliter enim omne animal diligit ſibi ſimile. vt dicitur Eccli. xiij. Et ſi hoc ſeruāt irrationabilia etiam ſilueſtria: quia leo non nocet leoni. nec vrſus vrſo. ⁊ multo magis debet homo homini ſeruare. Tertium eſt fraternitas naturalis Malachie. ij. Nunquid non pater eſt vnus omnium noſtrum: ſcilicet Adā quare ergo deſpicit vnuſquiſqȝ fratrem ſuum Aug. x. de ciui. dei dicit. Nihil tam diſcordioſum vitio: nihil tam ſociale natura: ſicut gen⁹ humanum: propterea voluit deus creare parētem vnum ſcilicet Adam de quo multitudo ꝓpagaretur: vt hac ammonitione in multis cordis vnitas ſeruaretur. Quartum eſt germanitas ſpiritualis Math. xxiij. Patrem nolite vobis vocare ſuper terram. vnus eſt enim pater veſter qui in celis eſt. Omnes autem vos fratres eſtis. Beatus Auguſtinus. Omnes quidem ſumus fratres ſm ꝙ homines ſum⁹ q̃to magis ſm ꝙ chriſtiani ſum⁹. p̄r deus mater eccleſia: hereditas ꝑadiſus. Quintuȝ eſt chriſti ⁊ angelorum exemplum. Ita enim chriſtus charum habuit proximum ꝙ pro eius redemptione mori voluit. Apoc. j. c. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Angeli etiam cum magna diligentia cuſtodiunt homines pſal. Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibus ⁊c. Mat. xviij. c. Uidete ne condemnetis vnū de puſillis his qui in me credunt. Angeli eniȝ eoꝝ ⁊c. Sextum: quia multum ex deo grata ⁊ beneplacita Eccli. xxv. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo que ſunt probata coram deo ⁊ hominib⁹ Concordia fratrum: amor proximorum: ⁊ vir ⁊ mulier bene ſibi conſentientes: ⁊ merito. Si enim placet homini qui diligit ⁊ reueretur ſimilitudinem ⁊ imaginem ſuam ſculptā. q̃to magis debet diligi qui hominem: vbi eſt viua dei imago amat ⁊ honorat. Inſuper ⁊ ꝓxim⁹ eſt membruȝ corporis chriſti myſtici: vtiqȝ placere debet deo qui diligit membra filij. Paulus ad Ro. Multi ſumus vnum corpus i chriſto ⁊c.

De vtilitatib⁹ ſiue emolumentis dilectōnis proximi ⁊ ſūt ſex

Septimum eſt multiplex emolumentum quod ſequitur ex huiuſmodi dilectione. Et primum eſt victoria contra inimicum. prouerb. xviij. Frater qui iuuatur a fratre: quaſi ciuitas firma goliath inuitat ad ſingulare certamen. j. Regum. xvij. Econtra moyſes dicit. Siquis eſt domini iungatur mihi Exo. xxxij. Secundum eſt bonorum abundantia. Quod

eniȝ deeſt hom' ni in ſe habȝ in amico ſuo. Tertium eſt impetratio orationum Matth. xviij. Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi ſum ⁊c. ad exaudiendum. Quartū mutua exhortatio Ecc̄e. iiij. c. Si fuerint duo mutuo fouebuntur vnus quomodo caleſiet. Quintum conſolatio. Prouerb. xxvij. Bonis conſilijs amici dulcoratur anima. Sextum eſt damnum quod facit eius contrarium ſcilicet odium ⁊ diſcordia. b. Aug. de pe. di. iiij. Qui diuini beneficij oblitus ſuas vult vindicare iniurias: non ſolum de peccatis futuris veniam non merebitur: ſed que dimiſſa fuiſſe ſibi gaudebat imputabuntur ad penam.

An oēs hoīes ſūt eq̄l'r diligendi

¶ De ordine dilectionis proximorum. §. iiij.

Utrum ſcilicet ſit magis diligendus vnus q̄ȝ alter. Ad quod reſpō det. b. Tho. ij. ij. q. xxvj. ꝙ opinio fuit quorūdam ꝙ omnes proximi ſunt equaliter ex charitate diligendi quantum ad affectum: ſed nō quantum ad effectum exteriorem ponentes ordinem dilectionis eſſe ſeruandum quantum ad exteriora beneficia: vt ſcilicet magis ea debeamus impendere proximis q̄ȝ alienis: non ſm interiorem affectum quem debemus habere equalem. etiam omnibus inimicis. Sȝ hāc opinionem dicit eſſe irrationabilem. ⁊ ratio ē: quia non minus eſt ordinatus affectus charitatis que eſt inclinatio gratie q̄ȝ affectus naturalis qui eſt inclinatio nature. vtraqȝ enim inclinatio ex diuina ſapientia procedit. Uidemꝰ enim in naturalibus ꝙ inclinatio naturalis ꝓportionatur actui: vel motui qui conuenit nature vniuſcuiuſqȝ: ſicut terra habet maiorem inclinationeȝ grauitatis q̄ȝ aqua: quia competit ei eſſe ſub aqua. Oportet ergo ꝙ inclinatio gratie que eſt affectus charitatis proportionetur his que exterius ſunt agēda: vt ſcilicet ad eos intentiorem affectum charitatis habeamꝰ quibus oportet vel conuenit nos beneficos eē ⁊ ideo dicendum ꝙ etiam ſm affectum oportet magis diligere vnum proximorum q̄ȝ alium. ⁊ ratio eſt: quia cum principium dilectionis ſit deus: ⁊ ipſe diligens neceſſe eſt ꝙ ſm ꝓpinquitatem maiorem ad alterum iſtorum principiorum maior ſit dilectionis affectus. In oībus enim in quibus inuenitur aliquod principium: ordo attenditur per comparationem ad illud principium.

Quō ꝺbum Aug. I/ telligiſ ꝙ oēs eq̄ ſunt diligē/ di.

Quod autem dicit. b. Aug. in lib. de doctrina chriſtiana ꝙ omnes hoīes eque diligendi ſunt: ita equalitas intelligenda eſt quantum ad bonum quod optamꝰ amico ⁊ in genere: quia omnibus hominibꝰ optare debemus ex charitate idem bonum in genere: ideſt vitam eternam. Sed ad intentionem actus non refertur ꝙ inteīus poſſumus ⁊ debemus diligere vnum q̄ȝ alium. Uel etiam poteſt intelligi ꝙ omnes ſunt eque diligendi: ita ſcilicet ꝙ nullus excludatur quantum ad beniuolentiam: ſed non ſic quoad beneficentiam quia cum nō poſſit vnus omnibus ſubuenire: ita aliquibus ꝓuidet ꝙ nō alijs: q: non pōt.

Quis ſit magis diligēdꝰ an melior aut nob cō iūctior

¶ Quē debemus §. v.

magis diligere meliorem vel coniunctiorem. Rñ. b. Tho. ij. ij. q. xxvj. ꝙ meliori debemꝰ diligere maius bonum. Coniunctiori debemus diligere illud bonum quod ei amamus intenſius. Ratio huius eſt: quia dilectio habet ſpēȝ ex parte obiecti. ſed intenſionem ex parte diligentis. Obiectum autem eſt deus. Unde per comparationem ad obiectum: ideſt deum quāto quis eſt propinquior deo tanto ei debemus velle maius bonuȝ ex charitate: quia licet vnū bonum ſit quod vult charitas omnibus ſcilicet vita eterna ſm ſe. habet tamē diuerſos gradus ſm diuerſas beatitudinis participatiōes ⁊ hoc pertinet ad charitatem vt velit iuſtitiam dei ſeruari ſm quam meliores ꝑfectius beatitudinem participant. ⁊ hoc pertinet. ad ſpēm dilectionis. Sūt enim diuerſe ſpecies dilectionis ſm diuerſa bona que optamus. his quos diligimus ex charitate. Intenſio autem dilectionis eſt attendenda per comparationem ad ipſum hominem qui diligit. ⁊ ſm hoc illos q ſunt ſibi propinquiores intenſiori affectu diligit ad illud bonum ad quos eos diligit q̄ȝ meliores ad maius bonum. Eſt etiam ibi alia differentia attendenda: nam aliqui proximi ſunt propinqui nobis ſm naturalem originē a qua diſcedere non poſſunt: quia ſm ea ſunt id qđ ſunt: ſed bonitas virtutis ſm quam aliqui ꝓpinquant deo poteſt accedere ⁊ recedere: augeri ⁊ minui: vt patet ex ſupradictis. Et ideo poſſumus ex charitate velle ꝙ iſte q ē mihi coniunctus ſit melior alio. ⁊ ſic ad maiorem gradum beatitudinis peruenire poſſit. Eſt ⁊ alius modus quo plus diligimus ex charitate nob magis coniunctos: quia ſcilicet pluribus modis eos diligimus. Ad eos enim qui non ſunt nobis coniuncti. non habemus ad eos niſi amiciciam charitatis. Ad eos vero qui nobis coniuncti ſunt habemus alias amicicias ſm modum coniunctionis eorum ad nos. Cum aūt bonum ſuper quo fundatur omnis alia amicicia honeſta. ordinet ſicut ad finem bonum. ſuper quo fundatur amicicia charitatis. conſequens eſt vt charitas imperet actum cuiuſlibȝ amicicie alterius. Et ſicut ars que eſt circa finē impat arti que eſt circa ea que ſunt ad finē: puta ars medici arti aromatarij: ſic hoc ipſuȝ qđ

eſt diligere aliquē: quia conſanguineus: vel quia coniunctus: vel quia conciuis: vel ꝓpter quodcūꝗ aliud licitū ordinabile in finē charitatis poteſt a charitate imperari: ⁊ ita ex charitate eliciente cū imperante pluribꝰ modis diligimus magis nobis coniunctos.

¶ Utrum ſit magis diligendus .§.vi.

De charitate ꝙ illi qui ſūt nob magis ꝯiūcti magis diligē, di ſūt

gis diligendus qui eſt coniunctus ſm carnalē originē ꝙ̄ coniunctus ſm alias coniunctiōes. Reſpondet ad hoc. b. Tho. ij.ij.q.xxvi. ꝙ vt dictū eſt: illi qui ſunt nobis magis cōiuncti ſunt magis diligendi: tū quia intenſius diligūt: tū quia pluribus diliguntur rationibus. Intenſio aūt dilectionis eſt ex coniunctione dilecti ad diligentē: ⁊ ideo diuerſoꝝ dilectio eſt menſuranda ſm diuerſam rationē coniunctionis. vt ſcilicet vnuſquiſꝗ magis diligaſ in eo qđ pertinet ad illā coniunctionē ſm quā diligeret. Et vlterius cōparanda eſt dilectio dilectioni ſm cōparationē coniunctionis ad coniunctionē. Sic igitur dicendū eſt ꝙ amicicia conſanguineoꝝ fundatur in coniunctione nālis originis: amicicia ciuiū in coīcatione ciuili: ⁊ amicicia cōmilitonū in coīcatione bellica. ⁊ idō in his que ptinent ad nām plus debemus diligere ꝯſanguineos. In his que ptinent ad ciuilē ꝯuerſationē plus debemus diligere cōciuis. In his que ptinēt ad bellū cōmilitones: vñ ⁊ phs dicit. ix. eth. ꝙ ſingulis ꝓpa ⁊ ꝯgruentia eſt attribuēdum. Sic aūt ⁊ facere videntur ad nuptias. qđ ī vocāt cognatos: videtur vtiꝗ ⁊ nutrimēta parētibꝰ oportere ſufficere maxime ⁊ honorē pſ̄ie. ⁊ ſilē ēt in alijs. Si autē cōparemꝰ ꝯiunctionē ad ꝯiunctionē cōſtat ꝙ ꝯiunctio nālis originis eſt prior ⁊ imobilior: qꝛ eſt ſm id qđ ptinet ad ſbam. Alie aūt ꝯiunctiones ſunt ſupuenientes ⁊ remoueri pñt. ⁊ idō amicicia ꝯſanguineoꝝ eſt ſtabilior. ſꝫ alie pñt eē potiores ſm id qđ eſt ꝓpriū vnicuiꝗ amicicie. Et qꝛ amicitia ſocioꝝ ꝓpria electiōe ꝯtrahitur in his que ſub nr̄a electiōe cadūt: puta in agēdis: idō ꝓponderat hmōi dilectiōi ꝯſanguineoꝝ: vt. ſ. magis illis ꝯſentiamꝰ in agēdis: ſꝫ amicicia ꝯſanguineoꝝ eſt ſtabilior: ⁊ preualet in his q̄ ptinēt ad nām. Itē qđ. b. Amb. dicit. Nō vos minꝰ diligo quos p euāgeliū genui ꝙ̄ ſi ꝯiugio ſuſcepiſſem. Intelligēdū eſt ꝙ̄tuꝫ ad bñficia q̄ ptinēt ad coīcationē grē. ſ. de inſtructiōe moꝝ. In hac. n. dꝫ hō magis ſbuenire filijs ſpiritualibus ꝙ̄ filijs carnalibus qbꝰ tenetur ꝓuidere corporalibus ſubſidijs.

¶ De cōparatiōe .§.vij.

dilectionis diuerſoꝝ ꝯſanguineoꝝ ad inuicē. Et pmo ſi dꝫ magis diligi ex charitate pater vel filius proprius. Ad qđ reſpondet. b. Tho. vbi ſupra. ꝙ gradus dilectionis ex duobus penſari pōt. Uno mō ex pte obiecti. Et ſm hoc id qđ hꝫ maiorē rōnē boni magis eſt diligēdū: ⁊ qđ eſt deo ſimilius. Et ſic pater magis diligēdus eſt ꝙ̄ filius: qꝛ. ſ. patrē diligimus ſub rōne pncipij qđ hꝫ rōnē eminentioris boni: ⁊ ideo deo ſimilioris. Alio mō cōputatur gradus dilectiōis ex parte diligētis. ⁊ ſm hoc magis diligiſ qđ eſt ꝯiunctius. vnde ex hoc filius magis diligēdus eſt ꝙ̄ pater. quod probat phs. viij. eth. quatuor rationibus. Primo qdem: qꝛ parētes diligunt filios vt aliqd ſui exiſtētes. Pater vero nō eſt aliqd filij: ⁊ ideo dilectio qua pater diligit filium eſt ſimilior dilectioni qua qs diligit ſeipꝫ. Scđo qꝛ parentes magis ſciunt aliquos eē ſuos filios ꝙ̄ econuerſo. Tertio qꝛ filius eſt magis propinquus parenti: vtputa pars exñs ꝙ̄ pr̄ filio ad quē hꝫ habitudinē pncipij. Quarto qꝛ parentes diutius amauerunt. Nā ſtatim pr̄ īcipit diligere filiū. Filiꝰ aūt patrē ꝓcedēte tpe. Dilectio aūt ꝙ̄to ē diuturnior: tāto fortior. ſm illud Eccl. ix. Nō dimittas amicū antiquū. nouus. n. nō erit ſimilis illi. Et qꝛ pncipio debeſ ſubiectio reuerētie ⁊ honor. Effectui aūt ꝓportionabilr̄ cōpetit recipe influētiā pncipij ⁊ ꝓuiſionē ipſiꝰ. ⁊ ꝓpter hoc parētibꝰ a filijs magis debeſ honor. filijs aūt magis debeſ cura ꝓuiſionis. ⁊ ſm rōnē eminētioris bōi nālr̄ filiꝰ plus diligit patrē ꝙ̄ filiū. ⁊ ſꝫ hocītelligēdū ē vbū b. Amb. dī. ꝙ poſt deū plus diligēdi ſūt parentes: deinde filij. Filijs aūt a parētibꝰ magis debeſ cura ꝓuiſiōis: ⁊ ſm hꝫ dicē aplſ. ij. Cor. xij. Nō debēt filij theſaurizare parētibꝰ: ſꝫ parentes filijs. ⁊ ſꝫ rōnē maioris ꝯiūctiōis ad ſeipꝫ plus qs diligit: filiū ꝙ̄ patrē. In articulo tñ neceſſitatis filiꝰ obligaſ magis pr̄i ex beneficijs ſuſceptis vt parentibꝰ maxime ꝓuideat.

An parētes ſūt magis diligēdi ꝙ̄ filij

¶ Utrum autē .§.viij.

debeat magis diligi pater vel mater. Rñ. beā. Tho. ꝙ in talis comparationibus illud qđ dī intelligendū eſt per ſe: vt vꝫ itelligatur eē queſitum de patre iquantū pater eſt: an ſit plus diligendus ꝙ̄ mater iquantum eſt mater. Poteſt enim in omnibus hmōi eē tāta diſtantia virtutis ⁊ malitie vt amicicia ſoluaſ vel minuaſ: vt dicē phs. viij. eth. ⁊ ideo vt Amb. dicē. Boni domeſtici ſunt malis filijs preponendi per ſe ergo loquendo debet magis diligi pater ꝙ̄ mater. quod etiam dicit Hierony. ſuper Ezech. ꝙ poſt deum diligendus eſt pater deinde mater Ratio huius eſt: quia vterꝗ diligitur vt principium naturalis originis. Sed pater habet excellentiorem rationem principij ꝙ̄ mater: qꝛ pater eſt principium per modum agentis:

De cōparatione dilectionis iter patrem ⁊ mātrem qs magis diligēdꝰ

mater autem per modum patientis ⁊ materie. Nec obſtat quod phs dicit in lib. de generatione ꝙ femina dat corpus: ſed animã certũ eſt ꝙ dat deus: q: in generatione hominis mater materiam miniſtrat corporis informẽ tamen. Formatur autem per virtutem formatiuã que eſt in ſemine patris. Et quãuis hec virtus formatiua nõ poſſit cauſare animam rationalem. diſponit tamen materiam corporalem ad huiuſmodi forme ſuſceptionem.

❡ Utrum autem .§.ix.

Utrum debeat quis plus diligere vxorez q̃ parentes. Rñ. bea. Tho. ꝙ gradus dilectionis: vt dictuz eſt poteſt attendi. ⁊ ſm rõnem boni ⁊ ſm rationem coniunctionis ad diligẽtes. Scðm rationem ergo boni qð eſt obiectuz dilectionis magis ſunt diligendi parentes q̃ vxores: q: diliguntur ſub ratione ꝑncipij ⁊ eminentioris cuiuſdaz boni. Scðm autem rationẽ coniunctionis magis diligũtur vxores: q: vxor cõiungitur viro vt vna caro. ſm illud Math. xix. Ita q̃ non ſunt duo: ſed vna caro. Et ideo intẽſius diligitur vxor: ſed maior reuerentia eſt exhibẽda parentibus ſuis. Et cũ dicitur Gen. ij. Propter hoc relinquet homo patrez ⁊ matrem ⁊c̃. Non eſt intelligenduz ꝙ deſerantur parentes quoad omnia: ſed quãtum ad cohabitationez ⁊ copulam: ſed in alijs debet quis magis aſſiſtere parẽtibus q̃ vxori. ⁊ qð ait apoſtolus ad Ephe. v. ꝙ viri debent diligere vxores ſicut ſeipſos: non eſt intelligendum equaliter ſicut ſe: ſ; quia ratio dilectionis vxoris ſumitur ex ſui dilectione: hoc eſt per ſimilitudinem.

Utrum plᵘ qs debeat diliger vxorez q̃ parẽtes.

❡ Utrum debeat .§.x.

quis magis diligere benefactorem q̃ beneficiatum. Ad hoc reſpõdet bea. Thom. vbi. s. ꝙ aliquid diligit dupliciter. vno modo q: habet rationẽ excellentioris boni: ⁊ ſ; hoc magis dz diligi benefactor: q: cum ſit ꝑncipium in bñficiato h; rationem maioris boni ſicut ⁊ de pře dictum eſt. s. Alio modo diligit aliquid rõne maioris cõiunctionis: ⁊ ſm hoc magis diligimus bñficiatos. qð probat phs. ix. Ethico. per quatuor rõnes. Et ꝑma eſt: q: bñficiatus eſt q̃ſi quoddam opus benefactoris. Uñ conſueuit dici de aliquo. Ille eſt factura illius. Naturale autẽ eſt cuilibet vt diligat opus ſuuz. ſicut poete diligunt poemata ſua. Et hoc iõ eſt: q: vnũquodq; diligit ſuum eſſe ⁊ ſuum viuere: qð maniſeſtat maxime in ſuo agere. Scðz eſt: q: vnũquodq; naturaliter diligit id in quo aſpicit bonũ ſuuz: habet quidem ⁊ bñfactor in bñficiato aliquod bonum: ⁊ ecõuerſo. S; bñfactor inſpicit in bñficiato ſuum bonũ honeſtũ. Beneficiatus aũt inſpicit in benefactore ſuuz bonũ vtile. Bonũ autẽ honeſtum delectabilius cõſideratur q̃ bonũ vtile. tũ q: eſt diuturnius. Utilitas eniz cito trãſit ⁊ delectatio memorie non eſt ſicut delectatio rei preſentis tuz etiam q: bona honeſta magis cũ delectatione recolimus q̃ vtilitates que nobis ab alijs prouenerũt. Tertia eſt: q: ad amantem pertinet agere. Uult eni ⁊ operatur bonum amato. ad amatũ autẽ ꝑtinet pati: ⁊ iõ excellentioris eſt amare: ⁊ ꝓpter h ad bñfactorẽ ꝑtinet vt plus amet. Quarta rõ eſt q: difficilius eſt impendere bñficia q̃ recipere. Ea vero in quibus laboramus magis: magis diligimus: q̃ vo nobis de facili ꝓueniunt magis ꝯtẽnimus. Non tñ dicitur ꝙ quoſlibet beneficiatos plus debeamus diligere q̃buſlibet bñfactoribꝰ. ❡ Nam bñfactores a quibus maxima beneficia recipimus vt deum ⁊ parentes preferimus his quibus aliqua minora beneficia impendimus.

❡ Utrum ordo .§.ix.

charitatis maneat in pria. rñdet. b. Thom. vbi s. Neceſſe eſt ordinẽ charitatis manere in patria: q̃ntuz ad hoc ꝙ deus diligatur ſup oĩa. Hoc enim ſimplr erit tunc q̃n hõ ꝑfecte eo fruetur. Sed de ordine ſui ad alios diſtinguẽdũ vr: q: ſicut. s. dictũ eſt. Dilectionis gradus diſtingui põt. vel ſm dr̃iam boni qð quis alteri exoptat: vel ſm intẽſionẽ dilectionis. Prio qdẽ modo plus diligit meliores q̃ ſeipſuz: minus vo minus bonos: volet ei q̃libet btũs vnũquẽq; hẽre qð ſibi debetur ſm diuinã iuſtitiã ꝓpter ꝯformitatez volũtatis humane ad diuinam. Nec tũc erit tp̃s ꝓficiẽdi per meritũ ad maius ꝑmiũ ſicut nũc accidit. q̃n põt hõ melioris ⁊ vtutez et ꝑmium deſiderare. S; tũc volũtas vniuſcuiuſq; in h ſiſtet qð eſt determinatũ diuinitus. Secundo vo mõ aliquis plus diligit ſeipm q̃ primum ẽt meliorẽ q: intẽſio actus dilectionis ꝓuenit ex pte ſubiecti diligẽtis ⁊ ad hoc ẽt donũ charitatis vnicuiq; ꝯfert a deo: vt primo qdẽ mentẽ ſuã in deũ ordinet: qð ꝑtinet ad dilectionem ſuiipſius. ſecũdario vt ordinẽ etiam aliarum mentiuz in deũ velit. vel etiã operetur ſm modũ ſuum. S; q̃ntum ad ordinẽ ꝓximorum adinuicem ſimpliciter quis magis diligit meliorẽ ſm charitatis amorem tota eniz vita beata conſiſtit in ordinatione mẽtis ad deũ. Unde totus ordo dilectionis beatoꝝ conſeruabitur per cõparationem ad deuz. vt. ſ. ille magis diligatur ⁊ propinquior ſibi habeatur ab vnoquoq; qui ẽ propinquior deo. Contingit tñ in patria ꝙ aliquis ſibi ꝯiunctũ pluribus rõnibus diliget. nõ eniz tunc ceſſabũt ab aĩo beati honeſte dilectionis cauſe: tñ oĩbus iſtis rõnibus ꝑfertur incõparabilr rõ dilectiõis q̃ ſumitur ex ꝓpinq̃tate ad deũ.

¶ De charitate quoad p̃ceptũ decalogi. Ca.v.

Conſequẽter eſt videnduꝫ de charitate per reſpectũ ad preceptum. Dicit eniꝫ chriſtus Mat. xxij. Diliges dominum deum tuum ex to. cc. hoc eſt maximum ⁊ primũ mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic Diliges proximum tuum ſicut teipſuꝫ. In his duobus mandatis vni. lex pen. ⁊ pphe. Primo igitur videndum eſt quomodo de charitate fuit dandum preceptum. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ij. ij. q. xliiij. ꝙ preceptum importat rationem debiti. Eſt autem aliquid debituꝫ dupliciter. Uno modo per ſe. Alio modo propter aliud. Per ſe quidem debitũ eſt in vnoquoqꝫ negocio: id quod eſt finis: quia habet per ſe rationem boni. Propter aliud auteꝫ eſt debitum quod ordinatur ad finem ſicut medico per ſe eſt debitum vt ſanet propter aliud vt det medicinam ad ſanandum. Finis ſpiritualis vite eſt vt homo vniatur deo quod fit per charitatem. Et ad hoc ordinantur ſicut ad finẽ omnia que pertinent ad ſpiritualem vitam. vnde ⁊ apoſtolus dicit. j. ad Thimo. j. finis p̃cepti eſt charitas de corde puro. conſcientia bona. ⁊ fide non ficta. Omnes enim virtutes de quarum actibus dãtur precepta ordinanť: vel ad purificandum cor a turbinibus paſſionum ſicut virtutes que ſunt circa paſſiones. vel ſaltem ad habendam bonam conſcientiam ſicut virtutes que ſunt circa operationes. vel ad habendam rectam fidem: ſicut alia que pertinẽt ad dei cultum. Et hec tria requiruntur ad diligendum deum. Nam cor impurum a dei dilectione abſtrahitur propter paſſiones inclinãtium ad terrena. Conſcientia enim mala facit horrere diuinam iuſtitiam propter timorẽ pene. Fides autem ficta trahit affectum in id qđ de deo fingitur ſeparans a dei veritate. In quolibet autem genere id quod eſt per ſe eſt poti⁹ eo quod eſt propter aliud: ⁊ ideo maximuꝫ eſt preceptum de charitate. vt dicitur Matt. xxij. Quãuis autem dilectio dei ſit finis ad quẽ ordinatur dilectio proximi. tamen dari oportuit preceptum non ſolum de dilectione dei: ſed ẽt aliud de dilectione proximi propter minus capaces qui non de facili conſiderarent vnũ horum preceptorum ſub alio contineri. Et q̃uis dei ⁊ charitas ſit vna virtus. habet tamẽ duos act⁹ ſcilicet diligere deum ⁊ diligere proximũ: quorum vnus ordinatur ad alium ſicut ad finem. Unde in dilectiõe p̃ximi includiť dilectio dei ſicut finis in eo qđ eſt ad finem. ⁊ econuerſo.

¶ Finis precepti .§.i.

eſt charitas de corde puro: conſcientia bona: ⁊ fide non ficta. j. ad Thimo. j. Quanta bõa hinc ſequantur: habes de pe. di. ij. ergo. Et circa dictam auctoritatem poſſunt tria notari.

¶ Primum eſt neceſſitas obſeruationis: ibi: finis precepti.

¶ Secundum eſt precioſitas ordinatiõis: ibi: charitas.

¶ Tertium eſt ſinceritas dilectionis: ibi: de corde puro ⁊c.

¶ Quantum ad primum ſꝫ pħm propter qđ vnumquodqꝫ tale ⁊ illud magis. Omnia precepta ſunt neceſſaria cum ordinentur ad charitatem vt finem: ergo ipſa multomagis eſt neceſſaria. Eſt autem hoc preceptum luciduꝫ breue: vtile: ⁊ leue. Eſt lucidum quideꝫ pſal. xviij. Preceptum domini lucidum. Et hoc ne quis dicat: non licuit mihi intelligere. Breue ne qs dicat: non potui notare vel retinere. Abreuiatum faciet deus verbum ſuper terram. Utile pſal. cxviij. Bonum mihi lex oris tui ſup mi. au. ⁊ ar. Leue. Nihil enim dulcius ⁊ leui⁹ charitate Matth. xj. Onus meum leue. Precioſitas patet ex nomine charitatis. vnde charitas quaſi chara vnitas: quia vnit nos cum omnibus vtiliter. Apoſtolus ad ephẽ. iij. Ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis que ſit longitudo: latitudo: ſublimitas ⁊ profundum ſcilicet charitatis. Eius ſublimitas eſt q: vnit nos cum deo abſolute: ideſt propter ſe: profundum eius: quia vnit nos cum his qui ſunt in purgatorio. Eius latitudo eſt: quia vnit nos cũ omnibus viuentibus bonis ⁊ malis. amicis ⁊ inimicis. Eius longitudo. quia vnit nos cum precedentibus preſentibus ⁊ futuris: vel vſqꝫ in finem. Sinceritas innuitur de corde puro: ideſt non ficto vel infecto vel mixto cupiditate. Conſcientia bona: ideſt non erronea: ⁊ fide non ficta: ideſt ſine errore vel ſine hypocriſi. Sciendum etiam ꝙ omnia precepta decalogi ordinantur ad dilectionem dei ⁊ proximi: iõ precepta charitatis non fuerunt annumerãda inter precepta decalogi: ſed in omnibus includuntur. Et quãuis modus dilectionis non cadat ſub illis preceptis que dantur de alijs actibus virtutũ: puta: ſub hoc p̃cepto. Honora patrem tuum ⁊ matrem: nõ cadit hoc ꝙ ex charitate fiat: cadit tñ act⁹ dilectõis ſꝫ ſpãli p̃cepto.

¶ De dilectione .§.ij.

inſufficienter ſunt data tantum illa duo precepta. Uñ chriſtus dixit Mat. xxij. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet ⁊ prophete. Ratio huius eſt ſm. b. Tho. vbi ſupra arti. iij. Charitas eſt amicicia quedam. amicicia autem eſt ad alterum. Unde Grego. dicit ꝙ cha

ritas ad minus ꝙ̄ inter duos haberi nõ poteſt. Cum aũt dilectio ⁊ amor ſit boni: bonum autẽ ſit vel finis: vel id quod eſt ad finem: conuenienter de charitate duo precepta ſufficiunt vnũ quo inducimur ad diligendum deum ſicut finem. Aliud quo inducimur ad diligendum proximum propter deum ſicut propter finem. De dilectione ſui ⁊ corporis ſui que etiam diligenda ſunt dicit. b. Aug. ꝙ nulla fuerunt danda ꝓcepta. Et ideo eſt quia quantumlibet quis excidat a veritate remanet tamen ſemper in eo dilectio ſui ⁊ corporis ſui. Sed modus diligẽdi precipiendus erat homini: vt ſcilicet ſe ordinate diligeret ⁊ corpus ſuum quod fit per hoc ꝙ homo diligit deum ⁊ proximũ. Item quãuis precepta dentur de actibus virtutum: ⁊ charitas habeat plures actus: videlicet dilectio gaudium: pax: beneficentia. tamen quia primus ⁊ ꝑncipalis actus charitatis eſt dilectio: et ex eo conſequũtur alij ſicut effectus ex cã: ideo in ꝓceptis dilectionis includuntur ꝓcepta de alijs actibus ex ea procedentibus: ⁊ tamen propter tardiores inueniuntur de ſingulis explicita ꝓcepta. De gaudio quidem ad Phil. iiij. Gaudete in domino ſemper ⁊c. De pace ad Hebre. Pacem ſequimini cum omnibus. De beneficentia ad Gal. vi. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. De ſingulis etiã partibus beneficentie inueniuntur precepta in ſacra ſcriptura: vt patet intuenti. Itẽ quia plus eſt operari bonum ꝙ̄ vitare malum: ideo in ꝓceptis affirmatiuis per quem precipitur facere bonum vt diligere: gaudere: benefacere: pacẽ habere: includuntur precepta negatiua q̄bus prohibetur malum facere: vt non odire: nõ accidiari: non inuidere: non diſcordare: non ſcãdalizare. Et tamen inueniuntur explicita precepta data ꝯtra huiuſmodi vitia oppoſita charitati. Nam contra odium dicitur Leuit. xix. Non oderis fratrem. ⁊. in cor. ⁊. Contra accidiam dicitur Eccl. vi. Non accidieris in vinculis eius. Contra inuidiam dicitur ad Gal. vi. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi inuicem ꝓuocantes: inuicem inuidentes. Contra diſcordiam. i. Cor. i. Idipſum dicatis omnes ⁊ nõ ſint in vobis ſciſmata. contra ſcandalum Ro. xiiij. Non ponatis ſcandalum vel offendiculum. ⁊ de dictis peccatis habes ſupra in. ij. parte. De actibꝰ vo charitatis in ſequẽtibꝰ capitulis.

In margin: De nõ fuerũt danda ꝓcepta de dilectiõe ſui. Nõ ponitur.

Declaratio pre/ .§. iij.

cepti de dilectiõe dei ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. xliiij. ar. v. Hoc preceptum inuenitur diuerſimode traditum in diuerſis locis. Nam Deut. vi. ponuntur tria. ſ. Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota fortitudine tua. Mat. xxij. Ponuntur duo horum ſcꝫ ex toto corde: ⁊ ex tota anima ⁊ omittitur ex tota fortitudine: ſed additur ex tota mẽte. Sed Mar. xij. ponuntur quatuor ſcilicet ex toto corde: ⁊ ex tota mente: ex tota anima: ⁊ ex tota virtute: que eſt idem cum fortitudine: hec etiam quatuor tanguntur Lu. x. Nam loco fortitudinis ſeu virtutis ponitur ex omnibus viribus tuis. Et ideo horum quatuor eſt ratio aſſignanda. ⁋ Prima expoſitio eſt igitur conſideranda ꝙ dilectio eſt actus voluntatis que ſignificatur per cor. Nam ſicut cor corporale ẽ principium omnium corporalium motuum: ita etiam voluntas: ⁊ maxime quantum ad intentionem finis vltimi quod eſt obiectum charitatis: eſt principium omnium ſpiritualium motuum. Tria autem ſunt principia actuum que mouentur a voluntate ſcilicet intellectus qui ſignificatur per mentem. Vis appetitiua interior que ſignificatur per animam. Et vis executiua exterior que ſignatur per fortitudinem ſeu virtutem ſeu vires. Precipitur ergo nobis vt tota intentio noſtra feratur in deum quod eſt ex toto corde: ⁊ quod intellectus noſter ſubdatur deo quod eſt ex tota mente: ⁊ ꝙ appetitus noſter reguletur ſm deum. quod eſt ex tota anima: ⁊ ꝙ exterior actus noſter obediat deo: quod eſt ex tota fortitudine vel virtute vel viribus. Alia expoſitio: quidam dicunt: ex toto corde: ideſt intellectu: anima: ideſt voluntate: mente: ideſt memoria. Tertia expoſitio: ſꝫ bea. Greg. nizenum. Per cor ſignificatur anima vegetabilis. Per animam ſenſitiua anima Per mentem memoria: quia hoc ꝙ nutrimur ſentimus ⁊ intelligimus. debemus in deũ referre. ⁋ De hoc quod dicitur ex tota voluntate. Proculſus declaratione nota ſm. b. Thomã vbi ſupra ꝙ precepta dantur de actibus virtutum. Requiritur autem ad actum virtutis nõ ſolum ꝙ cadat ſuper debitam materiam. Sed etiam ꝙ veſtiatur debitis circunſtantijs q̄bus ſit proportionatus tali materie. Deus autẽ eſt diligendus ſicut finis vltimus: ad quem omnia ſunt referenda. Et ideo totalitas quedã fuit deſignanda circa hoc preceptum de dilectione dei ad hoc innuendum. Dupliciter autem contingit diligere deum ex toto corde. Vno modo in actu: vt ſcilicet totũ cor hominis ſemper actualiter feratur in deum: ⁊ iſta eſt perfectio patrie. Alio modo vt habitualiter totũ cor hominis in deum feratur: ita ſcilicet ꝙ nihil contra dei dilectionem cor hominis recipiat: ⁊ hec eſt perfectio vie cui non contrariatur peccatum veniale: quia non tollit habitum charitatis. cum non tendit in oppoſitum obiectum ſed ſolum impedit charitatis vſum. Secũdũ

In margin: Quid ſit vel quõ intelligitur diligere deũ ex toto corde

In margin: Dupliciter ꝯtingit deũ diliger ex toto corde

primum modum impletur illud preceptū per
ſecte. per ſcd̄m modū impletur imperſecte. Dī
enim tunc perſecte impleri p̄ceptū qn̄ perue/
nitur ad finē quē intendit precipiens. Impſe/
cte aūt qn̄ etſi nō peruenitur ad finē p̄ecipien/
tis: nō tn̄ receditur ab ordine ad finē. Sicut ſi
dux precipiat militibus vt pugnent. Ille perſe
cte implet id preceptū qui pugnando hoſtem
vincit qd̄ dux intendit. Imperſecte autē cuiꝰ
pugna ad victoriā nō attingit. nō tn̄ ꝯtra diſci
plinā militarē agit. Intendit aūt deus per hoc
preceptū: vt perſecte hō deo vniatur qd̄ erit in
patria. Et ideo tunc pſecte implebitur. hic aūt
imperſecte. Tanto aūt perſectius quanto ma/
gis acceditur per ſimilitudinē ad perſectionē
patrie. vn̄ Hierony. Charitas in quibuſdā eſt
perſecta: in quibuſdā imperſecta: pſectiſſima
aūt in hac vita haberi nō pōt de pe. di. ij. cha/
ritas. ℂ Quō deus diligitur ex toto corde: ⁊
ex tota anima: ⁊ ex tota mente vel v̄tute. Ber.
Diſce o chriſtiane a chriſto quēadmodū dili/
gas chriſtū. diſce amare ſortiter dulciter ⁊ pru
denter. Dulciter ne illecti. Prudenter ne dece/
pti. Fortiter ne depreſſi ab amore domini auer
tamur. hoc ē amare ex toto corde: ⁊ ex tota ani
ma: ⁊ ex tota ſortitudine vl' virtute. Dulciter
amat ait idē. cū chriſto paſſo cōpatitur cōpun/
gitur ⁊ mouetur. Sapienter ſeu prudenter q
ab eccleſiaſtici ſenſus puritate: nulla deuiatre
ri ſimilitudine: ⁊ qui diſcretionis metam nul/
la ſuperſtitione vel leuitate vel ſpūs ſeructio/
ris vehemētia deſerit. Amor fortis eſt: cū nul'
la vi laboꝝ vel tormētoꝝ: vel etiam metu mor
tis iuſtitia deſeritur. Itē ex ſumma virtutum.
Guil'. pn̄t illa tria ad tres vires animi referri.
Cor ad iraſcibilē: qꝛ in corde magnanimitas
anima ad ꝯcupiſcibilē: qꝛ eius eſt velle. Mēs
ad rōnalē: qꝛ eius eſt meditari. Totis ergo his
tribus viribus deū amat: cū vis rōnalis a deo
ſolo deſiderat illuminari ⁊ ab eo ſolo poſſe ſe
ſapientē fieri credit: cū vis ꝯcupiſcibilis repu
tat deū gaudiū ſuū: ⁊ in illo ſolo gaudere que
rit: ⁊ cū vis iraſcibilis in illo ſolo gloriari deſi
derat: aliā gloriā ꝯtemnēs. ℂ Itē Guil'. vbi ſu
pra ex toto corde diligit deum. ideſt intellectu
qui intellectū ſuū in obſequiū chriſti captiuat
⁊ qui ſtudiū ſuū chriſto dat ⁊ qui ad viſionem
dei toto deſiderio anhelat. Primū. i. captiuare
intellectū ſuū. de quo ait apl's. ij. ad Cor. x. In
captiuitatē redigētes omnē intellectū in obſe/
quiū chriſti. Fit triplr̄ iſta captiuatio. ℂ Pri/
mo vt in his que ſunt fidei deo obediamꝰ. hy
lariꝰ. Soli deo de ſe credēdū eſt: que ſe ſolum
nouit. ℂ Scd̄o vt male de nobis ⁊ bene de ꝓ
ximis ſentiamꝰ: ⁊ circa noſmetipſos intēdētes
ab alijs oculos auertamꝰ. Seneca: qd̄ hoies li
bēter faciūt de alijs de te apd̄ te male exiſtima.
ℂ Tertio vt ſenſum ſupioris nr̄i ſenſui nr̄o p/
feramus: ⁊ permaxime in religione. Vn̄ Ber.
Lignum ſcientie boni ⁊ mali cenſura diſcre/
tionis eſt in religione penes patrem ſpiritualē
Secundū: ideſt ſtudium ſuum dare deo. fit eti
am hoc tripliciter. Primo dum ea quibus ad/
iuuamur in deum ab eis quibus impedimur
ſagaciter diſcernuntur: quod pertinet ad pru/
dentiam ſm Aug. Secundo cum doctrinam
chriſtū neſcientem faſtidit Ber. Si diſputas
aut conſeras: non ſapiat niſi ſonuerit ibi chri/
ſtus. Tertio qui in creaturis deum intelligit.
Ad Ro. j. Inuiſibilia dei p ea que facta ſūt ⁊c.
Tertium. i. anhelare ad dei viſionem. Fit ſeu
ad hoc iuuat mundi contēptus: meditatio dei
⁊ peccati deteſtatio. Ex tota anima ſeu volun/
tate amat deum quis tripliciter. Qui perſecte
obedit. Quem nec timor mali tranſitoꝝ exter
ret. ⁊ quē nec gaudiū ſeculi: nec amor bōi trā
ſitoꝝ ab obediētia retrahit. Ex tota mente ſeu
memoria amat deū qs triplr̄. Qui ſcꝫ ea q̄ deo
diſplicēt ⁊ ab amore eius retrahūt: obliuioni
tradit. vt iniurie nobis illate que dū irrogant
ſunt quaſi ferruꝫ in vulnere qd̄ vulneribus ſa
nationē impedit. Scd̄o qꝛ ea que ad dei timo/
rē ptinēt ⁊ ſalutē aiaꝝ memorie cōmēdat. Ter
tio quē magnus dei amor de alio qd̄ de deo
diu cogitare nō ſinit: ſicut ſolet accidere fatue
amātibꝰ: q nō pn̄t obliuiſci qd̄ amāt Ber. O
amor ſpecioſiſſime q p̄ter te aliō cogitare nō ſi
nis. ꝓuerb. xxiij. Fili p̄be mihi cor tuū ait deꝰ.

ℂ Declaratio .§. iiij.

precepti de dilectiōe proximi cū. ſ. dr̄. Diliges
ꝓximū tuū ſicut teipſum Math. xxij. hoc ſiq/
dē p̄ceptū ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. xliiij. ꝯuenieter
tradit'. Tangit'. n. in eo diligēdi rō ⁊ modus di
lectiōis. Rō diligēdi tradit' in eo qꝫ ꝓximꝰ no/
minat' pp hoc. n. debemꝰ alios ex charitate di/
ligere. qꝛ ſunt nobis ꝓximi: ⁊ ſm nālē dei ima
ginē: ⁊ ſm capacitatē glie. Nec refert vtrū di/
catur ꝓximꝰ vel frater ꝫvt habet'. j. Jo. ſ. iiij. vel
amicus. vt Leuit'. xix. Per oīa hec eadē affini/
tas deſignat'. Modus aūt dilectiōis tangit' cū
dr̄. Sicut teipſuꝫ. ℂ Qd̄ nō eſt intelligēdū qꝫ
aliqs carnaliter diligat ſibi ꝓximū: ſed ſimilr̄
ſibi. Et hoc tripliciter. Primo quidem ex par/
te finis. vt ſcꝫ diligat proximum propter deū:
ſicut debet diligere ſeipſum: vt ſic dilectio ꝓxi
mi ſancta. Secundo ex parte regule dilectiōis
vt ſcꝫ nō ꝯdeſcendat ꝓximo in aliquo malo. ſꝫ
ſolū in bonis ſicut ⁊ volūtati ſue ſatiſfacere dꝫ
homo ſolum in bonis: vt ſic ſit dilectio ꝓximi
iuſta. Tertio ex parte rationis dilectionis. vt
ſcꝫ non diligat aliquis proximū pp propriam

De mō dilectō nis ꝓxi mi ⁊ rō q̄re ꝓxi mus ē diligē/dus.

Quō i/telligit' v̄bū ſic teipm

vtilitatem vel delectationem: ſed ea rōne φ ve ſit proximo bonum ſicut vult bonum ſibiipſi. vt ſic proximi dilectio ſit vera. Nam cum quis diligit proximum propter ſuā vtilitatē vel delectationem non diligit proximū ſed ſeipſum. Beatus Augu. quoqꝫ dicit. xxiij. q. iiij. Debet homo diligere proximū ſicut ſeipſuꝫ vt omnē hominē quem potuerit vel beneficētie conſolatione. vel coertione diſcipline vel informatione, doctrine. inducat ad colendū deum. Proſp in lib. iij. de vita cōtemplatiua. c. xv. dicit. Proinde proximos ſicut noſmetipſos diligimus. quādo ad bonos mores ⁊ ad vitā eternaꝫ conſequendam. ſicut nobis ſaluti eorum conſulimus quādo nos in eorum peccatis ⁊ periculis cogitamus. Et ſicut nobis ſubueniri optaremus. ita eis ſubueniamus: aut ſi facultas defuerit voluntatem tamen ſubueniendi tenemus. de peniten. diſtinctio. ij. proinde.

¶ Quod debemus. §. v.

Debemus proximū ſicut xp̄s nos dilexit diligere triplici amore.

proximum diligere ſicut xp̄s dilexit nos. Sic enim nobis precepit dicens Jo. xv. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inuicē ſicut dilexit vos. Dilexit autem xp̄s nos tripliciter. in quo debemus eum imitari. ſ. amore gratuito: amore diſcreto: amore vehementi: ⁊ fructuoſo. ¶ Primo quideꝫ amore gratuito. i. amore nobis gratis dato ſine meritis precedentibus noſtris. j. Jo. iiij. In hoc eſt charitas dei: nō quaſi nos dilexerimus eum: ſed quoniā ipſe prior dilexit nos. Sic debemus proximos diligere. Et non ſicut faciunt quidā qui nolunt amare niſi eos a quibus primo noſcuntur amari Matth. v. Si diligitis tm̄ eos qui vos diligunt: quid amplius facitis: nōne Ethnici. hoc faciūt. Nec amauit nos chriſtus propter ſuaꝫ vtilitatē ſed propter noſtram. Non vt a nobis acciperet ſed vt nobis daret Sen. Amicus qui vtilitatis cauſa aſſumptus eſt tādiu placebit quandiu vtilis erit. Scdo amauit nos chriſtus amore diſcreto. Amor diſcretus eſt quo perſonas amamus ⁊ vitia perſequemur: nec ſic perſonis condeſcēdit φ vitijs implicet. Bernar. Chriſtus in carnis aſſumptione condeſcēdit mihi in culpe vitatione conſuluit mihi. Unde de eo dicit Eſa. vij. Butyrum ⁊ mel comedet vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonum. Sic ⁊ nos debemus proximos diligere vt nō aſſentiamus eis in malo. ſicut fecit Adam Eue. Ad Roma. xiij. Dilectio proximi malum non operatur. Tullius in lib. de amicicia. ¶ Nulla eſt excuſatio ſi amicicie cauſa peccaueris. Amicicia mundi a poſteriori. ideſt in malo ligat homines vt vulpeculas Sanſon. Judi. xv. quia facit eos concordes in malo: ſicut facti ſunt amici herodes ⁊ pylatus ad chriſtum affligendū. Tertio amauit nos chriſtus amore fructuoſo ⁊ vehemēti. Joā. xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animam ſuaꝫ ponat quis pro amicis ſuis. Et ſic nos debemus proximum diligere vt cum expedit etiam mortē pro eo ſuſtineamus. j. Joā. iij. In hoc cognouimus charitatem dei qm̄ ipſe animam ſuam. i. vitam pro nobis poſuit: ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Et nota φ chriſtus interrogauit ter Petrum ſi eum diligeret plus ceteris vt habetur Joā. vlti. Simon Joānis inqt diligis me plus his. Et Petrus reſpondit. Domine tu ſcis qa amo te. Ad innuendum φ debet quis ita vehementer amare proximum vt bona temporalia ⁊ obſeqa corporalia ⁊ exercitia ſpiritualis cōſolationis ⁊ neceſſaria det pro ſalute proximi: ſicut apoſtolus Paulus qui pauperibus fidelibus procurabat elemoſynas: diſcurrebat per orbem. nocte laborans manibus ſuis ne alios grauaret. Et anathema eſſe optabat a xp̄o pro fratribus ſuis. Ad Roma. xj. i. ſeparatus a conſolationibus contēplationis. Uel melius etiaꝫ vltra ſubſtantiam ⁊ laborem corporis: etiam ipſam vitam. Unde ⁊ in huius ſignum in tertia interrogatione Petrus contriſtatus eſt: qa naturaliter quilibet triſtat de morte. Et ſic perſeuerāter diligit primus: q: vſqꝫ ad mortē: ſicut fecit xp̄s qui in finē dilexit eos. Joan. xiij.

ō. co. ti. c. iij. §. viij.

¶ De principali actu charitatis q̄ eſt dilectio. Capitulum. vj.

Ultimo videnduꝫ eſt de actibus charitatis. Et p̄mo de actu eius principali: qui eſt dilectio. Circa qḋ ſciendum ſm̄ bea. Tho. ſecunda ſecūde. q. xxvij. φ cuꝫ charitas vt dictum eſt ſit quedam amicicia ⁊ amicicia ſm̄ phm̄. viij. Ethico. magis conſiſtat in amare φ in amari. ideo etiam charitati magis conuenit amare φ amari. Huius ratio eſt: q: amare conuenit charitati inquantum eſt charitas. ¶ Nā cum charitas ſit quedam amicicia ſm̄ ſuā eēntiam habet inclinationem ad proprium actuꝫ. Amari autem non eſt actus charitatis ipſius qui amat: ſed actus eius eſt amare. Amari autem competit ei ſm̄ cōmunem rationem boni prout. ſ. ad eius bonū: alius ad actū charitatis mouet. Uñ manifeſtum eſt φ charitati magis cōuenit amare φ amari. Huius ēt duplex eſt ſignuꝫ. Primuꝫ q: amici magis laudantur ex h φ amant φ ex hoc φ amantur. quinimo ſi amētur ⁊ non amāt vituperātur. Scdo q: matres que maxime amāt plus querūt amare φ amari filios. Quāuis autem homines cōmuniter magis velint amari φ amare: h propterea eſt vt dicit

Qd primus et principalis act⁹ charitatis eſt amari. nō ponitur.

vt dicit phs. viij. Ethi. q2 homines volũt ama/ri inq̃tum volunt honorari. Sicut honor ex/hibet alicui vt quoddaʒ teſtimonium boni in eo qui honoraſ: ita p hoc q aliquis amaſ oſtẽ/diſ in ipſo eſſe aliqd bonum: q2 ſolum bonuʒ amabile eſt. Sic igiſ querunt hoies amari ſi/cut honorari pp aliud ſcʒ ad manifeſtationem boni in amato exñtis. Amare aũt querunt cha ritatem hñtes ſm ſe quaſi ipm ſit bonum cha ritatis: ſicut ⁊ quilibet virtutis actus eſt bonũ virtutis illius. Unde magis pertinet ad chari tateʒ velle amare q̃ amari: q2 magis eſt qd eſt ſm ſe q̃ quod eſt propter aliud.

Quod deus di/ .§.i.

Quõ di/ligẽdus eſt deus ppter ſe ipſuʒ et quõ itel ligiſ ly ppter.

ligẽdus eſt pp ſeipm. Hoc ſic pbaſ. Solo deo fruẽdum eſt. Frui aũt eſt amare ⁊ inherere rei ppter ſe ſm btm Aug. vt poniſ pmo ſeñ. di. j. ergo diligẽdus eſt deus pp ſeipm ⁊ ipſe ſolus hoc mõ. Pro cuius declaratione dicit. b. tho. ſe. ſe. q. xxvj. q li pp importat h̃ itudinẽ ali/cuius cauſe. Eſt aũt quadruplex genus cauſe: ſcʒ finalis: formalis: efficiẽs: ⁊ mãlis. Ad quã etiaʒ reduciſ mãlis diſpõ que nõ eſt cauſa ſim plr: ſed ſm qd. Et ſm hec quatuor genera cau ſarum dr̃ aliquid diligi. Scdm quidẽ genus cauſe finalis: ſicut diligimus medicinã pp ſa/nitatem. Scdm genus cauſe formalis ſic dili/gimus hoiem pp virtutem: q2 virtute forma/liter eſt bonus: ⁊ p ꝯñs diligibilis. Scdm cãʒ efficiẽtem ſic diligimus aliquos inquantum ſunt filij talis pr̃is. Scdm autẽ diſpõnem que reduciſ ad genus cauſe mãlis dicimur aliqd diligere ppter id qd nos diſpoſuit ad eius di/lectionem. puta ppter aliqua bñficia ſuſcepta: q̃uis poſtq̃ iam amare incepimus nõ ppter illa bñficia amemus amicũ: ſed ppter eius vir tutem. Primis igiſ tribus modis deum non diligimus ppter aliquid ſed ppter ſeipſum. Nõ enim ipſe ordinaſ ad aliud ſicut ad fineʒ: ſed ipſe eſt vltimus finis oium: nec etiã infor/maſ ab aliquo alio ad hoc vt ſit bonus: ſed ei⁹ ſuba eſt eius bonitas ſm quã exẽplariter om/nia ſunt bona. Nec etiam bonitas ab altero ei ineſt: ſed ab ipſo oibus alijs. Sed quarto mo/do põt diligi ppter aliquid: q2 ſcʒ ex aliquib⁹ alijs diſponimur ad hoc vt in dei dilectione p ficiamus. puta p bñficia ab eo ſuſcepta: vel p/pter premia ab eo ſperata: vel penas quas per ipm vitare intẽdimus. Qd aũt dicit Greg. in omel. q ex his que nouit aĩa. i. ſenſibilib⁹ di/ſcit incognita amare. i. intelligibilia diuina. Intelligẽdum eſt nõ q cognita ſunt rõ diligẽ/di ipſa cognita per modum cauſe formalis ef ficientis vel finalis: ſed per modum cauſe di ſponentis: q2 per hoc diſponiſ ad amandum incognita. ¶ Item nota q vltra amorem na/turalẽ de deo qui eſt cõis oib⁹ bonis ⁊ malis ſm illud. b. Aug. Deum amat omne qd amare põt. ¶ Eſt triplex amor ſm Bern. in lib. de di ligendo deum. ¶ Primus eſt quo quis amat deum eo q cognoſcit ſibi neceſſariũ. iuxta illd ps. Diligã te dñe fortitudo mea dominus ⁊c. ¶ Scds eſt quo quis amat deũ ppter delitias que ſunt in eo. Sapien. viij. Amor factus ſum forme illius. ¶ Tertius eſt amor amicicie quo quis amat eum propter ſeipſum: eo q digniſ/ſimus ſit amore noſtro: quia ſũmũ bonũ. Ber. amat q ipʒ quẽ amat q̃rit: nõ qcq̃ aliud eius.

De tri/plici amore quõ ds diligiſ. ſʒ Ber nar.

Quod deus in .§.ij.

hac vita imediate amatur ⁊ ſine modo ⁊ totali ter. Quod ſic declarat. b. tho. vbi. ſ. Ordo re/rum eſt talis ſm ſe q deus per ſeipſum eſt ma/xime cognoſcibilis ⁊ amabilis vtpote eſſentia liter exiſtens ipſa veritas ⁊ bonitas per quam alia cognoſcuntur ⁊ amantur. ſed quoad nos quia noſtra cognitio ortum habet a ſenſu: pri us ſunt cognoſcibilia que ſunt ſenſibus pro/pinquiora: ⁊ vltimus terminus cognitionis eſt in eo quod eſt maxime remotum a ſenſu. Et propter hoc dilectio que eſt actus appetitiue virtutis: etiam in ſtatu vie. primo tendit in de/um ⁊ ex ipſo deriuatur ad alia. Et ſm hoc cha/ritas imediate deũ diligit. alia vo eſt mediãte deo. In cognitiõe vo cõ: quia. ſ. p alia deũ co ſcim⁹ ſicut cauſam p effectũ: vel p modũ emi/nentie: vel per modum negationis. vt patet p Diony. in. ij. de diui. no. ¶ Notandũ etiam q dilectio dei aliquid maius q̃ eius cognitio: maxime ſm ſtatum vie. ⁊ preſupponit ipſam. Et quia cognitio nõ quieſcit in rebus creatis: ſed per eas in aliud tendit: ideo in illo dilectio incipit: ⁊ per hoc ad alia deriuatur per moduʒ cuiuſdam circulationis duʒ cognitio a creatu ris incipiens tendit in deum: ⁊ dilectio a deo incipiens: vt ab vltimo fine ad creaturas deriua tur. ¶ Quantum ad moduʒ dilectionis dicit Ber. in lib. de dili. deum q cauſa diligenti de um eſt deus. Modus autem eſt ſine modo. ¶ Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi ſ. q modus importat quandam menſure de/terminationem. ſm be. Aug. Hec autem deter minatio inuenitur in menſura ⁊ in mẽſurato. Aliter tamen ⁊ aliter. In menſura enim inueni tur eſſentialiter quia menſura ſm ſeipſam eſt determinatiua ⁊ modificatiua alioꝝ. In men/ſuratis autem inuenitur menſura ſm aliud. i. inq̃tum attingunt menſuram. Et ideo in men ſura nihil poteſt accipi imodificatuʒ. Sed res menſurata eſt immodificata: niſi menſuram at tingat: ſiue excedat: ſiue deficiat. In omnibus

De dilectione dei q. ſ. ẽ aliqd mai⁹ q̃ agnitio ei⁹ Rõ ponit.

autem appetibilib⁹ ⁊ agibilibus menſura eſt. finis q꞉ eorum que appetimus ⁊ agimus: opꝫ rationem accipere ex fine. ⁊ ideo finis ſm ſeipſum hꝫ modum. Sed ea que ſunt ad fineꝫ hñt modum ſm q̄ ſunt fini ꝓportionata. Et ideo ſicut ph̄s dicit in. j. Poli. Appetitus finis in omnibus artibus eſt abſqꝫ fine ⁊ termino. Sed eorum que ſūt ad finē eſt aliqs terminus. Nō. n. medicus ponit aliquē finē ſanitati: ſed facit eā perfecte quātūcūqꝫ poteſt. Sꝫ medicine ponit terminū: q꞉ non dat quātum poteſt: ſed quātū debet ſm ꝓportionem. alias eſſet inordinata. Cum igitur humanaꝝ actionū ⁊ affectionuꝫ finis ſit dei dilectio: qui per hanc maxime attingimus vltimum finē. ideo in dilectione dei nō pōt accipi modus ſicut in re mēſurata: vt ſit in ea accipere plus ⁊ minus: ſed ſicut īuenit modus in menſura in qua nō pōt eē exceſſus: ſed quanto plus attingitur regule. tanto melius ē. Ita etiam quāto quis plus deum diligit tanto melius eſt. ¶ Quantū ad totalitatē dicit. bea. Augu. q̄ modus diligēdi deum eſt vt diligat ex toto corde: hoc intelligit ſic vt diligatur q̄tūcunqꝫ diligi poteſt quod pertinet ad moduꝫ qui conuenit mēſure. Sic igitur interior act⁹ charitatis hꝫ rōnem finis: quia vltimuꝫ bonū hominis conſiſtit in hoc q̄ inhereat deo. Exteriores aūt actus charitatis vt beneficētia: ⁊ huiuſmodi. ſunt ad finē: ⁊ ideo cōmenſurandi ſūt ſm charitatē ⁊ rōnem. Sciendum etiam q̄ cū dicitur deum diligi ex toto corde: intelligit ſeruari iſta totalitas: vt modus totalitatis referatur ad rem dilectam: vt ſcꝫ totum quod pertinet ad deum diligat. Uel etiā ad diligenteꝫ: vt ſcilicet quis diligat ſm totū ſuum poſſe: ⁊ omnia ordinet ad dei dilectionē. ⁊ ſicut debet ⁊ poteſt illud ſeruari. Sed ſi iſta totalitas importet modum diligētis adequatum modo rei dilecte. ſic impleri non poteſt: quia hoc eſſet infinite diligere eum: cum infinitum ſit diligibilis licet creatura ſit finita.

q̄ debemus deum diligere ex toto corde quō intelligitur.

¶ Quod ſit ma- .§. iij.

gis meritoriū diligere deū vel ꝓximū. Ad qđ reſpōdetur ſm beatū Tho. q̄ ſi vtraqꝫ dilectio conſideret ſeorſum: dilectio dei eſt magis meritoria. Debetur enim ei merces ꝓpter ſeipſuꝫ quia vltima merces eſt frui deo in qđ tendit dilectionis motus. Si autem intendatur iſta cōparatio vt dilectio dei accipiatur ſm q̄ ſolus diligitur: dilectio proximi ſm q̄ proximus diligitur ꝓpter deum ſic dilectio proximi includit dilectionem dei. Dilectio autem dei nō includit dilectionem proximi. Sic in iſto ſenſu ꝑeminet dilectio proximi dilectioni dei: Eſt enī comparatio dilectiōis dei perfecte: que ſcilicet ſe extendit vſqꝫ ad proximum ad dilectionem dei imperfectam ⁊ inſufficientem.

q̄ dilectio ſit magis meritoria diligere deū an ꝓximum

¶ Quid ſit ma- .§. iiij.

gis meritoriū diligere amicū vł inimicū. Rñ. bea. Tho. vbi. ſ. q̄ iſte dilectiōes pñt cōſiderari dupliciter. Uno mō ex parte proximi qui diligitur. Alio mō ex parte rōnis per quam diligitur. Primo mō dilectio amici preeminet dilectioni inimici: q꞉ amicus melior eſt ⁊ magis coniunctus. Unñ ⁊ materia eſt magis conueniens dilectiōi. Et ꝓpter hoc actus dilectionis tranſiens ſup hanc materiam melior eſt. Alio modo dilectio inimici ꝑeminet dilectioni amici propter duo. Primo quia dilectionis amici poteſt eſſe alia ratio q̄ꝫ deus. ſed dilectionis inimici ſolus deus eſt ratio dilectionis. Secūdo quia preſuppoſito q̄ vterqꝫ diligatur propter deum dilectio inimici fortior eſſe oſtenditur q̄ ad remotiora extendit animum hominis: ſcilicet vſqꝫ ad inimicos. Sicut ignis tanto fortior eſt: quanto calorem ſuum ad remotiora diffundit: tanto etiam oſtenditur dei dilectio fortior quanto propter ipſum difficiliora implemus ſicut virtus ignis tanto eſt fortior quanto magis poteſt comburere materiam minus cōbuſtibilem: ſed ſicut idem ignis in propinquiora fortius agit q̄ꝫ in remotiora: ita etiam charitas feruentius diligit coniunctos q̄ꝫ remotos. Et quantum ad hoc dilectio amicorum et feruentior ⁊ melior eſt q̄ꝫ inimicorum. Quod autem dicit chriſtus Matthe. v. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis? Intelligendum eſt per ſe. ideſt q̄ cum diliguntur amici ſolum ex hoc: quia amici. quod videtur quando ſic amantur amici q̄ ipſi ſoli ⁊ non inimici diliguntur: tunc non habet mercedem dilectio amicorum: ſed ſi diligantur amici: non ſolum quia amici: ſed etiam propter deum: tunc eſt meritoria.

Diligꝰ amicuꝫ vel inimicum qđ magis meritoriū.

¶ De dilectione .§. v.

inimicorum quomodo ſit intelligendum illud preceptum. Diligite inimicos veſtros. habes etiā ſupra in. ca. de dilectione proximi. Sed hic notanda ſunt ſeptem que valent ad oſtendenduꝫ q̄ non eſt ita difficile diligere inimicos ſicut q̄dam credunt: nec eſt dedecus ſed honor. ¶ Primum eſt ſtatus inimici eius qui iniuriatus eſt ⁊ non vult ſatiſfacere. eſt enim ſpiritualiter mortuus. Ipſe enim in ſe quaſi manus iniecit cum iniuriam fecit. Sap. xvj. Per malitiaꝫ oc- cidit homo animam ſuam. Crudeliores fuiſſe videntur qui chriſto mortuo nō pepercerunt: q̄ꝫ qui viuū vulnerauerunt. quis eſt autē adeo cecus qui non intelligat dedecus nō eſſe ſi quis

De dilectiōe inimicos nō ēē ita difficile diligere inimicos oñdit p ſeptem.

de inimico mortuo nõ vult ſe vĩdicare. ¶ Secundũ eſt vtilitas iniurie illate. Perſecutores enim noſtri tribulatiõibus nos pungunt: ſed ĩ futurꝫ fauũ nobis eterne beatitudinis ꝑparãt. iuxta iſtud ꝓs. Circũdederũt me ſicut apes. ꝛ Eccĩ. Uſqꝫ in tp̃s ſuſtiebit patiẽs. ꝛ poſtea redditio iocũditatis. ¶ Tertiũ eſt ꝙ dilectio inimicorꝫ eſt vtilior nobis q̃ꝫ amicorum: q: valet ad ſanandũ pctã. h. Aug. Ego ad dilectionem inimicorꝫ vos moneo: q: ad ſanandum vulnera pctõrꝫ nullũ medicamẽtum efficacius eẽ cognoſco. Multũ enĩ facit ad perfectionẽ bonitatis: vt pꝫ Matth. v. Poſt illð diligite inimicos. Eſtote pfecti ſicut pater veſter ꝛc. ¶ Quartum: q: eſt gratior deo. Luc. vj. Poſt illud diligite inimicos. ſubditur. Et eritis filij altiſſimi. be. Aug. Quanta grã per nos ſerui digni nõ ſumus. ꝛ inimicorꝫ dilectiõe filij dei efficimur. Chryſo. Nihil ſic deo placabile facit ſicut malignis ꝛ ledentibus eſſe placabilẽ. ꝛ per ꝯñs diabolo eſt moleſtior: q: magis ſe per hoc homo elongat ab eius ſimilitudine q̃ obſtinato odio hominem perſequitur. ¶ Quintum eſt: q: huiuſmodi dilectio id qð deſtruendũ eſt in inimico: magis deſtruit q̃ꝫ aliud. Ipſa enĩ eſt ignis inimiciciam in inimico annihilans. Rom. xij. Si eſurierit inimicus tuus ciba illũ. ꝛc. Chry. Omnis inimicicia beneficiorꝫ aſſiduitate cõpeſcitur. ¶ Sextũ eſt: q: non potes nocere inimico q̃n tibi noceas. Aug. Quod malitia tua alteri nõ noceat fieri poteſt: ſed ꝙ tibi nõ noceat fieri non poteſt. Solũ ex hoc ꝙ odium portat ſibiipſi nimiũ nocet qa ꝛ peccat ꝛ remiſſionem peccatorum ꝑcitam euacuat quoad fructum. Uñ dicitur de pe. di. iiij. dicit tibi deus. Dimitte ꝛ dimitteẽ tibi: dimiſi prius dimitte vel poſtea: q: ſi nõ dimiſeris reuocabo te. ꝛ qᵉ q̃d dimiſeram replicabo tibi. Talis eſt ſiłis illi qui ex hoc ꝙ aliqs ſcidit ſibi tunicam ipſe gladio ſeipſum īterficit. ſ. odij. ¶ Septimuꝫ ẽ dei imitatio. Eccĩ. xxiij. Magna eſt gloria ſeq̃ dominum qui iniuriatus eſt tibi magis deum q̃ꝫ te offendit. ꝛ tñ ipſe patiens eſt. Sed exemplũ xp̃i in cruce pẽdentis ꝯſiderandũ. j. p. ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis ꝛc. vt ſequamini veſtigia eius: qui cũ pateretur ꝛc. ſed orabat ĩ cruce pro crucifixoribus dicens. Pater ignoſce illis ꝛc. Et tñ omne genus iniuriarꝫ nũc ſuſtinuit In ſubſtantia vi ſibi ablata ꝛ plus in matre deriſa: in fama ꝛ honore ablatis per contumelias in perſona: in vita. ergo xp̃m ſequere inimicos diligens. ¶ De amore qui eſt paſſio multa habes. ſ. in ꝑma parte. ꝛ de proprietatibus eius que poſſunt conuenire dilectioni.

¶ De gaudio inquantum eſt actus ĩterior charitatis.

Capitulum ſeptimum.

Poſt ꝑncipalẽ actũ charitas qui eſt dilectio videnduꝫ eſt de alijs actibus interioribus q̃ ſunt gaudium ꝛ pax. Et de exterioribus ſcꝫ beneficẽtia ꝛ miſericordia q̃ etiaꝫ eſt actus interior: eius dictum eſt ſupra in tractatu de iuſtitia. ¶ De gaudio primo videndum eſt. Et ſciendum ꝙ gaudium non eſt virtus qð patet ex hoc: quia nõ cõnumeratur inter virtutes theologicas: nec morales nec intellectuales: ſed eſt actus virtutis. Unde cõnumeratur ab apoſtolo ad Gal. v. inter fructus ſpiritus q̃ ſunt actus virtutum. Hoc autẽ ſic declarat. be. Tho. ij. ij. q. xxviij. Uirtus eſt habitus quidam operatiuus. Et iõ ſm̃ propriam rationem hꝫ inclinationem ad aliquem actum. Eſt aũt contingens ex vno habitu plures actus eiuſdem rõnis ordinatos prouenire quorum vnus ſeq̃tur ex altero. Et quia poſteriores actus non procedunt ab habitu virtutis niſi per actum priorẽ inde eſt ꝙ virtus non diffinitur nec denominatur niſi ab actu priori q̃uis etiam aliq̃ actus ab ea ſequantur. Manifeſtum eſt autem ex his q̃ dicta ſunt ſupra de paſſionibus ꝙ amor eſt prima affectio appetitiue potentie qua ſequitur ꝛ deſiderium ꝛ gaudium. Et ideo idem habitus virtutis eſt qui inclinat ad diligendum ꝛ deſiderandum bonum dilectum ꝛ gaudenduꝫ de deo. Sed quia dilectio inter hos actus eſt prior. ĩde eſt ꝙ virtꝰ non denominatur a gaudio vel deſiderio: ſed a dilectione. ꝛ dicitur charitas. Sic ergo gaudium non eſt aliqua virtus a charitate diſtincta: ſed eſt quidam actus ſeu effectus eius. ¶ Quod cauſetur gaudiuꝫ ex charitate. ſic declarat. bea. Tho. vbi ſupra ex amore procedit gaudium ꝛ triſtitia: ſed contrario modo vt dictum eſt ſupra. Gaudium enim ex amore cauſatur. vel propter preſentiam boni amati. vel propter hoc etiam ꝙ ipſi bono amato proprium bonum ineſt ꝛ conſeruatur. Econtrario autem ex amore ſequatur triſtitia. vel ꝓpter abſentiam amati. vel propter hoc ꝙ is cui bonum volumus ſuo bono priuatur: aut aliq̃ malo deprimitur. Charitas autem eſt amor dei cuius bonuꝫ immutabile eſt: quia ipſe eſt ſumma bonitas. Et ex hoc quod amatur eſt in amãte per nobiliſſimum ſui effectum. ſm̃ illud. j. Joan. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in eo. Q̃uis enim in via non ſit pñs per ſpeciẽ viſionẽ. eſt tamen pſens per grã inhabitationẽ. Unde bea. Aug. dicit ꝙ ſicut corpus non viuit niſi aĩa preſente: ita nec aĩa. ſ. ꝑ grãm niſi deo pñte. de pe. diſt. j. reſuſcitatus.

De gaudio. ſ. ꝙ nõ ẽ virtus nec intellectualis nec moralis: ſꝫ actꝰ virtutis.

ꝙ gaudiũ cauſatur ex charitate

Gaudi/ uʒ habē ad mix/ tam tri/ ſtitiam· quō in// telligiſ.

¶ Utrum gaudium ſpūale qđ eſt ex charitate habeat admixtaʒ triſtitiaʒ. Rndet. b. Tho. vbi. ſ. φ ex charitate cauſaſ duplex gaudiū de deo Unum quidē principale qđ eſt ꝓpꝛium chari/ tatis φ. ſ. gaudemus de bono diuino in ſe cō/ ſiderato. Et tale gaudium ꝑmixtionē triſtitie non patiſ: ſicut nec illud bonū de quo gaude// mus pōt aliquā mali admixtionem habere. ſʒ illud Sap. viij. Non habet amaritudinē con/ uerſatio illius. ſ. ſapiētie diuine. Et ideo apſus dicit ad Phil. iiij. Gaudete in dño ſemꝑ. Ali/ ud eſt gaudium charitatis quo quis gaudet de bono diuino ſm φ participaſ a nobis. Hec autem ꝑticipatio pōt impediri ꝑ aliqđ ꝯrium Et iđ ex hac pte gaudium charitatis pōt habe re ꝑmixtionē triſtitie: put aliquis triſtaſ de eo quod repugnat ꝑticipatiōi diuini boni: vel in bonis vel in primis: quos tanq̄ nosipſos dili// gimus. Fletus enim ꝓ primo vel pro ſeipſo non eſt niſi de aliquo malo. Omne aūt maluʒ importat defectū ꝑticipationis ſummi boni. Fletus etiā huius incolatꝰ ꝓ dilectione patrie ꝓcedit ex eo φ vita pñs impedit nos a pfecta ꝑticipatiōe glorie. Et ideo charitatis gaudiū hmōi pōt habere admixtiomē triſtitie. Primū tñ gaudiū melius eſt ⁊ procedit ex charitate. Scđm pōt ꝓcedere etiam ex ſpe ſm illud. Spe gaudentes. ad Roma. xij. ¶ De plenitudine gaudij vtrum. ſ. gaudium ſpūale ex charitate cauſatum poſſit īpleri. ad quod rndet. b. Tho. vbi. ſ. φ ex pte rei de qua gaudetur. i. de deo vt. ſ. tm̄ deo gaudeaſ q̄ntum dignum eſt de ea re gaudere. Sic in creatura non pōt eſſe gaudi um plenū: ſed ſolum gaudiū dei eſt plenuʒ de ſeipſo: qꝛ gaudium eius eſt infinitū. ⁊ hoc con dignum infinite bonitati eius eſt. Cuiuſlibet aūt creature gaudiū opʒ eſſe finitum. Ex parte autem gaudentis ſic pōt eſſe gaudiū plenum in creatura. Gaudiū enim cōparaſ ad deſideri um ſicut quies ad motum. Eſt aūt quies plena cum nil reſtat de motu. Uñ tunc eſt gaudiū ple nū cū nil reſtat deſiderādū. Et qꝛ q̄diu in hac vita ſumus nō quieſcit in nobis deſiderij mo/ tus: qꝛ adhuc reſtat φ magis deo appꝛopinque mus ꝑ grām. Sʒ qñ iaʒ ad beatitudinē ꝑuentū fuerit pfectam: nil deſiderādū reſtabit: qꝛ erit dei plena fruitio: in q̄ homo obtinebit q̄cq̄d etiam circa alia bona deſiderauit ſm illud ps. cij. Qui replet in bo. deſi. t. ideo quieſcet d̄ſide rium non ſolum quo deſideramus deum: ſed etiam erit oīum deſideriorum quies. ideo hic non eſt plenum deſiderium noſtrum ſed ſoluʒ gaudium beatorum eſt plenuʒ ⁊ ſuper plenū: quia plus obtinebunt q̄ deſiderare ſufficerēt Non enim in cor hominis aſcendit que prepa/ rauit deus diligentibus ſe: vt dicitur. j. Cor. ſecūdo. ⁊ hoc eſt quod dicitur Luce. vj. Men/ ſuram bonam ⁊ conſertam ⁊ ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum: qꝛ tamen nulla crea tura eſt capax gaudij de deo ei condigni. inde eſt φ illud gaudium omnimodo plenum non cadit in homine: ſed potius homo intrat in ip ſum ſm illud Mathei. xxv. Intra in gaudiuʒ domini tui. Itē cum peruentum fuerit ad bea titudinem vnuſquiſq; attingit terminum ſibi pꝛefixum ex predeſtinatione diuina: nec reſta/ bit vlterius quo tendatur: quāuis in illa termi natione vnus perueniat ad maiorem graduʒ q̄ alius. Et ideo vniuſcuiuſq; gaudium ple/ num erit ex parte gaudentis: qꝛ vniuſcuiuſq; deſiderium plene quietabitur. Tamen gaudi/ um vnius erit maius gaudio alterius propter pleniorem participationē beatitudinis. Iſtud tamen gaudium beatorum non eſt gaudium paſſionis quod eſt cum tranſmutatione corpo rali: vt in alijs paſſionibus: nec ꝑtinet ad ſenſi tiuam partē: ſed intellectiuam. i. voluntatem.

Q ſ in via non poſſu/ mꝰ ha/ bere ple nū gau/ dium.

¶ Gaudium ve/ .§. i.

ſtrum nemo tollet a vobis dixit Chriſtus lo// quens de gaudio ſuperne fruitionis quo bea/ ti vndiq; circundantur. vnde Mathei. xxv. Euge ſerue bone ⁊ fidelis ⁊c̄. intra in gaudiuʒ domini tui. Iſtud verum gaudium prouenit a ſex partibus ſm Guil. in ſumma. ¶ Primo a ſuperna maieſtate. Joā. xvj. Iterū videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrum. Hoc autem gaudium erit tripliciter. Primo ex viſa diuinitate. Ber. Iſtud eſt verum gaudiuʒ quod non eſt de crea tura: ſed de creatore ꝯcipitur. Secūdo ex aſpe/ cta humanitate. Eccleſiaſtes. xj. Delectabile eſt oculis tuis videre ſolem ideſt chꝛiſtum. Ter// tio ex intellectu nature diuine vnite cum hu/ mana. vnde natura noſtra exaltatur: ſicut gau/ dent homines de exaltatione ſuorum fratruʒ. ¶ Secundo ꝓcedit illud gaudium a loci ame nitate. ⁊ hoc tripliciter: videlicet ex eius clari/ tate: ex eius puritate: ex eius latitudine ⁊ vaſti tate. Apocalyp. vltimo. Ciuitas illa nō eget ſo/ le ⁊c̄. Baruch. iij. O iſrael q̄ magna eſt domꝰ dei ⁊c̄. Apocalyp. xiiij. Sine macula ſunt ante thꝛonum dei. ¶ Tertio procedit illud gaudi/ um ex ſocietate. ⁊ hoc tripliciter. Ex eius mul/ titudine. Apocalyp. vij. Uidi turbam magnaʒ quam nemo dinumerare poterat. Ex eius no/ bilitate: quia omnes erūt reges ⁊ regine. Apo calyp. j. Feciſti nos deo noſtro regnuʒ ⁊c̄. ⁊ de qualibet anima ſancta. ps. Aſtitit regina a dex tris tuis. Ex eius charitate intima. Eſa. xxj. di/ cit dominus. Cuius ignis eſt in ſyon: ⁊ cami/ nus eius in hieruſalem. ¶ Quarto procedet tandē a corporis perfectionalitate. ⁊ hoc qua/

De gau dio pſe cto. ſ. ſu perne fruitio/ nis: qꝛ ſex par/ tibꝰ ꝑ/ ueniat.

druplicíter. Ex ſpecioſitate vel claritate: ſubti/
litate: agilitate: ⁊ impaſſibilitate. que omia no
tat apl's. j. Coꝛ. xv. ibi Seminatur aiale: ſur/
get ſpūale ⁊c. ¶ Quinto ꝓcedet ab inferni va
ſtitate. ⁊ hoc tripl'r. tum ex euaſione eius cum
meruiſſent. tum ex diuine iuſtitie in illis exe/
cutione. ps. lxvij. Letabitur iuſtus cum vide/
rit vindictā ⁊c. tuz de demonū alligatione ne
ibi noceant. ¶ Sexto ꝓcedet a mundi qu ali/
tate. ⁊ hoc tripl'r. Pꝛimo ex remotione. Apoc.
xxj. Uidi celum nouuz ⁊ terrā nouā ⁊c. Scdo
qꝛ oia erunt eis ſubiecta ad nutum. Tertio qꝛ
ex oibus ſpeculabunt gliam dei in illis ⁊c. Et
qꝛ gaudium eſt vna ex paſſionibus. de pluribꝰ
alijs ptinētibus ad gaudiū q̄ztuz gaudium eſt
paſſio vide. ē. in tractatu de paſſionibus.

¶ De pace inq̄ztum eſt actus interioꝛ charita/
tis: ⁊ q̄uo differt a ꝯcoꝛdia. Capl'm. viij.

Pax eſt alius actus
interioꝛ ꝓcedens ex charitate inclu
dit ꝯcoꝛdiā. ⁊ vltra hoc addit vnio/
nem appetitiuā vnius appetentis. Pꝛo cuius
q̄uo pax ⁊ cōcoꝛdia diſ/ferunt.
declaratione dicit. b. Tho. ſe. ſe. q. xxix. art. j. ꝙ
vbi eſt pax ibi eſt ꝯcoꝛdia. nō tā vbicūqꝫ eſt cō
coꝛdia eſt pax ſi nomen pacis ꝓpꝛie ſumat. Cō
coꝛdia enim ꝓpꝛie eſt ad alteruz inquātum ſcꝫ
diuerſoꝝ coꝛdiū voluntates ſimul in vnū con
ſenſum ꝯueniunt. Cōtingit etiam vnius hoīs
coꝛ tēdere in diuerſa dupl'r. Uno quidem mō
ſm diuerſas potētias appetitiuas. Sic appe/
titus ſenſitiuus plerūqꝫ tendit in ꝯꝛium appe
titus rōnalis. ſm illud Gal. v. Caro ꝯcupiſcit
aduerſus ſpm̄. Alio modo inq̄ztum eadez vis
appetitiua in diuerſa appetibilia tendit que ſi
mul aſſequi nō pōt. vnde neceſſe eſt eſſe repu/
gnantiā motuū appetitus. Unio aūt hoꝝ mo/
tuum eſt de rōne pacis. Non enim hēt coꝛ pa/
catum q̄ꝫdiu vult. etiā hēat aliquid qᵒ vult: ad
huc tā reſtat ei aliquid volēdum qᵒ ſimul ha/
bere nō pōt. Hec aūt vnio nō eſt de rōne ꝯcoꝛ/
die. vnde ꝯcoꝛdia impoꝛtat vnionem appeti/
tuum diuerſoꝝ appetentium. Pax autē ſupꝛa
hanc vnionē impoꝛtat etiā vnionem appetitu
um vnius appetētis: ⁊ ſic paci opponitur du/
plex diſſenſio. ſ. diſſenſio hoīs ad ſeipm̄: ⁊ diſ/
ſenſio hoīs ad alterum. Cōcoꝛdie aūt opponi/
tur hec ſola ſcd'a diſſenſio. Uñ ꝯcoꝛdia pōt eſſe
peccatoꝝ in malo. Sed pax ꝓpꝛie non niſi bo/
noꝝ. Eſa. lvij. ⁊. xlviij. vbi eſt eadem autoꝛitas
De tri/plici ge/nere pa/cis vꝫ ꝙ triplex pax eſt.
nō eſt pax impijs. ¶ Eſt aūt triplex genus pa/
cis. ſ. tpalis: ſpūalis: ⁊ eternalis. Hec pñt nota
ri ibi Jo. xiiij. Pacem relinquo vobis. ſ. eter/
nalem. Pacē meā do vobis. ſ. ſpūalem. Non
q̄uo mundus dat ego do vobis. ſ. tempoꝛalē.
Nam mūdus dat tpalem pacez ꝑ guerras op/
preſſam ⁊ multa mala. nō ſic xp̄s: ſed per oza/
tiones ⁊ bona opera. Unde apl'us. j. ad Ti. ij.
vult in eccl'ia oratiōes fieri pꝛo pace. Poſſunt
etiam pꝛedicte paces notari in ps. Loquetur
dominus pacem in plebem ſuam quoad tem/
poꝛalem quam dat quando ppl'us eſt ſuus per
mandatoꝛum obſeruationem. Et ſuper ſctōs
ſuos quoad pacem eternalem quam habēt ſoli
ſancti in patria. Et in eos qui conuertuntur ad
coꝛ quoad ſpiritualem. ¶ Pax tempoꝛalis de
qua dicit. ij. Mach. j. Adaperiat deus coꝛ no/
ſtruz in lege ſua ⁊ in pꝛeceptis ſuis ⁊ faciat pa
cem. perturbatur per rixam que eſt inter vnuz
⁊ alterum. ⁊ per ſeditionem que eſt inter vnaz
partem ciuitatis ⁊ alteram. ⁊ bellum quod eſt
inter ciuitatem ⁊ ciuitatez. ¶ Pax ſpiritualis
debet eſſe cum deo. Job Habete pacem cuz eo
ſubijciendo voluntatem tuam ei ⁊ penitendo
de peccatis cuz pꝛoximo. Apl's. Si fieri poteſt
quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus
pacē habentes. Cum ſeipſo, ad Phil'. iiij. Pax
dei que exuperat omnem ſenſuū cuſtodiat coꝛ
da veſtra. ¶ De eterna dicitur in ps. Poſuit fi
ꝙ ī mū/do nō ē pax ve/ra: ſed bellū ⁊ hoc tri/plex.
nes tuos pacem ⁊c. Nec excludit triplex belluz
quod eſt in mundo. etiam in ſanctis. Pꝛimuz
eſt in coꝛpoꝛe vbi bellant ad inuicem calidum
contra frigidum: ⁊ ſiccum contra humidum.
⁊ econuerſo ex quo tandem coꝛpus deſtruitur.
Secundum eſt quo caro cōcupiſcit aduerſus
ſpm̄. Tertium eſt diuerſarum opinionum. De
atus Aug. Quot homines tot opiniōes in vna
⁊ eadem re diuerſoꝝ moꝝ. poeta. Pectoꝛibus
moꝛes tot ſunt quot in oꝛbe figure. Uelle ſuuz
cuiqꝫ eſt nec voto viuitur vno. Perſius. Sed
in padiſo nulla infirmitas vel coꝛruptio: nulla
tētatio: nulla diuerſitas opionū vl' volūtatū.

¶ De pace quo/ .§. I.
modo eſt effectus ſeu actus charitatis: ⁊ nō vir
tus ſpecialis: Pꝛimum patet ex illo pſl'a. Pax
De pa/ce: ꝙ. ſ. nō ē vir/tus vel' act' cha/ritas.
multa diligentibus legem tuam ⁊c. Pꝛo cu/
ius declaratione dicit. b. Tho. vbi ſupꝛa. ꝙ de
ratione pacis eſt duplex vnio quarum vna eſt
ſm oꝛdinationē poꝛpꝛioꝛum appetituū in vnū
Alia eſt ſm vnionem appetitus pꝛopꝛij cum
appetitu alterius. Et vtranqꝫ vnionem efficit
charitas. Pꝛima quidaz ſm ꝙ deus diligitur
ex toto coꝛde: vt. ſ. omnia referamus in ipſum.
Et ſic omnes appetitus noſtri in vnum ferun/
tur. Aliaz pꝛout diligimus pꝛoximus noſtros
ſicut noſmetipſos. Ex quo contingit ꝙ homo
vult impleri pꝛoximi volūtatez ſicut ſuiipſius.
Et pꝛopter hoc inter amicabilia vnuz ponitur
idētitas electionis: vt patet. ix. Ethi. ⁊ Tullius
de amicicia dicit ꝙ amicoꝛum eſt idem velle ⁊
nolle. ¶ Scdm̄. ſ. ꝙ non ſit virtus ſic pꝛobat

beatus Tho. cū oēs actus ſe invicē ꝯſequūtur ſm eandē rōnem ab agente ꝓcedens. omnes hmōi actus ab vna virtute ꝓcedunt: nec habēt ſinguli ſingulas virtutes a qbus ꝓcedant: vt pꝫ in rebus corporalibus. qꝛ eni ignis caleſaciendo liqueſacit ⁊ rareſacit non eſt in igne alia virtus liqueſactiua ⁊ alia rareſactiua. ſed oēs actus hos operatur ignis per vnā ſuam virtutem caleſactiuam. Cum igiť pax cauſeť ex charitate ſm ipſam rōnem dilectiōis dei ⁊ proximi: vt oſtenſum eſt ſupra. nō eſt alia virtus cuius pax ſit ꝓprius actus: niſi charitas. Et quia eſt actus virtutis datur preceptū de ea. Mar. ix. Habete pacē inter vos. Et qꝛ etiam eſt actus meritorius. poniť inter beatitudines que ſunt actus virtutis pfecte. Matth. v. Et inter fructꝰ numeratur. ad Gal. v. Inquantū eſt quoddam finale bonū habēs ſpūalem dilectionē. ¶ Itē ſciendū qꝛ ſalua pace pōt eſſe diſſenſio in opinionibus inter habentes charitatem: ſicut inter Paulū ⁊ Barnabam. Actuū. xv. ⁊ inter beatū Augu. ⁊ bea. Hiero. Nam ſm phm. ix. ethico. Ad amiciciā non ptinet ꝯcordia in opinionibus. ſed ꝯcordia in bonis ꝯferentibus ad vitā ⁊ precipue in magnis. Nam in paruis diſſentire non videť diſſenſus. ⁊ ꝓpter hoc nihil ꝓhibet aliquos charitatē habentes in opinionibus diſſentire: nec hoc repugnat paci. Opiniones enim ptinēt ad intellectum qui precedit appetitum qui per pacem vniť. Diſſenſio ergo in opinionibus ⁊ in minimis repugnat qdeꝫ paci pfecte patrie in qua plene veritas cognoſcetur. ⁊ oīs appetitus quietabitur: ſed nō paci imperfecte vie. Pax ſm catholicon diciť a pacto: qꝛ poſt pactum ſit pax. Et ſm etymologiaꝫ diciť quaſi preliū arcens: qꝛ expellit preliuꝫ vt ſuum ꝯtrarium qd̄ ſumme eſt odioſum ⁊ merito. Nam innumera mala oriunť ex eo. Vñ Dauid preelegit peſtē potius ꝙ preliū. ij. Re. vi. Pax hꝫ tres litteras que repreſentant. p. p. patrem. p. a. repreſentatur amor ſpiritusſancti p. x. chriſtus dei filius. Nam ſumma ⁊ pma pax vnde oīs alia originatur eſt trinitas. vñ canit eccleſia. tu charitas. tu puritas. tu pax. ⁊c̄.

q inter
diſſenti
entes in
opinioi
bus nia
net pax
ẽt i cha
ritate e
xiſtẽtes

¶ Pacem omnia .§. ij.

appetunt ſm bea. Aug. xix. de ciui. dei ⁊ Dionyſium de diui. no. quam ꝯcluſioneꝫ ſic declarat. b. Tho. vbi. ſ. ar. ij. Ex hoc ipſo qꝛ hō aliqd appetit ꝯñs eſt ipſum appetere aſſecutionē eiꝰ ⁊ per ꝯñs remotionē eorum que ꝯſecutionem impedire poſſunt. Pōt autem impediri bonū ſeu boni deſiderati aſſecutio: per ꝯtrariū appetitum ſui vel alterius. ⁊ vtrunqꝫ tollitur p pacem vt ſupra dictum eſt. Et idō neceſſe eſt qꝛ oē appetens appetat pacē inquantum ſcꝫ oē appetens appetat tranquille. ⁊ ſine impedimento puenire ad id qd̄ appetit. in quo ꝯſiſtit ratio pacis. quaꝫ bea. Augu. diffinit eſſe tranquillitatē ordinis. ¶ Nec obſtat quod Dionyſius dicit qꝛ pax eſt vnitiua conſenſus. Nam pax importat non ſolū vnionem appetitus intellectualis aut rōnalis aut ſenſualis ad quod pōt pertinere ꝯſenſus: ſed etiam cōnaturalitatis vt in conſenſu importetur vnio appetituū ex cognitione precedentiuꝫ. per cōnaturalitatē vero vnio appetituū naturalium. Nec ei obſtat qꝛ aliqui bella faciunt. Nā tales nō deſiderant niſi pacē quam ſe habere non eſtimant. Unde bea. Auguſti. xxiij. q. j. noli. Non enim pax queritur vt bellum exerceať: ſed bellū geritur vt pax conſequatur bellando. ergo eſto pacificus ⁊c̄. Item pax que eſt malorum eſt apparens ⁊ non vera. Unde dicitur Sap. xiiij. In magno viuentes inſcitie bello. tot ⁊ tanta magna pacem arbitrati ſunt. ¶ Et eſt triplex pax mala ſcilicet inordinata. vt cum ſuperior obedit inferiori vt ratio ſenſualitati. vel prelatus ſubdito. Hanc pacem ſeruauit Adam potius obediens vxori ꝙ voci domini. Geñ. iij. Non decet ſeruuꝫ dominari principibꝰ. Prouerbio. xix. Secūda eſt pax ſimulata. qualis fuit iude proditoris in oſculādo xpm. Et Joab ad Amaſan. ij. Reg. xx. pſal. xxvij. Loquuntur pacem cum proximo ſuo mala autem in cordibus eorum. Tertia eſt pax inquinata ſcilicet qui ſunt in malo concordes. vt Herodes ⁊ Pilatus facti amici in paſſione xpi Matth. x. Nolite arbitrari qꝛ venerim mittere pacem in terram. ¶ Item. b. Aug. xix. de ciui. dei. ponit multas ſpecies pacis eas diffiniens. Dicit enim qꝛ pax corporis eſt ordinata tēperatura partiū. Pax anima irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax anime rationalis ordinata cognitionis actioniſqꝫ ꝯſenſio. Pax corporis ⁊ anime ordinata vita ⁊ ſalus animātis. Pax hominis mortalis ⁊ dei ordinata in ſide ſub eterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus ordinata imperandi obediendi concordia inhabitantium. Pax ciuitatis ordinata imperandi obediendi ciuium concordia. Pax celeſtis ciuitatis ordinatiſſima ⁊ concordiſſima ſocietas fruēdi deo ⁊ inuicem in deo. Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo aūt eſt pariuꝫ. diſpariūqꝫ rerꝫ ſua cuiqꝫ loca tribuens diſpoſitio.

ð triplſ
ci pace
mala

De ſpe
ciebus
pacis ſꝫ
Augu.

¶ Beneficientia .§. iij.

non eſt virtus ſpecialis. Et ratio eſt quia actus interior ⁊ exterior nō requirunt diuerſas virtutes. Sed beneficientia ⁊ beniuolentia nō differunt niſi ſicut actus interior ⁊ exterior: qꝛ beneficētia eſt executio beniuolentie. Unde ſicut be

niuolentia non eſt alia virtus a charitate. ita
nec beneficientia. Eſt autē actus charitatis ex
terior. Quod ſic declarat bea. Tho. ij. ij. q. xxxj.
Beneficientia nil aliud importat ꝙ facere bo
num alicui. poteſt autem hoc bonum conſide/
rari dupliciter. Uno modo ſm cōmunem ratí/
onem boni. ⁊ hoc pertinet ad cōmunem ratio
nem beneficientie. Et hic eſt actus amicicie ⁊ p
conſequens charitatis. Nam in actu dilectio//
nis includitur beniuolentia per quam qs vult
bonum amico. vt ſupra dictum eſt. Uoluntas
autem eſt effectiua eorum que vult ſi adſit fa//
cultas ⁊ ideo ex conſequenti benefacere ami//
co ex actu dilectionis conſequitur. Et propter
hoc beneficientia ſm cōmunem rationem eſt
amicicie vel charitatis actus. Si autem bonū
quod quis facit alteri accipiatur ſb aliqua ſpe/
ciali ratione boni: ſic beneficiētia accipiet ſpe
cialem rationem. ⁊ pertinebit ad aliquam ſpe/
cialem virtutem. ſicut ſi faciat bonum primo
ſub ratione ſubleuantis miſeriam eius perti//
nebit ad miſericordiā. Si ſub ratiōe debiti vt
parentibus pertinebit ad iuſtitiam ⁊ huiuſmo
di diſti. lxxxvj. Non ſatis eſt bene velle niſi ſtu
deas etiam benefacere. ¶ Eſt autē beneficien
De bñfi tia exercenda ad omnes ſi fieri poteſt: cum dile
cientia ctio charitatis ſe extendat ad omnes. pro loco
ꝙ exer/ tamen ⁊ pro tempore ſm debitas circunſtanti/
cēda eſt as. Peccatoribus autem in neceſſitate etiā eſt
in oēs. ſubueniendum ad ſuſtentationem nature. non
ad fomentum culpe. Unde dicit bea. Augu. v.
q. v. Non omnis ꝙ vtilius eſurienti panis
ſubtrahitur ꝙ̄ frangitur. ſi de cibo ſecurus in
iuſtitie acquieſcat. Et ſic etiam excōmunicatis
⁊ infidelibus in neceſſitate eſt benefaciendum
⁊ ſubueniendum: magis autem coniunctis ce
teris paribus potius ſubueniendum eſt. Dicit
eni bea. Tho. vbi ſupra ꝙ virtꝰ ⁊ gratia imitā
tur ordinem nature: qui eſt ex diuina ſapiētia
inſtitutus. Eſt autem talis ordo nature vt vnū/
quodqꝫ agens naturale per prius magis diffū
dat ſuam actionem ad ea qui ſunt ſibi propin/
quiora. ſicut magis calefacit ignis rem ſibi ma
gis propinquam. Exhibitio autem beneficio//
rum eſt quedam actio charitatis in alio. ⁊ ideo
oportet ꝙ in propinquos magis fiat beneficiē
tia. ſed propinquitas vnius hominis ad aliū
poteſt attendi ſm diuerſa in quibus homines
ſibi cōmunicant vt conſanguinei in naturali
cōmunicatione: ciues in ciuili: fideles in ſpiri/
tuali. ⁊ ſic de alijs. Et ſic ſm diuerſas coniun//
ctiones ſunt diuerſis diuerſa beneficia diſpen
ſanda. Nam vnicuiqꝫ eſt magis exhibendum
beneficium pertinens ad illam rem ſm quam
eſt nobis magis coniunctus ſimpliciter loquē
do: tamen hec poteſt variari ſm diuerſitatem
temporum locorum ⁊ negociorum. Nā in ali
quo caſu eſt magis ſubueniendū extraneo ne
ceſſitatem extremam patienti ꝙ̄ patri non ſu/
ſtinenti tantam. De bonis autem debitis alte//
ri quia eius ſūt plus tenetur et benefacere red
dendo ꝙ̄ coniunctis niſi coniuncti eſſent in tā
ta neceſſitate ꝙ liceret ei furari ad ſubuenien/
dum eis niſi ⁊ ille cuius eſt res eēt in ſimili ne
ceſſitate. In quo caſu penſanda eſt cōditio vtri
uſqꝫ ⁊ alias conditiones prudentis iudicio: qr
in talibus non poteſt dari vniuerſalis regula.

Titulus. VII. De ſpe.

¶ De triplici ſpe. ⁊ eius qualitate. ⁊ fructibꝰ.
Capitulum primum.

SEquitur de ſpe que
eſt ſecunda virtus theologica. ad
quam hortatur ſcriptura dicens pſ.
xxxvj. Spera in domino ⁊c̄. triplex
autem eſt ſpes: videlicet naturalis: virtualis: ⁊
criminalis. Spes naturalis eſt quedam paſſio Qđ eſt
vnde ⁊ philoſophus dicit ꝙ iuuenes ſunt ma/ triplex
gne ſpei. Hoc eſt communenobis ⁊ brutis. per ſpes.
experientiam enim videmus ꝙ canis moue//
tur ad inſequendum leporem. ⁊ accipiter auē
⁊ hoc quidem non faceret niſi quia ſperat aſſe
qui. eſt autem hec paſſio in vi iraſcibili que eſt
etiam in brutis ſm beatum Thom. in. ij. ſentē.
di. xxvij. Cum enim omnis paſſio ſit in concu/
piſcibili vel iraſcibili omnis illa paſſio de cuiꝰ
intellectu eſt appetitus in bonum vel conueni
ens ſimpliciter eſt in concupiſcibili. ſicut amor
delectatio. ⁊ hmōi: ⁊ oppoſita horū. Omnis
autem illa paſſio de cuius intellectu eſt motus
in bonum cum circunſtantia difficultatis eſt in
iraſcibili. ⁊ hmōi ſunt omnia illa que important
bonum vel malum cū duratione alicuius ꝙ̄/
titatis. ſicut ira q̄ exurgit ex magna leſiōe quā
quis poteſt vindicare: ſed non in promptu. Ti
mor non eſt de quolibet malo ſꝫ de magno cui
non poteſt reſiſti. vel difficulter. Spes impor//
tat modum appetitus in aliquod bonum com
menſuratum appetenti. Non enim eſt de bo//
no ⁊ tanto ad quod nullo modo poteſt perue//
niri. Nec tamen de tam paruo quod pro nullo
habeatur: ſed de eo quod eſt difficile haberi.
⁊ tamen poteſt haberi propter quod dicitur ar
duum. Et ſic arduum addit quandam ſpe//
cialem rationem bonitatis ſcilicet precioſita/
tem quandam ex hoc ipſo quod non de faci//
li poteſt haberi: ſicut dicitur. Omne rarum
carum. Differt autem in hoc ab audacia:
quia audacia importat extenſionem appe//
tus in aliquod arduum malum vt repellatur.

Spes autem extenſionem appetitus in arduū bonum vt acquiratur. Sed quia de ſpe prout eſt paſſio dictum eſt. ō. in prima parte. ideo hic non aliud de ea dicitur. Naturalia tantum nō ſūt vitia nec virtutes. ¶ Spes ṽtualis eſt virtus theologica. de qua ps. lxx. Tu es domine ſpes mea. ⁊ ē ibi predicatio per cāz. idest tu es causa ſpei mee. Ubi etiaz ſciendum ſm beatū Tho. in. iij. ſententiarum. di. ij. ꝙ ſpes vltra acceptionem predictam. ſ. pro paſſione ſm ꝙ ſumitur in bonuz accipitur quadrupliciter.

Quod ſpes accipit̃ q̃druplíciter.

Uno modo prout nominat habitum inclinantez ad actuz voluntatis ſimilem actui ſpei que eſt paſſio partis ſenſitiue. vt ibi. j. Cor. xiij. Nunc manent fides ſpes charitas. Secundo modo put nominat actum procedentez a tali habitu. ⁊ ſic eſt actus virtutis. vt ibi in ps. Moab olla ſpei mee. Moab ſignificat malos qui ſunt olla facientes ſua perſecutione ferueſcere ⁊ coquere. i. perficere ſpem noſtram. Tertio modo put nominat rem perfectam ⁊ ſperataz. ⁊ ſic eſt obiectum virtutis. vt ad Titū. ij. Expectantes beatā ſpem. i. viſionem beatam ſperataz. Quarto modo prout nominat certitudinem que ſequitur ſpem. vt ibi ad Ro. v. probatio vero ſpei. i. ſpei certitudinem. ⁊ ſic nominat ſtatum perfectiōis in virtute quantuz ad certitudinis intentionē. Eſt etiam ſciendum ꝙ ſpes que eſt virtus non opponitur timori qui eſt donum. Quia illa ſit de bono futuro: iſte de malo futuro. Et ratio huius eſt: quia ſpes ſe extendit in deum ex conſideratione diuine largitatis. timor vero dicit reſilitionez ex conſideratione proprie paruitatis: ⁊ ita non eſt ſm idem reſilitio timoris ⁊ exēſio ſpei. Unde non ſunt contraria: cum contraria ſint ſm idez. ¶ Spes criminalis ſolo nomine ⁊ improprie dicitur ſpes propter aliquaz apparentem ſimilitudinem quam habet cum ipſa. de qua dicitur in ps. Nolite ſperare in iniquitate. Et in euāgelio. Luc. vj. Mutuum date nihil inde ſperantes. ¶ Naz talis ſpes que tamē improprie ⁊ large dicitur ſpes. in mutuo inducit vſuram. extra. de vſur. conſuluit. Quod intelligitur quando talis ſpes eſt cauſa principalis mutui. De iſta tamen materia plene habes ſupra in. ij. parte ti. j. Et dr̄ ſpes ſm etymologiam: quia eſt pes progrediendi ad ardua. quaſi pes dicta. vt dicitur in catholicon.

¶ Nota ſecundum .§. i.

Quod ſpes in malo accipiēda eſt triplex.

Iſtam largam acceptionem ſpei. ſ. in malum. ſm Guil. in ſum. virtu. ꝙ ipſa eſt triplex. Prima eſt confidentia de ſeipſo. Secunda eſt confidentia de alio. Tertia eſt ꝯfidētia de aliquo vano. De prima dicitur Prouer. xxviij. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. Uere autem ſtultus eſt confidens de ſe que proprius loquendo pſumptio eſt. Naz homo non eſt ſufficiens ex ſe: nec ad ſuſtinēdum: nec ad defendēdum ſe: nec ad merēduz. Quod homo nec aliqua creatura ſit ſufficiens ad ſuſtinēdum ex ſe. oſtēdit Grego. di. Eſſe omnium que de nihilo ſunt: in nihiluz tēderet: niſi ea omniuz actor manu regiminis retineret. Secūdo non eſt ſufficiens defendere ſe ab hoſtibus ſuis: imo a demonibus cito perimeretur niſi a deo protegeretur. Thren. iij. Miſericordie eius ꝙ nō ſumus conſumpti. Tertio eſt inſufficiēs ad merēdum: quia nec ex ſe ſufficit bonū vnū inchoare ſeu bonaz vitā accipere. ſecūda Corinth. iij. Non ꝙ ſufficientes ſimus aliqd cogitare a nobis quaſi ex nob ⁊c. Cogitatio autem primum opus eſſe videtur. Poteſt homo ſe perimere: ſed non ſe reſuſcitare. Oſee. xiij. Perditio tua ex te iſrael. tantum in me auxilium tuum. Secundo eſt inſufficiēs in bono inchoato perſeuerare. Grego. Cito bonum amittitur niſi a largiēte cuſtodiatur. Tertio in bono inſufficiens eſt proficere. pſal. lxxx. Beatus vir cuius eſt auxiliuz abs te ⁊c. ¶ Cōfidentia ſeu ſpes in alio homine eſt fallax ⁊ cōfundens hominem. Eſaie. xx. Confundētur ab ethyopia ſpe ſua. ⁊ confidūt in homines in altero aliquādo ratiōe poteſtatis. ſed dicitur his Eſaie. xxxj. Ueh qui deſcendūt in egyptum ad auxilium ſperandū: ⁊ non ſunt cōſiſi ſuper ſanctum iſrael ⁊c. Aliquando ratione cōſanguinitatis. Sed dicitur Hierem. xvij. Maledictus vir qui confidit in homine: ⁊ ponit carnē: idest parentelam brachium ſuum: idest robur ſuuz. Aliquando ratione malitie ⁊ iniquitatis. pſal. lxj. Nolite ſperare in iniqtate per aſtutias hominum putantes obtinere que volunt. ¶ Confidentia in re vana eſt ꝯfidentia vel in vita temporali que breuis ⁊ momentanea eſt. Sapien. v. Spes impij quaſi lanugo que a vento tollitur. Uel confidere in diuitijs. prima ad Ti. vj. Diuitibus huius ſeculi precipe non ſperare in incerto diuitiarum: ſed in deo viuo. Uel confidere in fama ⁊ opinione hominum. Job. viij. Spes hypocrite perhibit. quid enim hypocrita in cunctis ſuis operibus ſperat niſi honorē: reuerentiam: gloriaz laudis: a melioribus meritis: ſanctus ab omnibus vocari: ſed perhibit iſta ſpes: quia eternitatem non querens ſugit quod tenet: quia eius intentio in illa gloria nō figitur que ſine fine poſſidetur. Job. ſicut tele aranearuz fiducia eius ſcilicet hypocrite. Omnis ergo iſta mala ſpes improprie dicta ſpes abijcienda eſt.

¶ Spes que eſt vir/ §. ij.

tus theologica ſic diffinitur a Magiſtro ſen/

ſententiarum in.iij.Spes eſt certa expectatio futu
re beatitudinis ex meritis ⁊ gratia p:ouenieſ.
Ubi tanguntur tria de ipſa.

De ſpe ℂ P:imo eius actus:ibi.Certa expectatio.
vt ē vt° ℂ Secundo eius obiectum cum ſubditur.fu/
theolo/ ture beatitudinis.
gica qd ℂ Tertio meritum.cum dicitur.ex meritis et
ſit. gratia p:oueniens.

ℂ Quātum ad p:imum ſcilicet cum dicit̄ cer/
ta expectatio eſt ſciēduz q ſicut omnes alie vir
tutes participāt aliquid a charitate:ſcilz deſi/
derium ſummi boni propter quod operātur.
ita ille actus qui eſt expectare p:incipalius cō/
uenit ſpei.⁊ ille virtutes quibus conuenit ille
actus expectationis:vt patientia:lōganimitas
⁊ magnanimitas:participant ipſum actum a
ſpe.Nam expectatio patiētie eſt expectatio di
uini auxilij in periculis.per lōganimitatez ex/
pectat quis diuinum auxiliū in labo:ibus ten
dens diu in aliquod bonum arduum obtinen
dum.Per magnanimitatem expectat quis di/
uinum auxilium vt tendēs in aliquod bonum
arduum tēpo:ale.Sed expectatio ſpei eſt expe
ctatio boni ardui eternalis poſſibilis adipiſci
quale eſt eterna beatitudo obiectum ſpei.bea.
Tho. Eſt autem actus p:op:ius ſpei expectare
quis ſit nō ſpectare futuram.ſ.beatitudinez.Huius ra
act⁹ pp tio eſt:quia cum ſpes tēdat in bonum poſſibi/
us ſpei le nobis adipiſci.ſi ſpes tēdat in bonum obti/
nēdum ſm̄ p:op:iam virtutez ſic dicitur ſpes
ſperare tm̄.Sed ſi tēdat in aliquod bonum ob
tinēdum per virtutem alienam.ſic pp:ie ſpes
dicitur expectare.Et hec duo tangit apoſtolus
ad Roma.viij.Si qd̄ videmus ſperamus per
patiētiam expectamus.b.Thom̄.j.ij. Iſta au/
tem expectatio dicitur certa:vt patet in diffini
tione ad oſtēdēdum q ſpes p:eſupponit facul/
tatem.⁊ facit certitudinem perueniēdi in bea/
titudinem futuram.Unde apoſtolus qui habe
bat certitudinem illius beatitudinis.⁊ hoc nō
niſi p ſpem dicebat.ij.ad Thim̄.j.Scio cui cre
didi ⁊ certus ſum:quia potēs eſt depoſituz me
um ſeruare ⁊c̄.Si autem arguatur ſic in cōtra/
rium.Certitudo eſſe nō poteſt.: de eo quod po/
teſt deficere.Sed multi viato:es habētes ſpez
deficiunt a ꝯſecutione beatitudinis.ergo ſpes
viato:um nō habet certitudinem. Reſpondeo
q aliqui habētes ſpez future beatitudinis.ha
bēt certitudinem cōſequendi eam ex quinqz.
q certi P:imo ex auxilio diuine omnipotētie.Secun
tudo fu do ex auxilio diuine miſerico:die immēſe.Ter/
ture bti tio ex infinita dei liberalitate. Quarto ex eter/
tudis i na dei o:dinatione. Quinto ex liberi arbitrij
ſperāti/ ad peccati inflexibilitate:quia ſcilz non ponūt
bus eſt obſtaculū ſupradictis alicuius peccati. Et hāc
ex qnqz certitudinem habent vel habuerūt omnes in
gratia confirmati.Aliqui vō habētes ſpem fu
ture beatitudinis deficiunt a cōſecutione eius
nō quidem ex defectu diuini auxilij:qd̄ in p:e
dictis quatuo: cōſiſtit:ſed ex defectu liberi ar/
bitrij ponētis obſtaculum peccati : ita q certi/
tudo ſpei quam.ſ.ſpes habet de obtinēdo vi/
tam eternā.cauſatur ex quatuo: ſup:adictis.ſ.
ex dei omnipotētia:miſerico:dia:liberalitate:
⁊ eterna o:dinatione:certitudinaliter ⁊ infalli
biliter quātum eſt de ſe o:dinātibus nos in vi
tam eternam ⁊ dirigētibus. Sed quādiu ſu/
mus in hac vita pōt eē accidētale impedimen/
tum peccati mo:talis ne ſpes que de ſe certitu/
dinem habet finē ſuum ꝯſequatur.ideo in hac
vita cum ſpe habēdi vitam eternā adiungitur
timo: ſeparationis a deo.b.Tho.in.iij.ſen.di.
xxvj. ℂ Addit tertio in diffinitione future bti
tudinis.Nam pp:ium ⁊ p:imū obiectum ſpei De obo
eſt beatitudo futura:que in dei viſione ꝯſiſtit. ſpei:ſez
Unde apoſtolus ad Heb.vj.Habemus ſpem ſi futura
cut anchorā tutam ⁊ firmā incedētem vſqz ad beatitu
interio:a velaminis.Expoſitio.Habemus.i.ha/ dine.
bere debemus.ſ.anchoram tutam.ſ.ab omni
malo tuētem ⁊ firmam.i.in omni bono nos cō/
firmātem.incedētem.i.incedere faciētem vſqz
ad interio:a velaminis.i.celeſtem beatitudinē
nobis velatam in via. In cuius figura.Exodi
xxvj.dicitur.q velum ponebatur inter ſancta
⁊ ſanctaſancto:ꝫ:qd̄ ſignificat beatitudinez no
bis velatam hic.j.ad Co:inth.ij. Oculus non
vidit ⁊c̄.Ratio ad hoc eſt : quia ſpes innititur
virtuti infinite dei.ſed p:op:iū eſt infinite vir/
tutis ad bonum infinitum perducere quod eſt
vita eterna:que in dei perfecta fruitione conſi
ſtit.Ergo ſpes eſt expectatio future beatitudi/
nis be.Tho.ij.ij.Et nota q ſicut fides reſpicit
p:incipaliter deū.ſecūdario reſpicit etiam al/
ia que o:dinātur in deum vt myſteria incarna
tionis.ſacramēta.⁊ que ꝯtinentur in ſacra ſcri
ptura:ita ſpes p:incipaliter reſpicit beatitudi/
nem ſupernam:ſecūdario aliqua alia inquan/
tum o:dinant nos ad ꝯſecutionem beatitudi/
nis.Nō enim lz ſperare aliqd̄ bonum pter bea
titudinem ſicut vltimuz finem:ſed ſicut id qd̄
eſt o:dinatum ad conſequēdum beatitudinez
ſicut remiſſio peccato:uz:augmentum gratie:
ſubleuationez in periculis ne deficiat:⁊ huiuſ/
modi.Et ſignanter dicitur in diffinitione futu
re : quia ſpes eſt de inuiſibilibus non habitis
ſed habēdis.Et nota q p:edeſtinatus per ſpez
expectat vitam eternam vt futuram quam eſt
habiturus.⁊ quātum ad ſuam eſtimationem ⁊
ſm̄ rei veritatem. P:eſcitur autem quāuis non
ſit habiturus vitam eternam.⁊ ita non ſit ei fu/
tura in rei veritate:tamen eſt ei futura ſm̄ ſuaz
eſtimationez.alˢ enim non expectaret Thom̄.

De me/ dio quo btitudi nē ꝯſeq nitur.

in tertio ſententiarum. Demum ponit mediuz ſeu modum attingendi premium ⁊ conſequē/di ipſum. cum dicit in diffinitione Magiſter ſententiarum. ex meritis ⁊ gratia proueniens.

Non autem dicitur ſpes ex meritis ⁊ gratia eo ꝙ ipſe habitus ſpei per quam aliquis expectat futuraz beatitudinem cauſetur ex meritis: ſed pure ex gratia. vnde eſt habitus infuſus vt fi/des ⁊ charitas. Sed dicitur ſpes prouenire ex gratia et meritis precedentibus quantum ad duo. ¶ Primo quantum ad actuz ſpei forma/te inquantum dei gratia ⁊ merita precedentia ꝑducunt actum ſpei. Ubi nota ꝙ ſpes non preſupponit merita in actu: ſed in propoſito. Nō enim aliquis ſperat propter merita quaſi meri ta exiſtentia producunt actuz ſpei. ſed quia per merita que proponit ad beatitudinem ſe per/uenire ſperat. ¶ Secundo modo ſpes dicitur ex meritis prouenire quantum ad obiectum: ſcilicet quantum ad ipſam rem expectataz. pro ut ſcilicet aliquis ſperat ſe beatitudinem ade/pturum ex dei gratia ⁊ meritis precedentibus ⁊ propter hoc dicit Magiſter ſententiaruz. in iij. diſtin. queſtio. xxvj. ſic ſine meritis aliquid ſperare: nō ſpes ſed preſumptio dici pōt. Tho. in. iij. diſt. xxvj. ⁊ Ray. in ſumma.

¶ Pro maiori .§. iij.

De q̄tuor modis cāe efficientis.

declaratione vltime partis diffinitionis ſpei. Sciendum ꝙ modi cauſe efficientis ſunt qua/tuor. vt dicit Auic. in Metha. ſua. Prima cau ſa efficiens eſt qui inducendo formam ſubſtantialem vel accidentalem vltimam perfectionē cauſat. ¶ Secunda cauſa efficiēs eſt diſponēs que ad receptionem forme materiam preparat vel diſponit. ¶ Tertia cauſa efficiens eſt coad iuuans: que ad prime cauſe effectum operam preſtat. ¶ Quarta cauſa efficiens eſt conſiliās que alteri finem ⁊ formam agendi oſtendit. ¶ Iſtis quatuor modis poteſt aliquis eſſe cau ſa alterius ad beatitudinem conſequendam.

De q̄tuor mo/dis quibus qs pōt eſſe cā alte/rius ad beatitu dinem

¶ Prima eſt cauſa efficiens vt perficiēs: ſcilz diuina gratia vel miſericordia ꝑs. Gratiam et gloriaz dabit dominus. ¶ Secunda cauſa ef/ficiens vt diſponens ſunt opera meritoria. Un de apoſtolus prima ad Corinth. iij. Unuſquiſq3 propriam mercedez accipiet ſm ſuum laborē. Ubi etiam notandum ꝙ opera noſtra ſi cōſide rantur ſm ꝙ ꝓcedunt a propria voluntate ſeu ſm propriam eorum virtutem. ſic non poſſunt mereri vitam eternam de condigno ꝓpter ma ximam diſtantiam noſtri meriti ad vitam eter nam: propter qđ apoſtolus ad Romanos. viij. ait. Nō ſunt condigne paſſiones huius tē. ⁊c. Merentur tamen ipſa opera noſtra de ꝯgruo. Nam ⁊ congruum eſt vt homini operanti be/ne ſm ſuam virtutem. deus ſm ſue virtutis in telligentiam recompenſet. Si autem conſide/rantur opera noſtra prout procedunt ex gratia ſpiritusſancti inhabitantis animam: ſic de con digno merentur vitam eternam eo ꝙ opus no ſtrum habet efficaciam ex parte dei mouentis. Tho. j. ſecū. q. cxiiij. Et Bern. dicit ſuper Can. hoc totum hominis meritū ſi totam ſpem ſuā ponat in eo qđ totuz ſaluū fecit. ¶ Tertia cau/ſa efficiens: vt coadiuuans ad beatitudinez eſt qđ oratio alterius oratio deuota. Nulli enim licet ſpera/re de aliquo homine vel de aliqua creatura ſi/cut de agente principali. ſed ſicut de agente ſe/cūdario ⁊ inſtrumentali. per quod aliquis ad/iuuatur ad quecūq3 bona cōſequenda in beati tudinē ordinata. Et hoc modo ad ſanctos nos cōuertimus ⁊ aliqua ab hominibus petimus. Tho. ſe. ſe. q. xvij. Et ſic virgo Maria dicitur ſpes noſtra: ſcilz ſuffragij a qua debemus pre/cipue ſperare adiuuari. vt tamē ſecūdario agē te. ⁊ de hac cauſa coadiuuāte ait apoſtolus pri ma Corinth. ix. Cooperatores ſumus dei. Ad/iuuamus enim deum ad ordinanduz alios in futuram beatitudinem non propter defectum virtutis eius. cum ſit virtutis infinite. Sed in/quantum deus ſuam per nos exequitur actio/nem. ſicut dn̄s per ſeruum ⁊ agens principale per inſtrumētale. ¶ Eſt autez differentia inter agens creatum ⁊ increatum: quia agens crea/tum ſine medio agere non poteſt: quia eſt fini/te virtutis. Sed agens increatum. ſ. deus cum ſit infinite virtutis poteſt agere ſine aliquo me dio per ſeipſum. Agit tamen multa per medi/as cauſas. Et hoc ſpecialiter propter tres ratio nes. ¶ Prima propter mundi decorem. Naz mūdi decor ⁊ pulchritudo in hoc ꝯſiſtit ꝙ qui/dam ſunt aliorum cauſe. ⁊ quidam eorum effe/ctus. ¶ Secūda eſt propter dei perfectionem. Nam cum deus ſit bonitatis infinite ſuam bo nitatem voluit rebus creatis cōmunicare: non ſolum quantum ad hoc ꝙ ſint: ſed etiam ꝙ ſint aliorꝫ cauſe. ¶ Tertia eſt propter noſtri inſtru/ctionem. ſicut enim apparet in naturalibus ꝙ ſol non ſolum in ſe eſt lucidus: ſed etiā eſt alijs cauſa luminis. ſic nos debemus eſſe cauſa bea titudinis non ſolū nobis ſed etiam alijs. Jac. v. Qui conuerti fecerit peccatorē ⁊c. ¶ Quar ta cauſa vt conſilians eſt exhortatio vel iſtructio vel eruditio fraterna ad beatitudinem ꝯſequē dam. ad Roma. xij. Qui docet in docendo: qui exhortatur in exhortando ⁊c. Ray. in ſumma.

qđ oro/nibꝰ ſcō/ruz ſpe/ramus ſaluari

Saluat nos de/us p medi/as cās ſ. orōnē ſeu me/rita ſcō/rū quā/drupli/ci de cā

¶ Deinde vidē/ .§. iiij.

Quatuor ſunt effectus ſpei in nobis.

dum eſt de ſpe quātum ad eius fructum quem producit. Secūdo quātum ad eius ſubiectum in quo agit. Tertio quātum ad eius actū queȝ

pꝛoducit. Quarto quantum ad eius obiectum
qḋ reſpicit. Et quantum ad primum ſciẽdum ꝙ
ſpes operatur quatuoꝛ magna bona. Eſt enim
primo dilectionis effectiua. Secũdo delectati/
onis pductiua. Tertio operationis perfectiua.
Quarto pꝛemiationis collatiua. Quod aũt ſpes
ſit dilectionis effectiua pbatur rõne ꝛ autoꝛita
te. Rõne qdem: q: ille qui ſperat bonuꝫ aliqḋ
obtinere ſi ſua virtute vel a ſeipſo nõ poſſit il/
lud bonuꝫ obtinere: illud diligit cuius virtute
ꝛ auxilio ſibi poſſit illud prouenire. Cuꝫ ḡ ſpes
ſit expectatio future beatitudinis quaꝫ nõ poſ/
ſumus ꝯſeq̄ niſi dei virtute: ex hoc incipimus
deum diligere. Autoꝛitate qdem ideꝫ oſtẽdit.
dicit enim apls ad Col. j. Dilectionẽ quam ha/
betis in ſanctos ꝑpter ſpem que repoſita eſt vo
bis in celis. Ex quo ſeqtur ꝙ ſi ſpes celeſtis pꝛe
mij eſt cauſa qua diligimus ſctos. multo ma/
gis ipſa ſpes facit nos diligere deũ tanqꝫ prin
cipale oĩm beatitudinis future ꝛ cauſa. Sup
illo etiã v̓bo Math. j. Abꝛaam genuit yſaac.
yſaac aũt genuit Jacob. dicit glo. ſic fides ge//
nuit ſpem. ſpes v̓o dilectionem: ꝛ ſic dilectio ex
ſpe cauſat. ¶ Scḋo ſpes eſt delectationis pdu
ctiua. Ratio eſt bonum apphẽſum ꝯueniẽs de
lectat. ſi enim bonum vt ꝯueniẽs apphẽdatur
vt pſens ſic ſenſus qui eſt boni pñtis ꝯuenien
tis eſt cã delectationis. Delectat enim ſenſuali
tas in vidẽdo pulchꝛa: in audiẽdo armoniam
ſonoꝝ: in guſtãdo dulcia: ꝛ huiuſmodi. Si au
tem bonuꝫ vt ꝯueniẽs apphendat vt pteritũ
ſic memoꝛia cauſat delectationẽ. Cum eniꝫ qs
actualiter recoꝛdat aliquoꝝ geſtoꝝ in quibus
afficit ſiue bona opa quãtuꝫ ad bonos: ſiue ma
la quãtum ad prauos ſic delectat. Si v̓o ap pꝛe
hẽdatur bonum ꝯueniẽs vt futurum ſic ſpes
cauſat delectationẽ. Cuꝫ enim qs ſperat adipi/
ſci magnã dignitatẽ: vtilitatẽ: pmiuꝫ: ꝛ hmõi.
inde delectat. ꝑmaxime cum ſperat pmiũ eter/
nuꝫ: inde hꝫ cãm delectationis ꝛ gaudij. Apl's
ad Ro. xij. ſpe gaudẽtes. ibi glo. Amb. nõ niſi
eterna ſperetis: ꝛ inde gaudebitis. gaudiũ aũt
impoꝛtat delectationẽ creature rõnalis. Item
ad Roma. xv. Deus aũt ſpei repleat vos omnĩ
gau. ꝛ ps. Ego aũt in dño ſperaui: exultabo et
letaboꝛ in miſericoꝛdia tua. Nec eſt ꝯtra qḋ dici
tur Prouer. xiij. Spes que differt affligit ani/
mã. Ubi Beda. ſpes eterni pꝛemij affligit ani
mã: q: nimiruꝫ ꝙ differt ſpes eternoꝝ affligũ/
tur aĩe fideliũ. Nam ſpes alia rõne eſt cã affli/
ctionis. alia rõne cauſa eſt delectationis. Cau/
ſa enim afflictionis eſt rõne dilationis pꝛemij
eterni de quo eſt ſpes. Cũ enim ſpes ſit de eter/
na btitudine: q: tale bonum non eſt pſens: ſed
differt ad ꝯſidum vſq̄ in finẽ rõne ſue dilatio/
nis ꝯtriſtat. Sicut ꝛ mater de ſuo filio abſente
ꝛ gaudet ꝛ triſtat: gaudet inq̄ꝫtum ſperat ipm
quẽ amat. reuerſum cum gaudio honoꝛe ꝛ ſui
vtilitate. Triſtat ex dilatione cõſiderãs pcipue
picula que ei poſſunt accidere ne reuertat. Un
de ps. lxj. Fuerunt mihi lachꝛy. mee panes die
ac noc. dum dicit mi. per ſingulos dies vbi eſt
deus tuus. ¶ Tertio ſpes eſt opationis pfecti/
ua ꝛ auxiliatiua. Unde ps. xxxvj. Spera in dño ſpes foꝛ
mi͛o. ꝛ ſtatim ſubdit. Et fac bonitatẽ. Spes enĩ tificat
adiuuat ꝛ foꝛtificat ad opanduꝫ tripl'r. Pꝛimo ad ope
rõne eius qḋ aſpicit. Scḋo ratione eius qḋ effi randuꝫ
cit. Tertio rõne eius qḋ pficit. Et q̄ꝫtum ad pꝛi tripl'r.
mum ratione eius qḋ reſpicit. Reſpicit qdem
ſpes ad beatitudinẽ futuram: que cum ſit diffi
cilis ad habẽdum conatuꝫ ꝛ opationẽ intẽdit.
Unde Apoſtolus pꝛima Coꝛinth. ix. Qui arat
debet arare in ſpe fructus percipiendi. Unde
Auguſti. Qui arat ideſt pdicatoꝛ qui coꝛda ho
minum ad fideꝫ apit. vel qcũq̄ alius miniſter
chꝛiſti ꝛ coopatoꝛ dꝫ arare. i. pꝛedicare vel alia
bona facere in ſpe ſtipẽdioꝝ ſpũaliuꝫ. nõ ꝑpter
ſpem tpalium: hoc eſt vt neceſſaria vite: ꝙ tñ
nõ ꝑpter illa pncipaliter pdicet. Hiero. ꝛ Señ.
Omne opus leue fieri ſolet cuꝫ pꝛeciũ eius co
gitat. Et ſpes pmij ſolatium ſit laboꝛis. Scḋo
ſpes adiuuat ad opanduꝫ rõne eius qḋ efficit.
Nam ſpes delectationẽ cauſat. vt dictuꝫ eſt in
§. pꝛecedẽti. Delectatio autem pficit opus ſm
phm. Tertio ſpes adiuuat ad opandum rõne
eius qḋ pficit. Nam ſpes pficit voluntatẽ inquã
tum facit diligere vt dictuꝫ eſt. ſ. in. j. §. huius
capli. Sed diligens facilius ꝛ foꝛtius opat. ita
dicit Aug⁹. j. li. confeſſi. Qui amat nõ laboꝛat.
Omnis laboꝛ amãtibus nõ eſt grauis. Soluꝫ
amoꝛ eſt quod nomen difficultatis erubeſcit.
Quarto ſpes eſt pꝛemij collatiua. Unde pſal.
xxxvij. Btũs vir cuius eſt nomẽ dñi ſpes ei⁹.
Quod exponẽs Aug⁹. ait. Btũs vir qui tpalia
ab eo nõ ſperat: ſed illud quod indicat nomen
eius: ſcilicet ſalutem. i. beatus qui ipſum deuꝫ
non aliud a deo ſperat. Ideꝫ qui gaudet in ſpe
tenebit ꝛ rem. Hec quatuoꝛ que pꝛedicta ſunt
ponit Ray. piſanus in ſumma ſua.

¶ Et poteſt huic .§.v.

addi quod habetur in ſumma virtutum: ſcilꝫ de ſeptẽ
ſeptem pꝛemia ſeu vtilitates ꝯſequẽtes ex ſpe. ſpei ef//
¶ Pꝛima eſt q: eſt penitentie directiua ꝛ inci/ fectib⁹
tatiua. Nullus enim peniteret niſi ſperaret ve ſeu vti/
niam. Amb. Nemo digne agere poteſt penitẽ/ litatib⁹
tiam niſi qui ſperauerit indulgẽtiam. de peni.
diſtincti. j. In huius figuram fuit pꝛeceptum.
Deute. xxiiij. Non accipies loco pignoꝛis mo/
lam ſupioꝛem nec inferioꝛẽ. Mola ſupioꝛ que
deprimit opa hominis que facit ne eis eleue//
tur. eſt timoꝛ. Mola inferioꝛ que retinet mate/

riam ne in terraz deſcēdat eſt ſpes que retinet
hominem a motu deſperationis. ne abſorbeat
triſticia: inter iſta dʒ eſſe motus corpis ī pnia. ⁊
non ſemp dʒ habere apud ſe in mente. ¶ Se-
cunda q: eſt in anguſtijs ⁊ periculis magnis
fortificatiua. Eſa. xl. Qui ſperant in dn̄o muta
bunt fortitudinē. di. xlvij. Omnes huius exē-
plum habemus de illa ſanctiſſima muliere de
qua dr̄. ij. Machabeoꝝ. vij. ꝙ pereūtes ſeptez
filios ſub vnius diei tpe ↄſpiciens bono aīo fe
rebat ꝑpter ſpēm quā in deū habebat. ¶ Ter
tia q: eſt intelligentie aperitiua. Sap. iij. Qui
ↄfidunt intelligent veritatē. Exemplū in abraā
qui ex magna ſpe quā habuit in deum fuit illu
minatus ad cognoſcendum q̄uo deberet ſe ha
bere in illa perplexitate cū deſcendit in egyptū
circa vxorē ſuam. vnde Aug. Fecit qḋ potuit:
qḋ nō potuit deo cōmiſit in quē ſperauit: nec
eum fides aut ſpes fefellit. xxij. que. ij. que vi.
¶ Quarta q: ē in malis liberatiua. ps. xxj. In
te ſpauerūt pr̄es nr̄i. ſpauerunt ⁊ liberaſti eos.
Exēplū de Suſāna libata a calūnia ſenū ⁊ mor
te. Erat. n. cor eius fiduciā habēs in dn̄o. vt di
citur Daniel. xiij. ¶ Quinta quia eſt tentatio-
num diaboli triūphatiua. ps. lv. In dn̄o ſpera
ui. nō timebo quid faciet mihi hō. i. diabolus
In figuram Dauid nō armatus armis proprie
ↄfidentie. ſʒ ↄfidentia dn̄i proſtrauit Goliath.
j. Re. xvi. ¶ Sexta quia eſt capitis. i. intentio-
nis hominis preſeruatiua. Un̄ dicit ab apoſto
lo galea que caput cuſtodit. j. Thi. v. Galeaz ſa
lutis aſſumite. ideſt ſpem ſalutis. Ex intentiōe
autez iudicat opus hominis qui aūt ſperat in
deum in opibus ſuis: non pōt niſi vti bona in
tentione. ¶ Septima q: eſt bonorum multipli
catiua. ps. lj. Ego aūt ſicut oliua fructifera ī do
mo dei ſperaui in miſericordia dei mei ⁊c̄. ps
cxxix. A cuſtodia ma. vſ. ad no. ſpe. iſrael ī dn̄o
A cuſtodia matutina vel vigilia ſm aliā litterā
que eſt quaſi initiū diei ſignat principiuz quo
alicui incipit apparere ſol vſus rōnis. Nox ſi-
gnificat finem vite. q. d. a principio vſqʒ in finē
ſemper ſperet aīa. Uel cuſtodia matutina ſigni
ficat tempus quo xp̄s reſurrexit: q: illa hora re
ſurrexit. Nox eſt finis mūdi: iſrael populus fi-
delis. q. d. et tpe reſurrectiōis xp̄i qui inchoa-
uit beatitudinē debemus ſperare vſqʒ in finē.
¶ Et nota ꝙ dr̄ Oſee. xij. Spera in deo tuo ſp
ad oſtendendū ꝙ oī tpe debemus in dn̄o ſpe-
rare. Precipue debemus ſperare in dn̄o tpo-
re tentationis: afflictionis: defectiōis: ⁊ offen-
ſionis. ¶ Primo debemus ſperare in deo tpe
tentationis: vt ſcʒ reſiſtamus ⁊ nō cadamus vt
vincamus. Nam ſpes quā habemus in deo li-
berat nos ab oī tentatione. Prouer. iii. Clype⁹
eſt ſperantibus in ſe. Nō aūt ſperat qui inijcit

ꝙ oī tē-
pore de
bemus
ſperare
in deo.

ſibi laqueos. non vitando occaſiones pctōrum
ſed preſumit talis. Non ſperat qui tantū cōſi-
derat fragilitatē ſuam ⁊ nō penā. Non ſperat
qui in tentatiōe ad deum nō recurrit orando.
Ps. xxvij. In dn̄o ſperauit cor meū ⁊ adiutus
ſum. ¶ Scd̄o debemus ſperare in deo tpe af-
flictiōis. Et hoc triplici rōne. Prima q: de⁹ tri
bulatos nō deſerit. Judith. xiij. Qui nō deſer-
uit ſperantes in ſe. Scd̄a: q: deus tales eripit. ij.
ad Cor. j. Qui de tātis periculis nos eripuit
⁊ eruet in quē ſperamus. Tertia: q: deus in ſe
ſperantes ſecuros reddit. Jn. ps. lv. In deo ſpe
raui: nō timebo qd faciat mihi hō. Ambro. De
diuina miſericordia tūc ſperandū eſt amplius
cum pſidia humana defecerint. Et Greg. in. x.
mora. Tanto ſpes in deo ſolidior ſurgit: quan
to quis grauiora ꝑ illo ptulerit. Unde Hiere.
xvij. Spes mea in die afflictiōis. Et Eccl. xiiij.
Felix qui nō habuit animi ſui triſticiā nec exci
dit a ſpe ſua. Qḋ exponit ſic. Felix ſcʒ beatitu-
dine vie. ⁊ poſtea patrie: q: lʒ modo habuerit
triſtitiam carnis vel mūdi. non tn̄ habuit triſti
tiā animi per quaz exciderit a ſpe dei. Uel ſic.
Felix qui non habuit triſtitiam. i. cauſam triſti
tie que eſt pctm̄: ⁊ qui nō excidit: ſcʒ per pecca-
tum: a bonis operibus qbus paratur ⁊ ſperat
beatitudo. Uel ſic. Felix qui non habuit triſti-
tiam. i. accidiam per quā quis excidit a ſpe ve
nie. ¶ Tertio debemus in deo ſperare tpe de-
fectionis. Sicut enim ſeruus in dn̄o diuite et
largo ſperat: ſic tēpore paupertatis in dn̄o eſt
ſperandum. Et hoc triplici ratiōe propter quā
pauper in diuite ſperat. Prima rō eſt propter
cibum vl̄ nutrimentum. Ps. lxvij. Paraſti in
dulcedine tua pauperi deus. Secunda eſt pro-
pter auxilium. Eſa. xxv. Fact⁹ es fortitudo pau
peri. Spes a turbine: vmbraculuz ab eſtu. Job
v. Saluum faciet egenum a gladio oris eorūʒ
⁊ de manu violenti pauperē: ⁊erit egeno ſpes.
Ubi ſciendum ꝙ tribus modis inducitur ali-
quis ad peccandum: ſcilicet vel contumelia et
adulatoria perſuaſione. Et contra hoc dicitur.
Saluum faciet egenum ideſt illum qui ſe pu-
tat egere auxilio dei a gladijs eorum ideſt ini-
qua perſuaſione laude: contumelia vel adula-
tione: que eſt gladius. Prouerbio. xx. Genera-
tio que pro dentibus habet gladios. ¶ Secū
do inducitur aliquis ad peccandum iniurie il-
latione. Et propter hoc dicitur de manu violē-
ti ideſt poteſtate tyrāni qui alios opprimit. In
pſal. lxxj. Liberauit pau. a potente. Tertio in-
ducitur aliquis ad peccandum temporalis bo
ni defectione. ⁊ contra hoc dicit. Erit egeno
ſpes ideſt illi qui eſt temporalis boni auxi-
lio deſtituturus erit ſpes adeptionis boni ſpiri-
tualis. ¶ Et merito: quia ſpes eſt certa expe-

Sperē
deo in
tpe affli
ctiōis ⁊
ħ tripli
ci de cā

Spare
demus
in paup
tate i de
triplici
de cā.

Tribus
modis
gᵉ ad
peccan
dū idu
citur.

ctatio future beatitudinis. Unde mens cuius
ſpes eſt in eternis ſolidata: nec adulatione nec
detractione deycitur: nec perſuaſione emolliti
nec ad verſitate frãgitur: qꝛ innititur ſoli deo.
¶ Quarto debemus ſperare in deo tẽpore oſ/
fenſionis. Ratio huius eſt: qꝛ ſi eſſet medicus
aliquis corporalis qui vellet. ſciret ⁊ poſſet om
nes infirmitates curare: tũc quilibet infirmus
deberet in tali medico ꝯfidere ⁊ ſperare. Talis
medicus eſt deus qui vult ſcit ⁊ pōt oẽs pecca/
tores curare ⁊ ſanare vel ſaluare. ĝ ⁊c̃. j. Thim.
j. vult omnes hoĩes ſaluos fieri. Aug. ſup Jo.
¶ Quantum eſt in medico ſanare venit egro/
tum ⁊c̃. Unde Eccĩ. ij. Reſpicite filij nationes
hoĩum ⁊ ſcitote: qꝛ nullus ſperauit in dño ⁊ cõ
fuſus eſt pmãſit in mandatis eius ⁊ derelictus
eſt. Aut qs inuocauit eum ⁊ deſperit euƺ. Glo.
coll'. hic tria dicit. Primo ꝙ nullus ſperans in
dño eſt confuſus. i. in ſpe ſua eſt fruſtratus. ad
Roma. v. Spes non ꝯfundit. i. nõ facit erube/
ſcere ſperantem. Cuius ratio eſt: qꝛ aliquis cõ/
funditur qñ qđ ſperabat non inuenit vel non
impleuit ſicut ꝯtingit illi qui ſperat in homi/
ne propter qđ dicitur Hiere. xvij. Maledictus
qui ꝯfidit in hoĩe. Spes autem non ꝯfundit: qꝛ
eſt in deo qui non fallit nec fallere pōt. Secun/
do dicit ꝙ nullus operãs ex charitate nõ ex ti/
more vel cupiditate eſt derelictus. Eccſs. viij.
Qui cuſtodit pceptum nõ expietur quicꝗ ma
li. ps. xxxvj. Junior fui ⁊c̃. Et nõ vidi iuſtuƺ de
relictum ſimpliciter. videlƺ etſi ad tẽpus expo/
nat eum tribulatiõibus. Tertio dicit ꝙ nullus
inuocãs ex fide eſt deſpectus. Unde ſubditur.
Aut quis inuocauit ⁊c̃. i. intus ex corde voca/
uit fideliter: humiliter. ⁊ pſeuerãter deprecan/
do. ⁊ deſperit eum nõ exaudiẽdo. q. d. nullus.
ps. cxliiij. Prope eſt dñs oĩbus inuocantibus
eum ⁊c̃. Lƺ enim credere priuſꝗ ſperare ⁊ di/
ligere ſit. tñ nil petitur ex fide niſi ſit ſpes habẽ
di ⁊ diligatur. Et ideo in dictis verbis vltimo
ponit fides primo ſpes. ſecundo charitas. Hec
Hugo. cardinalis in poſtilla.

¶ De ſbiecto ſpei de qbus ſperãdũ ſit. Cap. ij.

D E ſubiecto ſpei. i.

in qbꝰ ſpes repitur. Ubi ſciẽdũ ꝙ
ſpẽs put eſt vtꝰ theologica nõ fuit
in Chriſto: nec eſt in celo. i. in bea/
tis angelis ⁊ aĩabus: nec in inferno. i. dãnatis
⁊ demonibus. Sed eſt in mũdo. ſ. in fidelibus
in purgatorio: videlƺ in animabus ibi exiſtẽti
bus. ⁊ fuit in limbo in patribus antiqs dũ ſte
Nõ ĝre in xpo nõ fuit ſpes.
terũt in limbo. ¶ Primuƺ ſic pbatur. ſ. ꝙ ſpes
non fuerit in chriſto. chriſtus ſimul fuit cõpre/
henſor ⁊ viator. ⁊ neutro modo habuit ſpeƺ p/
prie. Ratio eſt: qꝛ inquãtuƺ fuit ipſe cõprehen/
ſor: ſemper actu fruebatur viſione diuina clari
us ꝗ ſancti in patria. ſed ſpes eſt de non viſis
ſm apoſtolũ ad Rom̃. viij. ergo in eo non erat
hoc modo ſpes. Sed nec etiam inquãtum via
tor ſeu mortalis eam habuit. Nã ꝗuis vt mor
talis expectaret aliqđ ꝙ non habebat. ſ. gliam
impaſſibilitatis. quam videtur poſtulaſſe. cum
dixit Joã. xvij. Pater venit hora clarifica filiũ
tuum ſm expoſitionẽ Auguſtini. Non tamẽ ex
hoc poteſt dici proprie habuiſſe virtutem ſpei.
Ratio eſt: qꝛ principale obiectum ſpei eſt bea/
titudo eterna que conſiſtit in viſione ⁊ fruitio/
ne diuina quaƺ habet aĩa etiam abſꝗ corpore.
Et hanc viſionem ⁊ fruitionem Chriſtus dum
etiam erat mortalis habebat: qꝛ in inſtanti con
ceptionis ſue anima fuit glorificata. Nec ob/
ſtat ꝙ ps. xxx. dicit in eius perſona ad patrem.
In te dñe ſperaui non confundar in eternum: Large ſumẽdo in chriſto fuit ſpes.
quia ibi large ſumitur ſpes pro expectatione il
lius premij accidentalis. ſ. glorie ſeu reſurrecti
onis corporis glorioſi que expectatio nõ eſt p/
prie ſpes virtutis. Tho. in. iij. diſti. xxvj. ¶ In
angelis bonis ⁊ animabus beatis ſimiliter nõ Qđ in angelis ⁊ ſ btis etiã nõ eſt ſpes
eſt ſpes. Ratio eſt: qꝛ ſpes vt dictũ eſt: eſt de nõ
viſis. Quod enim videt qs non ſperat ait apo
ſtolus ad Romanos. viij. Sƺ angeli ſemper vi
dent faciem patris: vt dicitur Matthei. xviij.
Et de ſanctis dicitur. j. Joã. j. Uidebimus euƺ
ſicuti eſt. ⁊. j. Corinth. xiij. Tunc autem facie ad
faciem. ſ. eum videbimus: ergo in eis non eſt
ſpes ſed res ſperata: hoc eſt. ſ. beatitudo perfe/
cta. Probatur idem alia ratione. Nam ſi habe
rent ſpem. aut eam haberent de bono qđ expe
ctant alijs: aut de bonis quod expectant ſibi.
Primo modo non poteſt dici ꝙ habeant ſpeƺ:
quia ſperare alijs beatitudinem non pertinet
proprie ad ſpem virtutis: ſed magis ad chari/
tatem. Sicut ille qui habet charitatem dei ea/
dem charitate diligit ⁊ proximum. ⁊ cõſequen
ter appetit ⁊ ſperat illi beatitudineƺ. Si de bo
no quod ſibi expectant dicantur habere ſpem
hoc etiam non poteſt dici: quia ſpes non eſt de
habitis ſed de habendis rebus que quis non/
dum habet. Sed angeli iam habent deũ ⁊ ſan
cti. ergo ⁊c̃. Et ſi dicatur ꝙ lƺ non expectent bo
num quod habent: ſcilƺ viſionem dei: expectãt
tamen continuationem boni ipſius quod ha/
bent: vt ſicut nos ſperamus adeptionem boni
quod non habemus. ita ipſi ſperant continua/
tionem boni quod habent. Nam certitudo de
continuatione eſt de eſſentia beatitudinis. Re
ſpondeo ꝙ angeli ⁊ ſancti qui fruuntur deo ef
ficiuntur quodãmodo participes diuine eter/
nitatis: que cum omne tempus excedat nõ di/
uerſificatur per preteritum preſens ⁊ futurum
ſicut tempus facit. ⁊ ideo fruẽtes diuina viſio/

ne eſſentialiter non habent ſpem de ꝯtinuatio/
ne ipſius beatitudinis:q2 non eſt ibi continua
tio futuri. Tho. in. iiij. diſt. xxvj. ¶ Item ſancti
quamuis expectent gloriam corporis ſui que
erit in vltima reſurrectione. non tamen iſta ex/
pectatio pertinet ad virtutem ſpei. Tum quia
vt dictum eſt obiectũ ſpei eſt principaliter glo/
ria anime. Tum quia gloria corporis eſt quid
minimum reſpectu ad gloriam anime. Tum
quia habens iam gloriam anime habet ſuffici
entem cauſam glorie corpis. Gloria enim ani/
me redundans ad corpus facit eum glorioſuꝫ.
Thom. vbi ſupra. ¶ In damnatis ⁊ demoni/
bus non eſt ſpes. quod probatur. Primo qui/
dem ſic. Spes cauſat gaudiuꝫ ſicut dicitur ad
Romanos. xij. Spe gaudentes: ſed damnati
⁊ demones non ſunt in gaudio: ſed in dolore
⁊ luctu. ſm illud Eſaie. lxvj. Serui mei lauda/
bunt pre exultatione cordis:⁊ vos clamabitis
pre dolore ⁊ pre contritione ſpiritus ⁊c. ¶ Se
cundo oſtenditur idem ſic. Spes non eſt de im
poſſibili: ſed demones ⁊ damnati cum ſint in
malitia confirmati ſunt certi ꝙ nunquaꝫ poſ/
ſunt euadere eternam damnationem ⁊ perue/
nire ad beatitudinem. ergo non habent ſpem.
Sicut enim requiritur ad veram beatitudineꝫ
ꝙ aliquis ſit certus de perpetuitate beatitudi/
nis ſue. alioquin non quietaret voluntas eius:
ita ad penam damnatorum requiritur certitu/
do de perpetuitate damnationis. Unde ſicut
beati nõ habent ſpem ita nec damnati. Thom.
ſecunda ſecunde. q. xvij. Et notandum ꝙ licet
damnati ⁊ demones habere poſſint: ⁊ habeãt
fidem informem de deo ⁊ alijs. Unde Jac. ij.
dicitur. Demones credunt ⁊ cõtremiſcunt. nõ
tamen habent ſpem. Cuius Auguſt. rationem
aſſignat in enchyridion dicens. ꝙ fides eſt bo/
narum rerum ⁊ malarum preſentium ⁊ prete/
ritarum ⁊ futurarum ⁊ ſuarum ⁊ alienarum.
Spes autem non eſt niſi bonarum rerum ⁊ ad
ſe pertinentium. Unde quia bona diuina non
ſunt damnatis futura poſſibilia: ſed ſunt eis
ſemper abſentia: non in eis ſpes eſſe poteſt ſi/
cut fides informis. ¶ Poteſt autem eſſe ſpes
in viatoribus: videlicet vel his qui erãt in lim
bo dum ibi erant: vel his qui ſunt in purgato/
rio: vel his qui verſantur in mundo quod oſtẽ
ditur triplici ratione. ¶ Prima eſt talis. Qui/
cũqꝫ cupit aliquid quod nondum habet expe/
ctat illud. Sed omnes viatores predicti cupie
bant beatitudinem quam non habent vel non
habebãt qui erãt in limbo vel qui ſunt in pur/
gatorio: ⁊ qui viuunt in mundo. Ergo expecta
bant vel expectant beatitudinem quam nõ ha
bebant vel nondum habent. ⁊ per conſequens
habebant ſpem qui erant in limbo. et habent

ꝙ ſpes nec i dãnatis: nec in demõibus. Rõ

ꝙ ſpes ẽ ſolũ i viatoribus ⁊ in his qui ſunt in purgatorio.

eam qui ſunt in purgatorio ⁊ fideles in mun/
do. ¶ Secũda ratio eſt talis ⁊ eſt confirmatio
precedentis. ſicut fides non euacuatur vel tol/
litur niſi per id quod videt vel quod credit: ita
ſpes nõ euacuatur niſi ſm hoc ꝙ aliquis actu
habet id qđ ſperauit. Sed illi qui erant in lim/
bo non habebant actu beatitudinem: nec illi
qui ſunt in purgatorio vel etiam in mundo ha
bẽt actu beatitudinem de qua eſt ſpes. ⁊ ideo
ſpes eorum quam in hac vita habuerunt non
eſt euacuata. ¶ Tertia ratio eſt talis. Illi qui
apprehendunt aliquid vel apprehẽdebant ſub
ratione boni ardui futuri et poſſibilis ſpem
habebant ⁊ habent: ſed omnes predicti ſunt
huiuſmodi. ergo ⁊c. Et ſi obijciatur in con/
trarium: quia ſpes procedit ex meritis. Sed
illi qui erant in limbo non erant in ſtatu me/
rendi. Et ſimiliter qui nunc ſunt in purgato/
rio non ſunt in ſtatu merendi. ergo non vide/
tur in eis eſſe ſpes. Reſpondeo ꝙ qͥuis nunc
non ſunt in ſtatu merendi tales: ſcilicet illi qui
nunc ſunt in purgatorio: vel illi qui fuerũt in
limbo in ſtatu merendi. tamen prius in mun/
do iſto meruerunt: ⁊ ex illis meritis preceden/
tibus procedit ſpes eorum. Thom. ſecunda ſe/
cunde. queſtio. xvij. ⁊ in. iij. ſenten. ¶ Eſt autẽ
ſpes vt eſt virtus in volũtate ſicut in ſubiecto.
quod ſic probatur. Anima non eſt capax dei ni
ſi ſm mentem in qua eſt memoria intelligẽtia
⁊ voluntas. vt patet per Auguſt. in lib. de tri.
Spes autem eſt virtus theologica habens de/
um pro obiecto: ⁊ cum non ſit neqꝫ in memo/
ria: neqꝫ in intelligentia que pertinent ad vim
cognitiuaꝫ ſequitur ꝙ ſit in voluntate ſicut in
ſubiecto. ¶ Pro huius maiori declaratione
ſciendum ꝙ per actus habitus cognoſcuntur.
Actus autem ſpei eſt quidam motus appetiti/
ue partis cum obiectum eius ſit bonum. Cum
autem duplex ſit appetitus in homine: ſcilicet
appetitus ſenſitiuus qui diuiditur in concupi
ſcibilem ⁊ iraſcibilem. Et appetitus intellecti
uus qui dicitur voluntas. Similes autem mo
tus qui ſunt in appetitu inferiori cum paſſio/
ne: ſunt in appetitu ſuperiori ſine paſſione.
Actus autem virtutis ſpei non poteſt pertine/
re ad appetitum ſenſitiuum: quia bonuꝫ quod
eſt obiectum principale huius virtutis non eſt
aliquod bonum ſenſibile ſed diuinuꝫ. Et ideo
ſpes virtus non eſt in appetitu inferiori ſenſi/
tiuo: ſed ſuperiori appetitu que dicitur volun/
tas ſicut in ſubiecto. Sicut enim obiectum ira
ſcibilis eſt arduuꝫ ſenſibile quod reſpicit ſpes
prout eſt paſſio: ita obiectum virtutis ſpei ar/
duum intelligibile: vel potius ſupra intellectũ
exiſtens. Non obſtat his ꝙ ſpes habet certitu/
dinem: vt patet ex diffinitiõe eius: ⁊ certitudo

ꝙ ſpes ẽ ſubiec. in volũtate.

pertinet ad intellectum non volũtatem. Nam certitudo inuenitur in aliquo dupliciter. ſ. eēn tialiter & participatiue. Eſſentialiter qdem re/ peritur in vi cognitiua. Participatiue autē in omni eo qđ mouetur a vi cognitiua ad finē ſu um infallibilem: ſm quem modum dicitur ꝙ natura opatur certitudinaliter tanq̃ mota ab intellectu diuino certitudinaliter mouēte vnũ qđq; in finem ſuum. Per hunc etiam modum virtutes morales certius arte dicũtur operari inquãtuz per modum nature mouētur a ratio/ ne ad ſuos actus. & ſic etiam ſpes certitudinali ter tendit in finem ſuum quaſi participans cer titudinem a fide que eſt in vi cognitiua. Tho. ſecunda ſecunde. queſtio. xvij.

❡De ipſa ſpe quo/ .§.i.

[Margin: ...ſpes / ...v̓tus / ...theolo/ / ...gica di / ...ſtincta / ...ab alijs]

modo eſt virtus theologica diſtincta ab alijs. Et de his que habent excitare & iuuare actum eius. ❡Qđ ſpes ſit virtus ſic declaratur. Vir/ tus ſm phm. ij. Ethic. diffinitur. ꝙ eſt que facit bonum habētem: & opus eius bonum reddit. Spes aũt facit actum hoīs bonum & hominez bonuz. Actus enim hoīs dicitur bonũ per hoc ꝙ attingit regulam vel mēſuram ꝓpriaz. Pro pria autem regula ſeu menſura actuuz huma/ noruz eſt duplex. Una eſt proxima. ſ. ratio qua menſurãtur actus morales. Alia eſt ſuprema & excellentiſſima. ſ. deus. qua menſurãtur actus virtutum theologicaꝝ. Per actum aũt ſpei at/ tingitur ipſa regula & mēſura ſuprema que po tior eſt alia. ſ. ratione. inquantum. ſ. ſperamus aliqd vt poſſibile nobis per diuinum auxiliũ. Unde exquo actus eius eſt bonus ipſa eſt vir/ tus. Quod ſit theologica patet. q2 apoſtolus. j. ad Corinth. xiij. ꝯnumerat eam cum alijs theo logicis dicens. Nũc manent fides ſpes & cha/ ritas. Huius ratio eſt: quia virtus theologica dicitur que deuz habet pro obiecto & pro fine. Huiuſmodi aũt eſt ſpes. Obiectum enim eius & finis eſt deus. Reſpicit. n. deum vt cauſaz ef/ ficientem. inquantum eius auxilio innititur. Et ſicut vltimam finalem cauſam inquantum in eius fruitione beatitudinem expectat. Et ſic patet ꝙ eſt theologica. Quod ſit diſtincta a ce/ teris theologicis. patet per Gregori. in primo moralium. dicentem has tres eſſe virtutes. Fi/ dem ſcilicet ſpem & charitatem. Quod ſic oſtē ditur. Uirtus aliqua dicitur theologica ex hoc ꝙ habet deum pro obiecto cui inhereret. Poteſt autem aliquis inherere alicui dupliciter. Uno modo propter ſeipſum. alio modo inquantuz ex eo ad aliud deuenitur. Charitas autem fa/ cit hominem inherere deo propter ſeipſuz vo/ luntatem hominis vniens deo per amoris af/ fectum. Spes autem & fides faciunt hominem deo inherere ſicut alicui principio: exquo ali/ qua nobis proueniunt. De deo autem proue/ nit nobis & cognitio veritatis & adeptio boni/ tatis perfecte. Fides igitur facit nos deo inhe rere inquantum eſt nobis principium cogno/ ſcendi veritatem. Credimus enim ea vera eſſe que nobis dicuntur a deo. Spes autem facit nos deo adherere inquantum eſt nobis prin/ cipium bonitatis perfecte. inquantum ſcilicet per ſpem diuino auxilio innitimur ad beatitu dinem obtinendam. Et ſic diuerſa ratio obie/ cti quod eſt deus facit virtutes ipſas eſſe diuer ſas. Facit ergo ſpes per actum ſuum tendere in deum: ſicut in quoddam bonum finale adi/ piſcendum. & ſicut in quoddam adiutoriũ effi/ cax ſubueniendum. Tho. ij. ij. q. xvij.

❡Si autem que/ .§.ij.

ratur vtruz liceat ſperare in homine vel in ali/ quo creato. Reſpondet beatus Thom. ſecunda ſecunde. ꝙ ſpes duo reſpicit: ſcilicet bonum quod obtinere intendit & auxilium per quod illud obtinetur. Bonum quod quis ſperat ob tinendum habet rationem cauſe finalis. Auxi lium vero per quod quis ſperat illud bonum obtinere habet rationem cauſe efficientis. In vtraq; autem cauſa inuenitur principale & ſe/ cundariuz. Principalis enim finis eſt finis vl/ timus. ſecundarius autem finis eſt bonum qđ eſt ad finem. Similiter principalis cauſa agēs eſt primum agens. ſecundaria vero cauſa effi/ ciens eſt agens ſecundarium ſiue inſtrumenta le. Spes autem reſpicit beatitudinem ſicut fi/ nem vltimum. Diuinum v̓o auxilium ſicut p̄/ mam cauſam inducētem in beatitudinem. Si cut ergo nō lz ſperare aliqđ bonum preter bea/ titudinē: ſicut vltimuz finē: ſed ſolũ ſicut id qđ eſt ad finem btitudinis ordinatuz. & ſic pōt ſpe rari ſuba tpalia a deo haberi. & ſanitas & ſubſe/ uatio in miſerijs & adeptio v̓tutum & hmōi in quãtum pñt iuuare ad beatitudinem: & nō ali/ ter. itē etiaz nō licet ſperare de hoīe aliquo vel de aliqua creatura ſicut de agēte primo ſeu de prima cauſa mouēte in beatitudinem. Naz cō tra talez dicit Hiere. xvij. Maledictus vir qui cōfidit in hoīe. Licet autem ſperare de aliquo hoīe vel creatura ſicut de agēte ſecũdario & in/ ſtrumētali per qđ aliqs iuuatur ad quecũq; bo na ꝯſequenda in beatitudinez ordinata. & hoc etiam modo ad ſanctos recurrimus ſperantes iuuari meritis & pcibus eoꝝ: & ab hoībus ali/ qua petimus. ſperãtes obtinere: & vituperantur illi: de quibus quis confidere non poteſt ad au xilium ferendum. iuxta illud Hiere. ix. Unuſ/ quiſq; a proximo ſuo cuſtodiat & in omni fra/ tre ſuo non habeat fiduciam.

[Margin: Q. ēt in / ſcōꝝ p̄/ / cibus & / meritis / ſperare / dbem°]

¶ De actu ſpei da .§.iij.

Quare nō ſunt ea ſunt p̄cepta in veteri teſtō. iuxta illud pſal. data p̄/ Sperate in eo oīs cōgregatio populi ⁊ in plu/ cepta extribus alijs locis. Non aūt expreſſa data ſunt in preſſa ō decalogo. Rō huius eſt: qꝛ ſm be. Tho. ij. ij. q. ſpe. rō. xxij. Preceptoꝝ que in ſacra ſcriptura inueniū tur: quedā ſunt p̄ambula legis: ⁊ quedā ſūt de ſuba legis. Preambula qdem ad legē ſūt illa q bus nō exiſtētibus lex locū habere non poſſet. Hmōi āt ſūt p̄cepta de actu fidei ⁊ de actu ſpei qꝛ per actum fidei mens hoīs inclinat̄ vt reco gnoſcat auctorem legis talē cui ſe ſubdere dʒ. Per ſpem vero p̄mij hō inducitur ad obſeruā tiā p̄ceptoꝝ. De ſubſtātia legis ſunt que hoī iā ſubiecto ad obediendū parato imponunt̄ per tinentia ad rectitudinē vite. Et iō ipſa precepta ſtatim in ipſa latiōe legis ꝓponuntur p̄ modū preceptoꝝ. Sed p̄cepta fidei ⁊ ſpei nō erat pro ponenda per modū preceptoꝝ: qꝛ niſi hō iam crederet ⁊ ſperaret: fruſtra ei lex ꝓponeret̄. Sʒ ſicut preceptum fidei fuit ꝓponendū per mo/ dum denunciatiōis vel cōmemoratiōis: vt di ctum eſt: ita preceptū ſpei fuit ꝓponendū p̄ mo dum ꝓmiſſionis. Quia igit̄ obedientibus pre mia promittit ex hoc ipſo incitat eos ad ſpem. Unde oīa ꝓmiſſa que in lege ꝯtinent̄ ſunt ſpei excitamina. Sed lege iam poſita ꝑtinet ad ſapi entes viros: vt nō ſolū inducāt homines ad ob ſeruantiam p̄ceptorum: ſed multo magis ad fū damentū legis. Et iō poſt primā legis lationeʒ in ſacra ſcriptura multiplr̄ inducuntur homi/ nes ad ſperandū ⁊ per modū admonitiōis vel p̄cepti: ⁊ non ſoluʒ per modum promiſſionis.

¶ Quamuis enim natura ſufficiēter inclinet ad ſperandū bonum nature ꝓportionatū hūa/ ne. Ad ſperandū tñ bonū ſupernāle oportuit i̅ duci aucte diuine legis partiʒ ꝓmiſſis: ꝑtiʒ ad monitionibus vel preceptis. Per ꝓmiſſiones autem poſitas in p̄mo ⁊ quarto precepto deca logi inducebant̄ ad ſpem. Iʒ alias in ipſo deca logo nō fieret de hoc preceptum rōne iā dicta. Cōtra ſpem ſunt vitia iſta duo: p̄ſumptio ⁊ de ſperatio. de quibus in. ij. parte habetur.

¶ Ad actum ſpei .§.iiij

ſeu ad ſperandum adiuuant tres ſpecies medi tationum ſeu conſiderationum.

Ad ſpe/ rādum adiuuāt tres ꝯſi deratio nes.

¶ Prima eſt conſideratio diuine bonitatis ⁊ largitatis circa nos.

¶ Scḋa eſt conſideratio noſtre operoſitatis. ſ. eoꝝ que pro deo agimus ⁊ ſuſtinemus nos.

¶ Tertia eſt conſideratio beatoꝝ ſuffragioꝝ charitatis ſanctorum erga nos.

¶ Quantum ad p̄mum dicit Ber. in quodaʒ ſermone de ſeptē panibus. Tria ꝯſidero in qui bus tota ſpes mea ꝯſiſtit. Charitatē adoptiōis veritatē ꝓmiſſionis. ꝑtatem redditionis. Scio cui credidi ⁊ certus ſum: qꝛ in charitate nimia adoptauit me: qꝛ verax eſt in ꝓmiſſiōe: quia po tens eſt in exhibitiōe. Hic eſt funiculus triplex que difficile rumpitur: quē nobis a patria nr̄a in hunc carcerem dimiſſum firmiter obſecro teneamus: vt ipſe nos ſubleuet trahat ⁊ p̄ tra/ hat vſqꝫ ad cōſpectū glorie. Hec Ber. Et de p̄/ mo. ſ. charitate adoptiōis dicit̄. j. Joan. iij. Ui/ dete qualem charitatē dedit nobis deus vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Multum hʒ mouere hoīem ad ſperandū: hoc ꝯſiderando ꝙ deus ē pater noſter. Uñ glo. ſuper illud. Math. vj. pa ter noſter in hoc datur fiducia. Quid enī nega bit filijs qui iā dedit ꝙ pater eſt. Lu. xi. Si vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs vr̄is q̄ntomagis pater veſter ⁊c̄. Ad hāc ꝯſideratio/ nem ſcʒ de ſpe venie ⁊ reconciliatiōis: multū facit parabola de filio prodigo reuerſo ⁊ rece/ pto a patre ita feſtiue. Luč. xv. De ſcḋo. ſ. veri/ tate promiſſionis pʒ in ſcriptura de multis pro miſſionibus dei qui mentiri non poteſt: ſed fi/ delis eſt in omnibus verbis ſuis. ad Rom. xv. Per patientiam ⁊ conſolationem ſcripturaruʒ ſpeʒ habeamus. Jaco. j. Beatus vir qui ſuffert tentationem. quoniam cum probatus fuerit ac cipiet coronam vite. pſal. cxviij. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpem dediſti.

¶ Quod tertium poteſtas dei cōſiderata mul tum poteſt iuuare ad ſperandum. Cum ei eqꝫ facile ſit liberare a magnis ꝑiculis vt a paruis ⁊ ſaluarē in multis ⁊ in paucis. Et ſolo v̈bo po teſt ſuas implere promiſſiones. Eccē. viij. Ser mo eius poteſtate plenus eſt. Item conſidera/ tio ꝙ ipſe eſt creator noſter dominus guberna/ tor bonus ⁊ miſerator: multum habet induce/ re ad ſperandum. Artifex enī naturaliter amat opus ſuum: adeo vt vix poſſit audire ꝙ ei de/ trahatur. Et ſic veriſimile eſt ꝙ artifex omniuʒ deus amat ſua opera. precipue hominem queʒ ad ſui imaginem ⁊ ſimilitudinem creauit. Ge ne. j. Unde ſperandum eſt ab eo qui dedit vt ſit ꝙ paratus ſit ei dare vt bene ſit. Item cum ſit dominus noſter: ⁊ naturaliter amant homines que ſua ſunt conſeruāt ea. ⁊ ſi perdiderint gau dent cum recuperauerint. Ueriſimile ergo eſt ꝙ deus velit conſeruare omnes qui ſunt boni ⁊ peccatores quos perdidit recuperare. Ad qḋ facit parabola euangelica de centum ouibus ⁊ decem dragmis. Luč. xv. Et cum inter homi/ nes debeat ſeruus domino fidem: vt ſcilicet ei in omnibus obediat: ⁊ dominus debet ſeruo vt ei ſubueniat: protegat: ⁊ defendat. Unde cer tiſ. me debet homo ſperare qui ab hoſte inuiſi bili impugnatur ꝙ ſi tentatio ſit ſupra vires: deus ei

deus ei in ſuccurſum veniet: nec deſeret eum niſi in culpa eius ſteterit: quia negligens in mittendo ei nuncium orationis fuerit. vel infideliter vltro ſe reddiderit. prima Corin. x. Fidelis deus qui non patitur ⁊ non permittet vos tentari ſupra id quod poteſtis ⁊c̃. Exemplum de beato Martino quando in alpibus incidit in latrones. Item cum deus ſit ſumme bonus ⁊ diſpliceat ei malicia: veriſimile eſt q̄ paratus ſit iuuare eum qui vult deſerere maliciā ⁊ habere bonitatem. Et cum ſumme ſit miſericors non minus vult miſericors a miſeria liberare q̄ ipſi velint liberari. Unde Leo papa. multiplex miſericordia dei. ita lapſibus humanis ſubuenit vt non ſolum per gratiam baptiſmi: ſed etiam per penitentie medicinam ſpes vite reparetur eterne. ⁊ de pe. diſtin. prima.

¶ Secunda conſideratio .§. v.

que excitat ⁊ iuuat nos ad ſperanduz eſt aliorum ſuffragium quod eſt triplex: ſcilicz chriſti inquantum homo. virginis Marie: ⁊ beatorum aliorum angelorum ⁊ hominum. ¶ Quantum ad primum dicit Apoſtolus de Chriſto. ad Roma. viij. Qui etiam interpellat pro nobis. Et. j. Jo. ij. Siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Jeſum chriſtū. Grego. in moral. Prebet apud deum homini fiduciam deus homo. Augu. de ciui. dei. Gratia dei non potuit gratius cōmendari q̄ vt ipſe vnicus dei filius in ſe incōmutabiliter manens indueret hominem: ⁊ ſpem dilectionis ſue daret hominibus homine medio quoad illum ab hominibus veneretur. Bern. Securum acceſſum ad deum ſcilz per fiduciam habes o homo. vbi mater ſtat ante filium: filius ante patrem: mater oſtendit filio pectus ⁊ vbera. filius oſtendit patri latus ⁊ vulnera. Nulla ergo ibi poterit eſſe repulſa. vbi tot ſunt amoris inſignia. Item Hierony. Dominus noſter Jeſus chriſtus voluit non ſolum de alienigenis: ſed etiam de adulterinis cōmixtionibus naſci: nobis ex hoc magnam fiduciaz p̄ſtans: vt qualiacūq̧ modo naſcamur: dum tñ eius veſtigia imitemur: ab ipſius corpore nō ſeparemur. di. lvj. Dominus. ¶ Item ſuffragium qđ pro nobis faciunt ſancti ⁊ angeli multum habet incitare nos ad ſperandum diuina beneficia. Unde ps. cxx. Leuaui oculos meos in montes. i. ad ſanctos: qui dicuntur montes propter contemplationem ⁊ perfectionem ſperando inde auxilium: non q̄ debeamus ab ipſis ſanctis ſperare obtinere gratiam vel dona: ſed a dño meritis ⁊ precibus ſanctoꝝ: propterea ſubdit ps. cxx. Auxilium meum a dño ⁊c̃. Si enim ſancti cū in mundo erant iuuabant miſeros: precipue cum ſe eis cōmendabant: multo magis nunc ſperandum eſt q̄ iuuant perfectiores in charitate. Unde de beato Dominico canimus. O ſpem miram quam dediſti ⁊c̃.

¶ Quantum ad ſecundum notandum q̄ virgo Maria dicitur ſancte ſpei. Ecci. xxiiij. quia ſcz ipſa eam nobis procurat: ⁊ eius benignitatem ⁊ miſericordiam conſiderando erga nos inducit nos ad ſpem diuini adiutorij: ⁊ in ſequentia. Spes reoꝝ es Maria peccatoꝝ mater pia. Unde ad Heb. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronum gratie eius vt miſericordiam conſequamur. Dicitur autem in quadam ſequentia. Thronus veri Salomonis. i. chriſti inquantum ſcz in ventre eius ſtetit: ⁊ in gremio eius paruulus ſedit. Sicut autez ad thronum Salomonis aſcendebatur ſex gradibus ita ad virginem ſex clauſulis que continentur in angelica ſalutatione. de throno Salomonis quod erat eburneum ⁊ ſignat caſtitatem coopertum auro quod ſignificat charitatem ut habetur. iij. Regum. x. Sex ſunt que poſſumus ⁊ debemus ſperare: ⁊ iſta ipſa procurat efficaciſſime nobis vt merito dicatur in antiphona. Salue ſpes noſtra. ¶ Et primum q̄ debemus ſperare veniam ⁊ purgationem peccatorum. Job. xiij. Si occiderit me ſcilicet per contritionem ſperabo in eum ſcilicet q̄ parcat ⁊ veniaz preſtet. Et propterea dicitur beata virgo maria mundatrix vitiorum. Aqua enim mundat ſordes. Geñ. j. Congregationeſq̧ aquarum appellauit Maria. Maria quaſi mare Eccl̃s. j. Omnia flumina ſcilicet gratiarum intrant mare. i. in Mariam intrant. Unde in prima clauſula ſalutatiōis dicit. Aue maria. aue. i. ſine ve actualis peccati. vixit ipſa ſola inter puras creaturas in mundo. Maria. i. mare mundans a peccatis meritis ⁊ precibus ſuis. Unde in ſequētia Mediatrix hominum: ablutrixq̧ criminum peccatorum venia. ¶ Secundum quod debemus ſperare eſt donorum ⁊ virtutum copia. Ecci. xxiiij. Spes vite ⁊ virtutis. ſ. eſt in eo qui habet veram ſapientiam ſecū. ſ. deum. Et propter hoc dicit archa theſauroꝝ. Heb. ix. ſcđz tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctorum hñs archa ⁊c̃. Archā iſta ſignificat v̓gineʒ glorioſā in tabernaculo eccleſie triūphantis: in qua fuerunt ⁊ ſunt mānа dulcedinis gratie ⁊ pietatis virga poteſtatis: ⁊ tabule ſapientie claritatis. Unde dicitur in ſcđa clauſula grã plena. Ecci. xxiiij. In me omnis gratia. Hiero. Ceteris ſanctis per partes data eſt gratia. marie vero plenitudo grẽ ſe īfundit. ⁊ Ber. De plenitudine eius omnes accipiunt. ipſa. ſ. non dante ſʒ procurante. ¶ Tertium quod debemus ſperare ē gloria ſeu premium celoꝝ. Prouer. x. Expecta

Quare btā virgo dicitur mř ſancte ſpei.

Sex ſūt q̄ ſperare debemus a btā virgine.

rio iuſtorum letitia ſcilicet ſuperne glorie. Diſ-
finitur enim ſpes quod eſt expectatio certa future
beatitudinis. Et propter hoc dicitur regina ce
lorum reparatrix angelorum vt introducat il-
luc quem vult. Unde dicitur a deo. Te eniz aſ-
ſumam et regnabis mecum. In figuram huius
Heſter que interpretatur humilis fuit aſſumpta
in ſponſam et reginam ad regnandum cum aſ
ſuero rege monarcha mundi: qui interpretatur
beatitudo. Heſter. j. Et ideo i tertia clauſula di-
citur dominus tecum ad regnāduz. Et omnis
honor qui fit matri reputat filius ſibi fieri. Ita
enim dicit Anſelmus. Dilexit deus pater virgi
nem et filium vnigenitū cōmunem fecit ſibi et
virgini: vt ſicut ipſe ſʒ diuinitatē eſt naturalis
eius filius: ita ſm humanitatē ſit naturalis vir
ginis filius. Dñs ergo tecum. ¶ Quartuz quod
Nō qua | debemus ſperare eſt iuuamē et ſubleuatio a mi
re pci- | ſerys et tribulatōib⁹. Prouer. xxix. Qui ſperat
pue in | in domino ſubleuabit. Et propter hoc dicitur
btā vir- | iuuatrix miſerorum ſeu mr̄ miſericordie. Ber
gie ſpe- | nar. Sileat miſericordiam tuazo beata virgo
rare de- | quicunqʒ in neceſſitatibus ſuis te inuocantez
bemus | ſibi ſenſerit te defuiſſe. Dicitur etiā oliua ſpeci
oſa in campis Eccī. xxiiij. Unde in quarta clau
ſula dicitur. Benedicta tu in mulieribus. i. ſu
per omnes mulieres. Cōmuniter mulieres ſūt
pie: et miſericordes ad cōpatiendum. Et ideo
dicitur. Eccī. xxxvj Ubi non eſt mulier ingemi
ſcit eger: quia ſcʒ non ſic aly cōpatiuntur et iu-
uant. Sed beata maria ſup omnes miſericors
et ſubleuatrix eſt. In figuram Judith liberauit
populum a miſeria obſidionis illius Holofer
nis cui in laude dictum fuit. Benedicta tu ſup
omnes mulieres. tu gloria hieruſalem et c̄.
¶ Quintū eſt illuminatio in ambiguis et agē
dis. ps. xxxvj. Spera in eo et ipſe faciet et edu-
cet quaſi lumē iudicium tuum. Et propter hoc
dicitur beata Maria illuminatrix ſtella: vt in
ſequentia. Aue maris ſtella. Angelus cō ilij na
tus eſt de virgine. ſol de ſtella. ſol occaſum ne-
ſciens et c̄. Illuminauit aūt permaxime medii-
te filio ſuo qui eſt lux vera que illuminat omnē
hominem venientē in hunc mundum. Ubi di
citur in quinta clauſula. Benedictus fructus
ventris tui. Per ipſum fuerunt patres q erant
in limbo a tenebris educti in lumen glie. Ber
nar. Reſpice ſtellam inuoca Mariam non re-
cedat ab ore. Ipſam ſequens non deuias. Ipaz
rogans non deſperas. Ipſam cogitans nō de-
de erras. Non autem aliunde lumē nobis po
rigit niſi per benedictum filium ſuuz. ¶ Sex
tum eſt auxilium et victoria in tentationib⁹ cō-
tra demones mundū et carnem. Confidite quia
ego vici mundū. Jo. xiiij. ps. xxxj. Sperantem
in domino miſericordia circūdabit. Et pp̄ter

hoc dicitur aduocata peccatorum in antipho-
na. Eya ergo aduocata noſtra. Ipſa aduocat in
curia celeſti contra demones qui non ceſſant ac
cuſare nos. et precipue in hora mortis. Unde
dicitur vga. Eſa. xj. Egredietur virga et c̄. quia
ab ipſa percutitur diabolus. vt patet in multis
exemplis. Et ideo in vltima clauſula di: Sācta
maria mr̄ dei ora pro nobis nūc et i hora mortis.

¶ Tertia conſide- .§. vj.

ratio que excitat in nobis actum ſpei eſt noſtre | Tertia
operoſitatis: et iſta eſt triplex. Prima eſt opera- | rō q̄re
tio bonorum que facimus. ps. iiij. Sacrificate | ſpare d
ſacrificiū iuſtitie et ſperate in domino. Sacrifi | bemus
cium iuſtitie ſunt opera virtuoſa que tūc ſacri-
ficantur cum deo debite offeruntur. Et inde ho-
mo ſumit ſibi audaciam operandi. Pertinet eti
am ad iuſtitiam contritio et cōfeſſio. Et vt dicit
Amb. Cōfeſſio ſpem ſaluandi tribuit. de pe. di
ſtin. j. Ecce nunc. ¶ Secūda eſt toleratio labor
et tribulationum ipſius amore. Ro. v. Tribula
tio patientiam operatur: patientia probatiōeʒ
probatio vero ſpem. Gre. Bonoruʒ mens quā
to duriora pro veritate tolerat eo eternitatis p̄
mia certius ſperat. Exemplūʒ vnius ex. vij. fra
tribus qui cum pro obſeruatione diuine legis
torqueretur: et membris truncaretur. dixit. Ec
lo iſta poſſ. deo et pp̄ter dei leges nunc hec ipa
deſpicio qr me ea recepturum ſpero. ij. Macb.
vij. ¶ Tertia eſt perpetratio peccatorum: quod de
us tamdiu expectat magnos peccatores: et tan | quod etiā
dem conuerſis magna dona largitur vltra ve- | p̄ctōres
niam peccatorum. Multum hoc hʒ inducere | ſperare
ad ſpem vt conuerſio Magdalene: latronis: | debent
Mathei: Pauli: Auguſtini: Manaſſe: Thai-
dis: Pelagie: Marie Egyptiace: et aliorū. Un
Oſee. ij. dicitur. Dabis vallē achor ad aperien
dum ſpem. Uallis vbi concurrunt immundicie
et lutum ſunt peccatores profundati in luto vi-
tiorum et terrenorum. Achor interpretatur tur
batio. Uallis ergo achor eſt magnus peccator
turbatus per penitentiam et cōpunctionem. Et
iſti ſunt dati nobis ad aperiendum. i. ad dila-
tandam et ampliādam ſpem in nobis de venia
et gratia et gloria. Et valde notandum eſt quod cū
quis flagellatur vel tentatur: ſi non ita cito li-
beratur vt petit: non debet diffidere a ſpe diui
ni auxilij. Unde Greg. xxv. mora. exponens il
lud Job. Etiam cum dixeris non conſiderat iu
dicare coram deo et expectat eum. ſic ait. Forſi
ſe duʒ clamor noſter ſi negligitur: ſpes quecū
di inhereat infirmatur ſuperna adiutoria deſti
tura credimus: quia tardius impetramus ac pe
ne inconſiderata deo eſſe ingemiſcimus que
multa toleramus. Sed cum iſta nos deſperati
onis procella conturbat concuſſa mens citius

ſua portum ſpei collocat ſe. ſi cauſas ſuas cū do
mino ſubtiliter penſat: ſi bona eius ad memo/
riam reuocat: ſi mala qui bonis eius reddidit
apud ſemetipſam callide non excuſat. Si per/
pendit quid ab eo iuſte meruit ꝛ quod clemen
ter accepit: ſi vitam ſuam viuaciter diſcutit. Si
ante dei oculos omne quid agit examinat. ſi ſe
metipſam ſibimet non abſcondat. Si factam
ſe quod non erat meminit. Si illuminatam ſe
atq; ſubleuatam que in tenebris iacebat agno
ſcit. Hec ergo cuncta in ſemetipſa recolligens
dum bona accepta conſiderat aduerſa que tole
rat non accuſat: nec deſperatione frāgitur que
tantorum numerum conſolatione roboratur:
quia ſpem de futuris recipit duȝ tranſacta be/
neficia recognoſcit dicat itaq; etiam cum dixe
ris non conſiderat: ſcilicet deus iudicare coraȝ
eo: expecta eum: ac ſi diceret. Cum id certo de/
us conſiderare non creditur: quia tarde miſe/
retur: intima cognitionis ingredere atq; illuc
coram eius oculis cauſe tue iudicium ſuſcipe:
ꝛ que ipſe viuendo contuliſti: vel que miſeri/
corditer percepiſti diſcerne. ꝛ tunc ad ſpei fidu
ciam redis dum bona tante benignitatis eru/
beſcis: quatinus inter aduerſa fidenter expe/
ctas: quem ꝛ poſt delicta propitium recolis.
Hec Gregorius.

¶ De obiecto ſpei ſcilicet beatitudine huma/
ne vite. Capitulum tertium.

De vltimo fine hūa

ne vite qui ꝛ beatitudo dicitur que
eſt obiectum ſpei. Et primo ſciendūȝ
q̄ oportet neceſſario ponere vltimū
finem humane vite. Nam ẜm beatum Thom.
prima ſecunde queſtio. prima. Impoſſibile eſt
in finibus procedere in infinitum per ſe loquē
do ex quacunq; parte. In omnibus enim que
per ſe habent ordinem adinuicem oportet q̄
remoto primo remoueantur ꝛ ea que ſunt ad
primum. Unde philoſophus probat. viij. phy/
ſico. q̄ non eſt poſſibile in cauſis mouentibus
procedere in infinitum: quia non eſſet primuȝ
mouens quo ſubtracto alia moueri non poſſūt
cum non moueantur niſi per hoc q̄ mouētur
a primo mouente. In finibus autem inuenitur
ordo duplex ſcilicet ordo intētionis ꝛ ordo exe
cutionis. Et in vtroq; ordine oportet eſſe aliqđ
primum. Id enim quod eſt primum in ordine
intentionis eſt finis quaſi principium mouēs
appetitum. Unde ſubtracto principio appeti/
tus a nullo moueretur. Id autem quod eſt p̄n/
cipium in executione eſt operatio. Unde illo
principio ſubtracto nullus incipiet operari ali

(margin: q̄ neceſſariū ē ponere vltimū finē humane vite.)

quid. Principium autem intentionis eſt vlti/
mus finis. Principium vero executionis eſt p̄
mum eorum que ſunt ad finē. Sic ergo ex neu
tra parte poſſibile eſt in infinitum procedere:
quia ſi non eſſet vltimus finis nihil appetere/
tur nec aliqua actio terminaretur: nec intentio
agentis quieſceret. Si autem non eſſet primuȝ
in his que ſunt ad finem: nullus inciperet ope
rari nec determinaretur conſilium: ſed in infi/
nitum procederet. Ea vero que non habet ordi
nem per ſe: ſed per accidens ſibiinuicem cōiū/
guntur: nihil prohibet infinitateȝ habere. Cau
ſe enim per accidens indeterminate ſunt. Et h̄
etiam modo conuenit eſſe infinitatem per acci
dens in finibus ꝛ in alijs que ſunt ad fines. Et
ideo ſi obijciatur q̄ bonuȝ ꝛ finis eſt obiectum
voluntatis: ſed voluntas poteſt reflecti ſuper ſe
ipſam infinities: quia poſſuȝ aliquid velle: ꝛ ex
inde me velle illud velle ꝛ ſic vlterius in infini
tum ergo ꝛc̄. Reſpondeo q̄ illa multiplicatio
actuum voluntatis reflexe ſuper ſeipſam p̄ ac/
cidens ſe habet ad ordinem finium. Quod pa
tet ex hoc q̄ circa vnum ꝛ eundem finem indif/
ferenter ſemel vel pluries ſupra ſeipſam volū/
tas reflectitur. Sicut etiam in numerando ra/
tio poteſt procedere in infinitum quia per acci
dens vnitas addit numero p̄exiſtenti.

¶ Quod eſt impoſ/ .§.i.

ſibile q̄ voluntas hominis vnius ſimul ſe ha/
beat ad diuerſa ſeu tendat in plura vt vltimos
fines. Huius ratio eſt ẜm beatum Thom. p̄ma
ſecun. que. prima. Quia cuȝ vnumquodq; ap/
petat ſuam perfectioneȝ: illud appetit aliquis
vt vltimum finem quod appetit vt bonum per
fectum ꝛ completū ſibiipſius. Unde dicit Au/
guſti. xix. de ciuitate dei. Finem bonūȝ nūc
dicimus nunc q̄ conſummat vt non ſit: ſȝ quo
perficiatur vt plenum ſit. Oportet ergo q̄ vlti/
mus finis ita impleat totum hominis appeti/
tum q̄ nihil extra ipſum appetendum relinq̄/
tur quod eſſe non poteſt: ſi aliquod extraneum
ad ipſius perfectionem requiratur. Unde non
poteſt eſſe q̄ in duo ſic tendat appetitus ac ſi
vtrunq; ſit bonum perfectum ipſius. Item ad
idem. Illud in quo quieſcit aliquis ſicut in vl/
timo fine hominis affectui dominatur: quia ex
eo totius vite ſue regulas accipit. Unde de gu
loſis dicitur ad Philip. iij. Quorum deus ven
ter eſt: quia ſcilicet conſtituūt finem in delitijs
ventris. ſed ſicut dicitur Matthe. vj. Nemo
poteſt duobus dominis ſeruire adinuiceȝ ſci/
licet non ordinatis. ergo impoſſibile eſt eē du/
os vltimos fines vnius hominis adinuicem
non ordinatos. Nec obſtat quod Auguſt. dicit
in. xix. de ciuita. dei: quoſdaȝ videlicet poſuiſ/

ſe vltimum finem in quatuoꝛ. ſcilicet in volup
tate: pulchꝛitudine: quiete: ꝛ huiuſmodi pꝛin/
cipijs nature ꝛ virtute: que vtiq3 ſunt plura.
Nam omnia iſta plura accipiebant illi ratione
vnius boni perfecti ex his conſtituti.

¶ Quod omnia .§.ij.

que vult hō vult propter vltimū finē3: qđ ꝓbat
beatus thomas in prima ſcđe. q. j. duplici ratio
ne. Et prima eſt: q2 quicquid homo appetit: ap
petit ſub rōne boni: quod quidem ſi non appe/
titur vt bonum ꝑfectu3 quod eſt vltimus finis
neceſſe eſt ꝙ appetatur vt tendens in bonum ꝑ
fectum. q2 ſemper inchoatio alicuius oꝛdinaꝫ
ad conſūmationem eius. Sicut pꝫ tam in his
que fiunt a natura q3 in his que fiunt ab arte.
Et ideo hoīs inchoatio perfectionis oꝛdinaꝫ
in conſūmatam ꝑfectionem que eſt ꝑ vltimum
finem. Scđo: quia vltimus finis hoc modo ſe
habet in mouendo appetitum: ſicut ſe hab3 in
alijs motibus pꝛimum mouens. Manifeſtum
eſt autem ꝙ ſcđe cauſe mouentes non mouent
niſi ſm ꝙ mouentur a pꝛimo mouente. Unde
ſcđa appetibilia non mouent appetitum niſi in
oꝛdine ad pꝛimum appetibile quod eſt vltim⁹
finis. Pꝛo tertio pōt induci auctoꝛitas Aug. di
centis. xix. de ciui. dei. ꝙ illud ē finis boni nſi
pꝛopter quod amantur cetera. illud autem pꝛo
pter ſeipſum. Quāuis aūt ſcientie ſpeculatiue
pꝛopter ſeipſas queranꝫ: queruntur tñ ꝛ appe/
tuntur vt bonum ſpeculantis qđ cōpꝛehendiꝫ
Qđ nō requiritur ꝙ ſp cogitet actu de vlti. fi. ſub bono cōpleto qđ ē vltim⁹ finis. ¶ Itē ſciē/
dū ꝙ nō opoꝛtet ꝙ aliqs ſemp cogitet de vltio
fine qñcunq3 aliquid appetit vel opatur: ſ3 vir/
tus pꝛime intētionis que eſt reſpectu vltimi fi/
nis: manet in quolibet appetitu cuiuſlibet rei.
ēt ſi de vltimo fine actu nō cogiteꝫ. Sicut qui
vadit ꝑ viam nō op3 ꝙ in quolibet paſſu cogi/
tet de fine vie. Si autem queraꝫ vtru3 alia ꝯue
niant in vltimo fine cū creatura rōnali. Rñdeꝫ
ſm beatū Tho. ꝙ cum finis dicatur ſm phm.
ſ. cuius ꝛ quo. i. res in qua rō boni inuenitur ꝛ
adeptio eius. Sicut finis auari eſt pecunia ꝛ a/
deptio eius. Pꝛimo ergo modo in fine oīa cō/
ueniūt ꝛ talis finis eſt deus qui eſt vltim⁹ finis
hoīs ꝛ omnium aliaru3 rex. ¶ Scđo modo ſu
mendo finē. ſ. ꝑ adeptione ſeu ꝯſecutiōe finis.
ſic in fine vltio hominis nō cōicant creature ir
rōnales. Nam hō ꝛ alie creature rōnales conſe
quunꝫ vltimū finem cognoſcendo ꝛ amando
deum qđ nō cōpetit alijs creaturis que adipi/
ſcunꝫ vltimū fine3 inq̄3tū participāt aliquam ſi
militudinē dei. ſ. ſm ꝙ ſunt vel viuūt vl agno/
ſcūt. btitudo aūt notat adeptionē vltimi finis.

¶ Utrum omniū .§.iij.

hominum ſit vnus ꝛ idem finis vltimus. Re/ An oēs hoīes appetāt beatitudinem
ſpōdet beatus Thom. prima ſecūde queſtio. j.
ꝙ de vltimo fine poſſumus loqui dupliciter.
Uno modo ſm rationem cōmunem vltimi fi/
nis. Et ſic omnes homines conueniunt in ap/
petitu vltimi finis: quia omnes homines appe
tunt ſuam perfectionem adimplere qui eſt ra/
tio vltimi finis. Alio modo ſm id in quo conſi
ſtit ratio vltimi finis. Et ſic non omnes conue/
niunt in appetitu vltimi finis. Nam quidam
appetunt diuitias tanq̄3 conſūmatum bonu3:
quidam voluptatem: quidam aliquid aliud.
Sicut guſtui delectabile eſt dulce: ſed quibuſ/
da3 maxime eſt delectabilis dulcedo vini: qui/
buſdam dulcedo mellis: quibuſdam aliud. Il/
lud tamen opoꝛtet eſſe delectabile melius ſim/
pliciter in quo maxime delectaꝫ qui habet opti
mum guſtum. Similiter illud bonū debet eſſe
completiſſimum quod tanq̄3 vltimum finē ap/
petit habens affectum bene diſpoſitu3. ¶ Qđ
Qđ hoī ꝯuenit agē qcqd agit ꝑꝑ finē hominī conuenit agere quecūq3 agit pꝛopter
finem. Ratio eſt ſm beatum Thom. pꝛima ſecū/
de. quia ille ſole actiones que fiunt ab homine
ꝑpꝛie dicuntur humane que ſunt hominis in/
quantum eſt homo. Differt aūt homo ab alijs
creaturis irrationabilibus in hoc: ꝙ eſt domi
nus actuum ſuoꝝ. Unde ille ſole actiones vo
cantur humane quarum homo eſt dominus.
Eſt autem homo dñs actuum ſuoꝛu3 per ratio/
nem ꝛ voluntatem. Unde liberum arbitriū dꝫ
facultas voluntatis ꝛ rationis. Ille ergo ꝑpꝛie
dicuntur actiones humane que ex deliberata
voluntate procedunt. Si que alie actiones cō/
ueniant homini poſſunt dici hominis: ſed nō
humane pꝛopꝛie. Omnes autē actiones que
pꝛocedunt ab aliqua potentia cauſantur ab ea
ſm rationem ſui obiecti. Obiectum autem vo
luntatis eſt bonū ꝛ finis. Unde opoꝛtet ꝙ oēs
actiones humane ſint pꝛopter finem.

¶ Quod agere .§.iiij.

pꝛopter fine3 non ſolum conuenit homini: ſed
etiam alijs creaturis. Unde phs in. ij phyſico. etiā oēs alie creature
rum dicit. ꝙ non ſolum intellectus ſed etiā na/
tura agit pꝛopter finem. Sed ſm beatu3 Tho.
vbi ſupra. Aliquid ſua actione vel motu tēdit quā ꝑ ſe
ad finem dupliciter. Uno modo ſicut ſeipſum finē ſed
mouens vt homo. Alio modo ab alio mouen/ ab alio
te ad finem. ſicut ſagitta tendit ad finem deter
minatum ex eo ꝙ mouetur a ſagittāte qui ſua3
intentionem in finem dirigit. Illa autē que ra
tionem habent mouent ſe in finē: quia habent
dñium ſuoꝝ actuum per liberum arbitriu3. Il
la que ratione carent tendunt ad finem per na/
turalem inclinatione3 quaſi ab alio mota. non
autem a ſeipſis cum non cognoſcant rationem

finis: et ideo nihil in finem ordinare poſſunt ſed ſolum in finem ab alio ordinantur. Nam tota natura comparatur ad deum ſicut inſtrumētum ad agens principale. Et ideo proprium eſt nature rōnalis vt tendat in finem: quaſi ſe agens vel ducēs ad finem. Natura vero irrōnalis quaſi ab alio acta vel ducta: ſiue in finē apprehenſuʒ ſicut bruta aīalia: ſiue ī finē nō apprehenſum ſicut ea que carent oīno cognitione. et ſic oia agunt propter finem. Qd̄ autem hoc ſit verū et neceſſariū probat ſic. b. Tho. cauſaruʒ ordinataꝝ ſi prima ſubtrahit̄ neceſſe eſt alias ſubtrahi. Prima aūt int̄ oēs cāa eſt cā finalis. Cuius rō eſt: q: materia non ꝯſequit̄ formā niſi ſm ꝙ mouet̄ ab agente. Nihil enim ſe reducit a potentia in actū. Agens autem nō mouet niſi ex intentione finis. Si enim agēs nō eſſet determinatum ad aliquē effectū. nō magis ageret hoc ꝙ̄ illud. Ad hoc ergo ꝙ effectū determinatum producat: neceſſe eſt ꝙ determinet̄ ad aliqd̄ certum: ꝙ hʒ rōnem finis. Hec aūt determinatio ſicut in creatura rōnali ſit per rōnalem appetitum. qui dr̄ voluntas. Ita in alijs ſit per īclinationem naturalem. qui dicit̄ appetitus naturalis. ¶ Quod actus humani inquātū morales ſortiuntur ſpeciē a fine ſm. be. Tho. vbi. ſ. Rō eſt. q: vnūquodqȝ ſortitur ſpēm ſm actū et nō ſm potentiā. Unde ea que ſunt cōpoſita ex materia et forma ꝯſtituunt̄ in ſuis ſpeciebus p propias formas. Actus autē humani dicunt̄: vt dictum eſt inquātū procedūt a volūtate deliberata. Obiectum aūt volūtatis eſt bonū et finis: et iō manifeſtū eſt ꝙ et principium humanoꝝ actuum inquantū ſunt humani eſt finis: ſilr terminus eorundem. Nam id ad quod terminatur actus humanus: eſt id quod voluntas intendit tanquam finem ſicut in agentibus naturalibus: forma generati eſt conformis forme generantis. Et cum vnumquodqȝ habeat ſpecieʒ a principio intrinſeco finis non eſt aliquid extrinſecum omnino ab actu: q: comparatur ad actum vt principium vel terminus. Et hoc ipʒ eſt de ratione actus vt ſcilicet ſit ab aliquo quātum ad actionem et ſit ad aliquid quantum ad paſſionem. Scōm autem quod eſt prior in intentione. ſic pertinet ad voluntatem. Et hoc modo dat ſpeciem actui humano ſiue morali. Item vnus actus numero ſm ꝙ egreditur ſemel ab agente non ordinatur niſi ad vnum finem proximum. a quo habet ſpeciem. Sed poteſt ordinari ad plures fines remotos. quorum vnus ē finis alterius. Nihil autem prohibet ꝙ actus qui ſunt idem ſm ſpeciem nature: ſicut occidere propter iuſtitiam: et occidere propter odiuʒ ſint diuerſi ſm ſpeciem moris. Nam primus eſt actus virtutis. ſcōs actus vitij etc̄.

¶ De beatitudinis quidditate et multiplicitate.
Capitulum quartum.

DE beatitudine que eſt obiectū ſpei. Boe. in. iij. de ꝯſo. ſic qd ſit ſʒ diffinit beatitudinem. Beatitudo eſt ſtatus oīum bonoꝝ aggregatiōe perfectus. hāc aūt oēs naturaliter appetūt. Unde ipſe dicit ꝙ oīs cura mortalium quā multiplicium ſtudiorum labor exercet: diuerſo quidē calle procedit ad vnū tamen beatitudinis finem nitit̄ peruenire. Et Augu. in. x. de ciui. dei. in pnci. ait. Omnium hominū qui ratione quoquo mō vti pñt certa ſententia eſt. Beatos eſſe oēs homines velle. Qui autem ſint vel vnde fiant dum mortalis queris infirmitas. multe hinc controuerſie cōcitate ſunt in quibus philoſophi ſua ocia et ſtudia contriuere. — *De beatitudine* — *Boetius*

¶ Eſt autem tri- .§.i. — *De triplici beatitudine*

plex beatitudo. que poteſt notari in illo verſu. ps. cxliij. Beatum dixerunt populum cui hec ſunt. btūs pplſ cuius dominus deus eius.

¶ Et prima eſt beatitudo falſa et deceptiua ibi Beatū dixerūt populum cui hec ſunt.

¶ Secunda eſt beatitudo imperfecta et diſpoſitiua. ibi. b. po. cuius dominus.

¶ Tertia eſt beatitudo perfecta et obiectiua. ibi. deus eius.

¶ Quantū ad primū. vtiqȝ hoīes mūdi reputant btm̄ illū populum et illos hoīes qui abundant tpalibus: de qbus fuerat locutus. ſ. ps. Et aliq reputant beatitudinē diuitias vt auari q: oīa faciunt vt cumulēt diuitias: eſtimantes illas vt ſummum bonū maius alijs. Ad hūc finem dirigunt oēm ſuum actū: affectū: cogitatum: ſtudium et laborē: propter hec poſtponētes dei mādata: et ſic magis nūmū ꝙ̄ deum diligētes. Unde aplūs appellat auaritiā idolorū ſeruitutē. Alij tanqȝ beatitudinē querūt honores mundi: vt ambitioſi. Alij gl'iam et famaʒ vt vane glorioſi. Alij potentiam dominādi alijs: vt ſuperbi. Alij carnales delectatiōes: vt luxurioſi. Alij ꝯſeruationē vite tpalis cum ſanitate. et alij in alijs cōmodis ponūt beatitudinē: vt delitioſi. Alij in cognitiōe reꝝ vt phi curioſi. Sed ꝯtra oēs hos dicit dūs per Eſai. i. c. ij. Popule meus qui btm̄ te dicunt. ſ. propter iſta habita ipſi te decipiunt. ¶ Nam impoſſibile eſt in aliquo horum eē beatitudinē veram. qd̄ probat. b. Tho. Argu. j. ij. q. ij. ¶ Sed videt̄ ꝙ hoc non ſit verum ſcʒ mentuʒ ꝙ oēs appetant beatitudinē. Nullus enim poteſt appetere qd̄ ignorat: q: bonū apprehenſū eſt obiectū appetitus. vt dr̄. iij. de aīa. Sed multi ignorāt qd ſit beatitudo: qd̄ pʒ ex hoc: quia beatitudinem quedam poſuerūt eā in voluptate corporis alij in ...

diuitijs:ꝛ hmõi.ergo ꝛc. Rñdet bea. Thom.
j.ij.q.v.ar.viij.ꝙ beatitudo põt dupliciter con
ſiderari. Uno mõ ſm cõmunẽ rõnem beatitu/
dinis. Et ſic neceſſe eſt ꝙ ois homo beatitudi/
nem velit. Rõ autẽ cõis beatitudinis eſt ꝙ ſit
bonum perfectũ. Cum aũt bonum ſit obiectuȝ
voluntatis: perfectũ bonum alicuius eſt ꝙ to/
taliter eius voluntati ſatiſfaciat. Uñ appetere
beatitudinẽ nihil eſt aliud ꝗ̃ appetere hoc ꝙ
voluntas eius ſatiet qḋ quilibet vult. Alio mõ
poſſumus loqui de beatitudine ſm ſpecialẽ rõ
nẽ: ꝗ̃tũ ad id i quo beatitudo ꝯſiſtit. Et ſic non
oẽs cognoſcunt beatitudinem: q2 neſciunt cui
Solutõ argum/ ti. rei cõis ratio beatitudinis ꝯueniat. Quidam
enim putant hanc reperiri in diuitijs. alij in vo
luptatibus ꝛ hmõi. ꝛ per ꝯñs nõ oẽs appetũt
beatitudinem. Rõ enim perfecte beatitudinis
conuenit huic rei. ſ. viſioni diuine eſſentie. In
hoc enim eſt ſtatus oium bonoꝝ perfectus: q
eſt beatitudinis. Unde xp̄s Jo. xvij. Hec eſt vi
ta eterna vt cognoſcãt te ſolum verum deũ ꝛc.
Et hoc habet quietare appetitũ hominis. Uñ
p̄s. xvj. Satiabor cuȝ apparuerit gloria tua. ß
autem ſcȝ videre deum certũ eſt ꝙ multi nõ ap
petunt ſuper omnia alia: ſed magis alia terre/
na: vt patet in peccatoribus. Unde ꝛ deus per
Iiere. ait. ij. c. Duo mala fecit populus meus.
Me dereliquerunt fontem aque viue: ꝛ fode/
runt ſibi ciſternas diſſipatas.

Quod in diui/ .§. ij.

Q2 btitudo ñ ꝯſiſtit i diuitijs ponunt tres rõ/ nes.

tijs ꝯſiſtat beatitudo hois eſt impoſſibile. Rõ
eſt ſm. b. Tho. j. ij. q. ij. Beatitudo eſt vltimus
finis hois ad quem oia alia ordinant ꝛ ipſe nõ
ordinatur ad aliud. Sed diuitie nõ p̄nt eſſe vl
timus finis hois. Naȝ diuitie aut ſunt natura
les: aut artificiales. Naturales dicunt quibus
homini ſubuenit cõtra defectus naturales tol
lendos: vt cibus: potus: veſtimenta: vehicula:
habitatiões ꝛ hmõi. Iſta aũt querũtur nõ pro/
pter ſe ſed ꝑpter aliud ſcȝ ad ſuſtentandum na
turam hois. Artificiales diuitie ſunt qbus na
tura nõ iuuatur ſm ſe vt denarij: ſed ars eoꝝ ad
inuenit ꝑpter facultatem cõmutationis: vt ſũt
quaſi menſura quedã rerum venaliũ. Iſte autẽ
diuitie artificiales nõ querunt niſi propter na
turales. nõ enim quererent niſi per ea illa alia
emerent ad vſum vite. Neutre ergo habent ra
tionem vltimi finis hois: ſed ipſe ordinantur
ad hoiem ſicut ad finem. Nam ordine nature
omnia hmõi ſunt infra hoiem ꝛ facta propter
hominem. Iuxta illud p̄s viij. Omnia ſubieci
ſti ſub pedibus eius. Ergo in diuitijs nõ eſt vl
timus finis hominis. nec per ꝯñs beatitudo.
¶ Scḋa ratio eſt. ſm Tho. q2 bonuȝ hominis
conſiſtit magis in retinẽdo beatitudineȝ ꝗ̃ in
emittendo ipſam. Sed bonum hominis circa
diuitias magis cõſiſtit in emittendo ꝛ euerten
do ꝗ̃ retinẽdo: etiã quantũ ad deum. ꝑpter qḋ
xp̄s dixit Matthe. vj. Nolite theſaurizare ꝛc.
Theſaurizate aũt theſauros in celis ſcȝ erogan
do indigentibus. Et ꝗ̃tum ad mũdi honoreȝ.
Unde Boe. ij. de ꝯſo. Diuitie diffundẽdo ma
gis ꝗ̃ exaceruando melius lucent. Sigdẽ aua
ritia ſp odioſum: claros largitas facit. ¶ Po
teſt aſſignari tertia ratio: q2 beatitudo quietat
ꝛ ſatiat appetitũ. ſm illud p̄s. xvj. Satiabor cũ
apparuerit gloria tua. Sed diuitie nõ quietãt
appetitum. Jo. iiij. Qui bibit ex hac aqua ſitiet
iterum. Prouer. pe. Due ſunt ſanguiſuge que
dicũt: affer: affer. i. auaritia ꝛ luxuria. Ambro.
xlvij. di. ſicut hi ait. Nec ſatietas vnꝗ̃ nec fi/
nis aderit cupiditati. Exemplũ in Alexan. ma
gno qui hñs dominium mundi: cum audiſſet
a quibuſdam p̄his eſſe plures mundos: ſuſpi/
rans ꝛ illos alios deſiderabat. Eſt autẽ appeti/
tus diuitiaꝝ artificialiuȝ infinitus: q2 deſeruit
cõcupiſcentie inordinate que nõ modificat ſm
p̄hm. Aliter tamen eſt infinitum deſideriuȝ di
uitiarum. aliter deſideriũ ſummi boni. Nam
ſummũ bonũ quanto magis perfecte poſſide/
tur: tãto magis cognoſcitur ipm ꝛ amat: ꝛ alia
contẽnuntur: q2 quanto magis habet tãto ma
gis cognoſcit. Unde Eccĩ. xxiiij. Qui edũt me
adhuc eſurient ꝛc. Sed in appetitu diuitiaruȝ
ꝛ quorumcunqȝ tẽporalium eſt contrariũ. Nã
cum non habẽtur appetuntur: q2 eſtimat ma
gnum bonum in eis eſſe. Cum iam habentur
ipſa contẽnuntur: ꝛ alia deſiderantur. Et hoc
ideo quia eorum inſufficientia tunc magis co
gnoſcitur cum habentur.

Quod in hono/ §. iij.

q2 nec ẽſt in ho/ norib9 rõne ſ ſignant

ribus conſiſtat beatitudo hominis eſt impoſſi
bile ſm. b. Tho. j. ij. q. ij. Et ratio eſt: quia ho/
nor exhibetur alicui propter aliquam eius ex/
cellentiam: ꝛ ita eſt ſignum ꝛ teſtimonium qḋ/
dam eius excellentie que eſt in honorato. Ex/
cellentia autem hominis maxime attenditur
ſm beatitudinem que eſt hominis perfectum
bonum ꝛ ſm partes eius ideſt ſm illa bona ex
quibus aliquid beatitudinis percipitur ꝛ par/
ticipatur. Et ideo honor poteſt conſequi beati/
tudinem. Sed principaliter in eo non põt con
ſiſtere beatitudo. Et q2 honor conſequitur bea
titudinẽ: hic eſt ꝙ ſicut nãlr deſiderat btitudo
ita nãlr appetit honor ꝯñs ipaȝ. Uñ Aug. i li.
de ci. dei. allegans Cice. ait. Honos alit artes q
ꝗ̃ ad ſtudia accenduntur gloria. ¶ Scḋa rõ eſt
ſm. b. Tho. q a beatitudo eſt in btõ: ſed honor
non eſt in honorato ſed in honorãte: qui reue/
rentiam exhibet honorato. ſm p̄hm. j. Ethico.

Ergo nō in honore conſiſtit beatitudo. Et ſi di
catur ꝙ beatitudo non eſt premiū virtutis pro
pter quā virtuoſus operat̄: ſed honor ſm pħm
in.iiij.Ethi.dr̄ eſſe premium virtutis ergo vi/
detur ꝙ in eo conſiſtat beatitudo. Rn̄.b.Tho.
ꝙ pħs nō dicit ꝙ honor ſit premium virtutis
ſita ſcʒ ꝙ ꝑpter ipſum honorē habendum vir/
tuoſus operetur ſicut ꝑpter beatitudinē: q: tunc
non eſſet virtuoſus ſed ambitioſus. Sed dicit̄
premiū virtutis quoad exhibentes honorem
quia ꝗ̄ſi non hn̄t homines qd maius dent: ⁊
ſic virtuoſus accipit honorē ab hominibus lo
co premij. ❧ Tertia rō eſt: q: beatitudo cuʒ ſit
perfectum bonū non congruit niſi bonis. Sʒ
honor eſt cōmunis bonis ⁊ malis. Unde Au/
gu. dicit de malo prelato vel clerico. Et in exē/
plum culpa vehementer extendit̄ cum pro re/
uerentia ordinis peccator honorat̄.di.lxxxiij.
nemo. Ex hoc tn̄ non efficit̄ beatus ſed confuſi
bilis. Un̄ Symachus pa.j.q.j.ait. Uiliſſimus
cōputandus eſt ſi ſanctitate ⁊ ſcientia non ꝑcel
lit qui eſt honore preſtantior. Quod autē deo ⁊
excellentiſſimis creaturis maxime exhibeatur
honor. ſm illud.j.Thi.j. Deo honor ⁊ glīa hoc
eſt in ſignū ⁊ teſtimonium excellentie preexiſtē
tis in eis: non ꝙ honor faciat eos excellentes.
Amā fuit valde honoratus: q: ſcd̄s poſt aſſuerꝫ
⁊ tn̄ malus: tandē ſuſpenſus eſt. Heſter.iij.

❧ Quod in glo/ .§.iiij.

ꝙ nec ēt ria humana ſeu fama conſiſtat beatitudo eſt i/
in glīa poſſibile ſm.be.Tho.j.ij.q.ij. Rō eſt: quia ſm
vel ī fa/ Ambro. gloria eſt clara cū laude noticia. Res
ma. autem cognita aliter cōparatur ad cognitiōeʒ
humanā: aliter ad diuinam. Humana eniʒ co/
gnitio cauſatur a rebus cognitis ſed diuīa co/
gnitio eſt cauſa rerum cognitarum. Unde per
fectio humani boni que dicit̄ beatitudo nō po
teſt cauſari a noticia humana ſed magis noti/
cia humana de beatitudine alicuius ꝑcedit: ⁊
quodāmodo cauſat̄ ab ipſa beatitudine ichoa
ta vel perfecta. Et iō in fama vel humana glīa
non pōt conſiſtere hominis beatitudo ſʒ bonū
hominis depēdet ſicut ex cā a cognitione dei.
Et iō ex gloria que eſt apud deū dependet bea/
titudo hominis ſicut ex cauſa ſua ſm illud Ps.
xc. Eripiam eū ⁊ glorifica. eum longitudine di
erum ⁊c̄. ❧ Scd̄a ratio eſt: quia beatitudo ha
bet in ſe veritatem. Fama autem ſeu gloria tē/
poralis habet in ſe frequenter falſitatem. Naʒ
humana noticia ſepe fallitur: ⁊ precipue in cō/
tingentibus ſingularibꝰ. cuius ſunt actus hu
mani. Multi enim credunt̄ boni qui ſunt ma/
li. Unde Gre. ad Mauritiuʒ. Multa ſunt que
de dei iudicio homines ignorant. Nam quos
vos laudatis ille forte reprehēdet: ⁊ quos vos
reprehendetis ille laudabit. xi.q.j. ſacerdoti/
bus. Unde Damaſus papa qui fuit ſanctus fu
it infamatus de adulterio vt refert. Hierony.ij.
q.vij.§.cuʒ Balad. in fine. Et Symon magus
reputatus eſt deus a romanis. ❧ Tertia ratio
eſt: quia beatitudo eſt bonum permanens. vn/
de dicitur ſtatus. Sed gloria temporalis dici/
tur quid valde tranſitoriuʒ. Eſaias.xl. dicitur.
Omnis caro fenum: ⁊ omnis gloria eius qua
ſi flos agri: quia vna die apparet: alia decidit
⁊ marcet. Unde Boeti. O gloria gloria. quid
aliud es ꝗ̄ in millibus hominum inflatio que
dam aurium. Sedechias rex iſrael fuit in ma/
gna gloria in regno ſuo: ⁊ poſtea captus exce/
catus ductus in babyloniam in magna confu/
ſione. Hieremi.vl. vnde non appreciandā in ſe.
Grego.x.q.iij. Inter verba laudantium ⁊ vitu/
perantium ad mentem ſemper recurrendum
eſt. Et ſi ſibi nō inuenitur bonum quod de no/
bis dicitur magnam triſticiam debet genera/
re. Si autem ibi non inuenimus malum quod
de nobis homines loquuntur: in magnam de/
bemus letitiam reſilire. Uerum: vt dicit Au/
guſti. ibi in ca. Non ſunt audiendi ad edifica/
tionē alioꝝ ⁊ tollendū ſcandalū debemus con
ſeruare bonā famā. Et cū qs poteſt debet decla
rare innocentiam ſuaʒ cum iniuſte infamatur.

❧ Quod conſi/ .§.v

ſtat beatitudo in poteſtate ſeu dominio ſm.b. ꝙ nec ēt
Tho.j.ij.q.ij. eſt impoſſibile. Et ratio eſt: q: po/ ī ptāte
teſtas ſe hʒ ad bonum ⁊ maluʒ. Multi enim ma vel do/
le vtuntur vt frequentius: vt patet in Saule ꝑ/ minio.
mo rege populi dei qui de optimo effectus eſt
peſſimus. Omnes etiam reges iſrael fuerunt
mali reges. etiā Juda pro maiori parte. ſʒ Au
gu. de ciui. dei. Beatitudo aūt eſt puruʒ ⁊ per/
fectum bonum: ⁊ non poteſt quis vti male.
Magis autem poteſt conſiſtere aliqua beatitu
do in bono vſu poteſtatis que eſt per virtuteʒ
ꝗ̄ in ipſa poteſtate. ❧ Secunda ratio eſt: quia
beatitudo non habet anxietatem: ſed delectati/
onem ⁊ ſecuritatem. poteſtas auteʒ terrena ha
bet plurimuʒ anxietatis ⁊ timoris. Unde Gre
gori. Omne quod hic eminet plus merorib
afficitur ꝗ̄ honoribus gaudet diſtin.xiij. ner/
ui. ⁊ Boe.ij. de conſola. Poteſtas humana ſol/
licitudinum morſus expellere formidinū acu/
leos vitare nequit. Exemplum ponitur in illo
domino qui fecit pendere gladium acutum fi
lo tenui ſuper caput amici recumbentis ſecuʒ
in menſa copioſiſſime preparata ⁊c̄. ❧ Ter/
tia ratio eſt quia beatitudo eſt bonum per ſe
ſufficiens ⁊ non indigens alio: vt patet in
primo Ethicorum. ita ꝙ ipſa adepta nullum
bonum deficit homini neceſſarium. Sed ha/

viſta ptãte adhuc multis indiget alias miſer eſ
ſet:nec eam tenere poſſet. Indiget enim ſerui//
toribus officialibus ⁊ multis adiutorijs. Unđ
⁊ due poteſtates principales in eccleſia.ſ.impia/
lis ſeu regalis ⁊ pontificalis: vna indiget alte/
ra: vt dicit Cyprianus di.xcvj.cum ad ver. ⁊
xxiij.q.v.c.principes. Et ptãs imperialis fre//
quenter adiuuit ⁊ defendit eccleſiam ſeu pote/
ſtatem papalem: vt patet di.lxiij.adrianus.⁊
ca.tibi domino.⁊ papa cõfirmat impatorẽ.

¶ Quod in vo/ .§.vi.

Q. nec etiaʒ in volup// tatibus

luptatibus cõſiſtat beatitudo vera impoſſibile
eſt. Et rõ eſt ſm.b.Tho.j.ij.q.ij. Quia delecta//
tiones ſpũales ſũt potentiores corporalibꝰ:ſʒ
in delectationibus ſpũalibus nõ conſiſtit prin
cipalis beatitudo ꝑfecta. ergo multo minus
incorporalibꝰ. Quod autem non conſiſtat bea
titudo principaliter in delectatiõe ſpirituali.ꝓ
batur per hoc:quia in vnaquaqʒ re aliud ẽ qđ
pertinet ad eſſentiam rei. aliud eſt proprium ac
cidens eius. ſicut in homie aliud eſt qđ eſt aĩal
rõnale. aliud quod eſt riſibile. ¶ Eſt autẽ conſi/
derandũ ꝙ ois delectatio eſt quoddam propri
um accidens qđ conſequit beatitudinem vel
aliquam beatitudinis ptem. Ex hoc eniʒ aliqs
delectatur quod hʒ aliquod bonum ſibi conue
niens in re vel in ſpe, vel ſolum in memoria.
Bonum aũt conueniens ſi ſit perfectũ eſt hois
beatitudo ipſa. Si autem ſit imperfectum eſt
quedam beatitudinis participatio vel propin/
qua vel remota. vel ſaltem apparens. Uñ mani
feſtum eſt ꝙ nec ipſa delectatio que conſequit
bonum ꝑfectum eſt ipſa eſſentia beatitudinis:
ſed quoddam ꝯñs ad ipſam ſicut ꝑ ſe accidẽs:
ſed ⁊ voluptas corꝑalis non poteſt etiaʒ modo
predicto ſequi bonum ꝑfectum. nam ipſa ſeq
tur bonum qđ apprehendit ſenſus qui eſt vni
tus anime vtens organo corꝑali. Bonum aũt
quod ꝑtinet ad corpus ⁊ apprehenditur ſʒ ſen
ſum nõ poteſt eſſe ꝑfectum hois bonum. Cum
eniʒ ps aĩe que eſt abſoluta ab organo corꝑali
vt intellectꝰ habeat quandã infinitatẽ reſpectu
ipſius corporis ⁊ ptium aĩe corpis concreatarũ
ſicut imaterialia ſunt quodãmodo infinita re/
ſpectu materialium. Naʒ vlĕ quod cognoſcit
intellectus eſt abſolutum a materia. ⁊ continet
ſub ſe. quaſi infinita ſingularia. iđ bonum con/
ueniens corpĩ quod ꝑ apprehenſionez ſenſus
cauſat delectationem corꝑalem: nõ eſt ꝑfectuʒ
bonũ: ſed quoddam minimuʒ in compatione
ad bonũ aĩe. Et ſic voluptas corꝑalis non põt
eſſe ipſa beatitudo. nec ꝑ ſe accidens beatitudi
nis. ¶ Scđa rõ eſt q: beatitudo vera eſt ꝓpria
creature rõnalis cuius eſt capax ꝑ rõnez vel in/
tellectum. Uoluptates aũt corꝑales ſunt cões

Delectatio vñ cauſet.

nobis ⁊ brutis. Unde ⁊ Boeꝰ. dicit ꝙ ſi volu/
ptates nos beatos efficere poſſent nihil cauſe
eſt quin pecudes quoqʒ beate eſſe dicãtur: ſed
hoc abſurdum eſt dicere. Eſt autem vehemens
appetitus delectationis ſenſibilis contingens
ex hoc ꝙ operationes ſenſuum que ſunt prin/
cipia noſtre cognitionis ſunt magis percepti/
biles. vnde a pluribus appetuntur ꝗ̃ delecta/
tiones ſpirituales. Et q: ſunt magis note. ideo
ſumpſerunt ſibi nomen voluptatis ſm phũm
in.vij. Ethic. Eo autem modo omnes appetũt
delectationem quo appetũt bonum. Nam de/
lectatio eſt quies in bono deſiderato. tamẽ de/
lectatio appetitur ratione boni ⁊ nõ ecõuerſo.
Unde nõ ſequitur ꝙ delectatio ſit maximuʒ ⁊
per ſe bonum: ſed ꝙ vnaquaqʒ delectatio cõſe/
quatur aliquod bonum ⁊ maxima delectatio ⁊
ſũma. ſequitur ſũmum bonuʒ habitũ. ¶ Ter/
tia ratio eſt ꝙ beatitudo cum ſit perfectum bo/
nũ: nulli põt eſſe nociua. Sed voluptates ſunt
nociue aĩe ⁊ corpori. Unde Boe. in.iij. de cõ/
ſo. Triſtis eſſe exitus voluptatũ quiſquis libi/
dinum ſuarum reminiſci voluerit intelliget. ⁊
Sene. Plures occidit voluptas ꝗ̃ gladius. Et
Hiero. ꝙ Gali. dicit. Athletas quorũ vita ⁊ ars
ſagina eſt non diu viuere poſſe nec ſanos eſſe.
aĩaſqʒ eorũ nimio ſanguine ⁊ adipe quaſi luto
inuolutas: nihil tenue: nihil celeſte cogitare: ſʒ
ſemꝑ de carnibus eructare: ⁊ vẽtris ingluuieʒ
cogitare. de ꝯſe. di.v. ne tales. Et Grego. dicit.
Salomon quippe ex inordinato amore femi//
narũ ⁊ vſu ad hoc vſqʒ perductus eſt vt ⁊ tẽpla
idolis conſtrueret. xxxij.q.iiij. Salomon.

Delectatio qđ ſit.

¶ Quod in ſani/ .§.vij.

Q nec ẽ in ſanitate triplici rõne.

tate ⁊ quiete corꝑis ⁊ optima diſpoſitione con
ſiſtat beatitudo: eſt impoſſibile. Et prima ratio
eſt ſm.b.Tho.j.ij.q.ij. q: impoſſibile eſt ꝙ illi/
us rei que ordinatur ad aliud ſicut ad fineʒ. vl/
timus finis ſit conſeruatio eius in eſſe. Sicut
nauis que ordinatur vt ad fineʒ ad nauigatio/
nẽ: finis eius vltimus non eſt cõſeruatio eius:
ſed nauigatio. Et hoc intẽdit principaliter gu/
bernator eius. Manifeſtuʒ eſt autem ꝙ homo
ordinatur ad aliquid extra ſe ſicut ad finẽ. Nõ
enim homo eſt ſũmum bonum ad quod incli/
natur per naturalem appetitum eius: q: vt di/
cit Boe. Inſerta eſt mentibus hominũ natura
liter veri ſummiqʒ boni cupiditas. Unde im/
poſſibile eſt ꝙ vltimus finis voluntatis ⁊ ratio
nis ſit conſeruatio ſui eſſe. Unde Eccĩ. xv. dici/
tur. ꝙ deus ab initio conſtituit hominem: ⁊ re
liquit eum in manu conſilij ſui: ideſt liberi ar/
bitrij. ex quo ordinat ſe ad fineʒ ⁊ eligit ea que
ſunt ad finem. ¶ Secunda ratio eſt: quia dato
ꝙ finis rationis ⁊ voluntatis eſſet conſeruatio

ſui.adhuc tamen nõ poſſet dici ꝙ finis homi/
nis eſſet aliquod bonũ corporis.Eſſe enim ho/
minis cõſiſtit in aĩa ⁊ corpore:⁊ q̃uis eſſe cor/
poris dependeat ab aĩa.non tamẽ ecõuerſo eẽ
anime dependet ab eſſe corporis.Et ipſum cor
pus eſt propter aĩam:ſicut inſtrumẽtum ꝓpter
motorem:vt per hoc ipſum ſuas actiones exer
ceat.Unde oĩa bona corporis ordinant̃ ad ani
mam.⁊ bona eius ſicut ad finez.Et ideo eſt im/
poſſibile ꝙ in bonis corporis conſiſtat beatitu
do:que eſt vltimus finis hominis.Ad qđ etiã
facit quod dicit Augu.ꝙ maius dãnum eſt in
amiſſione vnius anime q̃ mille corpoꝝ.xxiiij.
q.iij.ſi habes.¶ Tertia ratio eſt:q2 ſm beatitu
dinem homo excellit omnia aĩalia:ſed ſm bo/
na corporis homo a multis aĩalibus ſuperat̃:
ſicut ab elephante ⁊ fenice in diuturnitate vi/
te.a leone in fortitudine.a caprea ⁊ ceruo in ve
locitate.ab aquila ⁊ lince in viſus acumine.a
cane in odoratu.ab aranea in leuitate tactus.
⁊ huiuſmodi.

¶ Quod beati/ .§.viij.

Q nec ét in cognitõe cuiuſcũq rei: niſi ipſe cta cognitione dei.

tudo pfecta non conſiſtat eſſentialiter in cogni
tione quacũq vel cuiuſcũq rei niſi perfecta co
gnitione dei.Et ꝙ non conſiſtat in cognitione
ſenſitiua quacũq.¶ Probatur ex hoc ſm be.
Tho.j.ij.q.iij.Nam beatitudo hominis conſi
ſtit eſſentialiter in cognitione ipſius ad bonuz
increatum.quod eſt vltimus finis:cui hõ con/
iungi non poteſt per operationez ſenſus:quia
ſpiritus eſt deus. Bruta etiam animalia cum
cõmunicent nobis in ſenſitiua operatiõe:ſi in
hoc cõſiſteret beatitudo.eſſent ⁊ ipſa beata:qđ
eſt abſurdum dicere.Item beatitudo eſt ſacia/
tiua:ſed vt dicitur Eccꝰ.j.Nõ ſaciatur oculus
viſu nec auris auditu.⁊ ſic de alijs.

¶ Quod non cõ/ .§.ix.

Nec in opatõe intelle.

ſiſtat beatitudo perfecta in operatione intelle/
ctus practici.probatur ex hoc ſm bea. Thom.
vbi ſupra.ꝙ intellectus actus practici nõ que/
ritur propter ſeipſum:ſed propter actionem.
Ipſe etiam actiones ordinantur ad aliquem fi
nem:ſed vltimus finis cuius eſt beatitudo per
fecta non queritur propter aliud:ſed ꝓpter ſe.
Item q2 beatitudo cõſiſtit in operatione homi
nis ſm phm:⁊ in optima operatione.optima
operatio hominis eſt optime potẽtie reſpectu
optimi obiecti.Optima autem potentia eſt in
tellectus:cuius optimum obiectum eſt bonuz
diuinum:qđ non eſt obiectum intellectus pra/
ctici:ſed ſpeculatiui.Item in his que pertinẽt
ad vitam actiuam ad quam ordinatur actio in
tellectus practici cõmunicant nobiſcuz anima
lia bruta aliqualiter.que tamen non ſunt capa/
cia beatitudinis.Unde patet ꝙ beatitudo non
conſiſtit in actione practici intellectus.

¶ Quod non con/ .§.x.

Nec in cognitione ſpeculatiuaruꝫ ſciaruꝫ

ſiſtat in cognitione ſpeculatiuarum ſcientiarũ
beatitudo.probatur ſm be.Thom.vbi ſupra.
Primo:q2 dñs dicit Hiere.ix. Non glorietur
ſapiens in ſapiẽtia ſua.Et loquitur de ſapiẽtia
ſcientiaꝝ ſecularium.Sed de pfecta beatitudi
ne eſt gloriãdum.ergo ⁊c̃.Ratio eſt ad hoc:q2
cõſideratio ſpeculatiue ſcientie non ſe extendit
vltra virtutem principioꝝ illius ſcientie:q2 in
principijs ſciẽtie virtualiter tota ſcientia cõti/
netur.Prima aũt principia ſpeculatiuaꝝ ſcien
tiarum ſunt accepta per ſenſum vt patet in fine
poſterioꝝ.Unde tota conſideratio ſpeculatiua
rum ſcientiaꝝ non põt vltra extendi q̃ ſenſibi
lium cognitio ducere poteſt.In cognitione au
tem ſenſibiliũ non poteſt conſiſtere beatitudo
que eſt vltima pfectio hoĩs. Nõ enim aliquid
perficitur aliquo inferiori niſi ſm ꝙ in inferio
ri eſt aliqua participatio ſuperioris.Maniſe/
ſtum eſt aũt ꝙ forma lapidis vel cuiuſcũq rei
ſenſibilis eſt inferior hoĩe.Unde per formaz la
pidis non perficitur intellectus inquãtum eſt
talis forma:ſed inquãtum participatur aliqua
ſimilitudo alicuius.qđ eſt ſupra intellectũ hu/
manum.ſ.lumen intelligibile vel aliquid hu/
iuſmodi.Per ſenſibilia autẽ nõ poſſumus de/
uenire in cognitionem ſubſtãtiaꝝ ſeparatarũ.
Omne aũt qđ eſt per aliud reducitur ad id qđ
eſt per ſe.Unde oportet ꝙ vltima perfectio ho
minis ſit per cognitionem alicuius rei:que ſit
ſupra intellectum humanum. Item beatitudi/
ne nullus poteſt male vti:ſed cõſideratione ſciẽ
tiarum ſpeculatiuarum in preſenti multi abu/
ſi ſunt:⁊ abutuntur in ſuperbiam : ſicut philo/
ſophi qui cum cognouiſſent deum nõ ſicut de
um glorificauerunt ⁊c̃.ad Roma.j.elati per ſu
perbiam.⁊ Hieroꝰ.fuit dire flagellatus:q2 ni/
mis inordinate ⁊ affectuoſe vacabat tali ſtudio:
vt habetur diſt.xxxvij.legimus.

¶ Quod non cõ/ .§.xi.

Nec in cognitiõe ſbarũ ſeparatarũ.

ſiſtat beatitudo perfecta in cognitione ſubſtan
tiarum ſeparatarum:ideſt angelorum.proba/
tur ex hoc ſcdm beatum Thomam.vbi ſupra.
Quia dominus dicit Hierem.ix. In hoc glo/
rietur qui gloriatur ſcire ⁊ noſſe me. Et non di
cit ſcire angelos.Item ratio eſt ad hoc:q2 per/
fecta hominis beatitudo non conſiſtit in eo qđ
eſt perfectio intellectus ſm alicuius participa/
tionem:ſed in eo quod eſt per eſſentiam talez.
Maniſeſtum eſt autem ꝙ vnumquodq in tan
tum eſt perfectio alicuius potentie inquantuz
ad ipſum ptinet ratio proprij obiecti illius po

tentie. Proprium aũt obiectum intellectus eſt verum. Quicquid ergo habet veritatẽ partici/patam ↄtẽplatam non facit intellectum pfectũ vltima pfectione. Cum aũt ſit eadeȝ diſpoſitio rerum in eſſe ſicut in veritate quecunqȝ ſunt en/tia per participationem: ſunt vera per partici/pationem. Angeli aũt habent eſſe participatũ: q2 ſolius dei eſſe ſuum eſt ſua eſſentia. Unde re/linquitur ꝙ ſolus deus ſit veritas per eſſentiaȝ ⁊ eius ↄtẽplatio perfecta qualis habetur in pa/tria facit perfecte beatum. Aliqualem aũt bea/titudinem impfectam ſm̃ bea. Tho. nihil pro/hibet attendi in ↄtẽplatione angeloꝝ. Et ſimi/liter in ↄſideratione ſciẽtiarum ſpeculatiuarũ. minorem tñ q̃ȝ in cognitione angeloꝝ. Utraqȝ auteȝ maior in ↄtẽplatione diuinoꝝ. que tamẽ nõ põt haberi niſi imperfecte. Sic igitur beati/tudo qualis hic haberi põt. primo cõſiſtit in cõ/tẽplatione. ſecũdario in operatione intellectus practici ordinantis ſuas actiones ⁊ paſſiones. Operationes aũt ſenſus ad beatitudineȝ poſ/ſunt pertinere: nõ quidem eſſentialiter ſed an/tecedẽter ⁊ ↄſequenter. Antecedenter quantuȝ ad beatitudinem imperfectam que haberi põt in via: q2 videlȝ operatio intellectus preexigit operationem ſenſus cuȝ oĩs noſtra cognitio or/tum habeat a ſenſu: vt dicit phs. Cõſequenter q2 in illa perfecta beatitudine que expectat̃ in celo poſt vltimam reſurrectioneȝ. ex beatitudi/ne aĩe fiet quedaȝ influentia in corpus ⁊ in ſen/ſus corporeos: vt in ſuis operationibus perfi/ciantur. Non aũt operatio intellectus qua deo coniungetur dependebit a ſenſu.

¶ Utrum beati/ .§. xij.

tudo perfecta ↄſiſtat in aliquo bono creato ſiue bono aĩe ſiue alio. Rñ. ad hoc bea. Tho. i. ij. q. iij. ꝙ beatitudo eſt vltimus finis hominis. ſed finis dupliciter dicit̃. Uno modo ipſa res quã adipiſci deſideramus. Alio mõ vſus ſeu ade/ptio ⁊ poſſeſſio illi⁹ rei. Si ergo loquamur de vltimo fine hominis q̃tum ad ipſam rem quã appetimus vt vltimuȝ finem: impoſſibile eſt ꝙ vltimus finis vel beatitudo ſit ipſa anima vel aliquid eius. Et ratio eſt: q2 ipſa in ſe conſidera/ta eſt vt in potentia exiſtens. Fit enim de poten/tia ſciente actu ſciens. Et de potentia virtuoſa actu virtuoſus. Cum auteȝ potentia ſit propter actum ſicut propter cõplemẽtum eſt impoſſibi/le ꝙ id quod eſt ſm̃ ſe eſt in potentia exiſtẽs ha/beat rationem vltimi finis. Unde impoſſibile ꝙ anima ipa ſit vltimus finis ſuiipſius. Simi/liter nec aliquid eius poteſt eſſe finis eius ſiue ſit potentia ſiue habitus ſiue actus. Et ratio eſt q2 bonum qđ eſt vltimus finis. eſt bonum per/fectum cõplens appetitum. Appetitus autem humanus qui eſt volũtas eſt boni vniuerſalis. Eſt enim obiectum volũtatis bonum vniuerſa/le: ſicut obiectũ intellectus eſt verum vniuerſa/le. Quodlibet aũt bonum inherens ipſi aĩe eſt bonum participatũ. ⁊ per ↄſequens bonuȝ par/ticulatum. ſic nõ poteſt eſſe vltimus finis hoĩs ſeu beatitudo. Et eadeȝ ratio eſt de quolibet bo/no creato extra aĩam exiſtente. Cum enim oĩs creatura habeat bonitatem participatam ⁊ bo/num vniuerſale nõ inueniat̃ in aliquo creato: ſed ſolum in deo. ideo nihil põt quietare volũ/tatem hoĩs niſi ſolus deus qui eſt bonum vni/uerſale. Unde ps. cij. Qui replet in bonis deſi/derium tuum. Et Aug. in li. confeſ. Feciſti nos domine ad te: ⁊ inquietum eſt cor noſtrũ donec re/quieſcat in te. Et quãuis homo qui dicitur mi/nor mũdus ordinet̃ ad vniuerſum qđ dicitur mũdus maior ſicut pars ad totum. non tamen ſequit̃ ꝙ vniuerſuȝ ſit vltimus finis hominis. Hoc enim eſſet ſi ipſum vniuerſuȝ non ordina/retur ad aliud ſicut ad finem. Sed q2 vniuerſi/tas creaturaꝝ ordinatur ad deum ſicut ad finẽ oĩum. ideo etiaȝ vltimus finis partis eſt deus. Item q̃uis per hoc homo efficiatur beatus ꝙ eius deſiderium quietat̃: ſed naturale hoĩs de/ſiderium non extẽditur ad maius bonuȝ q̃ȝ ſit ipſe capax eſt ſciẽdum: ꝙ etſi bonum creatum nõ eſt minus q̃ȝ bonum cuius homo eſt capax vt rei intrinſece ⁊ inherẽtis. eſt tamẽ minus q̃ȝ bonum cuius eſt capax vt obiecti quod eſt infi/nitum. Bonum autẽ participatum ab angelo ⁊ vniuerſo toto eſt bonum ↄtractum ⁊ finituȝ. Sed loquendo de vltimo fine hoĩs quantũ ad adeptionem ipſam vel poſſeſſioneȝ ſeu quem/cũqȝ vſum rei que appetitur vt finis ſic ad vlti/muȝ finem ptinet aliquid hoĩs ex parte aĩe: q2 homo per aĩam beatitudinem ↄſequitur. Res ergo ipa que appetitur eſt id in quo beatitudo ↄſiſtit. ⁊ qđ facit beatuȝ: ſed huius rei adeptio vocatur beatitudo ⁊ finis hominis. Exẽplum in auaro cuius finis dicit̃ pecunia: vt res que diligit̃ ab eo: ⁊ etiam poſſeſſio pecunie vt vſus illius rei. ⁊ ſic beatitudo eſt aliquid anime. Sȝ id in quo ↄſiſtit beatitudo eſt aliquid extra ani/mam. Et ſm̃ hoc dicit Aug⁹. xix. de ciui. dei. ꝙ ſicut vita carnis anima eſt: ita beata vita ani/me deus eſt. De quo dicitur ps. cxliij. Beatus populus cuius dominus deus eius.

ꝙ nihil quietare hominem niſi ſolus deus poteſt. Nõ ponitur.

¶ De diſpoſitiuis ad beatitudineȝ. Cap. v.

SEquitur de beati/tudine diſpoſitiua. qua ſcilȝ diſponi/tur homo ad perfectaȝ beatitudinẽ. Et poteſt notari ibi cum dicit̃. Bea/tus populus cuius dñs deus eius. i. illi qui de/um verum habẽt pro dño: vt. ſ. ſint ei ſubiecti

vt ſerui dñoꝝ: obediāt mādatis eius: illi ſunt
beati in vita iſta.ſ.beatitudine vera ſed imper
fecta: diſpoſitiua tamē ad pfectam. de qua ps.
cxviij. Beati immaculati in via qui ambulant
in lege dñi. Et Chriſtus dicit Joā.xiij. Scitis
hec. Beati eritis ſi feceritis ea. Eſt aūt beatitu/
do diſpoſitiua operatio virtuoſa pcedēs a do/
no ſpiritusſancti. Pro cuius declaratione dicit
bea. Tho.j.ij.q lxix. ꝙ vt ſupra dictū eſt: beati/
tudo eſt vltimus finis humane vite. Dicit aūt
quis iam finem habere ppter ſpem finis obti/
nendi. Unde ꝛ ſm phm in.j.ethic. Pueros di
cimus beatos ppter ſpem. Et aplſ ad Roma.
viij.ait. Spe ſalui facti ſumus. Spes aūt de fi/
ne ꝯſequendi exurgit ex hoc ꝙ homo ꝯuenien
ter mouet ad finem ꝛ appropinquat ad ipſum
qḋ vtiqꝫ fit per aliquam actionem. ad finē aūt
beatitudinis mouet aliquis ꝛ appropinquat
per actiones donoꝝ: ſi loquamur de beatitudi
ne eterna. ad quam ratio non ſufficit: ſꝫ in eam
ducit ſpiritusſanctus ad cuius ſequelam ꝛ obe
dientiam per dona perficimur. Et ideo beatitu/
dines diſtinguūtur a virtutibus ꝛ donis nō ſi
cut diuerſi habit⁹ diſtincti ab eis: ſed ſicut act⁹
diſtinguūtur ab habitibus. Diſtinguitur autē
hic operatio in ſeptem partes. que ſunt paup/
tas ſpiritus mititas. luctus: eſuries ꝛ ſitis iuſti
tie: miſericordia: mūditia cordis ꝛ pacificatio
que habentur Matth.v. Et ꝗuis iuſtitia ꝛ mi
ſericordia ꝛ mititas. i. manſuetudo hic nume/
rata videantur eſſe virtutes: attribuuntur ta//
mē donis: quia etiam dona ſint pfectiora vir/
tutibus cardinalibus: perficiunt enim hoīem
circa omnia que perficiunt ipſe virtutes. Et ſic
non hic ſignificatur habitus illarum virtutuꝫ
ſed actus donorum a ſpiritusancto pcedentes.

Quō di/ſtinguū/tur bti/tudies/a vtuti/bus et/donis.

Sunt autem ſe/ .§.i.

pté beatitudines ſicut ſunt ſeptē dona ſpūſan
cti. Unde Aug. de ſermone dñi in mōte ſingu/
las btitudines ſingulis attribuit donis: videlꝫ
dono timoris: paupꝫtatē ſpūs: qua quis ſe deo
humiliat: quo deijcitur ſupbia. Dono pietatis
mititatem ſeu manſuetudinē. Precipue enim
ad māſuetudinē mouet reuerētia ad deuꝫ que
ptinet ad pietatem. Nam pietas eſt dei cultus
ſm Aug. hac aūt frangit ira. Dono ſciētie attri
buit luctus: qꝛ per ſciētiaꝫ homo cognoſcit de
fectus ſuoꝝ actuū ꝛ rerum mūdanarum. vnde
moueri hꝫ ad luctuꝫ. ſm illud Eccl.j. Qui ad/
dit ſciētiam addit dolorē: hac aufert auaritia.
Dono fortitudinis eſuries et ſitis iuſtitie. ad
hec enī pcipue mouet animi fortitudo: ſcꝫ ad
opa iuſtitie exercēda ꝛ nō deſiſtēdum ppter la/
borem. Et hac pſternit accidia dono cōſilij at/
tribuitur miſericordia: qꝛ ad miſerāduꝫ preci/

De ꝯue/nientia/btitudi/nis cuꝫ/donis.

pue mouet ꝯſiliū dei. Dan.iiij. Placeat tibi cō
ſiliū meuꝫ: peccata tua elemoſynis redime ꝛc̄.
Et hac deuincit inuidia que non hꝫ compaſſio
nem. Dono intellectus attribuit mundiia cor
dis: quo gula abijcit: que hebetat intellectum
ppter fumoſitates. Dono ſapiētie pacificatio:
hac occiditur luxuria: qꝛ guſtata ſuauitate ſpi/
ritusſancti qḋ fit per ſapientiam. deſipit oīs ca
ro. ſm Bern. ¶ Ubi ſciēdum ꝙ cum hō perfi
ciatur per vitaꝫ actiuam ꝛ contēplatiuam: per
quinqꝫ dona priora pficit in actiua: ꝛ actus do
noꝝ ipſoꝝ quinqꝫ exprimūtur in ipſis meritis
beatitudinuꝫ. Unde dicitur. Beati pauperes.
beati mites ꝛc̄. hec enim ſignificāt actus. Sed
per alia duo.ſ. intellectū ꝛ ſapiētiam perficitur
in contēplatiua. ea vo qui pertinēt ad contēpla
tiuam vitam vel ſunt perfecta beatitudo fina/
lis vel aliqua inchoatio eius. ꝛ ideo nō ponun
tur ipſi actus contēplatiue tanꝗ̄ merita in ip/
ſis beatitudinibus: ſed tanꝗ̄ premia dum di/
citur. Qm̄ ipſi deum videbūt: quoad primuꝫ.
ꝛ qm̄ filij dei vocabuntur: quoad ſcḋm: in qui/
bus cōſiſtit beatitudo. Ponunt autem in ipſis
duabus beatitudinibus vltimis tanꝗ̄ merita
effectus vite actiue: quibus homo diſponitur
ad vitam cōtēplatiuam.ſ. mūdicia cordis qua
perficit in ſeipſo ꝛ pacificatio qua perficit quo/
ad proximum. Quod autēꝫ ponitur pro octa/
ua btitudine.ſ. beati qui pſecutionē patiuntur
ppter iuſtitiam: qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celoruꝫ:
nō facit aliam diſtinctam de per ſe ab alijs: ſed
eſt ſm be. Tho. vbi ſupra. quedam ꝯfirmatio ꝛ
manifeſtatio omnium precedentium. Ex hoc
enīꝫ ꝙ aliquis eſt firmatus in paupertate ꝛ mi
titate ꝛ alijs ſequētibus prouenit ꝙ ab his bo/
nis propter nullam pſecutioneꝫ recedit. vnde
octaua illa pertinet ad ſeptem precedentes. Et
perſecutionem quidē patiunt hoīs dupliciter
videlicet vel ab infidelibus ꝛ tyrānis exterio/
rem. vel a prauis fidelibus per publica mala.
vt habetur. vij. q. prima. §. eſt ꝛ aliud. Item nō
eſt contra predicta quod Lucas. vj.c. referens
beatitudines a chriſto expreſſas ponit tm̄ qua/
tuor. quia ſm beatum Thom. Mattheus nar/
rauit ſermonem dñi factum in monte diſcipu/
lis: vbi ſepteꝫ expreſſit beatitudines quas Au/
guſti. attribuit donis tanꝗ̄ perfectioribus ho
minibus. Lucas vero narrat aliū ſermoneꝫ
factum turbis in loco campeſtri. vnde beatitu/
dines narrantur ab eo ſm capacitatem turba/
rum qua ſolam voluptuoſam ꝛ tēporaleꝫ beati
tudinē nouerant. Unde dñs per illas quatuor
beatitudines expreſſas excludit que ad predi/
ctam beatitudinē terrenam pertinere vident:
quoꝝ primum eſt vt bene ſit homini ꝗ̄tuꝫ ad
abundantiam bonorū exteriorum: qḋ excludi

De h ꝙ/vident/euāgeli/ſte diſ//cordare/quad nu/meruꝫ/btitudi/num.

tur per hoc quod dicit:beati pauperes. Scđm
eſt vt bñ ſit homini in cibis ⁊ potibꝰ. quod ex//
cluditur cum dr̄. Beati qui eſuritis. Tertium
vt bñ ſit ei q̄ſtum ad cordis iocunditatem: qđ
tollitur cum dr̄. Beati qui lugent. Quartū vt
bñ ſit ei q̄ſtum ad exteriorem hoīum fauorem:
qđ auſertur cum ait. Beati eritis cum vos ode
rint hoīes. Unde Amb. attribuit has virtutibꝰ
cardinalibus. Paupertatē dicit ptinere ad tē/
perantiam que illecebroſa non querit eſuriē iu
ſtitie: q: qui eſuriunt compatiunt ⁊ compatien
do largiunt. Fletū ad prudentiā. cuius eſt fle/
re occidua. Pati odiū hoīum quo. ſ. quis odi
tur ab aliis ppter bonū. ad fortitudinē ptinet.

Beatitudines .§. ij.

De triplici btitudine quā aliq̄ poſuerunt.

autē ſeptem que ponuntur. Matth. v. conuenien
tiſſime enumerantur ſm btm̄. Tho. i. ij. q. lxix.
Ad cuius euidentiam conſiderandū eſt q̄ tri//
plicem beatitudinem aliqui poſuerūt. Quidā
enim poſuerunt beatitudinem in vita volup//
tuoſa. Quidā ī vita actiua. Quidā in vita cōtē
platiua. He autē beatitudines diuerſimode ſe
hñt ad beatitudinem futuram: cuius ſpe dici//
mur hīc beati. Nā btitudo voluptuoſa quia fal
ſa eſt ⁊ rōni cōtraria: impedimētum eſt future
beatitudinis. Beatitudo vero actiue vite ē di/
ſpoſitiua ad beatitudinem futuram. Beatitu/
do aūt contemplatiua ſi ſit perfecta eſt ipſa bea
titudo futura eſſentialiter. ſi ſit impfecta ē que
dam incoatio eius. Unde dñs propoſuit quaſ/
dam beatitudines quaſi remouentes impedi/
mentum beatitudinis voluptuoſe. Cōſiſtit enī
vita voluptuoſa in duobus. Primo in affluen
tia bonorum exteriorum que ſunt diuitie ⁊ ho
nores. a quibus retrahitur homo per virtutē:
ſic vt moderate eis vtatur. Per donum autem
excellentiori modo. vt. ſ. homo totaliter ea cō//
temnat. Unde prima beatitudo ponitur. Beati

Quō p ſingula dona ⁊ ſinglas btitudines hoīes diſponūtur ad beatitudinem.

pauperes ſpiritu: quod poteſt referri vel ad
contemptum diuitiarum. ⁊ ſic exponitur pau/
peres ſpū. i. voluntate. vel ad contemptum bo
norum. qđ ſit per humilitatem. ⁊ ſic exponitur
a grego. pauperes ſpū. i. humiles. Secundo vi
ta voluptuoſa conſiſtit in ſequendo proprias
paſſiones ſiue iraſcibilis ſiue concupiſcibilis.
A ſequela autem iraſcibilis retrahit virtus. ne
homo ſuperfluat in eis ſm regulam rationis.
Donum autem excellentiori modo. vt. ſ. homo
ſm voluntatem diuinam totaliter ab eis tran/
quillus reddatur. Unde ſecunda beatitudo
ponitur. Beati mites. A ſequela autem paſſio
num concupiſcibilis retrahit virtus modera/
te hmōi paſſionibꝰ vtendo. Donum vero ſi ne/
ceſſe fuerit totaliter eas abiiciendo: quinimo
ſi neceſſarium fuerit voluntarium luctum aſſu

mendo. vnde tertia beatitudo eſt. Beati qui lu
gent. Actiua vero vita in his precipue conſiſtit
que proximis exhibemus. vel ſub rōnem debi
ti: vel ſub rōne ſpontanei bñficii. ⁊ ad primum
quidē nos virtus diſponit. vt ea que debemus
ꝓximis non recuſemus exhibere: qđ pertinet
ad iuſtitiam. Donū autē ad hoc ipſum abūdā/
tiori quodā affectu nos inducit. vt ſicut ferue
ti deſiderio eſuriēs ⁊ ſitiēs capit cibū ⁊ potū:
ſic feruēti deſiderio iuſtitie opa ipleamus. Unī
q̄rta btitudo ponit. Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt
iuſtitiam. Circa vero ſpōtanea dona nos pficit
virtus. vt. ſ. donemus qbus ratio dictat ēē do/
nandum: puta amicis vel aīs nobis ꝯiunctis.
qđ pertinet ad virtutē liberalitatis. Sed donū
ꝓpter dei reuerentiā ſolā neceſſitatē cōſiderat
in his quibus gratuita bñficia preſtat. Unī Lu.
xiiii. dicit. Cum facis prandiū ⁊c. noli vocare
amicos: ſed pauperes. qđ ꝓprie eſt miſereri. Et
ideo q̄nta beatitudo ponitur. Beati miſericor
des. Ea vō que ad vitā ꝯtemplatiuā ptinēt vel
ſunt ipſa beatitudo finalis vel aliq̄ inchoatio
eius. Et iō non ponunt in btitudinibus tanq̄
merita: ſed tanq̄ pmia ea ſcilꝫ que ptinēt ad cō
templatiuā vitā. vt. ś. dictum eſt. Ponunt aūt
tanq̄ merita q̄dam pertinētia ad actiuā vitā.
quibus hō diſponit ad ꝯtemplatiuā. Effectus
autē vite actiue q̄ſtum ad virtutes ⁊ dona qbꝰ
hō perficit in ſeipſo eſt munditia cordis: vt ſcꝫ
mens hoīs paſſionibus nō inquietet. Unī poni
tur ſexta beatitudo. Beati mūdo corde. Quan
tū ad v̄tutes ⁊ dona qbus hō perficit in cōpa
ratione ad ꝓximū. effectus vite actiue eſt pax
ſm illud Eſaie. xxxii. Opus iuſtitie pax. ⁊ ideo
ſeptima beatitudo eſt. Beati pacifici. Quod
autem in ſcriptura ſacra ponantur alie plures
beatitudines. vt illa Job. v. Beatus qui corri
pitur a domino. Et illa primo pſal. Beatus
vir qui non abiit in conſilio ⁊c. Neceſſe eſt ſm
Beatum Thomam vbi ſupra omnes illas ad
has. vii. beatitudines reduci: vel quantum ad
merita: vel quantum ad premia. quia neceſſe
eſt q̄ omnes pertineant aliquo modo vel ad vi
tam actiuam vel contemplatiuam. Unde il//
la. Beatus qui corripitur a domino pertinet
ad beatitudinem luctus. Alia ſcilicet Beatus
vir qui non abiit: pertinet ad munditiam cor/
dis. ſicut etiam illud Pſal. cxxxvi. Beatus qui
tenebit ⁊ allidet paruulos ſuos ad petram. Qđ
ſic exponit Ambro. qui habet cogitationes in/
firmas ⁊ lubricas elidat ad chriſtum. qui om/
nes irrationabiles motus ſui reuerentia. ⁊ di
ſcretione comminuat de peniten. diſtinctio. iii.
in ſalicibus. Illud autem Prouerbio. iii. Bea
tus qui inuenit ſapientiam pertinet ad premiū
ſexte btitudines. Et ſic de aliis poſſent induci.

De p̄mijs di/ .§.iij.

ctarum beatitudinuꝫ in p̄ſenti vita. Nota ꝙ Ambro. dicit illa impleri ⁊ ꝑtinere ad futuraꝫ beatitudinem. Aug. autem dicit ea impleri in p̄ſenti vita: p̄cipue in perfectis. Chꝛy. dicit aliqua pertinere ad p̄ſentē vitam: aliqua ad futuram. Sed bea. Tho. vbi ſupra. dicit ꝙ oīa poſſunt pertinere ad p̄ſentē vitam ⁊ futurā.

De p̄mijs dictaꝝ beatitudinū ſm̄ tho.

¶ Pꝛocemus declaratione dicit idem ꝙ ſpes que eſt de beatitudine pōt eſſe in bonis ꝓpter duo. Pꝛimo propter aliquam preparationeꝫ ⁊ diſpōnem ad futurā beatitudinē qḋ eſt per modum meriti. Alio modo per quādaꝫ inchoationem impfectā future beatitudinis in viris ſanctis: etiā in hac vita. Aliter enim habetur ſpes fructificationis arboꝛis cum vireſcit in frondibus. aliter cum iam ꝑmoꝛdia fructuū incipiūt apparere. Sic ergo ea que tiguanͭ in beatitudinibus tanꝗ̄ merita ſunt quedam ꝑparationes ſeu diſpōnes ad beatitudinē vel ꝑfectaꝫ vel inchoatam. Ea vͦo que ponunͭ tanꝗ̄ p̄mia pñt eſſe vel ipſa beatitudo ꝑfecta: ⁊ ſic ꝑtinēt ad futuram vitam. Uel aliqua inchoatio beatitudinis. ſicut eſt in viris ꝑfectis. ⁊ ſic p̄mia pertinent ad vitam p̄ītem. Cum enim aliqs incipit ꝓficere in actibus v̓tutum ⁊ donoꝝ pōt ſperare de eo ꝙ ꝑuenit ad ꝑfectionem p̄ſe. ¶ Quomodo impleanͭ p̄mia illa in p̄ſenti. ſic declarat be. Tho. poſt Aug. Regnum celoꝝ pōt intelligi perfecte ſapientie initium. ſm̄ ꝙ incipit ſp̄s in eis regnare. Poſſeſſio terre ſignificat affectum bonum aīe requieſcētis per deſiderium in ſtabilitate hereditatis ſupne: que per terram ſignificatur. Cōſolantur in hac vita. ſ. que eſt paraclytus. i. ꝯſolatoꝛ participando. Saturanē ⁊ in hac vita illo cibo de quo chꝛiſtus di. Meus cibus eſt: vt faciam volūtateꝫ eius qui miſit me. In hac etiam vita ꝯſequuntur hoīes dei miſericoꝛdiā. Ac etiam purgato oculo per donum itellectus deus quodāmodo videri poteſt. Similiter ⁊ in hac vita qui motus ſuos pacificauit ſeu pacificant ad ſimilitudinem accedentes filij dei vocanͭ. Hec tamen omnia perfectius erunt in patria.

Quomodo p̄dctarū btitudinū p̄mia illa i p̄ſēti q̄dāmō iplenͭ.

De p̄mijs di/ .§.iiij.

ctarū beatitudinū q̄uo ꝯuenlētiſſime aſſignantur. put ꝑcipiunͭ in vita futura. Et hoc ꝯſiderata conditione ſm̄ tres beatitudines ſupꝛa aſſignatas. Tres enim ꝑme accipiunͭ per retractionem ab his in qbus vita voluptuoſa cōſiſtit quaꝫ hō deſiderat querēs illud qḋ naturaliter deſideratur. Sed hoc nō debet querere niſi in deo. non autēꝫ in rebus tꝑalibus ⁊ caducis. Et ideo ꝑmia trium ꝑmaꝝ beatitudinū accipiuntur ſm̄ ea que in beatitudine terrena aliq querūt. Querūt enim hoīes in rebus exterioꝛibus ſ. diuitijs ⁊ honoꝛibus excellētiā quādā ⁊ abūdātiam quoꝝ vtrūq; impoꝛtat regnum celoꝝ ꝑ qḋ homo ꝯſeqtur abūdantiā ⁊ excellētiā bonoꝝ in deo. Et ideo regnum celoꝝ dn̄s paupibus ſpiritu ꝓmittit. Querūt etiam hoīes feroces ⁊ imites per bella ⁊ litigia ſecuritatem ſibi acqrere inimicos ſuos deſtruēdo. Unde deus repꝛomiſit ſecuram ⁊ quietaꝫ poſſeſſionē terre viuētium per quam deſignanͭ ſoliditas bonoꝝ eternoꝝ. Querūt etiam hoīes in ꝯcupiſcentijs ⁊ delectationibus habere ꝯſolationē ꝯtra mūdi huius laboꝛes. ⁊ ideo ꝯſolationē lugētibus repꝛomittit. Alie vͦo due ꝑtinent ad opa actiue beatitudinis que ſunt opa virtutū oꝛdinantiū hoīem ad ꝓximum a qbus opibus aliq retrahanͭ ꝓpter inoꝛdinatum amoꝛeꝫ ꝓpꝛij boni. ⁊ ideo dn̄s illa p̄mia attribuit his beatitudinibus: ꝓpter que hoīes ab eis diſcedunt. Diſcedūt enim aliq ab opibus iuſtitie non reddētes debitum: ſed potius aliena rapiētes vt bonis tēpoꝛalibus repleanͭ. ⁊ ideo dn̄s eſurientibus iuſtitiā ſaturitatē repꝛomiſit. Diſcedūt aliq ab opibus miē ne ſe immiſceant miſerijs alioꝛuꝫ. ſ. indigēdo. ⁊ ideo dn̄s miſericoꝛdibus miſericoꝛdiā repꝛomittit: per quam liberantur ab omni miſeria. Alie vͦo due ꝑtinent ad cōtēplatiuam beatitudinē: ſeu felicitatē. Et ideo ſm̄ ꝯuenientiam diſpōnum que ponunͭ in merito p̄mia reddunͭ. Nam mūditia oculi diſponit ad clare vidēdum. Unde mūdis coꝛde dei viſio pꝛomittitur. Cōſtituere vͦo pacem vel in ſeipſo vel inter homines manifeſtat hominē eſſe dei imitatoꝛem: qui eſt deus vnitatis ⁊ pacis. Et ideo pꝛo p̄mio redditur glīa dei filiatiōis: que eſt in perfecta cōiunctione ad deum per ſapiētiaꝫ conſūmataꝫ. Et vt dicit Chꝛy. omnia iſta ꝑmia vnum ſunt in re: ſcilicet ipſa beatitudo eterna. Sed q: eam intellectus non capit humanus: ideo opoꝛtuit per diuerſa nobis nota deſcribere obſeruata conuenientia ad meritum. Item ſicut octaua beatitudo eſt quedaꝫ firmitas omnium precedentiū: ita debentur ſibi omniū beatitudinuꝫ p̄mia: ⁊ ideo redijt ad caput vt intelligātur ſibi omnia p̄mia cōſequenter attribui. Uel ſm̄ Ambꝛo. paupibus pꝛomittitur regnum quantū ad gloꝛiaꝫ anime. Paſſis auteꝫ in coꝛpoꝛe perſecutionē regnuꝫ quantū ad gloriam coꝛpoꝛis. Notandū etiam ꝙ iſta p̄mia ſe habent per additioneꝫ adinuicē. Nam plus eſt poſſidere terram regni celoꝝ ꝗ̄ habere ſimpliciter. Nam multa habemus que non firmiter ⁊ pacifice poſſidemus. Plus eſt etiam cōſolari in regno ꝗ̄ hēre ⁊ poſſidere. Multa enim cum doloꝛe poſſidemus. Plus eſt etiā ſaturari

Q̄ p̄mia illa in futura vita iplebūtur.

ꝙ ſimpliciter ꝯſolari. Nam ſaturitas abūdantiam cōſolationis importat. Miſericordia vero excedit ſaturitatē: vt plus. ſ. accipiat ꝙ meruerit vel deſiderare potuerit. Adhuc eſt magis videre deuꝫ: ſicut maior eſt qui in curia regis nō ſolū prādet: ſed etiā videt facieꝫ regis. Sūmaꝫ aūt dignitatem hꝫ in domo regia filius regis.

¶ Nota ſecundum .§.v.

dn̄m Joā. dn̄icī ſup Matth. aliam pulchrā expoſitioneꝫ de his ſeptem beatitudinibus: que pōt predicari in feſto oīum ſanctoꝝ. Et poterit ſumi illud thema. Merces veſtra multa eſt in celo. Matthei. v. Et illud ps. cxxvij. Beati oēs qui timent dn̄m qui ambulāt in vijs eius. Ubi tria nota. ¶ Primo inchoatiuum ſaluationis ſpūalis. ibi. Qui timet dn̄m: ⁊ in hoc eſt merces noſtra. Scd̄o diuerſificatiuum conuerſationis virtualis. ibi. qui ambulāt in vijs eius. ⁊ in hoc eſt merces multa. ¶ Tertio cōpletiuuꝫ appetitionis humanalis. ibi. beati oēs. Et hoc eſt merces in celo: ⁊ ſic merces veſtra multa eſt in celo. ¶ Quātum ad pmum nota ꝙ principiuꝫ ſalutis eſt timor. non tn̄ quicūqꝫ ſed timor dn̄i. Eſa. xxxiij. Diuitie ſalutis ſapiētia ⁊ ſcientia. timor dn̄i ipſe eſt theſaurus eius. ps. ix. Initiuꝫ ſapientie timor dn̄i. Unde non dicit hic ſimpliciter. Beati qui timent: ſed beati qui timēt dominuꝫ. Aliq enim habēt timorem mūdi. ſ. non diſplicēdi hoībus. Sic timuit Adam nō diſplicere vxori ⁊ contriſtare eam. Aliq timent pelli ſue. vt Petrus ꝓpter qꝺ negauit chriſtū. Hinc Aug⁹. xj. q. iij. Timēdo mortem carnis tue dabis mortem aīe tue. ſ. qn̄ quis ꝓpter hoc facit ꝯtra precepta. Alij timēt preciſe penaꝫ inferni. non timētes deum offendere ac ſi exiſtimarent infernū non eſſe. Sed dicit Jo. in prima cano. ꝙ timor talis qui. ſ. dicit̄ ſeruilis non eſt in charitate nec ſufficit ad ſaluteꝫ ꝗuis diſponat ad eam. Unde Augu. Cum per timorem gehēne aliqs ſibi cauet a malo fiet paulatim ꝯſuetudo iuſtitie: ⁊ incipit quod bonuꝫ erat amari. xxiij. q. vj. Nullus igit̄ hoꝝ timoꝝ eſt principiuꝫ ſalutis ſed timor dn̄i quo. ſ. quis abſtinet a malo ⁊ bonum facit: ne deo diſpliceat ipſum ſup oīa amans. Et in iſto timore eſt merces magna et multa. Merces veſtra. i. veſtrum qui timetis. Eccī. ij. Qui timetis deuꝫ credite illi. ⁊ nō euacuabitur merces veſtra. Signum huius timoris eſt illud quod dicitur Eccꝫ. vij. qui deuꝫ timet nihil negligit. ſ. eorum qui ſunt neceſſaria ad ſaluteꝫ. ¶ Quātum ad ſcd̄m nota ꝙ multe ſunt vie que oēs habēt dictum pncipiū. ſ. timoris qbus puenitur ad celum ⁊ ad beatitudineꝫ veraꝫ. Et vt dicit Prouer. iij. Vie eius vie pulchre: ⁊c. ſm̄ aūt ꝙ repiuntur ſepteꝫ ſtatus hoīum in eccleſia militanti: ſic in iſto euāgelio notant̄ ſeptem vie ſalutis. per quas itur ad beatitudinem vt quilibet vadat per viam ſuam. Et beati oēs qui ambulāt in vijs ei⁹. ¶ Primus ſtatus eſt eccleſiaſticoꝝ ſiue religioſoꝝ ſiue aliorū clericoꝝ. ⁊ horuꝫ via eſt paupertas ſpiritus. Et tūc ſunt beati ſi de mūdo nihil querūt qui deo ſunt mancipati. Nō eſſet venenum in eccleſia dei ſi mundi ambitio ⁊ auaritia nō poſſideret eoſdem. Ad hoc faciūt autoritates. xij. q. j. clericus. ⁊ c. cui portio. ¶ Secundus ſtatus eſt doctoꝝ ſcientia preditoꝝ. ⁊ horū via precipua eſt humilitas. Nam vt dicit Prouerb. xj. Ubi humilitas ibi eſt ſapiētia. ſciētia autem inflat ſm̄ apoſtoluꝫ: ſed beati mites. i. humiles. hi enim poſſidēt terram lacte ⁊ melle manātem. i. intellectum dulcem ſcripturarū qui ſuper his clauditur ⁊ cōtentioſis ⁊ cauilloſis laicis ⁊ prophanis. Propterea ſm̄ Dionyſ. moyſes habuit magnam noticiaꝫ de diuinis: qꝛ mitiſſimus erat ſup terram ⁊ humilis. Poſſident etiam iſti terram. ſ. eccleſie. qꝛ tales regūt vel regere debent alios. ¶ Tertius ſtatus eſt ſolitarioꝝ vel penitētiuꝫ. ⁊ hoꝝ via eſt continue lugere. ſua ⁊ aliorum peccata: quaſi luce gratie egeant ſemper. ⁊ ideo ſunt beati. vnde Aug⁹. dicit de vero penitēte ꝙ ſemper debet lugere. de peni. di. iij. ſi apoſtolus. Eſt aūt duplex genus lachrymaruꝫ ſeu cōpunctionis. ſ. doloris peccatorū. ⁊ amoris supernoꝝ. que figurate ſunt per irriguum ſuperius ⁊ inferius. qꝺ dedit Caleph axe filie ſue ⁊ filio ſponſe Othoniel. Judic. j. Expoſitione ipſius figure ponit. b. Greg. circa finem tertij libri dyalogoꝝ. Quatuor ſtatus ſequentes ſunt ſecularium. Primus eſt principuꝫ ſeu rectorū: quoꝝ ſtudium debet eſſe circa ſequelam iuſtitie. Juxta illud Sapiē. j. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Nam beati qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſtitiam. dicit Saluator in quarta beatitudine. Sūmum enim bonum in rebus humanis eſt iuſtitiam colere: ⁊ ſua vnicuiqꝫ iura ſeruare. Grego. in Regiſtro. Et Jſido. dicit. ix. diſt. Juſtum eſt principem obtēperare legibus ſuis ⁊c. ¶ Quintus ſtatus eſt diuitum. ⁊ horū via eſt inſiſtere operibus miſericordie ſicut fecerunt Abraam. Loth. Job. Thobias. ⁊ multi alij in veteri teſtamēto. Unde Saluator dicit. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: id eſt diuitijs vt recipiant vos in eterna tabernacula. Beati miſericordes ſequitur in quinta beatitudine: quoniaꝫ ipſi miſericordiā conſequentur. Diuitibus aūt qui non ſunt miſeri pauperū dicetur. Jte maledicti in ignem eternum. Sicut patuit in diuite epulone. ¶ Sextus ſtatus eſt rebus familiaribus deditorū: vt artifices mercatores matrimonio ſancto vten

Septem ſunt vie ad beatitudinē ſꝫ ꝙ ēt ſeptem ſūt ſtat⁹ hoīs in eccleſia

De duplici genere lachrymarum.

tes. Et de iſtis dicit. Beati mūdo corde. Nam ſi cor eſt mūdum ⁊ manus. i. opa erūt munda. Principiū enim oīs peccati a corde pcedit ppter qḋ dicit Prouerb. iiij. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: qm̄ ex ipſo vita pcedit. ſ. gratie qua deꝰ videt. Hac mirabiliter fulſit Job. xxxj. in cōiugio poſitus: ⁊ dicebat inter cetera. pepigi fedus cum oculis meis ne cogitarem qdez de vgine. ¶ Septimus ſtatus eſt infirmorū ⁊ paupum qui deſpecti multa incōmoda patiuntur. Et iſti ſunt pacifici. i. qui patiēter tolerāt: ⁊ pacē cum deo faciūt dimittētes peccata propter que coiter immittūtur aduerſa ſunt beati Job. v. In ſex tribulationibus liberabit te: ⁊ in ſeptima nō tāget te malum. Et ſic per has vias incedētes ad eternam beatitudinez ⁊ mercede pueniūt: vbi eſt merces multa ſm illud dictuz Abrahe. Gene. xv. Merces tua multa nimis.

Q̃d cō/pleta et pfecta beatitudo erit in celo.

¶ Quātum ad tertiū vbi notatur cōplemētuz humani deſiderij qḋ eſt beatitudo. dicit beati oēs. ſ. tales erunt. Et hoc in celo. vbi eſt omnis pfectio ſupradictaꝝ beatitudinū: ſed alio modo ꝙ hic. Illa enim glia hʒ ſpūs paupratez: qꝛ nihil cōcupiſcit: qm̄ illum hʒ qui eſt ſup oīa. ſ. deuz. Ideo ergo beati ſunt paupes ſpiritu: qm̄ ipſoꝝ eſt regnuz celoꝝ i. deus. Itē ibi nulla eſt aduerſitas. Non enim eſuriēt neqꝫ ſitient amplius vt dicit Apoē. xxi. Et ideo quilibet eſt mitis: nulla ibi ira vel odiuz vel mala rñſio habet locū: ſed terram viuētiuz pacifice poſſident. reperit ibi ſūma grarum actio cantantibus cunctis. Sāctus ſctūs ⁊c̄. Et talis regratiatio eſt totalis nō partialis. qꝛ in veritate cognoſcunt a ſe nihil habere. Et hoc eſt lugere. i. luce egere. Cognoſcūt enim ſe in ppria natura egere ſemper. ſed dei gratia ſemp gaudere ⁊ cōſolari. ps. cxlix. Exultationes dei in gutture corūz. Nulla eſt ibi inordinata dilectio. Et ideo non cōtriſtatur filius de dānatione patris: nec econuerſo. ſed iuſtitiam dei venerātur cum ſumma leticia. Iuxta illud pſalmi. liiij. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam. Et ſic ipſam iuſtitiam eſuriunt ⁊ ſitiunt. que quidem iuſtitia nō fundatur in crudelitate: ſed diuina miſericordia. Nam ſi deus dānandos ad condignum puniret eos annihilaret. ſed cum eis miſericorditer agit. naturam preſeruās ab annihilatione impoſitis penis pſeruatiuis. Sicut medicus miſericorditer agit cum infirmo ponēdo vnguētum corroſiuum ſuper plagam inſanabilem: ne citius putrefacta perducat ad mortem. Leticia eorūz eſt ꝙ diuinam miſericordiā in omnibus vijs ſuis conſpiciunt in dānatis ⁊ in ſe. Et ſic miſericordes miſericordiaz conſequuntur: prout miſericordia dicitur mira ſuauitas rigans corde. Et hoc miſericordia ſumma cauſa eſt dilectionis in beatis. vt quilibet ex dulcedine amoris dicat. Miſericordias domini in eternum cantabo. O ꝙ clara viſio ibi exiſtit et ꝙ vniuerſalis. Quid eſt enim quod non videant qui videntez omnia vidēt. Et hoc ideo quia mundi ſunt corde. Dicitur enim de ipſis Apocalyp. xiiij. Sine macula ſunt ante thronū dei vt nec minimuz veniale poſſit ibi reperiri. Eſt ibi ſecuritas perpetua ſine qua non forent beati. ⁊ hec eſt pax eis. Unde pacifici ⁊ filij dei vocabūtur. Eſaie. xxxij. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta. quia ſm pſalmiſtā. cxlvij. Confortauit ſeras portarum tuarum: ideſt ſuperne hieruſalez. vt nullus inimicus poſſit accedere ⁊ eos perturbare. nullus ciuis exire. ibi eſt ſumma congratulatio de perpeſſis ⁊ oppreſſis in mundo. Iuuat enim meminiſſe malorum militie ⁊ pugne ⁊ ꝙ periculoſe pro qua tamen coronant. Unde ſūmam iocūditatem habet. Et ideo beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam ⁊c̄. Et ſic beati omnes qui inchoantes a timore inceſſerunt per vias predictas. ſcilicet paupertatem: humilitatem: lachrymoſitatem: equitatem: pietatem: puritatem: equanimitatem horum merces multa eſt in celo.

¶ Alia adaptatio de ſeptem beatitudinibus ad ſeptem etates cuiuſlibet ſcdm̄ dominuz Joānem Dominici ſuper Matthe. .§. vi.

Septez btitudines ad ſeptem etates adaptatio.

Et poteſt ſumi pro themate in feſto omnium ſanctoruz illud. Beati eritis. Matthei quīto. ⁊ inducit illud pſal. cxviij. Beati immaculati in via. maculam proprie in animam inducit ſolum mortale peccatum. ſm Thomam iij. iiij. Illi ergo qui immaculati viuunt in pñti tpe: ideſt ſine mortali. vel de ipſis penitentes ſaltem decedunt immaculati: ideſt ſine criminali. hi erunt beati. Nam ſi aliquod mortale reperiatur a tranſeunte de via mortis ad alium ſtatum. vt dicit Auguſti. eterna illum flāma trucidabit. di. xxv. §. alias. Uita autez preſens diſtinguit per ſeptem etates: in qbus omnibus regulat nos chriſtus per ſeptem beatitudines in euangelio. Matthei. v. Oēs iſtas que aliud nō ſunt ꝙ actus virtuoſi debet quilibet habere ſimul habitualiter. Licz quelibet per ſe adaptari poſſit vni etati hominis. ¶ Prima igitur etas infantia vſqꝫ ad ſeptennium eſt humilis ⁊ pauper ſpiritu. Niſi enim conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli ⁊c̄. ideſt humiles ⁊c̄. Matth. xviij. hec ergo eſt beata: quia ait ipſe. Sinite paruulos venire ad me. talium enim eſt regnum celoꝝ: ⁊ ſicut illi ſunt beati. ⁊ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. ſic qui erūt paupes ſpiritu erunt beati. ⁊ eorūz eſt

regnū celorum.¶ Scḋa etas a pueritia vſqꝫ
ad ānos.xiiij.quadā alia ſpē humilitatis reſul
get.⁊ faciliter placat ⁊ hoc eſt eſſe mitem.Ip//
ſi etiam ſunt beati q peccare nō poſſunt.ſ.quo/
uſqꝫ hēant vſum rationis.Nam an[illegible]uſum rō/
nis ſicut nec mortaliter ſic nec venialiter pecca
tur ſm.b.Tho.A multis tñ habet vſus rōnis
ante.xiiij.ꝗuis iura ponunt illū eſſe annuꝫ di/
ſcretionis in maſculo. Sic ⁊ mites poſſident
terram viuentiū.ps.xxxvj.Manſueti autem
hereditabunt terrā ⁊c.¶ Tertia etas ſubijcit
tentationibus multis.que dī adoleſcētia vſqꝫ
ad annū.xxviij.Mundus eniꝫ tūc delectat Al
licit caro.hoſtis īpugnat.ꝑpter quod dī.Eccl.
xij.Adoleſcētia ⁊ voluptas vana ſūt.⁊.xij.q.
j.Omnis etas prona eſt ad malū ab adoleſcen
tia ſua:nil incertius vita adoleſcentiū.Reme//
dium ergo eſt tūc penitentia ſe macerare:⁊ in
continuo luctu ꝯtra peccata pſeuerare.Exem/
pluꝫ de Cecilia que cilicio membra domabat:
deuꝫ gemitibꝰ exorabat:biduanis ⁊ triduanis
ieiunijs ⁊c.⁊ ſic beati qui lugēt ⁊c.Oratio enī
vt dicit Glo.deuꝫ lenit:lachryma cogit.ſ.exau/
dire ⁊ ſubuenire ⁊ ꝯſolari.Tobie.iij.Poſt la//
chrymationem ⁊ fletū exultationeꝫ infundis.
¶ Quarta etas ē iuuētꝰ vſqꝫ ad ānū.xl.q: ma
gis ībiat lucris ⁊ p phas et nephas extorquet
que ſua nō ſūt rob᷑ ēt iuuentutis aīuꝫ pſſat:
Ideo iniuſta prelia niſi fortiter caueatur cōmit
tit.Sed pecunia male acqſita corpus animā/
qꝫ cōmaculat.ait Amb.⁊ iterum oēs cupidi:
omnes auari:giezi lepram cū diuitijs ſuis poſ
ſidēt eterno cruciatu ⁊ breui fructu.j.q.j.cito.
Et ideo tu iuuenis ſitim ⁊ eſuriem hēas conti
nue iuſtitie.i.virtutis ſinceritatis ⁊ ſanctita//
tis ſi vis eſſe btūs.Beati qui eſuriunt ⁊ ſi.⁊c.
⁊ alibi.Beatus vir qui poſt aurū nō abijt nec
ſpauit in pecunie theſauris.¶ Quinta etas q̄
dī virilitas aut perfectio viri iam ad occaſum
declinat.hec dꝫ ꝯtra cōmiſſa prouidere vt dele
ant peccata ⁊ elemoſynis inſiſtere:ſi etiā dolen
da non cōmiſit.q: non portabit ſecum bona
mūdi.Et ſiue ergo cōmiſit ſiue non miſericor
diter viuat.Nam ad examē iudicis currit vbi
miſericordibus miſericordia datur:⁊ crudeli/
bus ſm q̄ male geſſerunt.Iudicium eniꝫ ſine
miſericordia fiet illi q non fecit miſericordi//
am ⁊c.Econtra ps.cxj.Iocundus homo q mi/
ſeretur ⁊ commodat:diſpo.ſer.ſuos in iu.Po
terit enim talis allegare ordinationem a xpo
factam.Mt.xxv.cum dixit.Venite benedicti
patris mei ⁊c.Eſuriui eniꝫ ⁊ dediſti.⁊c.¶ Sꝫ
notandum eſt quod dicit Aug.in enchiridion
⁊ obſeruandum.dicit enim q̄ qui vult ordina
te dare elemoſynaꝫ debet a ſe primo incipere:
⁊ eam ſibi primitus dare.Eſt enim elemoſyna

odius miſericordie veriſſime de qua dictuꝫ eſt.
Fili miſerere anime tue placens deo.Beati er
go miſericordes ⁊c.¶ Sexta etas que eſt ve//
neranda ſenectus.Corpore quideꝫ ſi vult mun
da eſt.Deficiente enim naturali calore caro vt
in pluribus multum frigeſcit.Et ſic etiam artꝰ
ad actualia pctā immunes q̄ſi redduntur.Soluꝰ
enī ſenex eſt loquacitate potēs.Sua ergo pctā
ex corde procedunt.niſi fuerit obſtinatus vſqꝫ
ad illud tempus in malis.Nā vt dī.puer.xxij.
Adoleſcens iuxta viā ſuā ambulans etiā cū ſe
nuerit non recedet ab ea.Quales fuerūt illi ſe/
nes qui falſo accuſauerunt Suſannaꝫ:quia nō
valuerunt turpitudinem exercere cum ea vt ſo
liti erant alias decipere.Dañ.xiij.⁊ ſic legit de
illo ſene.Nicolao.lx.annorum luxurioſo.pro
quo bea.Andreas orauit.Hodie ſunt multi ta/
les ſenes maledicti inueterati dierum malorū
que denarijs ⁊ lābacitatibꝰ ⁊ mille modis cor
rumpunt pueros ꝓpter quod de eis dicitur.la
queus iuuentuti omnes vos eſtis.Et vt dicit
Grego.lxxxvj.di.tanta.Tales ſeniores graui/
us q̄ꝫ ceteri ſunt puniendi ⁊ arguendi de ſuis
malitijs.¶ Septima etas que dicitur decrepi
ta.⁊ nullo vnq̄ꝫ annorum numero finitur.pre/
mitur infirmitatibus ⁊ doloribus multis.Nā
vt dicitur ī ps.lxxxix.Si in potētatibꝰ.lxxxix.
anni ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor.Sed per
fectio eorum eſt habere pacem ⁊ patientiam in
aduerſis.Nam ex vna parte longa experiētia
facit eos ſuſpectos ita vt ſi videant hominem
ridere putant q̄ derideat eos.Infirmitas facit
eos ſibimet tedioſos.Vanitas etiam iuuenuꝫ
querit ſolatia ⁊ deriſiones ex eis.Et ſic oꝫ eos
ſecum ⁊ cum alijs habere pacem ſi debent be//
ne tranſire.Et beati paci.qm̄ ⁊c.⁊ quoniaꝫ illa
etas plena eſt perſecutionibus.Omnia enim
elementa videntur perſequi eum ad deſtruen/
dum.⁊ ideo ſubditur.Beati qui perſecutionē
patiuntur propter iuſtitiam ⁊c.Sic ergo colli/
ge in te omnes has virtutes:habendo pacem
cum omnibus aduerſis ⁊ hominibus:mundi
ciam cordis ab iniquitatibus.Eſa.j.Lauami//
ni mundi eſtote:auferte malum cogitationuꝫ
veſtrarum.Miſericordiam in operibus.Luc.
vj.Eſtote miſericordes.Iuſtitiam in conuerſa
tionibus.Sap.j.Diligite iuſtitiam qui iudica
tis terram.Fletum ex tentationibus.Iaco.iiij.
Miſeri eſtote ⁊ lugete.Mititatem in contre/
ctationibus.Mat.xj.Diſcite a me quia mitis
ſum ait xps.¶ Paupertatem ſpiritus ſeu hu/
militatem.j.Pe.v.Humiliamini ſub potenti
manu domini.Sic enim eritis īmaculati ī via
⁊ per hanc viam peruenietis ad patriam vbi
ſunt beati.qui ex eo q̄ beati ſunt non poſſunt
non obtinere quod volunt.alſ non eēnt beati.

Nam ſm

Nā ſm Augu. Beat⁹ eſt qui hʒ qcqd vult. Ergo ſi volēt nos eē ſaluos ſalui erim⁹. Et iō orādi ſunt vt velint. Hic potes dicere quare diuerſos ſanctos oramus: ⁊ quō orant pro nobis.

Alia adaptatio .§.vij.

(adaptatio de vij. bti. ad. vij. etates mūdi.)

de ſeptē beatitudinibus ad ſeptem etates mūdi ſm dñm Joh. do. ſuper. Mat. poteſt ſumi pro themate in feſto omnium ſanctorū illud. Beati eritis ⁊c. Mat. v. Et induci illud Boe. de philo. cōſo. ꝙ omnis mortalium cura quā multiplicium ſtudiorum labor exercet diuerſo quidem calle procedit ad vnius tñ beatitudinis finem nititur peruenire. Sed multi non querentes diligenter in quo conſiſtat vera beatitudo. ⁊ quomodo perueniatur ad eā cū aliquid attingunt de particularib⁹ conditionib⁹ eius que aliqualiter videntur haberi in iſta vita. hic iſtunt ⁊ ponunt finē ſuum. Sicut aliq in diuitijs: alij i potentijs: ⁊ hmōi. Sed iſta doctrina ſeptem beatitudinum reducit mundū ad felicem ſtatum primum ⁊ bonū: a quo deuians p̄ ptā incidit in diuerſos errores. Primus enim ſtatus ⁊ prima etas cecidit propter rapinam a regno celorum. Per viam oppoſitā reuerti potes quoad primam beatitudinem. ſ. Beati pauperes ſpū. Secunda etas cecidit per ambitionem. Nebroth ⁊ ſuorum ſequacium turrim confuſionis edificantiū vt poſſiderent terram mortuorum. Reuertere ad poſſeſſionem terre viuentium quod continet ſecunda: quia beati mites ⁊c. Tertia etas cecidit quia aduerſa in deſerta ſuſtinere nolebat. imo proſpera putabat aduerſa: ⁊ conſolationem tātum in minimis requirebat. Sed vade ad conſolationē optatam ⁊ non cognitam per luctū mundi p̄ſentis. q: beati q lugēt ⁊c. Quarta etas aruit q: ſciebat moderamina regni: ⁊ iuſtitia calcata peruerſi regna tenebant: ⁊ ſaturaberis regno perpetuo: ſi iuſtitiam rectam eſurieris. quia beati q ſuriūt ⁊c. Quinta etas crudelitate maxima tabuit. vt libri Machabeorū teſtantur: ⁊ crudeles crudeliter occiſi ſunt. vt habetur ibidem. Igitur quia omnis homo miſericordia indiget: per miſericordiā reſurge: quoad quintum. Tunc enim miſericors dominus natus eſt: quia beati miſericordes ⁊ cetera. Et quia de mūdo corde vixit: ſe nobis oſtendere venit eum ſequamur ſi mundi corde erimus. ⁊ ſic eum intuebimur. quia beati mundo corde ⁊c. Sed etas ſeptima ſeditionibus ⁊ guerris plena erit quā ſoli pacifici tute tranſibūt quia beati pacifici ⁊c. Et merito. quia illi pacifici a perſecutionibus non erunt immunes. immo plus ceteris cruciabuntur. Unde ſequitur de perſecutione ⁊ premio ſuo: quia beati qui perſecutionē patiūtur ⁊c. Ex his potes facere vnam predicationem: adde ad ſingulas beatitudines quomodo talia mala regnant in mundo. ⁊ propterea deſtruunt ipſum. Ita vt Joan. euangeliſta dicat. j. Can. v. c. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Sed de diſcipulis chriſti dicitur ꝙ de mundo non ſunt. Joā. xvij. Et ideo ſi volumus eſſe diſcipuli chriſti. vt cū eos nos reperiamus in monte glorie oportet nos habere iſtas beatitudines contrarias conditionibus mundanorum. ſicut habuerūt ſancti iſti quorum feſta agimus.

De ſingulis beatitudinibus in particulari. Et primo de paupertate ſpūs. Caplm. vj.

Nunc de ſingulis

harum eſt videndum in particulari: ſcilicet ſeptem beatitudinū dilatando materiam ad vnam predicationum pro qualibet beatitudine. Eſt igitur prima Beati pauperes ſpiritu: qm̄ ipſorū eſt regnum celorum. Matth. v. Ubi dicit Chry. in omel. Sunt quidam naturaliter ⁊ ex cōplexione pauperes: humiles ⁊ virtuoſi. Sʒ tales non ſunt beati. Un̄ dicit non ſimpliciter. Beati pauperes: ſʒ addit ſpiritu. ideſt illi qui ex voluntate ⁊ electione ſe humiliant. Ideo hic incipit radicitus euellere ſuperbiā: quia hec fuit radix ⁊ fons malitie vniuerſe contra quam ponit humilitatem velut quoddam ſtabile fundamentum: qua ſubiecta cum ſtabilitate ⁊ alia ſuperedificantur: hac deſtructa pereunt quecunqꝫ bona congregaueris. Hec ille.

Sciendum autē .§.i.

(Triplex paupertas ſpiritus.)

ꝙ paupertas ſpiritus poteſt ſumi ⁊ exponi tripliciter. ⁊ horum eſt regnum celorum.

Primo eſt paupertas ſpiritus per verā humiliationem.

Secundo eſt paupertas ſpiritus per inordinati affectus remotionem.

Tertio eſt paupertas ſpiritus per totalem mundi abdicationem.

Primo ergo dicitur ſpiritu pauper verus humil. Unde Augu. Paupertas ſpiritus dicitur humilitas ſpiritualis que ſpiritum inflantem eradicat: euacuat ſeu extenuat. Nam ſcriptura aliquando vocat ventum ſpiritū. ſm illud Actuū. ij. Factus eſt repente de celo ſonus tanquā vehementis ſpiritus. ideſt venti. Superbi enim dicuntur inflati: ⁊ quaſi vento diſtenti. Et no. ꝙ dicit chriſtus. Beati qui nō habēt ſpiritum. ideſt ventū. ſ. elationis ⁊ inanis glorie: q: pene nullus eſt. Nulla eſt enim tā excelſa virtus que dulcedine glorie non tangatur. ⁊ ideo dicit Beati pauperes ſpiritu. i. qui pau

(Quare xp̄s dixit beati pauperes ſpū et nō aſt.)

bñt de iſto ſpiritu ſeu vento elationis. ⁊ quãto
quis minus tangitur eo tanto melius. Eſt aũt
humilitas ſm̃ Ber. qua vnuſquiſq3 veriſſima
ſui cognitione vileſcit ſibiipſi. Et vere magnã
cauſam h3 vnuſquiſq3 ſe humiliãdi. Nã vltra
innumeras miſerias ſuas aie ⁊ corporis q̃tũcũ
q3 ſit perfectus. neſcit tñ terminum ſuu3 vtru3
ſaluetur vel damnetur. Unde dixit dominus
ad Job. Indica mihi ſi noſti omnia in qua via
habitet lux ⁊ tenebrarum quis ſit locus vt du/
cas vnumquodq3 ad terminum ſuum. ideſt ſ3
Gregorium in .xix. libro moral. Si te plenam
ſcientiam habere putas dic in qua via habi//
tet lux. ideſt in cuius mente3 veniens iuſtitia
impleat: ⁊ tenebrarum quis ſit locus. i. in quo ini
quitas ceca perduret: vt ducas vnũqđq3 ad ter
minum ſuu3. i. vt diiudices ſiue is que nũc ini
quus cernitur in malis vitã finiat. vel is qui iu
ſtus cernit extremitate3 vite ſue iuſte ac perfe/
cte ↄcludat. quis iſta vel ſalte3 impterritus au
diat. Multos videmus quotidie q̃ iuſtitie lu/
ce reſplendẽt. ⁊ tñ ad finem ſuum nequitie ob
ſcuritate tenebreſcunt. ⁊ ecõtra. Multos tene/
bris peccatorum inuolutos ad lucẽ virtutu3 ſore
reuerſos aliquos ſemp̃ in bonis p̃manere. ali/
os ſemp̃ in malis. Exẽpla. Illa gentilitas deo
auerſa luce iuſtitie a deo perfuſa eſt. ⁊ iudea du
dum dilecta ⁊ illumiata p̃fidie nocte cecata de
relicta eſt. Latro de cruce tranſiuit in regnum.
Iudas de apl̃atus gloria demerſus eſt tartarũ.
Alius latro cu3 xp̃o crucifixus p̃ſeuerãs in ma
lo. inductus eſt ad infernũ. Alij apl̃i permanen
tes in ſancto p̃poſito peruenerũt ad regnum.
Hec dei iudicia ↄſiderãs apl̃s vas electiõis ra/
ptus ad tertiũ celum de ſeipſo timẽs ⁊ humili
ans ait. Caſtigo corp⁹ meũ ⁊ in ſeruitutẽ redi/
go: ne cũ alijs predicauerim: ipſe reprobus in
ueniar. Idcirco autem dñs interrogabat Job.
Si nouit finẽ bonum vel malũ quez habituri
ſunt luminoſi iuſti: vel tenebroſi p̃ctõres dicẽs
Indica mihi ⁊c̃. Ut aliorum finem cognoſcere nõ
valens ad ſuum finẽ recurrat: q2 ſicut aliorum:
ita nec ſuu3 neſcit. Et inde neſciẽs finẽ ſuum ti
meat timẽs humiliat. humiliatus de actib⁹ ſu
is nõ ſe extollat: ⁊ non elatus ſpũ ſupbie in ar/
ce gratie p̃ſiſtat. Beati ergo paupes ſpũ. i. hu/
miles. q̃m ipſorũ humiliũ eſt regnum celoru3.
q2 vt dicitur p̃uer. xxix. Humilem ſpiritu ſuſci
piet gloria. Uel dicuntur paupes ſpũ. i. animo
qui. ſ. oĩno nihil ſe habere putant: nec ſeipſos:
nec corpus nec alam: nec membra: ſed omnia
vt cõmodata habent: ⁊ vt alienis vtuntur. hec
Chryſo. Et pertinet ad p̃fectam humilitatẽ vel
etiam regnum celorum. i. p̃ſidentiam in eccleſia.
Dañ. iiij. Dominatur altiſſimus in regno ho//
minũ ⁊ cuicũq3 voluerit dabit illud ⁊ humilli/

Exẽpla q̃re nos humiliare de/bemuſ. ⁊ rõnes

mum conſtituet ſuper eũ. Exemplu3 de Petro
apoſtolo. Ambroſio. Nicolao. Gregorio. ⁊ alij
is. ❡ Secundo dicitur pauper ſpiritu. ideſt qui ſũt
voluntate. Sunt enim aliqui pauperes neceſſi/
tate ⁊ coacti: qui. ſcilicet indigent rebus ne//
ceſſarijs. Et quia non habent deſiderant ⁊ mur
murant male contenti de ſua paupertate im//
patientes. Illi non ſunt beati ſed miſeri et re/
probi: quia non ſunt pauperes ſpiritu. ideſt vo
luntate. Alij ſunt pauperes rebus tp̃alibus ſed
patienter ferunt ſuã paupertatẽ: non murmu/
rãtes: ſed deũ laudãtes. Et iſtis paup̃tas eſt ad
meritu3 rõne patientie: vt dicit Amb. di. xlvij.
Sicut hi. qualis fuit Lazarus mẽdicus ⁊ pau/
per. qui moriens portatus eſt ab angelis in ſi/
num Abrae vt ſcribit Lu. xvj. Tertij ſunt pau/
peres affectu etſi diuites ſubſa. i. non habentes
affectũ inordinatũ ad terrena que poſſidẽt abũ
danter: vt Abraa3 de quo ſcribit q̃ erat diues
in poſſeſſione auri ⁊ argẽti. ⁊ ſanct⁹ Ludo. rex
francie ⁊ Gregorius magnus. Et per ↄtrariu3 ad
iſtam paupertatẽ dicit. Impoſſibile eſt diuite3
intrare in regnũ celorum. Math. xix. Loquit eñi
de eo diuite qui habet affectũ inordinatum ad
ea que poſſidet ponẽs finem ſuum in diuitijs.
Iſti ergo q2 pauperes ſunt ſpũ. i. affectu: etſi di
uites rebus ſunt beati. ❡ Tertio dicitur paup̃
ſpiritu qui ex feruore p̃fectionis omnib⁹ ſe ex/
propriat affectu ⁊ effectu: vt veri religioſi. Uñ
Chryſo. ſuper hec in omel. Illos pauperes bea
tificat: qui ſpiritu. i. p̃pter ſp̃m ſanctũ ſe bonis
proprijs priuant. Jaco. ij. Nõne pauperes do/
minus elegit diuites in fide ⁊ heredes regni.
Iſtud autem non fit niſi ex magno feruore ſpi/
ritus. de quo ſpiritu ait apoſtolus. Spiritũ no/
lite extinguere. ideſt feruorem. Extinguitur au
tem cum quis abrenuncians ſeculo incipit po
nere affectu3 ad tp̃alia. videlicet ad vilia ⁊ par
ua. Crathon philoſophus docuit duos iuue//
nes diſcipulos ſuos cõtemnere mundum ⁊ effi
ci pauperes frangẽdo et cõminuendo lapides
precioſas magni valoris in conſpectu populi.
Sed non eſſe veram paupertatem iſtam. quia
non ſpiritu. ideſt propter ſpiritum. ſed p̃pter
gloriam mundi. Unde nec deo gratam oſten/
dit Joannes euãgeliſta: vt habetur in legenda
eius. Illi autem qui ſunt veri pauperes ſpiritu
per perfectum contemptum terrenoru3 vt Do
minicus Franciſcus: ⁊ prius ⁊ perfectius apo
ſtoli. Iſtorum eſt regnum celorum. quinimmo
ſunt futuri iudices aſſeſſores cum chriſto in vl
timo iudicio. Job. xxxvj. Pauperibus tribuit
iudicium. ideſt poteſtatem iudicãdi. ſcil3 aſſeſ
ſorie. Unde ⁊ chriſtus dixit apoſtolis Matth.
xix. Uos qui reliquiſtis oĩa ⁊ ſecuti eſtis me:
ſedebitis ſup̃ ſedes duodecim iudicantes duo

Paupe res bti qui ſũt ⁊ q̃ non

Ueri re ligioſi dicunt bti pau pes ſpi ritu.

decim tribus iſrael. Sicut per duodecim tribus intelliguntur omnes iudicādi: ita per ſedentes in duodeciʒ ſedibus intelliguntur omnes perfecti pauperes qui cum chriſto iudicabunt ſm Auguſtinum.

¶ Beati mites .§.ij.

quoniā ipſi poſſidebunt terram. Poſt beatitudinem paupertatis. ſecunda beatitudo eſt mititatis vel manſuetudinis. Qui eniʒ pauper eſt: multis laceſſitur iniurijs. ⁊ ideo neceſſariū eſt ꝙ ſit mitis. Unde Ambro. ſuper Lu. Cum ſimplicitate contentus fuero inops ſupereſt vt mores meos temperem. Quid enim mihi prodeſt carere temporalibus niſi fuero mitis. ¶ Ubi notandum ꝙ mitis ⁊ manſuetus idem ſunt ſʒ rem: ſed differunt ratione. Nam mitis eſt qui alios offendentes tolerat. Unde Papias. Mitis eſt lenis ⁊ ad ſuſtinendum iniuriam tacens quaſi mutus. Manſuetus eſt qui manu aſſuetus eſt: qui nulli iniuriam irrogat. vel ſic. Mitis eſt qui nulla animi accenſione turbatur: ſed in trāquillitate animi ⁊ bonitate iugiter perſeuerat. Manſuetus eſt autem cui facile eſt ſuſtinere non malum pro malo reddere. ⁊ ſic mitis dicitur in affectu. manſuetus in effectu. Cōmuniter autem ſumitur pro eodem vt ſynonima. ⁊ ſumuntur tribus modis. Primo ſic. Mitis eſt quem mentis amaritudo non afficit. Et ſic importat lenitatem quantuʒ ad motuʒ ⁊ excluditur amaritudo rancoris. Unde Augu. Mites ſunt qui cedunt improbitatibus: ⁊ nō reſiſtunt malo: ſed vincunt in bono malum. In bono. ſ. mititatis ⁊ manſuetudinis malum rancoris ⁊ indignationis reddentes bonum pro malo. Dicit idem Augu. ſuper ps. Sex differentie ſunt retributionum. ſ. reddere pro malis bōa. non reddere mala pro malis. hec duo bonorū ſunt: ſed primum melius. Non reddere bona pro bonis. Reddere mala pro bonis. hec duo malorum ſunt. ⁊ poſterius deterius. Et reddere bona pro bonis ⁊ mala pro malis. hec duo ſunt mediorum. ſed prius propinquum bonis xxiiij. q. ij. ſex. ¶ Secundo exponitur ſic. Mitis eſt quem ira non deijcit. ſed omnia equanimiter ſuſtinet. Et ſic pertinet ad innocentiam. ⁊ ſic excluditur amaritudo liuoris. ideſt vindicte per innocentiaʒ. Unde Ambroſi. ſuper Lucam. Mitiga affectum tuum ⁊ non iraſcaris. aut certe iratus ne peccaueris. ſcilicet aliuʒ offendendo. Preclarum eſt enim motum temperare conſilio. nec minoris virtutis dicitur temperare iracundiam ꝙ̄ omnino non iraſci. Et p maxime iudices ⁊ rectores oportet ab ea cauere. quia peruertit iudicium obnubilans rationem. Unde Grego. Ille propoſitorum ſolutio vtilis eſt. illa cautela laudabilis in quo nihil ſibi vendicat furor. ſed totum ratio agit. Reſtringenda eſt ergo ſub ratione poteſtas. nec quid agendum prius ꝙ̄ concitata mens ad trāquillitatem redeat. Nam commotionis ſue tempore iuſtum putat omne quod fecerit. xj. q. iij. Illa ſicut phutiſar patronus Joſeph. qui iratus eſt contra eum. cum falſo fuit accuſatus ab vxore ꝙ voluiſſet ſibi violentiam inferre: non diſcuſſa veritate iniuſte incarcerauit eum. Sicut ergo ira impedit iudicium ne iuſte fiat. ⁊ veritatem ne capiatur. Ita econtra de mititate dicit Pſal. xxiiij. Diriget manſuetos in iudicio. docebit mites vias ſuas. ¶ Tertio modo dicitur mitis qui non irritat alios nec nocet nec nocere cogitat. quod pertinet ad equanimitatē. per quam excluditur amaritudo impatientie ⁊ indignationis. Ad hāc chriſtus hortatur dicēs. Matthei. xj. Diſcite a me quia mitis ſuʒ. Omnia enim que habent irritare hominem. ideſt prouocare ad iram ⁊ impatientiam. paſſus eſt chriſtus. Nam turbatur quis cum ei auferuntur ſua. Et chriſto fuerunt ablata etiaʒ propria veſtimenta ⁊ coram eo ludo expoſita. Iraſcitur quis cum contumeliarum ſuſtinet verbum. et infertur maledictio. ⁊ detractio. ⁊ huiuſmodi. Chriſtus autem contumelias ſuſtinuit. in paſſione deriſiones blaſphemias. detractiōes. calūnias. omniaqʒ equo animo ſufferens. Irritatur homo euʒ in amicis ſuis ⁊ conſanguineis iniurias ſuſtinet. Et chriſtus in matre ⁊ diſcipulis opprobria ⁊ perſecutiōes paſſus eſt. Verba vnicuiqʒ ſunt aſpera et horrori habita: et multo magis ipſa mors. Sʒ hec omnia vt mitiſſimus agnus chriſtus tolerauit. Unde per Hieremias capitu. xj. dicit. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Mites ergo eſſe oportet exemplo pijſſimi magiſtri. Sunt autem mites beati. Quod patet tripliciter. per oppoſitum: per effectum: ⁊ per fructuʒ. ¶ Primo quidem mites ſunt beati. patet per oppoſitum. Nam contrariorum eadem eſt diſciplina. vt ſcilicet quicquid de vno dicitur intelligatur oppoſitum de alio contrario. Sicut de albedine dicimus ꝙ eſt diſgregatiua viſus. Ita de nigredine que eſt contraria ipſi oportet dicere ꝙ eſt congregatiua viſus. Nunc ergo mititas opponit rabiei ⁊ iracundia manſuetudini. Sed rabies ſeu iracundia eſt miſeria per peccatum. Et Sapien. viij. dicitur. Miſeros facit populos peccatum. Nam miſeria et felicitas ſeu beatitudo opponuntur. ergo mititas ſeu manſuetudo etcetera. ¶ Secūdo patet hoc per effectum. Nam mititas facit hominem impaſſibilem. Quod probatur ex hoc qđ philoſophus dicit in lib. Ethicoꝝ. ꝙ mitis pa

quis ſit mitis ⁊ q̄s dicitur mā ſuetus.

De ſex differētijs retributō num.

Qđ mites ſit bti tripliciter

titur ſed nō deducitur. i. vincit: q: leſiones nō ſentit ita q conturbetur. Mitiſtas eſt ſicut mollis culcitra que dura recipit in qua anim⁹ leuiter & ſuauiter requieſcit ſicut corpus in culcitra. Eccli. xiiij. Felix qui non habuit animi ſui triſticiam. ℭ Tertio patet ex fructu q eſt hereditas ſupne patrie. Ps. xxvj. Manſueti autē hereditabūt terrā &c. Uñ pro premio d̄r. Qm̄ ipſi hereditabunt terram. Qđ poteſt intelligi de triplici terra quā poſſidebunt mites. ſ. terrā mūdi: terrā corpis proprij: & terram paradiſi. ℭ Primo q: immites & feroces terram mūdi deſtruunt: ideo non merent eam poſſidere Sed quia mites terrā mundi pacifice regunt cum mititate ſe habent ad ſubditos. ideo poſſident terrā. i. regnum mundi. vñ & moyſes qui fuit prim⁹ rector populi dei: & per totam vitam ſuam d̄r q erat mitiſſimus hoīum qui ſunt ſuper terram. Et dominiū Holofernis & Nabuchodonoſor ad nihilū deduxit. Et ad hoc facit quod d̄r Eccli. x. Sedes ducum ſupborū deſtruxit. & ſedere fecit mites pro eis. ℭ Scđo immites & feroces non poſſidebunt terram corpis proprij imo eam deſtruunt q: non ſubijciunt ſenſualitatem rōni: ſed ira ſuperantur. que inducit ad nocendum alijs ppter quod aliquando morte perimunt. Sz ex & ipſa paſſione ire ita ſanguis incendit q notabiliter nocet corpori. Unde d̄r Eccli. xxx. zelus & furor minuunt dies Refert aug. in de ciuita. dei. Syllam nobiliſſimum Romanum qui pluries fuerat ꝯſul Ro. a quo cepit bellum inteſtinum in vrbe: & diuiſio ſeu partialitas ꝯtra marium q ex ira ſua rupta vena effuſo ſanguine mortu⁹ eſt. Sz mites vel manſueti quia habent dñiū corporis ſui ſubijcientes ſenſualitatem rōni poſſident terram. Luc. xxj. In patientia veſtra poſſidebitis aīas veſtras: etiam ſenſitiuam. ℭ Tertio immites & feroces a terra paradiſi excludunt. mites autē pacifice & quiete & ſecure dominiū poſſidebūt in terra viuentium. de qua Ps. Credo videre bona domini in terra viuentiū. Terra iſta mundi eſt terra mortuorum ſed ſuperna patria eſt terra viuorum. que terra d̄r propter firmam ſtabilitatem. Hinc Aug. Rixentur immites & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus. Sed beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terrā illā de q̄ euelli nō pñt. Et de q̄ Ps. cxlj. Portio mea dñe ſit in terra viuētiū. Significat eni q̄ndā ſtabilitatē hereditatis ppetue. vbi aīa p bonū affectum tanq̄ in loco ſuo requieſcit ſicut corpus i terra. Ipſa eni ē reges & vita ſanctoꝝ.

Mites triplicē terram poſſidebunt.

ℭ Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabunt. §. iij.

Mat. v. Hec eſt tertia beatitudo que rationabiliter ſequitur primam & ſecundam. Nam poſt mundi contēptum per paupertatem. poſt quietem mentis per mititatem ſeu manſuetudinem vacans homo ſibiipſi nil inuenit niſi flebile. Unde Ambro. ſuper Luc. Cum hec feceris vt ſis pauper & mitis memento quia peccator es lugeto peccata tua. Unde dicitur beati qui lugent. Sed nota triplicē luctum habendum.

ℭ Primus luctus eſt de ppetrata iniquitate.
ℭ Secundus de aliena calamitate.
ℭ Tertius de dilata felicitate.

ℭ Primus luctus eſt de ppetrata iniquitate. Pſal. Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes: id eſt peccata lectum meum: ſcilicet conſcientie. & in Thren. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem: & non quieſcat pupilla oculi tui. Hunc habuit Petr⁹ poſt negationem chriſti quando egreſſus foras fleuit amare Matth. xxvj. Et ex his lachrymis & luctu conſequitur homo remiſſionem peccatorum. & per conſequens euaſionem dāṅatiōis. vnde proſper. Lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus reſtringuntur eterni ignis incendia de pe. di. j. facilius. Si autē homo defiet mortem amici & conſanguinei vl damna rerū quantomagis habet lugere mortem anime ſue. vnde conſequitur infinitū dāṅum Aug. Sciat ſe peccator culpabiliter reū ſi defiet damna rerum & temporis: & non defiet animam perditam ex peccatis de pe. di. ij. Beati ergo qui lugent. Ecce fructus: quoniā ipſi conſolabuntur. de ſpe remiſſionis peccatorum concepta. Sic Maria magdalena que lachrymis rigauit pedes chriſti audire meruit. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Et demū. Fides tua te ſaluā fecit: vade in pace Lu. vij. In huius figuram chriſtus fleuit Lazarum mortuum cum eum reſuſcitauit Jo. xj. Ad innuendum q oportet peccatorem flere & clamare poſtulando miſericordiam ad hoc vt reſurgat ad vitam glorie aut gratie & multa facere. Qui autem plangunt peccata. & tamen non deſerunt ſunt ſimiles ei qui lauat laterem crudum. qui quanto plus lauatur tanto plus luti facit. dicit ſymma de pe. di. iij. Ille. Inutiles ſunt tales lachryme cū propoſito iterandi peccatū. ℭ Secundus luctus eſt de miſerijs proximorū ſpiritualibus & temporalibus Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontē lachrymarum vt plorare valeam die ac nocte interfectos populi mei & corporaliter & ſpiritualiter. Siquis haberet multos fratres: & videret vnum paralyticum. alium pauperrimū in de fame mori. alium calumniari . alium falſo infamari. alium contemni & depredari. alium magnis pſecutionibus vrgeri. aliū trucidari:

De triplici luctu habendo

Qđ lugē debemus ſup miſerijs alienis ſpūalibus & tpalibus

aliũ multipliciter infirmari.aliũ martyri/
zari:ꝛ in penis deficere: innumeros ad inferna
deſcendere:ꝛ hmõi.vere haberet magnã cau/
ſam continue lugendi.hoc aũt contingit cuili/
bet noſtrum.nã omnes ſumus fratres.vt dicit
xp̃s Matth.xxiij.Unus eſt eniꝫ pater veſter q
eſt in celis.Cum ergo quilibet videat tot miſe
rias ꝛ penas quotidie:ꝛ pericula ꝛ damna cor
poris ꝛ anime:certe cõtinue hꝫ deflere.ꝛ defle
re quidẽ mortem propinquorum ꝛ amicorum
humanũ eſt:moderate tamẽ vt dicit Eccl.xxij.
Modicum plora ſuper mortuo. defecit enim
lux eius.Immoderate autẽ reprehenſibile ẽ.
Sed multo magis deflendi ſunt defectus ani/
me.peccatorũ mors.Unde Augu.Sunt ne
xpiane in te viſcera pietatis qui plangis corpꝰ
a quo receſſit anima.ꝛ non plangis aĩaꝫ a qua
receſſit deus.Et Hiero.Qui non eſt indutꝰ cle/
mentia ꝛ viſcera miſericordie ꝛ lachrymarum
q̃uis ſpũalis videatur nondũ ĩpleuit legẽ chri
ſti.di.lxxxvj.c.Qui clementiã . Et pmaxime h
ꝯuenit prelatis ꝛ doctoribus qui magis debẽt
zelare ſalutem pplorꝫ.Unde dicitur Johel.ij. In/
ter veſtibuluꝫ ꝛ altare plorabãt ſacerdotes mi/
niſtri dñi dicẽtes.Parce domie parce p.t.Sic
Samuel multo tpe lugebat pro peccato ſaulis
regis.vt patet.j.Reg.xvj.Hoc etiam agenduꝫ
xp̃s exemplo ſuo nos docuit:qñ videns ciuita
tem fleuit ſuper eã dicens.Si cognouiſſes et
tu ſupple fleres.Luce.xix.Ad lraꝫ conſiderãs
exterminiuꝫ illius ciuitatis futurũ ꝛ calamita
tes hoiuꝫ ex compaſſione defleuit.Moraliter
ſm Grego.conſiderans exterminiũ anime pec
catricis ꝛ eius dãnationem futuram etiam fle
uit cõpatiens eius miſerie.Sic ꝛ.b.pater Do/
minicus cum appropinquabat ad aliquã ciui/
tatem deflebat cogitãs peccata eius.ꝛ hãc gra
tiam vt dicitur in legẽda eius dederat dñs ei
flendi pro miſeris ꝛ afflictis vnde ſe continere
aliqñ non poterat in oratione quin vox eminꝰ
audiretur ac ſi mortuum lugeret. Et beati qui
lugent qm̃ ipſi ꝯſolabuntur. ꝛ de exauditione
eorꝫ pro quibus lachrymãtur.ꝛ de merito ſue
compaſſionis.iuxta illud pſal.cxiij.ſm multi/
tudinem dolorũ in corde meo ꝛc.¶ Tertiꝰ lu/
Lugeť ctus eſt de dilata felicitate.de qua ps.xlj. Fue
ꝺbemꝰ rũt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dũ
ſup di/ dicit mihi quotidie:vbi eſt deus tuus.Cõſide
latione rare enim dꝫ aĩa guſtans ſuauitatẽ:quãta in ſu
eterne perna patria felicitas.vbi nullũ bonuꝫ deerit.
beatitu nullum malũ aderit.eſtqꝫ deus oĩa in oĩbꝰ:va
dinis. catur ibi laudibus dei.vbi iugiter ſonãt orga/
na ſanctorꝫ.qui ſicut odor balſami ſunt añ de/
um.ꝛ angeli ꝛ archangeli hymnuꝫ decantant
añ thronum dei:claraqꝫ facie deũ intuent:im/
pleturqꝫ omne deſideriũ. ꝛ ad hanc felicitateꝫ
eſt creata.Sed dum peregrinat in corpore con
ſequi non põt.immoqꝫ quotidie in periculo ẽ ea
amittendi in perpetuum nõ poteſt non dolere.
Reperiuntur autẽ iſte lachryme caleſaciẽtes ꝛ
pingueſaciẽtes animam in ſolitudine.ſ.ceſſan
do a ſtrepitu mundanorꝫ ꝛ occupationum. In Ubi in/
cuius figuram legit Geñ.xxxvj.ꝙ onã inuenit ueniũ/
aquas calidas.i.balneares in ſolitudine .Pro tur iſte
curantur etiam precibus.Uñ in huius figurã lachry/
legitur.Judicum.i.ꝙ axa filia caleph ꝛ ſponſa me.
othoniel.q dictꝰ ẽ ſaluator fuit ãmonita a ſpõ
ſo ſuo othonieli:ꝙ poſtularet a pře terrã irri/
guã.Cũ igit ambularet cũ patre ſuo caleph ſe
dens ſuper aſinam ſuſpirauit. Et cum pater in
terrogaret quare ſuſpiraret.Rñdit terram arẽ
tem dediſti mihi iunge ꝛ irriguaꝫ. Et dedit ei
pater irriguũ ſuperius ꝛ inferius.Axa eſt ani/
ma filia dei per creationeꝫ:ꝛ ſponſa ſaluatoris
per fideꝫ.h admonetur a xp̃o ſponſo vt petat a
deo irriguum ideſt terram cordis cuꝫ aqua cõ
punctionis que ambulans per viam virtutuꝫ
cũ deo.ideſt dei adiutorio:ſedens ſuper aſinã.
ideſt dominãs paſſionibus carnis.ſuſpirat af/
fectans ꝛ petens ſibi dari a deo cor compũctio
nis ꝛ lachrymaruꝫ.ꝛ deus exaudit dans ei nõ
ſolum compunctionem de peccatis que eſt irri
guum inferius ſed etiam de dilatione patrie q̃
eſt irriguum ſuperius. Chriſtus in cruce ora/
uit cum lachrymis ꝛ clamore valido ſm apo/
ſtolum ad Hebre.v. Exauditusqꝫ eſt pro ſua re
uerentia. Lachrymatus eſt pro magno affectu
introducendi nos in ſupernam patriam. conſi
derans negligentiam hominum ad ipſam glo
riam appetendam conſequendaꝫ. Nullus eniꝫ
videtur eam extimare propter quod dicitur
Threnorꝫ .i.Uie ſyon lugent.eo ꝙ non ſit qui
vadat ad ſolemnitateꝫ. Sed beati qui lugent.
quoniam ipſi ꝯſolabunt.ꝛ in pñti p internã de
lectationẽ.ꝛ in futuro p eternã glorificationẽ.

¶ Beati qui eſu/ .§.iiij.

riunt ꝛ ſitiunt iuſtitiam:quoniam ipſi ſatura/
buntur. Matth.v. Hec eſt quarta beatitudo di
ſpoſitiua:que recte ꝛ ratione ſequitur tres pre
dictas. Qui enim mundana contempſit mo/
res manſuetudine rexit.ꝛ alienas miſerias lu/
xit.iam poteſt eſurire ꝛ ſitire iuſtitiaꝫ quod pri
us non potuit. Unde Ambroſi.ſuper Lucam.
Poſtquam delicta defleui:incipio eſurire et ſi
tire iuſtitiam. Eger enim cum in graui morbo
eſt non eſurit. Beati ergo qui eſuriũt ꝛc. Ubi
Hieronymus. Non ſufficit velle iuſtitiam niſi
ꝛ iuſtitie famem patiamur. ¶ Nunquã enim
nos ſatis iuſtos credamus:ſed ſemper iuſtitie
opera eſurire.ideſt deſiderare ampliora intel/
ligamus non contenti operibus bonis factis.

Et dicit Gregoꝛi. Summum bonum in rebus
humanis eſt iuſtitiaꝫ colere: ⁊ ſua vnicuiqꝫ iu.
ra ſeruare. xi. q. ij. cum deuotiſſimam. quod ꝑ
tinet ad iuſtitiaꝫ. Beati ergo ⁊c. vbi tria nota.
Primo quomõ eſuries variatꝰ ſpiritualis. Se/
cundo quomodo iuſtitia eſuriatur generalis.
Tertio quomodo ipſa ſatiatur anima rõnalis.

quid ſit eſurire ⁊ ſitire iu/ ſtitiam.

¶ Quantum ad primum ſciendum ꝙ illi eſu
riunt ſpũaliter qui deſiderant operari. Illi ſiti/
unt qui deſiderant ſcire talia opera. Eſt autem
varia eſuries ⁊ ſitis. Aliqui enim eſuriunt ⁊ ſi/
tiunt. ideſt deſiderant ⁊ laboꝛant ad hoc vt ſcíẽ

De multiplici eſurie ⁊ ſiti iuſtitie.

tiam vanam conſequantur: vt curioſi. Sed iſti
non ſatiantur. quinimmo deficiunt. ſm illud
ps. cvj. Eſurientes ⁊ ſitiẽtes anima eoꝛũ in eis
defecit. Nam vt ait apls. Semper addiſcẽtes
nunqꝫ ad ſcientiã veritatis peruenientes. Alij
eſuriunt ⁊ ſitiunt pecuniam. deſiderantes. ſ. ac
quirere ⁊ laboꝛare ad habenduꝫ pecuniam vt
auari: ſed nunqꝫ ſatiantur. immo ſemꝑ plus
creſcit auiditas. ps. xxxiij. Diuites eguerũt et
eſurierunt. Amb. Nec ſatietas vnqꝫ aderit cu
piditati nec finis. di. xlvij. ſicut hi. Alij eſuriũt
⁊ ſitiunt. i. deſiderant habere. ⁊ ad hoc laboꝛãt
ad habendũ potentiam vel dignitatẽ aut volu
ptatem: vt ſuperbi ⁊ voluptuoſi ⁊ laſciui. Sed
nunqꝫ ſatiantur. immo ſemꝑ magis anxiãtur.
prouer. xxviij. Leo rugiẽs ⁊ vrſus eſuriẽs. ſcilꝫ
mel in arboꝛe princeps impius ſuper populuꝫ
pauperẽ. Et de filio pꝛodigo ⁊ luxurioſo dicitꝰ
ꝙ cupiebat implere ventrẽ ſuuꝫ de ſiliquis qꝫ
poꝛci manducabant. i. delectationibus venere
is: ⁊ nemo illi dabat. Lu. xv. Soluꝫ eſurientes
iuſtitiam ⁊ ſitientes ſaturabuntur. Unde dicitꝰ
Eſa. lxv. Ecce ſerui mei qui. ſ. operati ſunt iuſti
tiam comedẽt. ⁊ vos. ſ. pctõꝛes eſurietis. bibẽt
⁊ vos ſitietis. Beati ergo q eſuriũt ⁊c. ¶ Quã
tum ad ſcdm. quomodo eſuritur iuſtitia ⁊ ſititꝰ
dicit Chꝛyſo. ꝙ illi eſuriunt iuſtitiã: qui ſm iu/
ſtitiam dei deſiderant conuerſari. Illi ſitiunt q
ſcientiam eius acquirere cupiũt. Juſtitia auteꝫ
hic ſumitꝰ pꝛo virtute generali. que vt ait ꝑho
eſt omnis virtus. hec reddit vnicuiqꝫ qđ ſuuꝫ
eſt. ⁊ deo quidem tria. Nam vt creatoꝛi hono/
rem. Apls. Soli deo honoꝛ ⁊ gloꝛia. honoꝛ. ſ.
latrie: qꝛ ſolus eſt creatoꝛ. Ut redẽptoꝛi amoꝛẽ.
Apoca. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis no/
ſtris in ſanguine ſuo. Nulla autẽ maioꝛ pꝛouo
catio ad amoꝛem qꝫ ꝑuenire amãdo. ait Aug.
Et ipſe chꝛiſtus dilexit nos. j. Jo. iiij. Ut domio
⁊ iudici timoꝛem ei debemus Malach. ij. Si
ego dominus veſter vbi eſt timoꝛ meus. Hiere
mi. i. Quis non timebit te o rex gentium. Eſuri
unt ergo ⁊ ſitiunt iuſtitiam; qui ſemꝑ magis ac
magis cupiunt deum honoꝛare amare ⁊ time/
re. Et ſitiunt affectantes ſcire qũo illa melius ꝑ
ficiãt. Pꝛoximo etiã iuſtitia exhibet tria. Obe/
dientiam ſuperioꝛi. ad Ro. xiij. Omnis anima
ptãtibus ſublimioꝛibus ſubdita ſit: qꝛ non eſt
poteſtas niſi a deo. ſ. opante vel ꝑmittente quo
ad malam ⁊ vſurpatam ptãtem. Concoꝛdiam
equali. j. Coꝛin. j. Idipſum dicatis omnes ⁊ nõ
ſint in vobis ſciſmata. i. diſcoꝛdie. Beneficien/
tiam ſeu ꝓuidentiam inferioꝛi. j. pe. v. Paſcite
eum qui in vobis eſt gregeꝫ. ⁊ Lu. xij. Fidelis
ſeruus ⁊ pꝛudens quem cõſtituit dominus ſu
per familiam ſuam vt det illis cibũ in tempoꝛe
ſ. neceſſariuꝫ. Sibiipſi iuſtitia exhibet tria. Coꝛ
di intentionis mundiciaꝫ. Sap. j. In ſimplici/
tate coꝛdis. i. pura intentione querite illũ. Oꝛi
cuſtodiã. ps. xxxiij. Dixi cuſtodiam vias meas:
vt nõ delinquã in lingua mea. Poſui oꝛi meo
cuſtodiam. Carni exhibet iuſtitia diſciplinam.
Exemplo Pauli dicẽtis. Caſtigo coꝛpus meuꝫ
⁊ in ſeruitutẽ redigo. Beati ergo qui eſuriunt
⁊ ſitiunt iuſtitiaꝫ. i. qui ſemꝑ auidi ſunt ad ſcíẽ
dum ⁊ operandum que ꝑtinent ad debituꝫ ex/
hibendum ꝓximis: ⁊ ad cuſtodiendum coꝛ. et
os ⁊ oẽs ſenſus ſuos ſm iuſtitiam. ¶ Quãtuꝫ
ad tertium. ſ. que ſit iſta ſatietas qua ſatiantur
eſurientes ⁊ ſitientes iuſtitiam. Reſpondetꝰ ꝙ
eſt triplex. Pꝛima eſt quia vt dicit Augu. Illo
cibo ſatiabuntur ⁊ ſaturabũtur in pꝛeſenti. de
quo dominus ait. Meus cibus eſt vt faciaꝫ vo
luntatem eius qui miſit me patris mei: quod
eſt ſumma iuſtitia. Secunda eſt multiplicatio
bonoꝛum operum ⁊ meritoꝛ: que mentem re/
plent ⁊ reficiũt ſpirituali delectatione. Qui enĩ
multum deſiderat iuſta operari quod eſt eſuri/
re multa bona facit: nunquam quieſcit a bono
opere. ps. cxxxj. Pauperes eius. ſ. eccleſie ſatu/
rabo panibus. ideſt refectionis ſpiritualis. Ter
tia ſatietas eſt in futuro. De qua ps. xvj. Satia
boꝛ cum apparuerit gloꝛia tua. ¶ Nam in pꝛe
ſenti rationalis eſuritꝰ vel ſitit pꝛimaꝫ veritatẽ:
cui datur pꝛelibatio fidei modo. Concupiſcibi
lis eſurit ⁊ ſitit ſummam bonitatem cui datur
modo pꝛelibatio charitatis. Iraſcibilis ſũmaꝫ
ſublimitatem. cui datur modo pꝛelibatio ſpei.
Caro eſurit ⁊ ſitit ſuam gloꝛificationem. ſm il/
lud ps. lxij. Sitiuit in te anima mea qꝫ multip.
tibi ca. mea. Sed in futuro rationalis ſatiabitꝰ
viſione dei. Concupiſcibilis delectatione. Ira/
ſcibilis ſatiabitur fruitione. Coꝛpus ſua gloꝛifi
catione. Matth. xiij. Tunc iuſti fulgebũt ſicut
ſol in regno patris eoꝛum quoad coꝛpus. Un/
de Eſa. lx. Tunc videbis quoad rationalem et
afflues quoad concupiſcibilem ⁊ mirabitꝰ quo
ad iraſcibilem. ⁊ dilatabitur quoad coꝛpis glo
rificationem. gloꝛia enim anime dilatatur ⁊ ex
tẽditur vſqꝫ ad coꝛpus. Unde Hilarius. Sitiẽ
tibus ⁊ eſurientibus iuſtitiam beatitudinẽ tri/

De pꝛemio iſti us beatitudi/ nis. ſcꝫ ſatieta/ te. Quo ſ. ſatura buntur tripli.

buit dominus ſignificans ſanctorum auidita/ tem perfecta in celo ſatietate repleri. Et Chry. Saturabuntur ſcilicet largitate remunerantis dei: q̄m maiora erunt premia dei ꝙ̄ ſanctorum deſideria. Beati ergo qui eſuriunt ⁊c̄.

Beati miſericor/ .§.v.

Quare miſericordia q̄nto loco ponitur.

des q̄m ipſi miſericordiam conſequent. Mat thei.v. Hec eſt quita beatitudo ⁊ apte ponitur in quinto loco. quia ſm Glo. Miſericordia de precedentibus naſcitur: ſcilicet quando preceſ ſerit vera humilitas ⁊ animus manſueſcat ⁊ ſu/ os ⁊ aliorum caſus defleat: ac iuſtitiam eſuri// at: poſtea naſcitur vera miſericordia. Tunc enī alienas miſerias facit ſuas ⁊ pro viribus iuua bit: ⁊ ſi iuuandi facultas deeſt: compaſſio non deerit: ⁊ recte poſt iuſtitiam ponitur miſericor dia. quia ſm glo. ita iſte ſcilicet miſericordia ⁊ iuſtitia ſunt coniuncte vt vna altera debeat tē/ perari. Nam iuſtitia ſine miſericordia eſt cru// delitas ⁊ miſericordia ſine iuſtitia eſt remiſſio ⁊ diſſolutio. Quod diffuſe declarat Grego. di. xlv. diſciplina. Ad miſericordiam chriſtus hor tabatur dicens. Lu. vj. Eſtote miſericordes ſi/ cut ⁊ pater veſter celeſtis miſericors ē. Et ratio eſt. quia beati miſericordes q̄m ipſi miſericor/ diam ꝯſequentur. Et poſtea chriſtus dicit. Eſto te miſericordes. Quomodo vel in quibus de/ bemus eſſe miſericordes oſtendit in eo quod ſubdit. ſcilicet tribus.

Quare ⁊ in quibus debemus eſſe miſericordes.

¶ In dando ſententiam. Unde ſubdit. Noli/ te iudicare ⁊ non iudi.

¶ In condonando vel ſubdendo miſericordi am. Unde ſubdit. Dimittite ⁊ dimittemini.

¶ In ſubleuando inopiam. Unde dicit. Date ⁊ dabitur vobis.

¶ Et in omnibus his eſt miſericors pater cele ſtis ad eos qui faciunt miſericordiam. Beati ergo miſericordes q̄m miſericordiam conſe// quentur. ¶ Prima ergo miſericordia qua de bemus vti ad proximum eſt in iudicando. Un de dicit Hieron. Miſericordia h̄ non ſolum intelligitur in elemoſynis: ſed in omni pecca/ to fratris: vt alter alteriꝰ onera portemus. Job xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Quare me perſequimini ſicut deus. ⁊ carnibus meis ſaturamini ⁊c̄. Miſeri cordia eſt compaſſio ſuper aliena miſeria. Ma xima miſeria eſt peccatum. Cum ergo videt qs proximum aliquid facere quod habet ſpecieȝ mali: ſi non eſt certus non debet iudicare eum ſicut nec deus qui omnia nouit noluit iudica/ re facta ſodomorum niſi prius videret clare. Uadam inquit ⁊ videbo ſi clamoreȝ qui venit ad me opere impleant. Gene. xix. Sȝ etſi a ma lo culpe defectus excuſari non poteſt: primus in actu ſuo excuſat intentioneȝ: conſiderat fra/ gilitatem: experitur in ſe malorum tentationē: ⁊ ſicut vellet ſibi miſereri: ita ⁊ miſeretur pro/ ximo. Si etiam habet de ipſo iudicare miſeri/ cordia vtatur in alleuiando penaȝ. conſiderās quod ait Jacobus in canonica ſua. Judicium ſine miſericordia fiet illi qui non facit miſicor diam. Sed non ſic multi faciunt etiam qui vi/ dentur amici ſȝ ſunt prompti ad iudicia teme/ raria: ⁊ feſtucas in alieno oculo vident: non ſu as trabes: vt ſcribit in euangelio. Luc. vj. Sua crimina alleuiant ⁊ excuſant: aliena aggrauāt ⁊ perſequuntur: ſcilicet appetendo ⁊ querēdo punitionem: vt deus: id eſt ac ſi ipſi eſſent inno centes ⁊ non indigētes: ⁊ ipſi miſericordia ex miſerijs ſuis ⁊ carnibus ſaturantur: crudelita tem ſcilicet exercendo. Beati ergo miſericor// des in iudicando non temerarie: non ſuſpitio ſe: non preſumptuoſe: non vſurpatiue: ſed pie ex compaſſione: q̄m ⁊ ipſi miſericordiam con/ ſequentur cum iudicabuntur a deo. Secundo miſericordia eſt in condonando iniuriam. Un de dicit. Dimittite: ſcilicȝ iniurias vobis factas ⁊ dimittemini. prouerbi. xxij. Qui pronus eſt ad miſericordiam benedicetur a domino. Au gu. dicit tibi deus. Dimitte ⁊ dimittetur tibi. dimiſi prius dimitte vel poſtea. Nam ſi non di miſeris reuocabo te. ⁊ quicquid dimiſeram re plicabo tibi. de penitē. diſt. iiij. ſe. cȝ. Quomo do miſeretur pater filiorum: miſertus eſt deus timētibus ſe. Pater carnalis ꝗuis filius mul/ totiens faciat contra ordinationes ſuas. tamē parcit ſibi compatiens: ita ⁊ deus dimittit. ſ. in iurias ſibi innumeras quotidie a nobis fcās. Unde Amb. in paſſione chriſti. Libēter igno/ ſco. ſ. iniurias mihi factas prompte indulgeo. miſericordiā malo ꝙ̄ ſacrificium. de pe. diſt. j. Exemplo in paulo qui ait ſe de ſeipſo. Qui pri us fui blaſphemus ⁊ contumelioſus perſecu/ tor: ſcilicet chriſti ⁊ fidelium: ſed miſericordiaȝ conſecutus. j. ad Timothe. j. Et in euangelio ip ſo vbi miſericordiam mandat: dicit. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. Chriſtus ē magiſter qui quantas iniurias ſuſtinuerit. et ꝙ̄ miſericorditer indulſerit. patet in paſſione eius. Beati ergo miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: ſcilicet remiſſio nem peccatoreȝ. Unde dicitur Eccleſia. xxviij. Relinque proximo nocenti te. id eſt tibi non di cit qui nocuit tibi: ſed nocenti principaliter quando vltionis ira ſolet magis ferueſcere. ⁊ tunc deprecanti tibi ſoluentur pctā tua. i. di/ mittentur: ſicut ſoluitur cera ad ignem ⁊ gla// cies ad ſolem. Et ad Colloſ. iij. Donantes in/ uicem ſiquis aduerſus aliquem habet quere/

lam:ſicut ⁊ xp̄s donauit nobis. ¶ Tertia miſe
ricordia eſt in ſubleuando inopiam. Unde di/
citur. Date. ſ. elemoſynaȝ ⁊ dabiť vobis miſeri
cordia elemoſyne mltiplicis. Prouerbio. xiiij.
Qui miſeretur pauperi. ſ. dando elemoſynam.
beatus erit. Hilarius. Intantum deus beniuo/
lentie noſtre in omnes delectatur affectu: vt ſu
am miſericordiam ſolum miſericordibus ſit
daturus. Eccl̄i. xxix. Conclude elemoſynam in
ſinu pauperis. i. da occulte. non propter laudē
humanaȝ: ⁊ ipſa orabit pro te. ſ. pauper cui da/
De pre/ bis. Date ergo ⁊ dabitur vobis. Et quid detur
mys mi oſtendit ipſe deus in euangelio codeȝ dicens.
ſericor/ Menſuram bonam confertam coagitatam ⁊
dibꝰ ꝓ ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtruȝ. ſ. pa
miſſis. ter ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. ſ. a quo omne datum
optimum dabunt pro elemoſyna data ex miſe/
ricordia ⁊ mēſura bōa pōt referri ad bona tem
poralia que multiplicāt hoībꝰ dantibꝰ elemoſy
nas largas: vt dr̄ i. puerb. iij. c. Honora deuȝ de
tua ſubſtantia. ſ. dando pauperi. vt ipleanť hor
rea tua: ⁊ vino torcularia redundabunt. ¶ Ex/
Exēplū. emplum legitur ꝙ in quodam monaſterio cuȝ
dabantur ibi abundanter elemoſyne pauperi//
bus abundabant monachi multuȝ in tempora
libus. In proceſſu temporis ceperunt deſiſtere
ab hoc opere miſericordie. ⁊ monaſteriū etiam
deficiebat in redditibus. Et cum quidam con/
quererentur de hmōi defectu. dixit eis quidaȝ
ſanctus homo. Duo fratres ſunt quos habeba
tis in iſto monaſterio. vnus dicebatur date: ⁊
alius dabitur vobis. Iſti ſemꝑ volūt ſimul ma
nere. Sed vos emiſiſtis date. ⁊ ideo alius. ſ. da
bitur vobis noluit manere vobiſcū: ſed receſ//
ſit. Ideo ergo indigetis: quia non vtimini mi
ſericordia ad pauperes. ¶ Scd̄o menſurā coa
gitatam. i. calcatam dabunt in ſinum veſtrum.
ſ. mentē veſtrā quoad bona ſpūalia: qꝛ vt dr̄ ꝓ
uerbio. xiij. Miſericordia ⁊ veritate redimiť
iniquitas. Et per ipſam etiam miſericordie ele
moſynam diſponitur ⁊ augetur ad gratiam: ſi
cut patet per exemplum in vitaſpatrum in le//
Exēplū. genda Machary de illo ſimphoniaco qui ex
eo ꝙ fecit miſericordiam defendendo virginē
a ſocyis ne eam opprimerent ⁊ reducendo ad
ſuos ⁊ mulierem inuentaȝ in deſerto quaſi de/
ſperatam pro detentione viri ⁊ filiorum in car
ceribus pro debitis. ipſe refocelauit ⁊ debita
de mīa ſoluit. Machario fuit reuelatum ꝙ futurus eſ
⁊ eiꝰ vti ſet ſocius eius in gloria. Et ſic ex illa miſericor
litate. ō. dia inductus eſt admonitione Machary ad
ii. v. c. deſerendum ſeculum ⁊ ſeruiendū deo. ¶ Ter
xviij. tio menſuram confertam ideſt cumulatā quo/
ad gloriam anime excedentem capacitateȝ me
ritorum eius. ¶ Quarto ſupereffluentem. i.
redundantem quoad gloriam corporis: que p/
cedit ab anima ſeu ab anime gloria redundan
tem in corpus. miſericordibꝰ enim dicetur in
vltima reſurrectione. Uenite benedicti patris
mei percipite regnum.

¶ Beati mundo .§. vi.

De mū corde quoniam ipſi deum videbunt Matth.
dicia v. Conuenienter ſexto loco ponitur beatitudo
cordis de mundicia cordis: quia ſexto die homo for//
quare matus eſt ad imaginem dei. que quidem per
ſexto peccatum obtenebrata erat in homine: ſed in
loco po mundicia cordis reformatur per gratiam. Nā
nitur imaginem dei quam homo per culpam ſexta
die amiſit chriſtus ſexta mundi etate reſtituit:
⁊ mundis corde infudit per gratiam. Merito
ergo poſt predicta ſequitur beatitudo de mun
dicia: quia niſi prius illa quinqȝ habeātur: mū
dum cor in homine non creatur. Unde Amb.
Qui miſericordiam deſert miſericordiā amit
tit. niſi mundo corde miſereatur. Quia enim
vt ait Cryſo. multi miſerentur: ſed impudica
agunt: eſtimantes ſufficere miſericordiā: oſten
dit ꝙ non ſufficit miſereri ⁊ impudica agere.
⁊ ideo addidit de mundicia dicens. Beati mū
do corde. Et nota ꝙ nō dicit mundi in exterio
ribus vel in corpore. Contra quos chriſtus ait
Matth. xxiij. Ueh vobis ſcribe ⁊ phariſei qui
mundatis quod deforis eſt. intus autem pleni
eſtis rapina ⁊ immundicia. ſ. rationum Cryſo.
ſuper Matth. Cum deus neqȝ corporis mun/
diciam laudet: nec ſordes condemnet. pone ta
men ꝙ deus odit ſordes corporum veſtimen/
torum ⁊ vaſorum: que neceſſe eſt vt ipſo vſu ſor
didentur: quantomagis ſordes cōſcientie hor
ret quam ſi volumus ſemper mundam ſerua/
mus. Dicit ergo. Beati mundo. non corpore
ſed corde. Hec autem mundicia in tribus in//
telligitur. ¶ Primo vt munda ſit rationalis
ab errore male inſtruente. ¶ Secundo vt mū Mūdi
da ſit concupiſcibilis ab amore male inflam// cia cor
mante. ¶ Tertio vt munda ſit iraſcibilis a ti dis in
more male humiliante. ¶ Debet mundicia eē tribus
in intellectu a tribus vt ſit munda rationalis cōſiſtit
videlicet. Primo a duplicitate intētionis. Se Mūdi
cundo a falſitate opinionis. Tertio a prauita// cia intel
te cogitationis. ¶ Quantum ad primum qui lectꝰ in
ſimulatam habet intentionem: vt qui facit ali tribus
quid malo fine: vel qui vnum habet in corde:
⁊ aliud in ore ſeu opere non eſt beatus ſed mi
ſer Eccl̄i. ij. Ueh duplici corde. Et iterum. Ueh
peccatori ingredienti terram duabꝰ vijs. Hoc
agit ſm̄ Rabanum: qui mala facit ⁊ bona ſpe/
rat: vel qui ſectatur opera carnis: ⁊ ſanctifica//
tionem ſpiritus ſe perficere arbitratur. vel qui
quoad exteriora viam graditur paradiſi: ſcili
cet agendo opera de genere bonorum quoad

interioꝛa incedit per viam inferni Hiere.iiij.
Laua a malitia: ſcilicet intentionis coꝛ tuum.
Secundo debet intellectus eſſe mundus a fal
ſitate opinionis. vt nil ſentiat contra veritatē
fidei: ſicut diſcipuli qui videntes chriſtum re/
ſuſcitatum eſtimabant fantaſma eſſe. Vñ chri/
ſtus ait. Quid turbati eſtis: ⁊ cogitatiões aſcē
dunt: ſcilicet ab inferis in coꝛda veſtra. Actuū.
xv. Fide purificans coꝛda eoꝛum: ſcilicet ab er
roꝛibus. Tertio debet eſſe rationalis munda a
prauitate cogitationis Matth.xv. Ex coꝛde ex
eunt cogitationes male. furta ⁊ huiuſmodi. ⁊
vt dicit Greg. Nequaquam cogitatio immun
da mentem maculat cum pulſat: ſed cum hanc
per delectationem ſuperat de pe. di.iij. Unde
Eſaie.j. dicitur. Lauamini. quoad pꝛimum mū
di eſtote. quoad ſecundum auferte malum co/
gitationum veſtrarum ab oculis meis. quoad
tertium. ¶ Secundo debet eſſe munda concu
piſcibilis ab amoꝛe mundane affectionis: ab
amoꝛe praue delectationis. a malo pũerſe ope/
rationis Matth.vj. Ubi eſt theſaurus tu⁹ ibi
eſt ⁊ coꝛ tuum. vbi Cryſo. Si nil tibi alterius
mali eueniat. non paruam ſenties iacturam in
ferioꝛibus affixus: ⁊ ſeruus eoꝛum factus: ⁊ a
celeſtibus cadens ⁊ nil excelſoꝛuz cogitare va
lens. Secundo debet affectus eſſe mundus ab
amoꝛe praue delectationis Co.iij. Mūda ſer
uaui animam meam ab omni concupiſcentia
ſcilicet carnis ⁊ ſpiritus. Et dominus per pꝛo/
phetam. Uſqꝫquo moꝛabuntur apud te cogi//
tationes noxie. Tertio debet eſſe munda affe//
ctio a praua operatiõe. Prouerb.xxj. Qui mū/
dus eſt: ſcilicet coꝛde rectum eſt opus eius pſ̄.
xxiij. Quis aſcendet in montem domini. inno
cens manibus: ideſt operibus ⁊ mundo coꝛ//
de. Tertio debet eſſe munda iraſcibilis a timo
re male humiliante Matth.x. Nolite timere
eos qui occidunt coꝛpus. vnde apoſtolus ait.
Mundus ego ſum a ſanguine omniuz veſtꝝ
Non enim ſubterfugi quin omne conſilium
dei manifeſtarem vobis: ſcilicet de agendis
q.d. propter timoꝛem non dimiſi quin dicerez
veritatem neceſſariam. quia tunc mundus nõ
eſſem. Qui enim nimis timet aduerſa de facili
perdet mundiciam coꝛdis: ⁊ incurrit pl'a pec/
cata. Sed ſiquis diceret iſtam beatitudinez ha
beri non poſſe: quia ſcribitur. Prouerb.xx. qs
poteſt dicere mundum eſt coꝛ meum: purus
ſum a peccato. q.d. nullus: ergo non poteſt ha/
beri iſta beatitudo mundicie. Reſpondeo. Ali
ud eſt dicere ſe mundū a peccato: quod nullus
poteſt dicere aſſertiue: quia delicta quis intel/
ligit. Pſal.xviij. q.d. nullus. Et nihil mihi con
ſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum ait
apoſtolus. Et hoc propter incertitudinem ſta/

Mūdi cia ↄcu piſcipil' i trib⁹

Mūdi cia i iraſcibili

tus noſtri: quia nemo ſcit vtrum odio vel amo
re dignus ſit Eccl'ſ.ix. Tum etiam propter inſe
parabilitatem venialium.j. Jo.j. Si dixerim⁹
quia peccatum non habemus ipſi nos seduci/
mus. Aliud eſt eſſe mundum a peccato quocū
qꝫ. Et iſtud quãuis ex pꝛopꝛia natura eſſe non
poſſit. tamen eſſe poteſt ex diuina gratia: ſm
illud Job.xiiij.c. Quis poteſt facere mundum
de immūdo conceptum ſemine. Non eniz tu
qui ſolus es? Et cum tali mundicia poteſt vi//
deri deus in vita preſenti multipliciter. Jacob
vidit deum facie ad faciem: ſed emarcuit ner
uus femoꝛis eius quod ſignificat extinctionē
concupiſcentie carnalis. ⁊ Jſa. ſed mundatis
labijs. ⁊ Paulus raptus: ſed ceciderunt ſqua
me ab oculis eius ipſo baptizato. Beati er//
go mūdo coꝛde qm̄ ipſi deum videbunt.

¶ Beati pacifici .§.vij.

Quare h̄ ſeptimo loco po//nitur

quoniam filij dei vocabuntur Matth.v. Hec
beatitudo apte in ſeptimo loco ponitur. dicit
glo. quia in ſabbato vere requieuit dabitur ve
ra pax: ſex etatibus tranſactis Amb. ſuper Lu.
reddit rationem quare congrue beatitudinez
de mundicia ſequitur iſta de pace dicens. Cū
interioꝛa tua vacua feceris ab omni labe pec/
cati ne diſſenſiones ex affectu tuo pꝛocedant: a
te pacem incipis vt alijs pacem feras. vnde di
citur. Beati pacifici. Circa quod tria ſunt no//
tanda. Pꝛimo pacis auiditas. Secundo pacis
integritas. Tertio pacis ſublimitas. ¶ Quan
tum ad pꝛimum dicit Aug.xix. de ciui. dei. φ
omnia appetunt pacem. quod diffuſe probat
per multa exempla ⁊ irrationabilium anima/
lium ⁊ latronum inter ſe. Et etiam ex hoc quia
bellum quod naturaliter omnes hoꝛrent pꝛo/
pterea gerunt vt perueniatur ad pacem. Non
enim pax queritur vt bellum exerceatur: ſed
bellum geritur vt pax habeatur. xxiij. q.j. mili
tare. Pſal.lxxv. Jn pace factus eſt locus eius:
ſcilicet dei. Hanc apoſtolus mandauit dicens
Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit
vobiſcum.ij. Coꝛ. vlt. ¶ Quantum ad ſecun//
dum φ tribus modis aliqui fiunt pacifici. Et
beati pacifici quoniam ⁊c̄. Pꝛimo quidem cū
deo et in omnibus obtemperando. Secundo
in ſeipſo motus illicitos refrenando. Tertio
cum pꝛoximo concoꝛdiam inter eos pꝛocuran
do. Nec dicuntur hi pacifici qui habēt animū
pacatum iniurijs factis a pꝛoximo vt non in//
de conturbentur: quia hoc pertinet ad ſecun//
dā btitudinē. ſ. mititatē. Sꝫ q inuigilant paci
refoꝛmande quoad deum ⁊ hoc per penitenti
am qui per culpam eam amittunt ⁊ paci cõſer
uande in ſeipſis: ⁊ paci faciende inter pꝛimos
Pꝛimo ergo beati pacifici: quia ſcilicet obtem

Trib⁹ medis aliq fi//unt pacifici

perando mandatis dei. per omnia concordant
cū eo. ad Ro. v. Juſtificati ex fide pacē habea/
mus ad deum. vt enim ait Augu. Sicut quod
eſt ſuperius in nobis: ſcilicet mēs vel ratio de
bet ceteris inferioribus reluctantibus impera
re: ita quod eſt in nobis ſuperius: ſcilicet ipſa
ratio debꝫ ſubijci potiori ſe: ſcilicet deo. Neqꝫ
enim imperare inferioribus poteſt niſi ſupe//
rioribus ſubijciatur. Unde in primis parenti
bus cum rebellauit rō deo tranſgrediens mā/
datum. ⁊ caro ſe rebellauit rationi ſentiendo
ſtimulos carnis. Et hec eſt pax que datur ho//
minibus bone voluntatis Luc. ij. Secūdo bea
ti pacifici: ſcilicet qui refrenant in ſe illicitos
motus Job. v. Scias ꝙ pacem habeat taber//
naculum tuum: ideſt corpus. vnde ⁊ Aug. Pa
cifici ſunt in ſeipſis qui animi motus ⁊ carna/
les concupiſcentias habentes edomitas ⁊ ra/
tioni ſubiectus: ſunt regnum dei in quo ita or
dinata ſunt omnia: vt quod in homine eſt ī pn
cipium imperat reluctantibus que ſunt nobis
beſtijsqꝫ communia. Tamen vt dicit Aug. iſta
ſubiectio ſenſualitatis ad rationem perfecte
non poteſt haberi in hac vita: ſed hoc nunc pa
cifici agunt: vt domantes concupiſcentias car
nis ne regnent quandoqꝫ perueniant ad ple//
niſſimam pacem. Tertio beati pacifici: ſcilicet
qui querunt pacē cū proximo. ſꝫ illud ad Ro.
xij. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum omni
bus pacē habentes Cryſo. ſuper Mat. Paci
fici ad alios qui non ſolum inimicos in pace
reconciliant: ſed etiam qui immemores malo
rum diligunt pacem. Pertinet ad iſtam pacē
vt non ſolum non querant vindictam leſi: ſed
querant cum eis ledentes habere pacem ⁊ di/
De pre ſcordantes ad pacem reducere. ¶ Quantum
mio illi ad tertium principaliter ſublimitas pacis oſtē
us beati/ ditur ex fructu eiꝰ ſeu premio quod repromit
tudinis titur: quia ſcilicet filij dei vocabuntur. Tria au
tem faciunt hominem filium dei quodam par
ticulari modo. Primo fides formata Jo. j. De
dit eis poteſtatē filios dei fieri his qui credūt
in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus ⁊c.
Secundo charitas perfecta Mat. v. Diligite
inimicos veſtros ⁊c. vt ſitis filij patris veſtri.
Tertio pacis concordia. ſm illud. Pſal. Beati
pacifici quoniam filij dei vo. quia ſꝫ Cryſo. ta
les diligentes pacem chriſto ſunt ſimiles qui
eſt pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnum ſm apo//
ſtolum. vel quia ſm Aug. In deo eſt ſumma q/
es ⁊ nil repugnans. Et ſic habent tales ſimilitu
dinem patris. vel ſm eundem Cryſo. Pacifici
dicuntur qui nec odiunt nec litigant: ſed liti//
gantes ⁊ diſcordantes ad pacem reducunt. Hi
recte vocātur filij dei: quia vnigeniti hoc opꝰ
fuit congregare diſperſa ⁊ pacificare contra ſe
prelianttia. hoc autem eſt maximum ⁊ digniſſi
mum: ſcilicet eſſe filius regis eterni.

¶ Beati qui per/ .§. viij.

ſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quo/ Quare
niam ipſorum eſt regnum celorum Math. v. hoc oppo
Hec octaua beatitudo eſt quedā manifeſtatio nitur
⁊ confirmatio precedentium. Ex hoc enim ꝙ
aliquis eſt confirmatus in precedentibus bo/
nis in paupertate ſpiritus: mititate: ⁊ alijs: ſe/
quitur ꝙ ab illis bonis propter nullam perſe//
cutionē recedat. vnde iſta beatitudo pertinet
quaſi ad omnes precedētes Cryſo. ſup Mat.
dicit ꝙ poſita beatitudine de pace ſubdit de ꝑ
ſecutione ne quis exiſtimaret ꝙ ſemper quere
re ſibi pacem ſit bonum: puta aſſentiendo ma
lis ꝓpea ſubdit. Beati q ꝑſecutionē patiūtur.
Ubi tria notanda ſunt circa iſtā beatitudinē.

¶ Primo ſupplicium afflictionis. ibi. Beati
qui perſecutionem patiuntur.

¶ Secundo motiuum paſſionis. ibi. Propter
iuſtitiam.

¶ Tertio premium tolerationis. ibi. Quoniā
ipſorum eſt regnum celorum.

¶ Quantum ad primū vtiꝫ perſecutio affli Q. mul
ctio eſt. Dicit autem apoſtolus. ij. Tim. iij. Om tiplex e
nes qui pie volunt viuere in chriſto neceſſe eſt ꝑſecu/
vt perſecutionem patiantur propter iuſtitiam tio
⁊ hoc a carne: demone ⁊ homine. Caro enim
perſequitur ſpiritum volens eum trahere ad
ſuas concupiſcentias. In cuius figuram fuit
ludus hiſmaelis cum yſaac: que perſecutio di
citur. Unde apoſtolus ad Gal. iiij. Js qui ſm
carnem natus eſt perſequebatur eum qui ſm
ſpiritum natus eſt. i. appetitus ſenſualis rōnē
a demone quilibet iuſtus ſuſtinet perſecutio//
nem dum varijs modis querit eum decipere
⁊ occidere. Pſal. xvij. Perſequar inimicos me
os ⁊ comprehendam illos ⁊ non conuertar do.
nec deficiant. Perſequimur demones perſe//
quentes cum reſiſtimus eorum ſuggeſtioni/
bus. Ab homine fit perſecutio. Et hoc duplici/
ter: quia per iniurias corporales vel per mala
exempla. vnde Aug. vtrūqꝫ genus perſecutio
nis diſtinguens. ait ſuper Pſal. lxix. ⁊ in mul
tis alijs. Uox contribulatorum chriſto. i. mar/
tyrum inter paſſiones periclitantium ſed de ca
pite preſumentium. Cum illis vos omnis iu//
ſti cui ex charitate abundans iniquitas c hri//
ſtianorum paſſio eſt. vt Loth corporalem perſe
cutionem a nullo in ſodomis ſuſtinuerit ſed a
malis eorum cuꝫ quibus habitabat. Eſt ergo De mo
perſecutio iuſti vel a leone in impetu: vel a dra tiuo pa
cone in inſidijs. vij. q. j. aduerſitas. §. eſt ⁊ ali/ ſſionis
ud. ¶ Quantum ad ſecundum: ſcilicet de mo ꝑꝑ
tiuo paſſionis quod ſcilicet debet eſſe iuſtitia

que includit omnem virtutem. Nam pati pro
pter ſua peccata perſecutionem: ideſt punitio/
nem non ſacit hominem beatum ſed miſeruz
Unde .j. Pe. iiij. dicitur. Nemo veſtrum patia
tur quaſi homicida: aut ſur: aut maledicus.
Idem ſi quid patimini propter iuſtitiam bea
ti. Et hoc eſt quod dicitur beati qui perſecutio
nem patiuntur propter iuſtitiam Cryſo. ſuper
Math. Quidam patiuntur perſecutionez ꝓ/
pter non committendam idolatriam. ⁊ iſti ſūt
beati quia ꝓpter iſtitiam fidei patiuntur: vt fi
deles a paganis: vt Lau. Vincen. Jo. ⁊ Paul.
Ut. ſ. aſ Coſmas ⁊ Damianus a diuerſis tyrannis ido
flicti latris. vt Agnes. Lucia. Cecilia. Katerina: ⁊ in
d'tificāt numeri virſu ſcꝫ ſecus. Aliqui patiuntur perſe
cutionem propter veritatē non deſerendaz. vt
catholici ab hereticis: ſicut athana. Hila. Am
bro. ⁊ plures alij ab arrianis ⁊ imperatore eis
fauente ⁊ Hermigildus filius regis hyſpanie
a ſuo patre iuſſus occidi: quia ab arrianis no/
luit accipere communionem: vt narrat Greg.
in dialo. Et iſti etiam beati: quia propter iuſti/
tiam veritatis patiuntur perſecutionem. Sed
quis ex potentibus ait Cryſoſt. qui chriſtiani
videntur forſitā propter peccata ſua correpꝰ
a te fuerit perſecutus beatus es cū Jo. bap. qui
ſcilicet non propter fidem: ſed propter verita
tem dicendam circa matrimonium violatum
ab herode corripuit: perſecutionem ⁊ mortez
eſt paſſus. Qui ergo propter cauſam dei ali/
quid patitur: etſi a ſuis patitur mercedē mar/
tyrij accipiet a deo. Beati ergo qui perſecutio
De pre nem patiuntur propter iuſtitiam. ¶ Quantū
mio hu ad tertium: ſcilicet de premio. Nota ꝙ regnū
iuſmo/ celorum eſt perſecutionem patientium tribus
di pſe/ modis. Primo modo ſpontanea voluntate.
cutoꝝ Voluntarie ſacrificabo ⁊c̄. Secundo cum per
ſeuerentia. Unde qui perſeuerauerit vſqꝫ in fi
nem hic ſaluus erit. Tertio ex cauſa legitima
quia propter rectam intentionem ⁊ cauſam.
Nam vt ait apoſtolus .j. Cor. xiij. c. Si tradide
ro corpus meum: ita vt ardeam: charitatez au
tem non habuero: ſcilicet ſaciendo propter lau
dem humanam: non propter deum nihil mi/
hi prodeſt. ¶ Et nota ꝙ idem premium in pri
ma ⁊ octaua beatitudine ponitur. Primo qui/
dem quia martyrij genus eſt paupertas volū/
taria: ⁊ in conſpectu ſeculi ſunt pauperes ſpiri
tu qui perſecutionem patiuntur. Secundo qꝛ
per paupertatem emitur regnum celorum: ſꝫ
perſecutione ⁊ paſſione pro chriſto percipitur
regnum. Tertio ſm Amb. quia pauperibus
ſpiritu promittitur regnum celorum quantuz
ad gloriam anime ſed ſuſtinentibus perſecu/
tionem ⁊ paſſionem in corpore pro chriſto pro
mittitur regnum celorum quantum ad glori/
am corporis. Beati ergo ⁊c̄.

¶ De vltimo fine hominis qui eſt beatitudo
perfecta. Capitulum .vij.

Reſtat videre de be/
atitudine pſecta: que eſt vltimꝰ finis De vlti
hoīs quā diffinit Boe. cū dicit ꝙ ē mo fi/
ſtatus oīum bonoꝝ aggregatio per ne. ſ.
fectus. Et pmo vidēdū eſt ſi eſt aliqd creatū vl' btitudi
increatū. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit. b. Tho. j. ne. vtꝝ
ij. q. iij. ꝙ beatitudo eſt vltimꝰ finis. Finis aūt ſ. ſit qd
alicuiꝰ dr̄ dupl'r. Uno mō res quā cupimꝰ adi/ creatū
piſci ſicut auaro finis eſt pecunia. Alio mō ipſa
adeptio vl' poſſeſſio ſeu vſus aut fruitio eiꝰ rei
que deſideraſ: ſicut ſi dicaſ ꝙ poſſeſſio pecu/
nie eſt finis auari: ⁊ frui re voluptuoſa ē finis i/
tēpati. ¶ Primo ergo mō vltimꝰ finis hoīs ē
bonū increatū. ſ. deꝰ q ſolus ſua infinita boni/ Que
tate pōt volūtatē hoīs pſecte implere. ⁊ iſta dr̄ opatio
beatitudo obiectiua vl' cauſatiua: q: deꝰ eſt ob ſit bea/
iectū ⁊ cā nr̄e beatitudinis. vñ ⁊ Boe. dic̄ deū titudo
eē ipſam beatitudinē neceſſe eſt ꝯfiteri. ¶ Se/
cūdo vltimꝰ finis ſeu beatitudo hoīs eſt aliqd
creatū in ipſo exiſtēs: qḋ nihil aliud eſt q̄ꝫ ade/
ptio vl' fruitio vltimi finis: vñ Aug. dicit ꝙ il/
lis rebꝰ fruēdū eſt que nos beatos faciūt. factio
aūt ipſorum qd creatū: ⁊ iſta dr̄ beatitudo adepti
ua vl' fruitiua ex eo ꝙ eam adipiſcimur ⁊ frui/
mur. Sic igiſ q̄ꝫtū ad obiectū ⁊ cām beatitu/
do ē qd increatū: ſꝫ q̄ꝫtū ad eēntiā ē qd creatuz.
Cū aūt dr̄ beatitudo ē qd ſūmū bonū itelligen
dū ē ꝙ ē adeptio ſūmi boī. nō ꝙ ipſa adeptio q̄
dr̄ btitudo ſit ſūmū bonū qḋ ē deꝰ: ⁊ p ꝯñs qd
icreatū. Et ſil'r btitudo dr̄ vltimꝰ finis. i. adep/
tio vltimi finis. ¶ Probatio ⁊ declaratio quo
btitudo pſecta ſit opatio. nō q̄cūqꝫ: ſꝫ opatio i/
tellectiua nō q̄cūqꝫ: ſꝫ clare viſiōis diuine eēn/
tie. Et pmū ꝓbat ſic. b. Tho. j. ij. q. iij. ſ. ꝙ btitu
do ſit opatio hꝫ ꝙ btitudo ē aliqd creatū i ipſo
hoīe exñs. btitudo ē vltima hoīs pſectio. vnū
quodqꝫ aūt inm̄ ē pſectū inq̄ꝫtū ē actu. nā po/
tētia ſine actu īpſecta ē. ḡ btitudinē oꝫ i vltimo
actu hoīs ꝯſiſtere. Manifeſtū ē aūt ꝙ opatio eſt
vltimꝰ actꝰ opātis. vñ ⁊ ſcḋs actꝰ noīaſ a pho i
ſcḋo de aīa. nā hñs formā pōt eē i potētia ope/
rāds: ſic̄ ſciēs potētia ꝯſiderās ē. Et inde ē ꝙ in
alijs quoqꝫ rebus vnaqueqꝫ dicitur eſſe ꝓpter
ſuam operationem. Nec eſſe eſt igitur beatitu
dinem hominis operationez eſſe. Unde ⁊ phi
loſophus in .j. eth. dicit felicitatē eſſe operatio
nem ſm perfectam virtutem. Cum autem ſit
duplex actio ſm philoſophum. Unaqueqꝫ pro
cedit ab operante in materiam exteriorem:
ſicut nere. ſecare. ⁊ huiuſmodi. Et talis actꝰ nō
pōt eē beatitudo hoīs q: talis operatio nō eſt
pſectio agētis ſed magis patiētis. Alia ē actio

manens in ipſo agente ſicut ſentire: velle: ⁊ intelligere: ⁊ talis actio eſt perfectio agentis. ⁊ ⁊ poteſt eſſe beatitudo. Jſta autem operatio que dicit̄ beatitudo: alio modo eſt ī deo: alio modo in angelis bonis ⁊ ſanctis: alio modo ī viatoribus. Nā ī deo in quo eſt beatitudo ꝑ eſſentiā. opatio eius eſt eſſe ipſius. Jn angelis ⁊ beatis in vita eterna: eſt vltima pfectio ſcd̄m aliquā opationem qua iungunt̄ bono increato. ⁊ hec eſt in eis opatio vnica ⁊ ſempiterna. Jn viatoribus aūt ſm̄ ſtatū vite preſentis. eſt vltima pfectio ſm̄ quā homo coniungit̄ deo. Sed hec opatio non pōt eſſe cōtinua ⁊ vnica. Nec obſtat pdictis ꝙ beatitudo dī: vita eterna Jo. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te ſolum ⁊c̄. Et vita nō eſt opatio: ſed ſm̄ phm̄ viuere viuētibus eſt eſſe. Nā ſm̄ Tho. vita dicit̄ dupl'r. Uno modo ipm̄ eſſe viuētis. ⁊ ſic beatitudo nō eſt vita niſi in deo cuius eſt ſua etiam opatio. Alio modo dicit̄ vita opatio viuentis: ſm̄ quā principium vite exit in actum. Et ſic noīamus vitā actiuā ⁊ ꝯtemplatiuam. Et hoc modo beatitudo pfecta dicit̄ vita eterna. Qđ autem Boetius dicit beatitudinē ſtatū oīum bonoꝝ intelligitur per hoc ꝙ beatus eſt in ſtatu omnis boni perfecti. i. firmitate ⁊ dignitate: non ꝙ non ſit in actu.

¶ Quod opera- .§.i.

tio que eſt beatitudo eſt opatio intellectus probat̄ ſic. Beatitudo cum ſit pfectū bonū: opꝫ ꝙ ſit optima pfectio vel pfectionis operatio. Optima opatio eſt optime potētie. ergo optimū obm̄ eſt deus. Potētie aūt principaliores anime ſunt intellectus ⁊ voluntas. Sed beatitudo nō pōt eē eſſential'r actus voluntatis: vñ reſtat ꝙ ſit actus intellectus. Et ꝙ non pōt eſſe actus voluntatis q̄ntum ad id qđ eſt eſſential'r ipſa beatitudo: ſic pbat. b. Tho. j. ij. q. iij. Manifeſtum eſt ex pmiſſis ꝙ beatitudo eſt ꝯſecutio vltimi finis. Cōſecutio aūt finis non conſiſtit in ipſo actu voluntatis. Uoluntas eniꝫ fertur in finem ⁊ abſentem cum ipm̄ deſiderat: ⁊ preſentē cuꝫ in ipſo requieſcēs delectat̄. Manifeſtuꝫ ē aūt ꝙ ipm̄ deſideriū finis nō eſt cōſecutio finis ſed motus ad finem. delectatio aūt aduenit voluntati ex h̄ ꝙ finis ſit ei pſens. Nō aūt econuerſo aliquid ſit preſens: q: voluntas delectat̄ in ipo. ¶ Opꝫ ergo aliquid aliud eē q̄ actum voluntatis: per qđ ſit pſens ipe finis volūtati. Et hoc manifeſte apparet circa fines ſenſibiles. Si enim ꝯſequi pecuniam eſſet per actum voluntatis: ſtatim a principio cupidus ꝯſecutus eſſet pecuniam q̄ vult eam habere. Sed a pncipio quidē eſt abſens ei. Conſequit̄ aūt ipſam ꝑ hoc ꝙ manueā apprehendit: vel aliquid hmōi: ⁊ tunc iam delectat̄ in pecunia habita. Sic igitur circa intelligibilem finem contingit: nam a principio volumus conſequi finem intelligibilem. Conſequimur autem ipſum per hoc ꝙ ſit preſens nobis per actum intellectus. Et tunc voluntas delectata quieſcit in fine iam adepto. Sic ergo eſſentia beatitudinis in actu intellectus conſiſtit. Sed ad volūtatem pertinet delectatio conſequens beatitudinem ſm̄ ꝙ dicit Auguſti. in. x. confeſſio. ꝙ beatitudo eſt gaudium de veritate: quia ſcilicet ipſum gaudium eſt conſumatio beatitudinis. Patet etiam hoc ſcilicet ꝙ beatitudo conſiſtat in actu intellectus ex hoc quod dicit Johan. xvij. Hec eſt autem vita eterna vt cognoſcant te ſolum verum deum. ⁊c̄. Cognitio autem pertinet ad intellectum: non voluntateꝫ.

Quod beatitudo conſiſtit in opatiōe itellect'

Non eſt cōtra predicta quod Augu. dicit. xix. de ciui. dei. beatitudinem conſiſtere in pace. Nam pax pertinet ad vltimū finem hominis. ⁊ per conſequens ad beatitudinem. non ꝙ eſſentialiter pax ſit ipſa beatitudo: ſed quia antecedēter ⁊ ꝯñter ſe habet ad eā. Añtedēter q̄dē inq̄ntum iāꝫ ſunt remota omnia perturbantia ⁊ impedientia ab vltimo fine. Conſequēter autem inquantum homo adepto vltimo fine remanet pacatus. ⁊ in ſuo deſiderio quietat̄. Jtem ſi obijciatur. Beatitudo eſt ſummum bonum. Sed bonum eſt obiectum voluntatis: ergo beatitudo conſiſtit in actu voluntatis. Reſpondit beatus Thomas ꝙ primum obiectuꝫ voluntatis non eſt actus eius. ſed aliquod aliud bonum ſicut nec primum obiectum viſus eſt viſio: ſed viſibile. vnde ex hoc ipſo ꝙ beatitudo pertinet ad voluntatem tanq̄ ad primū obiectum eius ſequitur ꝙ non ptineat ad ipſam tanq̄ actus eius. ¶ Jtem ſi obijciatur ſic. Si beatitudo eſt operatio vt dictuꝫ ē. ergo eſt nobiliſſima operatio. Sed nobilior operatio eſt dilectio dei: que pertinet ad voluntatem: q̄ cognitio que pertinet ad intellectum. ergo ⁊c̄. Rñ. b. Tho. ꝙ dilectio preeminet cognitioni in mouendo. Sed cognitio prior eſt dilectione. ſcilicet attingendo. ¶ Non enim diligit̄ niſi cognitum. ⁊ ideo intelligibilem finem primo attingimus per actioneꝫ intellectus. ſicut ⁊ ſenſibilem finem primo attingimus per actionem ſenſus. Jtem q̄uis fineꝫ prius apprehendat intellectus q̄ voluntas. tamen quia motus ad finem incipit a voluntate: ideo voluntati debetur id quod vltimo conſequitur conſecutionem finis. ſcilicet delectatio ſeu fruitio. Jtem ex hoc quod Aug. dicit ꝙ beatus eſt qui habet quicquid vult: non tamen niſi per actum voluntatis eſt ꝙ habeat quicquid vult. ⁊ ideo pertinet ad voluntatem.

Argumentum in contrariū

De obiecto eius .ſ. viſione diuine eſſentie

¶ Quod iſta ope/ .§.ij.
ratio intellectus in qua eſſentialiter ↄſiſtit bea
titudo perfecta: eſt viſio diuine eēntie: ꝛ nō po
teſt eſſe alia operatio. pꝛobat. b. Tho. j. ij. q. iij.
ſic. Homo non poteſt eſſe perfecte beatus quo
uſqꝫ reſtat ſibi aliquid deſiderandum ꝛ querē
dū: quia beatitudo eſt quietatiua. Sed qui nō
videt diuinam eſſentiam: reſtat ei aliquid deſi
derandum ꝛ querendum. Nam cum deus ſit
cauſa pꝛima omnium rerum: ꝛ omnia ſunt q
dam effectus dei. Cum intellectus cognoſcit
eſſentiam alicuius effectus niſi cognoſcat etiā
cauſam illius effectus: non ſolum an ſit: ſed ēt
quid ſit ſeu eſſentiaꝫ eius: remanet homini na
turaliter deſiderium cum cognoſcit effectum.
ꝛ ſic habere cauſam cognoſcendi etiam de cā
quid ſit: ꝛ illud deſiderium eſt admirationis ꝛ
cauſat inquiſitionem: puta ſiquis cognoſcat
eclypſim ſolis. conſiderat ꝙ ex aliqua cauſa p/
cedit: de qua quia neſcit quid ſit admiratur ꝛ
admirando inquirit: nec iſta inquiſitio qeſcit
quouſqꝫ perueniat ad cognoſcendam eſſentiā
cauſe. Sic cognoſcens intellectus eſſentiā ali/
cuius effectus niſi cognoſcat: ꝛ de deo qui ē cā
eius quid ſit remanet inquietus. ꝛ per conſe/
quens non poteſt eſſe perfecte beatus. Cogno
ſcere autem non poteſt perfecte cauſam primā
niſi ipſam eſſentiam eius videndo. Uniuſcu/
iuſqꝫ enim perfectio potentie attenditur ſꝫ ra

Quid ſit obiectū ītellectus

tionem ſui obiecti. Obiectum autem intelle/
ctus eſt quicquid eſt in eſſentia rei. vt dicit in
iij. de anima. Unde intantum procedit perfe/
ctio intellectus inquantum cognoſcit eſſentiā
alicuius rei. Oportet ergo cognoſcere ſeu vi/
dere eſſentiam dei qui vult perfecte cognoſce/
re. Et ideo etiam dicitur. j. Joan. iij. Cum appa
ruerit ſimiles ei erimus: quia videbimus eum
ſicuti eſt. i. eſſentiam eius. Et in hoc ↄſiſtit bea/
titudo pfecta. Et iſta viſio dr̄ dos anime.

¶ Quod delecta/ .§.iij.

Quō delectatio reqrit ad beatitudinem

tio requiritur ad beatitudinem ſicut concomi
tans ipſam. Pro cuius declaratione dicit. be.
Tho. j. ij. q. iiij. ꝙ quadrupliciter aliquid requi
rit ad aliō. Uno mō ſicut pambulū vl̄ pparatū
ad ipſum: ſicut diſciplina requiritur ad ſcienti
am. Secundo modo ſicut perficiens aliquid ſi
cut anima reqritur ad vitam corporis. Tertio
modo ſicut coadiuuans extrinſecum ſicut req
runtur amici ad aliquid agendum. Quarto
modo ſicut aliquid concomitans. ſicut ſi dica/
mus ꝙ calor requiritur ad ipſum ignem. Et h
vltimo modo delectatio requiritur ad beatitu
dinem. Cauſatur enim ex hoc ꝙ appetitus re/
qeſcit in bono adepto. Unde cuꝫ beatitudo nil
aliud ſit qꝫ adeptio ſummi boni non poteſt eſſe
ſine delectatione concomitante: ſicut nec ignis
ſine calore. Et quod Aug. dicit ꝙ viſio eſt tota
merces fidei: verum eſt quantum ad eſſentiaꝫ
beatitudinis. Unde per hoc non excluditur de

Un̄ cātur delectatō

lectatio: ſed oſtenditur ꝙ ipſa non pertinet ad
eſſentiam beatitudinis: ſed eſt vt accidens pro
pꝛium: vt riſibile conſequitur rationale. In ip
ſa etiam redditione mercedis delectatio inclu
ditur. Nam cum alicui merces redditur volū
tas merentis requieſcit: quod eſt delectari. Itē
non eſt contra predicta quod philoſopus ait
vj. Ethic. ꝙ delectatio impedit actionem intel
lectus: quia corrumpit eſtimationem pruden/
tie. Non enim loquitur ibi philoſopus de de/
lectatione concomitante intellectum. hec eniꝫ
non impedit operationem intellectus: ſed ma
gis confortat ipſam: vt dicitur in. x. ethi. ea. n.
que delectabiliter facimus attentius ꝛ perſe/
uerantius facimus. Sed loquitur de delecta/
tione extranea: hec impedit operationem in/
tellectus: quandoqꝫ quidem ex intentionis di
ſtractione: quia dum vni vehementer intendi
mus neceſſe eſt ꝙ ab alio diſtrahamur: quan/
doqꝫ ex cōtrarietate: ſicut delectatio ſenſus cō/
traria rōni īpedit eſtimationē ipſius prudētie
magiſqꝫ operationē ſpeculatiui ītellectus. Eſt
ſciendum ꝙ in beatitudine viſio eſt quid prin
cipalius ꝛ potiuſqꝫ delectatio. Huius ratio eſt
ſm. b. Tho. vbi ſupra. q: delectatio conſiſtit in
quadam quietatione voluntatis. Quod auteꝫ
voluntas in aliquo quietetur nō eſt niſi ppter
bonitatē eius in quo quietatur. Si ergo volū/
tas quietatur in aliqua operatiōe: ex bonitate
operationis procedit quietatio volūtatis: nec
volūtas querit bonū ppter quietationē. ſic eni
ipſe actus volūtatis eēt finis qđ eſt ↄtra pmiſ/
ſa. Sed iō querit ꝙ quietetur in opatiōe: quia
opatio eſt bonū eius. Un̄ manifeſtū eſt ꝙ pnci/
palius bonū eſt ipſa opatio in qua qetat volun
tas qꝫ qetatio voluntatis in ipſo. Pꝫ ēt idē ex
hoc: q: cā eſt potior effectu: ſꝫ viſio eſt cā dele/
ctatiōis. Qđ aūt dicit philoſophus. x. ethic. ꝙ
delectatio eſt pfectio opatiōis nō ſic eſt itelligē
dū quaſi delectatio ipſa opationē pficiat in ſpe
cie ſua ſꝫ eſt pfectio cōcomitās opationē ſicut
decor dr̄ pficere iuuentutē vꝫ q: eſt ↄñs iuuen
tutē nō ꝙ faciat. Sic ꝛ delectatio nō facit viſio
nē dei pfectā in ſpecie ſua: ſꝫ conſequitur. Itē
notanda eſt differentia inter appetitum ſenſi/
tiuum ꝛ intellectiuum circa delectationeꝫ. Nā
appꝛehenſio ſenſitiua quam ſequitur appetitꝰ
ſenſitiuus non attingit ad cōmunem rationeꝫ
boni: ſed ad aliquod particulare quod eſt de/
lectabile. ꝛ ideo ſm appetitum ſenſitiuum qui
eſt in animalibus: operationes queruntur pro

Differūt appetitus ſenſitiuus ꝛ ītellectiuus circa delectationem

pter delectationem. Et natura in operationib⁹
neceſſarijs ad conſeruationez indiuidui ꝛ ſpe/
ciei delectationes appoſuit. vt huiuſmodi ope
rationes ab animalibus non negligantur. Sꝫ
intellectus apprehendit vniuerſalem rationē
boni ad cuius conſecutionem ſequitur dele//
ctatio. Unde principalius intendit bonum q̄ꝫ
delectationem. Non eſt autem aliquid eſtimā
dum ſimpliciter ſm ordinem ſenſitiui appeti/
tus: ſed magis ſm ordinem intellectiui appe//
titus. Item non obſtat q̄ delectatio ſeu fruitio
ſuccedit charitati ꝛ viſio fidei: ſed maior ē cha
ritas fide: ergo potior videtur delectatio. Naꝫ
charitas cū nō querat bonū dilectū pp̄ delecta
tionē ſm hoc eſt ei ꝯueniēs: vt delecteẜ in bo//
no adepto qđ amat: iō delectatio nō rn̄det cha
ritati vt finis: tūc. n. p̄cederet rō ſꝫ magis viſio
rn̄det charitati. p̄ quā viſionē finis ſit ei p̄ns.

Quoad beati/ .§. iiij.

tudinem perfectam requiritur etiam compre//
henſio. Quod ſic probat. b. Tho. vbi ſupra. cū
beatitudo conſiſtat in conſecutione vltimi fi//
nis ea que requiruntur ad beatitudinem ſunt
conſideranda ex ipſo ordine ad finem. Ad finē
aūt intelligibilē ordinaẜ hō ptim p̄ intellectuꝫ
partim per voluntatē. Per intellectū quidē in
quantum in intellectu preexiſtit aliqua cogni/
tio finis imperfecta. Per voluntatem autem
primo quidem per amorem qui eſt motus vo/
luntatis in aliquid. Secundo per realem bea/
titudinem amantis ad amatum. Que quideꝫ
poteſt eſſe tripliciter. Quandoqꝫ enim amatū
eſt preſens amanti ꝛ tunc iam non queritur.
quandoqꝫ non eſt preſens: ſed non eſt poſſibi/
le ipſum adipiſci: ꝛ tunc etiam non queritur.
Quandoqꝫ autem eſt poſſibile ipſum adipiſci
ſed eſt eleuatum ſupra facultatem adipiſcen//
tis: ita vt ſtatim haberi non poſſit: ꝛ hec eſt ha
bitudo ſperantis ad ſperatuꝫ: que ſola habitu
do facit finis inquiſitionem. Et his tribus re//
ſpōdet aliqua in ſuperna beatitudine. Nam
perfecta cognitio finis reſpondet imperfecte.
Preſentia ipſius finis reſpondet ſpei habi
tudini: ſed delectatio in fine iam preſenti con/
ſequitur delectationem. Et ideo neceſſe eſt ad
beatitudinem iſta tria concurrere: ſcilicet viſio
nem que eſt cognitio perfecta intelligibilis fi/
nis: comprehenſionem que importat preſenti
am finis: delectationem ſeu fruitioneꝫ que im
portat quietationem rei amantis in amato. Et
de cōprehenſione dicit apoſtolus. j. ad Cor. ix.
Sic currite vt comprehendatis. Spiritualis
autem curſus terminatur ad beatitudinem.
Comprehenſio tamen ſm. b. Tho. dicitur du/
pliciter. Uno modo incluſio comprehēſi in cō

Tria sūt q̃ ad p̄fectam beatitu dinē re quirūt

prehendente. Et ſic omne quod comprehendi
tur a finito eſt finitum. Unde hoc modo deus
non poteſt comprehendi ab aliquo intellectu
creato. Alio modo comprehenſio nil aliud
nominat niſi tētionem alicuius rei que iam p̄/
ſentialiter habetur. ſicut aliquis conſequens
aliquem: dicitur eum comprehendere quādo
tenet eum: ꝛ ſic beati comprehendunt. Ipſa au
tem comprehenſio non eſt alia aliqua operatio
preter viſionem. Sed eſt quedaꝫ habitudo ad
finem iam habitum. Unde ipſa viſio vel res vi
ſa ſm q̄ preſentialiter adeſt: eſt obiectum com/
prehenſionis. Et ſicut ad voluntatem pertinet
ſpes ꝛ amor: quia eiuſdem eſt amare aliquid ꝛ
tendere in illud: ita ad voluntatem pertinet ꝛ
comprehenſio ꝛ delectatio: quia eiuſdem ē ha
bere aliquid ꝛ quieſcere in illo. Sciendum
etiam q̄ rectitudo voluntatis reqiritur ad bea
titudinem antecedenter ꝛ conſequenter. Ante
cedenter: quia ſicut materia non conſequitur
formam niſi ſit debito modo diſpoſita ad for//
mam: ita nihil poteſt conſequi finem niſi ſit de
bito modo ordinatum ad ipſuꝫ. Unde nullus
poteſt ad beatitudinem peruenire niſi habeat
rectitudinem voluntatis que rectitudo exiſtat
per debitum ordinem ad vltimum finem. Cō/
ſequenter autem requiritur: quia ſicut dictum
eſt beatitudo vltima conſiſtit in viſione diuine
eēntie q̄ ē ipſa eēntia bonitatis: ꝛ ita volūtas vi
dentis dei eſſentiam ex neceſſitate amat deum
Sicut voluntas nō videntis deum ex neceſſita
te amat quicquid amat ſub communi ratione
boni quam nouit. Et hoc ipſum eſt quod facit
voluntatem rectam. Unde non eſſet beatitudo
ſine recta voluntate.

Quō re ctitudo volūta tis req rit ad beatitu dinem

Ad beatitudi/ .§. v.

nem perfectam hominis non requiritur corp⁹
eius adeſſe: ſed ad bene eſſe ꝛ corpus perfecte
diſpoſitum. Pro cuius declaratione dicit be.
Tho. j. ij. q. iiij q̄ aliqui poſuerunt q̄ beatitu//
do perfecta que conſiſtit in dei viſione non po
teſt anime aduenire ſine corpore exiſtente di/
centes: q̄ anime ſanctorum a corporibus ſepa
rat ad illam beatitudinē non perueniunt vſqꝫ
ad diem iudicij quando reaſſument corpora.
Quod apparet eſſe falſum ꝛ auctoritate ꝛ ra//
tione. Auctoritate quidem quia dicit apoſto//
lus. ij. ad Corin. v. Quādiu ſumus in corpore
peregrinamur a domino. ꝛ que ſit ratio pere//
grinationis oſtendit dicens. Per fidem enim
ambulamus non per ſpeciem. Ex quo apparet
q̄ quādiu quis ambulat per fidem non p̄ ſpe//
ciem carens viſione diuine eſſentie. nondum
eſt deo preſens. Anime autem ſanctorum a cor
poribus ſeparate ſunt deo preſentes. Audem⁹

Quō ad p̄fe ctā bea titudi nē req rit cor pus

autem ⁊ bonam voluntatem habemus peregrinari a corpore ⁊ preſentes eſſe ad dominū. Unde manifeſtum eſt ꝙ anime ſanctorū a corporibus ſeparate ambulant per ſpeciem vidētes dei eſſentiam in quo eſt beatitudo vera. apparet ⁊ hoc ratione. Nā intellectus ad ſui operationem non indiget corpore niſi propter fantaſmata in quibus intelligibilem veritatē intuetur. Manifeſtum eſt autem ꝙ diuina eſſentia per fantaſmata videri non poteſt: ex eo videlicet quia materialia ſunt. deus autem pure immaterialis. Unde cum in viſione diuine eſſentie conſtat perfecta hominis beatitudo. nō dependet a corpore ipſa beatitudo hominis ⁊ per conſequens ſine corpore poteſt eſſe anima beata. Ad quod etiaꝫ facit quod dicitur Apo. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur

¶ Sciendum tamen ꝙ ad perfectionem alicuius rei dupliciter aliquid pertinet. Uno modo ad conſtituendam eſſentiam rei. ſicut anima requiritur ad perfectionem corporis. Alio modo requiritur ad perfectionem rei: qd̕ pertinet ad bene eſſe eius ſicut pulchritudo corporis. Ul̕ velocitas ingenij pertinet ad perfectionem hominis. Quāuis ergo corpus pmo modo ad perfectionem beatitudinis hominis nō pertineat. pertinet tamen ſecundo modo. Cuꝫ enim operatio dependeat ex natura rei: quanto anima perfectior erit in ſui natura tāto perfectius habebit ſuam propriam operationem in qua felicitas conſiſtit. Unde Aug. ſup Gen. xij. dicit ꝙ non ſic poſſunt videre anime ſanctorum ſeparate a corporibus incommutabilem ſubſtantiam. vt ſancti angeli vident ſiue alia latentiori cauſa. Siue quia ineſt eis quidam naturalis appetitus corpus adminiſtrandi. Quod tamen dicit hic Aug. ꝙ anime ſeparate non vident deum ſicut angeli non eſt intelligendum ſm inequalitatem quantitatis: quia etiam modo aliqua anime ſunt aſſumpte ad ſuperiores ordines angelorum. clarius videntes deum ꝙꝫ inferiores angeli. Sed ſm inequalitatem proportionis. Quia omnes angeli etiam infimi habent omnem perfectionem quam ſunt habituri: non autem anime ſeparate ſanctorum. Item quāuis impedimentū operationis quod eſt per modum contrarietatis vt frigus impedit obiectum caloris repugnet felicitati: non tamen repugnat ei impedimentum quod eſt per modum cuiuſdam defectus cum ſcilicet res impedita non habet omne qd̕ requiritur ad omnimodam ſui perfectionem ſed repugnat tale impedimentuꝫ operationis omnimode eius perfectioni. Et ſic ſeparatio a corpore dicitur animam retrahere a fine: ne tota tendat in viſionem diuine eſſentie. Appetit enim anima ſic frui deo: ꝙ etiam ipſa fruitio deriuetur ad corpus p redundantiam. ſicut ē poſſibile. Et iō quādiu ipſa fruit̄ deo ſine corpore: appetitus eiꝰ quieſcit in eo: ꝙ tñ adhuc ad participationē eius vellet corpus pertingere. Cū corpore reſumpto creſcet beatitudo extenſiue non intenſiue.

[margin:] Qd̕ aīa beata hꝫ reuſum ad corpus ⁊ quo intelligatur

¶ Ad beatitudinē aūt imperfectam q̄ hētur in via: vtiqꝫ requiritur corpꝰ de neceſſitate: quia huiuſmodi beatitudo ē in operatione intellectus practici vl̕ ſpeculatiui: ſꝫ operatio intellectus in hac vita non pōt eē ſine fantaſmate: que eſt in organo corporali. Requiritur quoqꝫ ad beatitudinem perfectam omnino perfecta diſpoſitio corporis antecedenter ⁊ conſequenter. ¶ Antecedenter quidem: quia ſm Aug. Si tale ſit corpus cuius ſit difficilis ⁊ grauis miniſtratio ſicut caro que corrumpit̄ aggrauat animam: auertitur mens ab illa viſione ſummi celi. Conſequenter vero quia ex beatitudine anime fiet redundantia ad corpꝰ vt ⁊ ipſum ſua pfectiōe potiat̄ beatꝰ Tho vbi. ſ.

¶ Quod ad bea- .§.vi.

titudinē pfectam non requiruntur bona exteriora nec amici. Ratio primi eſt: q: hmōi bōa exteriora vel requiruntur ad ſuſtentationem aīalis corporis. vel requiruntur ad operationes quas p aīale corpus exercemus. que humane vite ꝯueniūt. ¶ Illa aūt beatitudo pfecta: vel erit in aīa corpori vnita: iā nō aīali ſed ſpirituali. Et iō nullo mō iſta exteriora bona requiruntur ad illā beatitudinē: cū ordinētur ad vitam aīalē: ſꝫ ad beatitudinē impfectam que habet̄ in via requirunt̄ iſta bona: nō quaſi de eſſentia beatitudinis: ſꝫ quaſi inſtrumentaliter deſeruientia ipſi beatitudini. que ꝯſiſtit in operatione v̄tutis ſm vitā actiuā vel cōtemplatiuam.

[margin:] An bona exteriora requirunt̄ ad pfectā beatitudinem

Qd̕ aūt in ſcripturis ſanctis ꝓmittat̄ ꝓ pmio regnū. vt Matth. xxv. Uenite be. pa. mei ⁊c̄. vl̕ eſus ⁊ potꝰ. vt Luc. xxij. Ut edatis ⁊ bibatis ſuper mēſam meā in regno meo: hmōi locutiones ſm b. Tho. ſunt metaphorice intelligēde: q: ſolent in ſcripturis ſpiritualia corporalia deſignari. vt ex his que nouimus ad deſiderandum incognita ꝯſurgamus. Et ſic per cibum intelligitur delectatio per diuitias ſufficiētia qua homini ſufficiet deus. per regnum exaltatio hominis vſqꝫ ad ꝯiunctionē cū deo. Quod aūt merces ſanctis promittitur in celis. Matth. v. Per celos ſm Aug. intelligitur altitudo ſpiritualium bonoꝝ. Nihilominus tñ locus corporeꝰ aderit nō ꝓpter neceſſitatē ad beatitudinē ſed ꝓpter quādā ꝯgruentiam ⁊ decorem. Qd̕ vero Boetius dicit. ꝙ beatitudo eſt ſtatꝰ olum bonoꝝ ⁊c̄. Intelligitur de illis bōis que conueniunt vite ſpūali: in qua cōſiſtit perfecta

[margin:] Quō intelligāt̄ eduliatis illa vt edatis ⁊ bibatis ⁊c̄.

beatitudo. Iſta vero bona deſeruiunt vite animali: ideo illi beatitudini non competunt. Tñ quicquid boni inuenitur in iſtis: totum habebitur in ſummo fonte bonoꝝ ⁊ ſic eſt ibi cōgregatio omnium bonoꝝ. ¶ De amicis autem ſi ſunt neceſſarij ad beatitudinē dicit bea. Tho. vbi ſupra. ꝙ ad beatitudinē patrie non requiritur ſocietas amicoꝝ de neceſſitate ſed de bñ eſſe. Et ratio eſt: q2 homo hʒ totam plenitudinē ſue perfectionis in deo. Quāuis enim charitas que eſt in patria non deficiat ſed perficiat ſe extendat ad deum ⁊ ad proximum: tñ perfectio charitatis eſt eſſentialis beatitudini quātuʒ ad dilectionem dei. Unde ſi non eſſet niſi vna anima fruens deo. beata eſſet non habens proximum quē diligeret. Sʒ ſuppoſito proximo ſequitur dilectio eius ex dilectione dei. Et quod Boetius dicit. ꝙ nullius boni niſi cōſortio eſt iocunda poſſeſſio: intelligitur qñ in illo bono quod habetur non eſt plena ſufficiētia. Sed in deo habetur omnis ſufficientia. Sed ad felicitatem ſeu beatitudinē imperfectam vie: vt dicit phs in. ix. Ethi. Felix indiget amicis nō propter vtilitatem cum ſit ſibi ſufficiens: nec propter delectationem cum habeat in ſe pfectam delectationem in operatione virtutis. Sʒ propter bonam operationem vt. ſcilʒ eis benefaciat. ⁊ vt eos inſpiciens benefacere delectetur. et vt eis benefaciēdo adiuuet. Indiget enim hō auxilio amicoꝝ in opibꝰ vite actiue ⁊ ꝯtēplatiue.

Amici nō requirūt ad pfectaʒ beatitudinē de neceſſitate.

¶ Quod homo .§. vij.

potest adipiſci iſtam perfectam beatitudinem. Et hoc non per ſua naturalia: nec per operationem angeloꝝ: ſed per opera meritoria que habent virtutem principaliter ex grā dei. Primū ſic declarat. b. Tho. j. ij. q. v. Beatitudo nominat adeptionem perfecti boni. Quicunqꝫ ergo eſt capax perfecti boni pōt ad beatitudinē peruenire. Quod aūt homo ſit capax perfecti boni. ex hoc apparet ꝙ eius intellectus apprehēdere pōt vniuerſale ⁊ perfectum bonū ⁊ voluntas eius appetere pōt illud. ergo pōt hō adipiſci beatitudinem. Quāuis enim nūc in via ſit homini cōnaturale vt veritatem intueatur in rebus materialibus. vñ ſpes intelligibiles in fantaſmatibꝰ intelligit: nec ſine fantaſmate poteſt intelligere. In patria habebit alium modū intelligendi cōnaturalem. ¶ Secundum. ſcilʒ ꝙ non poſſit homo beatitudinem adipiſci per ſua naturalia. pbat ſic bea. Tho. q. eadeʒ. Beatitudo hominis perfecta conſiſtit in viſione diuine eſſentie. Uidere autem deum per eſſentiā eſt ſupra naturam: non ſolum hōis ſed omnis creature vt in parte prima oſtenditur. Naturalis enim cognitio vniuſcuiuſqꝫ eſt ſm modū ſubſtantie ſue ſicut de intelligentia dicitur: vniuſcuiuſqꝫ: q2 eſt ſm modum ſue ſubſtātie. Sicut de intelligentia dicitur in lib. de cauſis. ꝙ cognoſcit ea que ſunt ſupra ſe: ⁊ ea que ſunt infra ſe ſm modum ſubſtantie ſue. Omnis autē cognitio que eſt ſm modum ſubſtantie create deficit a viſione diuine eſſentie: que in infinitum excedit oēm ſubſtantiā creatam. Unde nec homo nec aliqua creatura pōt conſequi vltimam beatitudinē per ſua naturalia. Ad qđ facit qđ ait apls. j. Ad Corin. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit: ⁊ in cor hominis nō aſcendit q̄ preparauit deus diligentibus ſe ⁊c̄. ¶ Sʒ nec etiā virtute angeli vl' cuiuſcunqꝫ alterius creature pōt eam adipiſci. Huius rō eſt ſm Bea. Tho. vbi ſupra. q2 cum omnis creatura ſit nature legibus ſubiecta: vtpote habens limitatā virtutem ⁊ actionem. Illud qđ excedit naturā creataʒ non pōt fieri auctoritate ſeu virtute alicuius creature. Et iō ſi qd fieri oporteat quod ſit ſupra naturam hoc fit imediate a deo: ſicut ſuſcitatio mortui: illuminatio ceci ⁊ hmōi. Cū ergo beatitudo ſit quoddā bonum excedēs naturam creatam: impoſſibile eſt ꝙ per actioneʒ alicuius creature cōferatur. Sed beatus ſit hō ſolo deo agente. iuxta illud ps. lxxxiij. gratiam ⁊ gloriam dabit dñs. Quod autē angelus illuminet intellectum angeli inferioris vel hōis. hoc eſt quoad aliquas rōnes diuinoꝝ operuʒ. non quātum ad viſionem diuine eſſentie. Naʒ ad hanc omnes a deo illuminātur. ¶ Ultimū videlicet ꝙ requirātur bona opera ad beatitudinem conſequēdam. pʒ ex hoc ꝙ xp̄s ait Ioā. xiij. Scitis hec beati eritis ſi feceritis ea. Huiꝰ ratio eſt ſʒ. b. Tho. vbi. ſ. q2 eoꝝ que nata ſunt habere perfectum bonum aliquid hʒ ipſum ſine motu. aliquid per vnum motum. aliqđ pluribus motibus. Habere bonum pfectum ſine motu conuenit ei quod naturaliter habet illō. Habere autem beatitudinem naturaliter eſt ſolius dei. Unum ſolius dei eſt proprium ꝙ ad beatitudinem non moueatur per aliquam operationem precedentem. Cum ergo beatitudo excedat omnem naturam creatam. nulla pura creatura conuenienter conſequitur beatitudinem abſqꝫ motu operationis per quē tēdit ad ipſam. Sed angelus qui eſt ſuperior q̄ homo ordine nature conſecutus eſt eam ex ordine diuine ſapientie vno motu operationis meritorie. Homines autem conſequuntur ipſaʒ multis motibus operationum: que merita dicuntur. Unde ſm phm. Beatitudo eſt premium virtuoſarum operationum. Precxigitur autē operatio hominis ad beatitudineʒ: non ppter inſufficientiam diuine virtutis beatificantis: ſed vt ſeruetur ordo in rebus inſtitutis a deo.

Ad perfectam beatitudinē p que et quō hō peruenire poſſit.

Qr per naturalia ſua hō non poſſit adipiſci beatitudineʒ.

Notandum

Notād um eſt autem ꝙ primas creaturas do/
minus ſtatim de impfectis producit abſqʒ ali
qua diſpōne vel operatione creature precedē
te:q: ſic inſtituit prima indiuidua ſpecierum
vt per ea natura propagaretur ad poſteros. Et
ſimiliter q: per xp̄m qui eſt deus ⁊ homo bea/
titudo erat ad alios deriuāda ſm illud ad He/
bre.ij. Qui multos filios adduxerat in gloria:
ſtatim a principio ſue cōceptionis ſine aliqua
opatione meritoria precedēte. anima eius fu/
it beata. Sed hoc eſt ſingulare in chriſto. Pue
ris aūt baptizatis ſubuenit meritūʒ chriſti ad
beatitudinem ↄſequēdam licet deſint merita
ppria eo ꝙ per baptiſmum ſunt membra xp̄i
effecti. Quod aūt apl̄us dicit ad Ro.iiij. Bea
titudinem hominis eſſe cui deus ↄfert iuſtitiā
ſine opibus: intelligiẜ de beatitudīe ſpei q̄ hr̄
p grāʒ iuſtificantē data ſine opib⁹ p̄cedētib⁹.

¶ Quod iſta pfe/ §.viij.

Btitu/ cta beatitudo nō pōt haberi in hac vita: ſed ha
dinē p/ betur tātūʒ in alia ⁊ magis ab vno q̄ʒ ab alio.
fectā in Primum ſic probat. b. Tho.j.ij.q.v. triplici ra
hac vita tione. Et prima eſt ex ipſa beatitudinis rōne.
hre nō Nam cum beatitudo ſit ſufficiēs ⁊ pfectūʒ bo/
poſſu//. num omne malum excludit. In hac autē vita
mus rō nō pōt excludi omne malum. Multis enī ma
ponit. lis preſens vita ſubiacet que vitari nō poſſunt
⁊ ignorantie ex parte intellectus ⁊ inordinate
affectiōis ex parte appetitus: ⁊ multiplicis pe
nalitatis ex parte corporis vt diligēter exequi/
tur Aug.xix. de ciui. dei. Ad quod etiam facit
illud Job.xiiij. Homo natus de muliere breui
viuēs tēpore repletur multis miſerijs. ¶ Se
cunda ratio eſt: q: deſiderium boni hic ſatiari
nō pōt. Naturaliter enim homo deſiderat per
manētiam boni q̄d habet. bona aūt preſentis
vite ſunt tranſitoria: cum etiam ipſa vita tran
ſeat quam naturaliter deſideramus: ⁊ eāʒ per/
petuo manere vellemus: quia naturaliter ho/
mo refugit mortem. ¶ Tertia ratio eſt. ſi cōſi/
deretur id in quo ſpecialiter beatitudo conſi/
ſtit: ſcʒ viſio diuine eſſentie: que nō poteſt ho/
mini prouenire in hac vita: q: non pōt intelli/
gere niſi reflectendo ſe ad fantaſmata: que cūʒ
ſint materialia per ea diuinam eēntiāʒ que pu
rus ſpiritus eſt videre nō poteſt. Unde nō pōt
quis in hac vita perfecte eſſe beatus. Non ob/
ſtat predictis ꝙ plures poſuerūt beatitudinēʒ
in hac vita cōſiſtere. Iuxta illud. Beatūʒ dixe/
runt populūʒ cui hec ſunt. Et q̄d a pluribus di
cit nō poteſt eſſe falſum totaliter: q: videtur eſ
ſe naturale q̄d in pluribus eſt. Nam reputant
plures ipſi in hac vita eſſe aliquam beatitudi/
nem propter aliquam ſimilitudinem vere be/
atitudinis. Et ſic non ex toto a ſua eſtimatio/
ne deficiunt. Imperfecta autem beatitudo hic
poteſt eſſe in vita tamen virtuoſa. ¶ Quan//
tum ad ſecūdum: ſciēdum ꝙ vnus alio eſt bea ꝙ vnus
tior in alia vita quātum ad adeptionem beati/ alio pōt
tudinis ſeu fruitionem. Pro cuius declaratio eē beati
one dicit bea. Tho. vbi. ſ. ꝙ in beatitudine nō or ī alia
includitur niſi ipſe finis vltimus: qui eſt ſum// vita q̄//
mum bonūʒ ⁊ adeptio ipſius ſeu fruitio. Quā modo.
tum igitur ad ipſum ſummū bonum quod eſt
beatitudinis obiectum ⁊ cauſa: non poteſt eſſe
vna beatitudo maior q̄ʒ alia: quia non eſt niſi
vnum ſummū bonum ſcilicet deus: cuius frui
tione omnes ſunt beati. ſed quantum ad ade//
ptionem huius vel fruitionē poteſt vnus alio
eſſe beatior: q: quanto magis homo bono frui
tur tanto beatior eſt. Contingit autem aliquēʒ
magis frui deo q̄ʒ alium ex eo ꝙ eſt melius di
ſpoſitus vel ordinatus ad eius fruitionem: pfe
ctius fruitur deo. qui clarius videt eum. Sed
clarius ⁊ limpidius videt ⁊ perfectius fruitur
qui habuit hic in vita maiorem charitatē. Sic
ergo vnitas denarij qui promiſſis eſt laboran/
tibus in vinea. Math.xx. ſignificat vnitatem
beatitudinis ex parte obiecti. Sed multiplici/
tas manſionum de qua xp̄s dicit. Joh.xiiij. In
domo patris mei manſiones multe ſunt. ſigni
ficat diuerſitatem beatitudinis ſm diuerſum
gradum fruitionis. Exempla poſſunt hic indu
ci de eodem cibo: qui delectabilius guſtatur a
ſanis ab vno q̄ʒ ab alio ſm diſpoſitionem gu//
ſtus. Et de eadem re que melius intelligiẜ ab
vno q̄ʒ ab alio: ⁊ corporaliter plenius videẜ ab
vno q̄ʒ ab alio: ⁊ cum pluribus differentijs: ſʒ
meliorem diſpoſitionem oculi. Non ob. ꝙ bea
titudo dicitur ſummū bonum in ſuperlatiuo:
quia intelligitur ꝙ eſt ſummi boni adeptio ⁊
fruitio. i. dei quo omnes fruuntur.

¶ Quod beatitu/ .§.ix.

ꝙ btitu
do non poteſt amitti ſi eſt perfecta vt ſuperne do pfcā
patrie. patet ex eo quod xp̄s ait Mathe.xxv. nō pōt
Ibunt iuſti in vitam eternam que eſt perfecta amitti ⁊
beatitudo! Eternum enim defectu caret. ¶ Cir quare.
ca hoc Origenes ſequens errorem quorūdaʒ
Platonicorūʒ poſuit ꝙ poſt beatitudinem hō
poteſt fieri miſer. ſed hoc eſſe falſum manifeſte
apparet duplici ratione ſm bea. Tho.j.ij.q.v.
Et prima eſt ex ipſa cōmuni ratione beatitudi/
nis. Cum enim ipſa ſit perfectum bonum ⁊ ſuf
ficiens oportet ꝙ deſiderium hominis quietet
⁊ omne malum excludat. Naturaliter autē ho
mo deſiderat retinere quod habet bonum ⁊ ꝙ
retinendo ipſum obtineat ſecuritatem. alioqn
neceſſe eſt ꝙ timore amittēdi vel dolore de cer
titudine amiſſionis affligatur. Requiriẜ ergo
ad perfectam beatitudinem ꝙ homo certam

opinionem habeat. qꝛ bonũ quod hꝫ nunquã amittet. Que quidem opinio ſi vera ſit ꝯñs eſt ipſam beatitudinẽ nunq̃ȝ amittere. Si aũt falſa ſit. hoc ipſum eſt qđdam malũ falſam opinionem habere. Nam falſuȝ eſt malũ intellectus ſicut veꝝ eſt bonũ ipſius. Non erit igitur vere beatus ſi aliqđ malum ineſſet. ¶ Scđo idem apparet ſi ꝯſideretur rõ beatitudinis in ſpeciali. Dictum eſt enim ſupꝛa ꝙ ꝯſiſtit in viſione diuine eẽntie. Eſt autem impoſſibile ꝙ aliqs videns diuinã eẽntiam velit eam non videre: qꝛ omne bonuȝ habitũ quo qs carere vult aut nõ eſt ſufficiens ⁊ queritur aliqđ ſufficientius loco eius aut hꝫ aliquod incõmodum annexum pꝛopter qđ venit in faſtidiũ. Viſio autem diuine eſſentie replet aĩam oĩbus bonis: cum cõiũgatur fonti totius bonitatis. Similiter nõ hꝫ aliquod incõmodũ adiunctum: ⁊ ſic ex pꝛopꝛia voluntate beatus non põt deſerere beatitudinem. Similiter non põt eam perdere deo ſubtrahente: qꝛ cum ſubtractio huius btitudinis ſit quedam pena: nõ poteſt talis pena ſubtractionis īfligi a deo iuſto iudice: niſi pꝛo aliq̃ culpa. Sȝ culpa cadẽ nõ põt in eũ q videt dei eẽntiam: cum ad hanc viſionẽ ſeqtur de neceſſitate rectitudo volũtatis. Similiter nec aliđ agẽs poteſt eaȝ ſubtrahere: qꝛ aĩa deo ꝯiuncta ſuper oĩa alia eleuatur. ⁊ ſic non põt aliquo modo amitti pfecta beatitudo: ſed imperfecta que eſt in via poteſt perdi ⁊ per obliuionem ⁊ per occupationem quoad contemplatiuam: ⁊ ꝑ vitia quoad actiuam vitam.

¶ Quod ſeptem .§.x.

Septeȝ ſũt gña bonorũ que hic appetũtur ⁊ in pꝛia poſſident.

genera bonoꝝ que hic appetunt̃: in patria poſſidentur: vñ impletur omne deſiderium hoĩs: ꝓpter qđ merito dr̃ Apocha. xix. Beati qui ad cenã agni nuptiaꝝ vocati ſunt. Unde figurant̃ per cenam magnã quam fecit Aſſuerus (q interpꝛetatur beatitudo) ꝓncipibꝰ ſuis. Heſter. j. Et de hac põt exponi etiam illud. Hõ quidã fecit cenam magnã. Luc. xiiij. Et etiã per illas nuptias factas a rege. Matth. xxij. Omnia parata ſunt venite ad nuptias. Hec aũt declarat beã. Tho. li. iij. contra gentiles ſic. Eſt enim quoddaȝ deſiderium hominis inq̃ȝtum intellectualis eſt de cognitione veritatis: qđ qdem hoĩes conſequuntur per ſtudium vite cõtemplatiue: ⁊ hoc maxime in illa viſione cõfirmabitur quando ꝑ viſionem pꝛime veritatis oĩa que ītellectus naturaliter ſcire deſiderat ei innoteſcent. Juxta illud Hiere. xxxj. In die illa nõ docebit vnuſqſq ꝙ pꝛoximum ſuũ ⁊c. Grego. iiij. dialogoꝛum. Quid eſt qđ neſciant qui ſcientem oĩa ſciunt. Et exo. xxxiij. dixit dñs Moyſi. Ego oſtendam tibi omne bonum: que intelligẽda ſunt de his que ꝑtinent ad perfectionẽ intellectualis nature. Unde illa viſione cognoſcent oẽs naturas omnium ſpecierum creaturaꝝ ⁊ virtutes ⁊ ꝓpꝛia accidentia que pertinẽt ad perfectionem vniuerſi. Et per cognitionem naturaliũ ſpecierum cognoſcent indiuidua ſub hmõi ſpeciebꝰ exiſtentia. Omnia aũt huiuſmodi que cognoſcit per hanc viſionẽ ſimul actu cõſiderat. ⁊ ſic videt infinita. Tamen ea que deus facere põt: que tamen nunq̃ȝ fecit: nec facturus eſt: nõ cognoſcent ſancti. Similiter quãtum ad rõnes rerum factarum. quas omnes intellectus nõ põt cognoſcere niſi diuinã bonitatem cõpꝛehẽdat. Tertio nec etiam cognoſcunt ea que ex ſola voluntate dei dependent: ſicut pꝛedeſtinatio electio: iuſtificatio: ⁊ hmõi. que pertinent ad ſanctificationem creature. hec omnia ſoli intellectui diuino reſeruantur. Eccs. viij. Intellexi ꝙ omnium opeꝝ dei non poſſit homo inuenire rõnem: ⁊ Job. xj. Forte veſtigia dei cõpꝛehendes ⁊c. ¶ Eſt ſecundo qđdam deſiderium hominis ſm ꝙ habet rationem qua inferioꝛa diſponere põt: quod quidem adipiſcuntur homines per ſtudium vite actiue. Quod deſideriuȝ ad hoc eſt pꝛincipaliter vt tota vita hoĩs ſm rationem diſponatur. quod eſt viuere ſm virtutem. Cuiuſlibet eniȝ virtuoſi finis in operando eſt pꝛopꝛie virtutis bonũ ſicut virtus vt fortiter agat. Hoc autem deſiderium tunc implebitur: quia ratio erit in ſummo vigoꝛe diuino lumine illuſtrata. ne a recto deficere poſſit. ¶ Cõſequuntur autem ciuilẽ vitam etiam quedam bona quibus homo indiget ad ciuiles operationes. ſicut honoꝛis ſublimitas. quã homines inoꝛdinate appetẽtes ambitioſi ⁊ ſuperbi fiũt. Ad ſummã autem honoꝛis altitudinem homines per illam dei viſionẽ perducuntur inquantum deo quodãmodo vniuntur. Et ꝓpter hoc ſicut deus rex ſeculoꝝ dicit̃. ita ⁊ beati deo cõiuncti reges dicũtur Apoc. xxij. Regnabunt cũ xp̃o. Et alibi videlicet beati dicunt. Feciſti nos deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes. i. reges. Apocha. j. c. ¶ Conſequitur aũt ciuilem vitaȝ ⁊ aliud appetibile. ſcȝ fame celebꝛitas. per cuius inoꝛdinatum appetitum efficiunt̃ homines inanis gloꝛie cupidi. beati aũt in illa viſione celebꝛes reddunt̃. non ſm hominum viatoꝛũ modum ſed beatoꝛum. Et ideo frequentiſſime illa beatitudo in ſacra ſcriptura gloꝛia nominatur. ſicut in pſ̃. dicitur. Exultabũt ſancti in gloria. ⁊c. ¶ Eſt ⁊ aliđ in ciuili vita appetibile ſcilicet diuitie per cuius inoꝛdinatum appetitum ⁊ amoꝛem multi efficiuntur illiberales ⁊ iniuſti. In illa autem beatitudine eſt oĩum bonoꝝ ſufficientia inquantũ beati fruũtur illo qui compꝛehẽdit oĩum bonoꝝ perfectionẽ pꝛopter qđ

dicitur Sap.vij.Uenerūt mihi omnia bona pariter cū illa. Et in pͦ. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Eſt aliud hominis deſideriū quod eſt ſibi ⁊ aliis aialibus cōmune. vt. ſ. delectationibus perfruatur. qͦ homines maxime ɔſequuntur ſm vitam voluptuoſam. ⁊ per cuius imoderātiam hoies efficiunt intemperati ⁊ incōtinentes. In illa vero felicitate dlectatio pfectiſſima tanto erit perfectioꝛ ea que eſt ſm ſenſum: qua etiam bruta aialia perfruūtur quāto itellectus eſt altioꝛ ſenſu. tāto etiā illud bonum in quo delectabimur maius ē oī ſenſibili bono. ⁊ magis intimū ⁊ magis continue delectans. quāto etiam illa delectatio eſt magis pura ab omni permixtione ɔtriſtantis de qua dicit in pͦ. Inebriabuntur ab vbertate domus tue ⁊c. ❡ Eſt ⁊ nāle deſideriū oibus reb9 cōmune per qͦ ɔſeruationem ſui deſiderāt ſm ꝙ eſt poſſibile. per cuius imoderantiā homines redduntur timidi. ⁊ nimis ſibi a laboꝛibus parcētes. Qͦ deſiderium tūc oino complebitur quando beati perfectam ſempiternitatem ɔſequentur ab oī nocumento ſecuri. ſm illud Eſa. xlix. Et Apoc. vij. Non eſurient amplius neq; ſitiet ⁊c. Et ſic pȝ ꝙ per diuinam viſionem ɔſequūtur intellectuales ſubſtantie veram felicitatem. in quo omnino deſideriū quietatur. ⁊ in quo eſt plena ſufficientia oīum bonoꝝ que ſm Ariſto. ad felicitatem requiritur. In hac vero vita nil eſt adeo ſimile felicitati ſuperne: ſicut cōtēplatio veritatis prout hec eſt poſſibile. Hinc ⁊ Aug. in vl. de ci. dei ait. Quanta ibi felicitas. vbi nullū malū aderit. nullum bonum latebit. erit deus oīa in omnibus. Et infra. quid eſt enim qͦ dominus per prophetam ait. Ero illoꝝ deus in ppetuuȝ niſi ero eis vnde ſatientur. Ero eis qcqd honeſte ab hominib9 deſiderari pōt. Ero illis ſalus ⁊ vita gloria ⁊ honoꝛ. victoꝛia ⁊ copia pax ⁊ oē bonum. Et i fine. Uacabimus ⁊ videbimus. videbimus ⁊ amabimus. amabimus ⁊ laudabimus. Iuxta illud pſalmiſte. Beati qui habitant in domo tua domine. in ſecula ſeculoꝛum laudabunt te.

Titulus. VIII. De fide.

❡ Fides ſumitur octo modis.
Capitulum primum.

DEmum de fide agēdū. de qua apoſtolus ad Hebre. xj. Sine fide ipoſſibile eſt placere deo. Sed ſciendū ꝙ fides ſumitur multipliciter. ❡ Primo quidem pro conſcientia. Iuxta illud ad Ro. xiiij. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Quod verbum tractans Gratianus. xxviij. q. j. Oēs. §. Ex his itaq; . exponit. i. omne quod eſt ɔtra conſcientiā peccatum eſt. Et ſic etiam ſumitur in regula iuris. Poſſeſſoꝛ malefidei nullo tempoꝛe pꝛeſcribit. de regu. iur. lib. vj. ❡ Secundo ſumitur fides pꝛo caſtitate ſeruanda i thoꝛo coniugalis. Unde Aug. xxvij. q. ij. ait. Omne bonum nuptiaruȝ fuit in illis parētibus xpi ſcilicet pꝛoles fides ⁊ ſacramentum. Fides quia nullū adulteriū ⁊c. ❡ Tertio ſumitur pꝛo pactione ſeu pꝛomiſſione. ſm ꝙ dicit Aug. ꝙ fides quando hoſti pꝛomittitur ſeruanda eſt. xxiij. q. j. noli. Quod eſt verum ſi pꝛomiſſio eſt licita. Nam vt dicit Iſido. In malis pꝛomiſſis reſcinde fidem. ⁊ i turpi vota muta decretum. Et iterum. Si is cui facta eſt pꝛomiſſio. ⁊ ipſe ſeruet fidem pꝛomiſſaȝ. Nam dicit regula iuris. Fruſtra ſibi petit fideȝ ſeruari ⁊c. de regu. iuris lib. vj. ❡ Quarto ſumitur fides pꝛo fidelitate ideſt debita adimpletione ⁊ diligenti executione ſuper pꝛomiſſione facta tacita vel expꝛeſſa. Et ſic ponitur ab apoſtolo ideſt fidelitas inter fructus ſpiritus. Ad Gala. v. ſm vnam expoſitionē beatū Tho. Et reducitur fidelitas ad virtutē veritatis moralem. ⁊ ab ea denominat ſeruus vel diſpenſatoꝛ fidelis. ſm euangelium ⁊ apoſtolum. Et ad hanc virtutem pertinent ſecunda ⁊ tertia acceptiones. ❡ Quinto ſumitur fides pro equitate in actionibus conſiderata. Inſtitu. de actio. §. actionum. alie ſunt bone fidei. alie ſtricti iuris. Et ſm hoc dicit lex ꝙ vbi bona fide agitur non eſt de apicibus legis diſputandum. et ſm hoc etiam intelligi poteſt illa regula. bona fides non patitur vt ſemel exactum iterum exigatur. de regu. iuris lib. vj. ❡ Sexto ſumitur fides pro vna ex gratys gratis datis. quas ponit apoſtolus pꝛima ad Coꝛinthi. xij. communibus bonis ⁊ malis. vbi dicitur. Alij datur fides in eodem ſpiritu. Sumitur enim ibi fides pro quadam eminenti certitudine eoꝛum que ſunt fidei. ❡ Septimo ſumitur fides communiter pro quodam habitu quo quis firmiter aſſentit ſine foꝛmidine de oppoſito. his que clare non videt. quecunq; ſint illa. puta cum quis firmiter credit talem eſſe patrem vel matrem ſuam. vel verbis alicuius ſapientis. Et ſic Grego. in iiij. dialogoꝛum dicit ꝙ infidelis habet fidem ſcilicet de parentibus ſuis. ⁊ huiuſmodi ſed hoc de ſe non eſt meritoꝛium. ſm beatū Thomam. pꝛima ſe. ❡ Octauo ſumitur fides pꝛo virtute theologica. de qua dicitur. j. ad Coꝛinthi. xiij. Nunc manent fides ſpes charitas. Sed ſm iſtam vltimam acceptioneȝ fides quādoq; ſumitur pꝛo habitu talis virtutis charitate infoꝛmata. Et ſic ſumitur in Hiere. Domine oculi tui reſpiciunt fidem. Et Oſee. Deſpōſabo te mihi in fide. Aliquando ſumit p habi

tu infoꝛmiſ. vt ibi.j.ad.Coꝛ.xiij.Si habuero fidem ita vt montes tranſferaz.ꝛc̄.Et iacob⁹. Fides ſine opibus moꝛtua eſt.quod vtiqꝫ do-nuz dei eſt.ſed inſufficiens ad ſalutem.¶Aliquando ſumiſ fides pꝛo ipſo actu talis v̄tutis. Unde Augu.Quid eſt fides niſi credere quod nō vides.Et illud Grego. Fides nō hꝫ meritū vbi humana rō pꝛebet experimentum.Meritum enim non acquiriſ ex habitu ſed ex actu. Fides aliquando ſumiſ pꝛo obiecto ſeu materia eoꝛum que ſunt fidei.vt in ſymbolo Athanaſij.Hec eſt fides catholica vt vnum deum in trinitate.ꝛc̄.¶Fides aliquādo ſumiſ impꝛopꝛie pꝛo viſione clara in patria diuinoꝛum.ad Ro.j.ex fide in fidem idest ex fide pꝛeſentium. in fidem.i.viſionem futuroꝛum.Et hoc dr̄ pꝛopter certitudinem.Aliqñ ſumitur pꝛo ſigno diſtinctiuo fideliū ab alijs.i.baptiſmo.di.xlv.de iudeis.Unde cum a baptizando queriſ.Quid petat.Rñdet fidē.i.baptiſmi ſacr̄z.Hec q̄ſi oia habenſ in gl.ſup titu.j.decretaliuz.ſ.de ſūma trinitate ꝛ fide catholica.quibuſdā tñ additis.

¶De ipſa autem .§.i.

fide,put eſt virtus theologica nūc tractanduz.
¶Et pꝛimo de eius cauſa ꝛ effectu.
¶Secundo de eius habitu ſeu ſubiecto.
¶Tertio de eius actu.
¶Quarto de eius obiecto.

De fide vnde cauſaſ.

¶Queriū ergo p̄mo vñ cauſeſ fides in hoīe. Rñdet beatus Tho.ij.ij.q.vj.ꝙ cauſaſ a deo interius mouente mētē p̄ gratiā q̄ɜtū ad aſſenſum.que eſt pꝛincipalis act⁹ fidei.vnde aplus ad ephe.ij. Gr̄a ſaluati eſtis p̄ fidez ꝛ nō ex vobis ne quis gloꝛieſ.donum enim dei eſt.Scḋario ꝛ inſtrumētaliter cauſaſ etiā a quibuſdam alijs.vt in viſione miraculi.auditiōe doctrie. ꝛ hmōi.Pꝛo cuius ḋclaratiōe ſciendū ꝙ cauſe tres concurrunt ad fidem Supioꝛ.i.credendoꝝ revelatio.Exterioꝛ.ſ.miraculoꝝ viſio vel rationuz circa fidē perſuaſio.Interioꝛ.ſ.ad ea mentis aſſenſio.¶Quantū igitur ad pꝛimuz opꝫ ꝙ ille ſit a deo.Ea enim que ſunt fidei excedunt rōnem humanam vñ non cadunt in contemplatione hoīs niſi deo reuelante.Sed quibuſdaꝫ reuelantur h̄ imediate a deo ſicut ſunt reuelata aplis ꝛ pꝛophetis.Quibuſdam pꝛoponuntur a deo mittente fidei pꝛedicatoꝛem.ſm̄ illud ad Ro.x.Quomodo pꝛedicabūt niſi mittantur.neceſſe eſt eniꝫ ꝙ homini pꝛoponantur credibilia ad hoc vt aliqd explicite credat.Et ſic patet ꝙ illa cauſa ſit a deo.ſ.reuelante ꝛ mittente pꝛedicatoꝛem.¶Quantum ad ſecundū ſciendum ꝙ nec miraculum viſum nec quecūqꝫ perſuaſio de fide eſt ſufficiens cauſa ad credendum inductiua.Quod pꝫ ex hoc q2 videntium vnum ꝛ idem miraculum ꝛ audientium vnam ꝛ eandem pꝛedicationem:vnus credit: alius nō credit.Sicut patet tempoꝛe apoſtoloꝛum ꝛ alioꝛum pꝛedicātium ꝛ miracula facientium.Quod ſi eſſet ſufficiēs cauſa omnes credidiſſent qui vidiſſent ꝛ audiſſent. Sed ꝛ miraculoꝛum operatio pꝛincipaliter a deo eſt. vt patet.j.ad Coꝛinth.xij.Alij datur per ſpiritum operatio virtutis.¶Quātum ad tertiū quod eſt mentis aſſenſio ad credēda. Hanc cauſam ponebāt pelagiani eſſe liberum arbitrium hominis ſolum. Et pꝛopter hoc dicebāt ꝙ initiū fidei eſt ex nobis inquātuz:ſcilicet in nobis eſt ꝙ parati ſumus ad aſſentiēdum his que ſunt fidei:ſed cōfirmatio fidei eſt a deo.per queꝫ nobis pꝛoponuntur que credere debemus. Sed hoc falſum eſt.quia cum homo aſſentiēdo his que ſunt fidei eleueſ ſupꝛa naturaꝫ ſuam opoꝛtet ꝙ hoc inſit ei ex ſupernaturali pꝛincipio interius mouēte volūtateꝫ.Et hoc eſt deus. Nec eſt cōtra quod Auguſti.dicit ꝙ fides cōſiſtit in credētium volūtate:quia opoꝛtet ad hoc vt volūtas velit credere ꝙ pꝛeparetur a deo per gratiaꝫ ad hoc vt eleuetur in ea que ſunt ſupꝛa naturam ſuam.Thom̄.vbi ſupꝛa. Unde in Toletano ꝯcilio dicitur. Sicut homo pꝛopꝛij arbitrij volūtati ſerpentis obediens perijt: ſic vocante ſe gratia dei pꝛopꝛie mentis cōuerſione quiſqꝫ credēdo ſaluatur.diſtin.xlv.de iudeis. Et quāuis aliquādo videatur facere deus homini coactionem aliquam.vt in Sauli cōuerſione pꝛoſtrati ꝛ cecati.tamen ad extra eſt illud ꝛ volūtas libera remanet:ꝛ volūtate credidit ꝛ aſſenſit vocāti.Et ſic intelligēduz eſt illud Auguſti.xxiij.q.iij.qui poteſt. Fides etiam infoꝛmis:ideſt que eſt ſine charitate eſt donum dei. ſm̄ glo.j.ad Coꝛinth.xiij.ꝛ bea.Thom̄.vbi ſupꝛa.Non ex eo ꝙ eſt infoꝛmis:hoc eſt ex defectu hominis: ſed ex eo ꝙ fides. Nec ob.illud Deuteſ.xxxij.Dei perfecta ſunt opera. Nam fides infoꝛmis etſi nō ſit perfecta ſimpliciter perfectione virtutis:eſt tamen perfecta perfectione que ſufficit ad rationem fidei.

De tribꝰ cauſiſq̄ ad fidē concurrunt.

¶Rationes per .§.ij.

ſuaſiue efficaciter inductiue ad credēduz quatuoꝛ: poſſunt aſſignari q̄uis nulla earuꝫ ſit demonſtratiua cogens intellectum ad aſſentiendum his que ſunt fidei.
¶Pꝛima eſt operatio miraculoꝛum.
¶Secunda eſt multiplicatio teſtimonioꝛum.
¶Tertia eſt toleratio toꝛmentoꝛum.
¶Quarta eſt pꝛopoſitio materie credēdoꝛuꝫ.
¶Quātum ad pꝛimum dicit ps.xxxij. Omnia opera eius.ſ.dei in fide. Opera dei permaxime dicuntur opera miraculoſa: quia ſolus

De ſci Pauli
An ad fidē co act⁹
Quar q̄ ad i dez vel ad cre dendū nos i ducūt

deꝰ ibi opatur:cuꝫ ſit ſupra facultatē nature. Un̄
xp̄s Jo.xiiij. Pat in me manens ipſe facit ope
ra.ſ.miraculoſa:q2 ſolus deus ibi opatur.q.d.
hoc nō eſt opus mee humanitatis quā videtis
ſcꝫ diuinitatis que eſt vna cum patre. Oīa aūt
iſta opera miraculoſa ſunt facta in fide.i.per fi
dem ⁊ ad fidem introducēdam vel ꝯfirmādā.
Unde ſuſcitato Lazaro dicit Jo.xi. Qḋ multi
ex his qui viderant crediderūt in eum. Et Jo.
iiij. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis non credi
tis inquit xp̄s:⁊ facto miraculo in nuptijs aq̄
in vinum ꝯuerſa crediderūt in eum diſcipuli
eius.dicit Jo.ij.i.ꝯfirmati ſunt magis in fide
ei:nam iam crediderāt. Et certe ſm̄.b.Tho.ij.
ij.cum ea que ſunt fidei ſint ſupra rōnem natu
ralem melius ⁊ aptius probari nō poſſunt q̄ȝ
per opationes ſupnaturales cuiuſmodi ſunt
opera miraculoꝝ. Si quis enim nunc predica
ret aliquod futurum cōtra cōem curſum natu
ralem:⁊ ad probādum veritatem huius puta
retrogradationē ſolis die craſtina fiendā mor
tuum veraciter ſuſcitare nōne miraculuꝫ iſtud
ſufficiēter deberet mouere ad credēduꝫ firmi
ter illud futurum:q̄ȝuis nec oculo nec intelle
ctu cernatur:vtiqꝫ. Sunt aūt ipſa miracula in

De miraculis q̄re ſcā ⁊ q̄n icho auerūt.

chriſtiana religione fidem proteſtantia innu
merabiliter ⁊ variabiliter ⁊ veraciter operata
A principio mundi inchoata ſunt miracula.
Nam Geñ.iiij. dicitur ſm illam litteram q̄ in
flāmauit deus ſuper Abel ⁊ munera eius: vi
delꝫ ignem de celo mittendo ad comburēduꝫ
ſacrificium eius ex fide chriſti celebratū. Sub
Noe in opere arce multa miracula fuerūt cele
brata. Abraam quoqꝫ qui credidit deo pmit
tenti q̄ in ſemine ſuo omnes gentes benedice
rentur:qḋ eſt chriſtus miraculis claruit in ge
neratione Jſaac.Geñ.xviij. Et ſanatione regis
egypti ⁊ geraris. Multa ⁊ magna pdigia fe
cit deus per Moyſen in egypto in deſerto co
ram omni populo iudeoꝝ vt patet in Exoḋ. ⁊
Numeri pluribus cap̄. Tempore v̄o Judicuꝫ
Joſue Gedeonis Sanſonis ⁊ alioꝝ multa mi
ra facta per fidem refert apl̄s ad Heb.xi. Sub
regibus ſigna plurima facta oñduntur in lib.
Reg.⁊ Paral.per Dauid ⁊ Ezechiam Heliaꝫ
⁊ Heliſeum ⁊ alios. Poſt tranſmigrationē ba
bylonis in captiuitate detentus populus ille
hebreoꝝ tunc fidelis nec miraculis caruit.vt
patet in lib.Danielis de ſocijs eius in fornacē
miſſis. Victorie machabeoꝝ ſatis miraculoſe

Miracula apḋ iudeos ampliꝰ nō ſiūt Ratio.

videntur. Saluatoris aūt noſtri dn̄i Jeſu chri
ſti miracula ea que narrant euāgeliſte ſunt pe
lagus immēſum.vt dicit Chry. Quibus etiaꝫ
atteſtatur Joſephus hiſtoriographus iudeus
⁊ Sibylla pagana hec prenuncians: vt refert
Lactantius. Poſtq̄ȝ aūt ille populus veram fi
dem dimiſit:nunq̄ȝ penes ipm amplius ſunt
viſa vel audita miracula. Sed trāſlata ſunt cū
fide ad eccleſiam ex gentibus ⁊ iudeis conuer
ſis collectam:vt patet in actibus apoſtolorum
de Petro.ad cuius vmbrā ſanabant infirmi ⁊
alijs aplis ⁊ ſucceſſoribus eoꝝ. Et Aug.in.xxij.
de ci.dei.de multis narrat tpe ſuo factis. Exin
de Greg.in dialogo ſuo. Uincentius in ſpecu
lo ſuo hiſtoriali. ¶ Facta ſunt aūt miracula nō
ſoluꝫ innumerabiliter ſed variabiliter ⁊ in oī ge
nere reꝝ. Jn corporibus celeſtibus:vt in ſtati
one ſolis in celo ſub Joſue. Retrogradatione
ſub Ezechia. Obſcuratiōe inaturali in paſſiōe
xp̄i. Jn elemētis:igne nō cōburēte tres pueros
in fornace. Jn aere quoad pluuias:grandineꝫ
fulgura:coruſcationes:⁊ hmōi.ſub Samuele
Moyſe ⁊ Helia. Jn aqua diuiſa maris rubri ⁊
iordanis. Jn terra que aperta eſt ⁊ deglutiuit
Dathan ⁊c̄. Jn brutis:in plateis:in alijs inani
matis. Jn obſeſſis a demonio liberatis. Jn oī
genere infirmitatū ſanatis. Jn mortuis ſuſcita
tis. Unde xp̄s Mar.vl. Jn nomine meo demo
nia eycient ⁊c̄. Non aūt ficte ⁊ fallaciter vel vir
tute naturali ſunt facta iſta miracula fidei.ſicut
Jamnes ⁊ Mābres magi Pharaonis conuer
tētes virgas eorū in ſerpētes:⁊ econuerſo ar
te magica ⁊ v̄tute diaboli.ſicut faciet antichri
ſtus. Un̄ dicit apoſtolus q̄ eius aduentus erit
in omnibus ſignis ⁊ prodigijs mendacibꝰ:q2
non realiter faciet:ſed tantuꝫ apparenter. Que
dam aūt miracula in chriſtiana religione fue infra.ri.xiiij.ca.xi.§.j.q̄ſi i fine.
runt veriſſime ⁊ realiter facta:q2 v̄tute dei:non
diaboli. Cui oīs creatura ſubiacet ad nutum.
Nam etſi opere demonū poſſint fieri quedam
tranſmutationes inſuete:nō illa que ſūt ſupra
naturam:vt illuminatio ceci:reſuſcitatio mor
tui:⁊ huiuſmodi. Que omnia ſancti noſtri fe
cerunt diuerſis tēporibus ⁊ partibus mundi.
Si quis aūt negare velit miracula facta in ec
cleſia.tunc vt dicit Augu.in lib.de ciuita.dei.
Hoc erit maius oībus miraculis q̄ pene totus
mundus cōuerſus ſit ad fidem iſtam:⁊ ad aſ
ſentiendum his quibus ratio non ptingit ſine
operatione miraculorum. Nam certum eſt ex
hyſtorijs varijs patres fideliuꝫ fuiſſe infideles
⁊ idolatras romanos ⁊ alios. Nunc auteꝫ fide
les. Unde ergo iſta conuerſio. Nunquid ex eo
quia Petrus piſcator indoctus ⁊ pauper potē
tia armorum coegerit eos aut theſauris colla
tis attraxerit:quia aurum ⁊ argentum non ha
buit. Aut indoctus humane ſapientie verbis:
qui nunq̄ȝ Ciceronem vidit? Non. Sed quia p
digijs miris effulſit:quibus doctrinam confir
mauit cum ſanctimonia vite. Unde Bern. po
nit hoc vnū eſſe ex tribꝰ maxime mirabilibꝰ fa
ctis in deo.ſ.ꝯiunctio fidei cū corde humano.

de ſcdo ĩductio ad credendū.

ℭ Secundum .§.iij.

quod oſtendit veritatem fidei eſt multiplica/
tio teſtimoniorum. Unde dici poteſt illud ps.
lxxxxij. Teſtimonia tua: ideſt de myſterijs fi/
dei credibilia facta ſunt nimis. Atteſtatur eniꝫ
his que ſunt fidei natura omnis intellectiua:
diuina: angelica: ⁊ humana. Nam vt dicitur
primi Joannis quinto. Tres ſunt qui teſtimo
nium dant in celo ſcilicet de factis fidei pater
verbum: ⁊ ſpiritusſanctus. ℭ Pater teſtimo/
nium reddidit dicens de Chriſto. Hic eſt fili/
us meus dilectus. Matthei tertio. Jn baptiſ/
mo. Et iterum in transfiguratione. Matthei.
xvij. ℭ Filius reddidit teſtimonium de pa/
tre dicens. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Et ite/
rum Joannis decimo. Opera que ego facio
teſtimonium perhibent de me. opera mira/
culorum demonſtrabant veritatem dictorum
ſuorum. Cum enim ſolus deus operetur ſu/
pra virtutem nature. ⁊ deus non ſit auctor vel
confirmator mendacij non potuiſſet illa mira/
cula facere niſi veritatem dixiſſet ſed deus ipſ
humiliaſſet ad nihilum deducēdo nomē eius
ſicͤ accidit Nabuchodonoſor ⁊ Holoferni He/
rodi ⁊ Coſdroe ſe facientibus deos. Sed xpᷤ
etſi ad horam ob noſtram redemptionem paſ/
ſus eſt ⁊ multum vilificatus. tamen volūtarie.
Et exinde dedit illi nomen quod eſt ſuper om/
ne nomē: vt in nomine ieſu omne genu flecta/
tur. Phi. ij. Et ſic pro deo adoraꝝ vt eſt. ℭ Spi
ritusſanctus perhibuit teſtimoniū per ora apo
ſtolorum. Unde ⁊ dixit xpᷤ. Jo. xvj. Cum vene
rit ſpiritus veritatis ille teſtimoniū perhibebit
de me. per predicationem ſcꝫ veſtraꝫ ⁊ miracu
lorum operationem. ℭ Natura angelica teſti/
monium reddidit myſterio trinitatis dum ap
paruerunt tres viri ideſt angeli abrae. Tres vi
dit ⁊ vnum adorauit Geneſis. xviij. Jtem Eſa
ias ſexto. Cum vidit Eſaias dominum ſeden/
tem ſuper ſolium excelſum ⁊ audiuit ſeraphin
clamātia ter ſanctus ſanctus ſanctus. ⁊ poſtea
dicentia ſingulariter dominus deus Sabaoth
Jtem myſterium incarnatiōis gabriel archan/
gelus maxime nunciauit reſurrectionis quoqꝫ
mulieribus ⁊ aſcenſionis ⁊ aduentus ad iudi
cium diſcipulis angeli nunciauerunt. Matth.
vlt. ⁊ Act. j. Angeli quoqꝫ mali ſeu demones te
ſtificati ſunt de xpo: clamantes cum eycerent
ab obſeſſis. Quid nobis ⁊ tibi ieſu dei ⁊c. Lu.
iiij. ⁊ alis etiā. Natura humana reddit teſtimo
niuꝫ myſterijs fidei per omne genus hominū
iudeorum: paganoꝝ: ⁊ chriſtianorum fideliuꝫ
⁊ infidelium. Ex libris quidem iudeoꝝ ſcilicet
veteris teſtamenti multū probabiliter ⁊ effica/
citer etſi non demonſtratiue habentur teſtimo
nia de trinitate ⁊ incarnatione chriſti. Jn pſal.
Unxit te deus deus tuus oleo letitie pre con/
ſortibus tuis ideſt. O deus fili. deus tuus ſci/
licet pater vnxit oleo ideſt gratia ſpiritusſan/
ctitate inquantum hominem. Et in alijs plu/
ribus locis nominantur ipſe perſone. Pa/
ter ſcilicet in Pſal's. lxxxviij. Jpſe inuoca/
bit me pater meus es tu ⁊c̄. Filius Pſal's. ſe/
cundus. Dominus dixit ad me filius meus es
tu ⁊c̄. Spiritusſanctus. Pſal's. l. Spiritum/
ſanctum tuum ne auferas a me. De myſterio
incarnationis pleni ſunt pſalmi per maxime
prophetia Danielis de ſeptuaginta hebdoma/
dibus. ſcilicet annorum vbi exprimitur tem/
pus determinate future tunc incarnationis:
quia a tempore quo data fuit licentia a Cyro
rege reedificandi hieruſalem vſque ad paſſi/
onem chriſti fluxerunt. cccc. nonaginta anni
qui ſunt ſeptuaginta hebdomade annorum.
Jbi in prophetia tangitur de incarnatione: paſ
ſione: ⁊ deſtructione hieruſalem per romanos
vt exponunt Magiſtri in hiſtoria ſcholaſtica
⁊ plenius Nicolaus de lyra ſuper Daniel'. re/
probando falſas expoſitiones iudeorum quas
ibi faciunt. ℭ Joſephus quoqꝫ hiſtoriogra/
phus iudeorum qui fuit tempore chriſti: ſed
perſeuerās ī iudaiſmo tale teſtimoniū de xpo
perhibet. Fuit illis temporibus ſapiens vir. ſi
tamen eum nominare virum phas eſt. Erat. n.
mirabilium operꝝ effector ⁊ doctor eorum q li
benter ea que ſuiura ſunt audiunt. Et multos
ex gentibus adiūxit ſibi xpᷤ. Hic erat q ⁊ poſt
crucem his qui eum dilexerunt apparuit iteꝝ
ſm ꝙ prophete hmōi ⁊ alia de illo predixerāt. Oſ d
Sed vſqꝫ in hodiernum diem xpianorum qui dicta g
ab eodem dicti ſunt ⁊ nomen perſeuerat ⁊ ge/ tibū v
nus. Hec ille qui tpe Ueſpaſiani in bello iudai lent a
co captus fuit. ℭ Jdem ex doctrinis gentiliuꝫ ꝯfirm
habetur de fide reſtitutionuꝫ. ⁊ vt dimittamus nem
illud Uirgilij in buco. quod Aug. inducit. Hie dei ⁊
ro. illudit qr. ſ. ad alium ſenſum dicta ſunt. Jā mode
redit ⁊ virgo redeunt ſaturnia regna. Jam no/
ua progenies e celo mittitur alto. Et illud Uir/
gilij. Ene. primo. Nate mee vires mea magna
potentia ſolus. ⁊ illud. Talia preſtabat memo/
rans fixuſqꝫ manebat. Sibylla erithrea genti/
lis mirabile teſtimoniuꝫ ⁊ multiplex reddidit
de paſſione xpi: vt refert Lactantius in libro in
ſtitutionum. videlicet. ℭ Jn manus impias in
fidelium veniet. Dabunt auteꝫ deo alapas ma
nibus inceſtis ⁊ impurato ore expuent venena
tos ſputos. dabit autem ad verbera ſimpliciter
ſanctum dorſum. Jtem colaphos accipiens ta
cebit ne quis cognoſcat quod verbum vel vn/
de venit. Et corona ſpinea coronabitur. Jteꝫ in
eſca fel ⁊ in ſiti acetum dedere inhumanitatis

hanc menſam. Item templi velum ſcindetur: ⁊
medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus
horis. Itē de morte ⁊ reſurrectione eius. Mor-
te morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto. et
tunc ab inferis egreſſus ad lucem veniet pri-
mus. ¶ Item ſibylla de miraculis eius ſic ait.
Omnia verbo agens: omnem infirmitatē cu-
rans: mortuorum autē reſurrectio erit: ⁊ clau-
dorum curſus velociſſimus: ⁊ ſurdi audient: ⁊
ceci videbunt: loquenſ non loquentes. ¶ Itē
eadem die de quinq; panibus ⁊ piſcibus ma-
rinis hominum milia in heremo quinq; ſatia-
uit. Et que ſuperfuerunt fruſtra tollens. xij. co-
phinos impleuit. ventos compeſcet. ſternet in-
ſanum: mare ſub pedibus calcatum. ¶ Item
de trinitate. Sibylla omnium interiorem crea-
toremq; dulcem ſpiritum omnibus appoſuit
⁊ principem deorum omnium fecit. Et rurſus
in fine. Alterum dedit deus fidelibus viris ho-
norare. videlicet filium incarnatum. ¶ Sibyl-
la etiam tiburtina cuius ſimulachrum tenebat
librum vbi ſcriptum erat. Naſcetur chriſtus in
bethleem ⁊ annūciabitur in Nazareth regen-
te tauro pacifico fundatore. O felix illa mater
cuius vbera illum lactabunt. ¶ Sibylla eri-
threa: vt refert Augu. xviij. de ciui. dei. Iudi-
cij ſignū tellus ſudore madeſcet. E celo rex ad-
uenit per ſecula futurus ſcilicet in carne veni-
ens vt iudicet orbem. Et hoc nota quod ait Au-
guſti. di. xxxvij. Si quid veri ſibylla de deo ſiue
Orpheus ceteriq; gentium vates aut philo-
ſophi predixerunt. valet quippe ad pagano-
rum vanitatem reuincendam: non ad illorum
auctoritatem complectendam. ¶ Ex doctri-
nis chriſtianorum ex omni genere lingua ⁊ na-
tione ⁊ hebreis grecis ⁊ latinis fides chriſti ha-
bet teſtimonia. ex quibus eius veritas oſtendi-
tur probabiliter. Et hoc ex eorum ſapientie p-
funditate: vite probitate: ⁊ innumeroſitate. in
multis concluſionibus: in diuerſis facultati-
bus creditur cōmuniter ab omnibus: quia ſic
dictum eſt a ſapientibus. ¶ Doctores autem
fidei eccleſie fuerūt ſapientiores homines mū-
di in omni facultate: qui omnes errores con-
futauerunt ⁊ a nullo ipſi conuicti ſunt. Quis
altior Dionyſio ariopagita. Quis in ſermoni-
bus Leone papa rutulantior. aut Hieronymo
eloquentior in ſuis epiſtolis doctus in lingua
Hebrayca ⁊ latina doctor: ⁊ veritatis interpre-
tator. Quis Auguſti. aphricano fūdatior ⁊ acu-
tior. vel Cypriano elegantior. aut Hylario gal-
lico profundior. Ambroſio italico quis pere-
grinior in dictis quis ſuauior ⁊ moralior ma-
gno Gregorio romano. Et adiuncto Nazanze-
no. Omittendo ex breuitate alios grecos vt
Athanaſium Alexandrinum Baſilium Capa-
docenſem epiſcopum Chryſoſtomum Conſtan-
tinopolitanum. Cirillum. Didimum Euſebi-
um ceſarienſem. Origenem ⁊ ſi in aliquibus
errauit. Damaſcenū quamuis in materia pro-
ceſſionis ſpiritus ſancti cum grecis ſenſerit. an-
te tamen determinationem eccleſie circa hoc.
Unde forte potuit excuſari. nec ignari fuerunt
Iſidorus hyſpalenſis. Et Anglicus venerabi-
lis Beda cum Anſelmo eximio in ſimilitudi-
nibus. Deuotus Bernardus burgūdus. Pro-
ſper aquitanicus. Oroſius. Caſſiodorus. Re-
migius. Lactantium lacteo ſtilo ſcribentem di-
mitto: quia male ſenſit cum milianiſtis de fi-
ne ſeculi: vt patet in vltimo libro inſtitutionū.
¶ Ueniam ad modernos quorum ſtilus ita
breuis cum grata facundia celſa clara ⁊ firma
ſententia. vt beatus Thomas Regnicoli. Sco-
ti. Uenerantur omnes philoſophi. Albertum
magnum theutonicum in ſcientijs ſeculari-
bus. Taceo de alijs: vt Bonauentura. Richar-
do Ioanne ſcoto. Nicolao de lyra. ⁊ Hebreo.
Alexandro de hales minoribus. Petro de tha-
rantaſia ⁊ illo de palude. Herueo. Hugone car-
dinali. Roberto ordinis predicatorum. Egi-
dio. Auguſtino de anchona. ⁊ alijs quorū no-
mina ſcripta ſunt in libro vite: opera eorum at-
teſtantur ſcientie eorum. Ex hebreis doctor il-
le mirabilis ⁊ aſcenſor celi. Paulus vas electi-
onis. Petrus Andreas. ⁊ Ioannes. Et ſi an-
te penthecoſten piſcator indoctus poſtmodū
illa vox fuit eius. In principio erat verbū ⁊c.
quod doctus Plato neſciuit. Demoſthenes e-
loquens ignorauit niſi q deus reuelauit illis
per ſpiritum ſuum. O q̄ fatuum eſt non cre-
dere que tales ⁊ tanti crediderunt. immo que
deus illis manifeſtauit guſtando que dixerunt
Sicut enim fatuus eſſet puer qui in carcere ob-
ſcuriſſimo natus ⁊ nutritus matre ſibi referen-
te de ſole luna ⁊ ſtellis: ⁊ luce eorum que ſunt
⁊ apparent extra carcerem iam ab ea viſis nol-
let credere ex eo q ipſe nil vidit niſi tenebras:
ita vt dicit Gregorius in quarto dialogorum
ſunt homines fatui qui non credunt ſapienti-
bus diuina predicantibus que ipſi viderunt
credenda ⁊ guſtarunt. ¶ Probitas vite cum
fama efficax reddit teſtimonium: vt experien-
tia docet. Quis narrare ſufficeret ſanctitatem
doctorum ⁊ fidem predicantium. veritatē mo-
deſtiam: iuſtitiam: ⁊ charitatem. creditur pa-
rentibus vel vicinis dicentibus talem eſſe fili-
um talis: vbi nulla eſt certitudo. Et plerumq;
tales teſtificantes ſunt male vite ⁊ mendaces:
⁊ tamen rationabiliter hoc creditur: alias ſe-
queretur magna confuſio ⁊ non creditur tot in-
numeris pſonis ſanctiſſimis ab oi mēdacio li-
beris teſtificātibus fidē xpianā. Credit ſtaliam

ter litteris mercatorū: quia in ipſis non ſolent mentiri. Etſi aľs frequēter ⁊ nō erit credendū dictis doctorū: qui ſemper ſe cauent a mendaciis. ¶ Numeroſitas teſtium innumerabilis ad hoc multū facit. Secte diuerſarum ꝓuinciarū fuerunt in quibuſdā ꝑtibus tantum ⁊ parum durauerunt inter ſe ēt diuerſa ſentientes: ſꝫ fides xpiana per totum orbem diuulgata eſt: quia in omnem terrā exiuit ſonus eorū ⁊c̄. Petrus enī prius in iudea ⁊ antiochia. deniū in italia predicauit. Andreas in achaia. Jacobus maior in hiſpania. Johēs in grecia. Thomas indiā ad fidem attraxit. Jacobꝰ minor hieroſolymis ꝓmitiuam eccleſiā rexit. Mathēꝰ ethiopiam conuertit. Philippꝰ ſcythiam. Bartholomeꝰ ſuperiorem indiam. Symon egyptū. Thadeus in ponto: ⁊ poſtea ſimul in ꝑſida predicauerūt. Mathias ꝑ iudeā. Paulus a hieruſālm uſqꝫ illiricum euāgelio repleuit. Dionyſius franciam. Marcus alexandriam. Aug. cum Greg. angliam. Oriens etiam vt india vnū xp̄m adorāt: vnā ſeruant regulā veritatis. Et perſeuerat a principio mūdi vſqꝫ ad finē implicite vel explicite apud viros fideles eadē. Nec doctores in his que ſunt fidei diſcordāt vel ꝯtrariant. Et ſi in aliquibus aliis que ad fidē non ꝑtinēt diuerſa ⁊ ꝯtraria aliquando opinentur: ſicut in aliis ſcientiis.

¶ Tertium per .§.iiij.

De tertio iductiuo ad credendum.

quod efficaciter ꝓbatur veritas fidei xp̄iane eſt toleratio tormētorū pro ꝯfeſſiōe ⁊ ꝯfirmatione ipſiꝰ. apľs ad Heb. xj. inq̄t de ſctis. Lapidati ſūt ſancti: in occiſiōe gladii mortui ſunt. Circuierunt in melotis ⁊ pellibꝰ caprinis egentes: anguſtiati afflicti: q̄bus dignus non erat mundus. Et hi oēs teſtimonio fidei probati inuenti ſunt. Jſtud eſt efficaciſſimum teſtimoniū exponere vitam ſuā ad ꝯfirmationem dictorū ſuorū. Nam vt dr̄ Job. ij. Pellem pro pelle ⁊ cuncta que hꝫ homo dabit pro anima ſua. i. vita cōſeruanda. Et hāc ipſi dederunt ꝑ fidei atteſtatiōe. Unde martyr interpretaꝰ teſtis. Circa quod ēt ſunt tria conſideranda. ſ. Multitudo ⁊ varietas paſſionū. Leta ſufferentia eorū. Et diutina ꝑpeſſio aduerſorum. Tot ſunt martyres effecti pro fide xp̄i (vt dicit Hiero. in q̄dam ep̄la) ꝙ nō eſt dies per totū annū. excepto kal. Januarii in quo non poſſet numerus aſcribi quinqꝫ miliū martyrum. cū tn̄ Hiero. fuerit circa annos domini. cccc. ⁊ nunc ſumus in milleſimo q̄dringenteſimo quinquageſimoquinto. Nullum aūt genus tormentorū vt arbitror remanſit intactū. Petrus deorſū crucifixus. Andreas in cruce erectꝰ. Bartholomeus excoriatꝰ. Jacobus minor precipitatus ⁊ fullonis partica excerebratꝰ. Johēs in dolium olei feruentis immiſſus. Stephanus lapidatus. Clemens in mari ſubmerſus. Laurētius exuſtus. Blaſiꝰ pectinibus cardatus ferreis. Sebaſtianus ſagittis cōfoſſus. Jgnatius a leone prefocatus. Paulus cū pluribus decapitatus. Petrus martyr gladio per latus trāſfixus. Felicitatis filii ſimiles machabeis ſeptem paſſi ſunt membris inciſis in ſartaginem miſſis. Et plures martyria ipſa vicerūt ſupernaturaliter vt eis non noceret. Quis nō obſtupeſcat ad letam ꝯſtantiam martyrum. Agatha virgo gloriāter ibat ad carcerē quaſi ad epulas inuitata ⁊ in penis aiebat. Ego ita delector in his: ſicut qui audit bonum nūcium vel videt amicum diu deſideratum. Exclamabat Tyburtius ſuper prunas nudis plantis incedens. Uidetur mihi ſuper roſeos flores ambulare in noīe dn̄i noſtri Jeſu chriſti. Quis nō admiretur. Uincētium in tormētis tyrāno inſultantem. Datiano qui rogum quaſi tribunal vltro ꝯſcendit ⁊ laniatus viſceribus patefactis dicebat. Jnfelix has epulas ſemꝑ optaui ⁊ votis omnibus exquiſiui ⁊c̄. Euſemia virgo contra iudicem ꝯquerebatur tanq̄ iniuriā paſſa ꝙ ipa nobiliſſima in chalcedonia ciuitate poſt poneretur in tormētis: vel ſibi parceretur plus aliis. Jn paſſione Mauritii ⁊ ſociorū eius pia legitur ꝯtentio fuiſſe inter eos affectans quilibet ad mortem alios querebat antecedere. Tenerrime ⁊ pulcherrime virgines que q̄ſcūqꝫ aſperum ſolent horrere. imperterrite ſteterunt ante reges ⁊ preſides eos ꝯfundētes ⁊ reſpondētes tormenta plurima ſufferētes. Unde tanta leticia in corde. tanta audacia in ore ⁊ voce. tanta fortitudo in opere: niſi qꝛ clare videbant reuelāte deo immenſe glorie premia eis preparata que fides fatetur. Nō vna vice tm̄ die menſe vel anno talia ſufferebant: ſed toto tempore vite ſue ad ea parati erant. Nōne diutinū martyrium eſt ſemper cum carne pugnare: ⁊ de carne ſemper per virginitatem triūphare: eius deſideria comprimēdo: que multi fecerunt ⁊ faciunt ad dei honorem fideliter. Jeiunare: orare ſenſus coercere: perſecutiones pati paupertatem: infirmitatem: ignominiam: exiliū: depredationē: ⁊ in nullo deficere nec odio vinci: ſed pro malo bonū reddere magna virtus ⁊ martyrium eſt. quod boni chriſtiani faciunt quod totum eſt ad confirmationem fidei. Doctrina chriſtiana hoc docet mortificare ſenſus: coercere iraſcibilem: domare concupiſcibilem: regulare voluntatem: captiuare intelligentiam: paratum quotidie eſſe ad mortem pro chriſto. Et inter huiuſmodi aſpera q̄nto maior fiebat perſecutio fidei. tanto magis creuit numerus chriſtianorum. Si Machometus ſaracenos ⁊ alios multos populos ad ſui perfidiam ⁊ legem

li.j.c.vj attraxit. nõ mirũ vt dicit bea. Tho. contra gen/
q li.iij. tiles: q2 lex illa tota carnalis q ẜm ſenſualitatez
c.xxvij. eſt quam ſunt populi proclines ſequi. Sed lex
chriſti q doctrina fidei tota ſpiritualis q diffici
lis ſeruari. q tamen magis diuulgata q ſparſa
eſt ꝙ perfidia ſaracenorum.

Quartum quod .§.v.

De q̃rto probat veritatẽ fidei chriſtiane eſt materia que
iducti/ proponitur credẽdorũ. fatetur enim de deo q
no ad digniora q probabiliora q altiora ꝙ quecunqʒ
creden ſecte vel perfidie. Unde Amb. Cũ alijs apoſto
dum. lis imperatur vt laxent retia ſua. ſoli tamẽ Petro
dicitur Luc.v. Duc in altuz. i. profundũ diſpu
tationum. Quid enim tam altum ꝙ altitudinẽ
diuitiarũ veri dei filium ſcire: q ꝑmiſſionem di
uine generationis aſſumere quam lʒ mens ne/
queat humana plene rõnis inueſtigatione cõ/
prehẽdere. fidei tamẽ plenitudo complectitur
Tria fi/ xxiiij. q. j. nõ turbat. Alie naqʒ ſecte de deo ma
des nr̃a le ſentiũt. vel de dei potentia. dum nõ credunt
ꝑponit ipſum ſuſcitare poſſe mortua corpora nr̃a: vel
vel ſen/ ſuſcipere carnem ſeu naturam noſtrã vt paga/
tit. ni. Nos autem dicimus: q2 nõ erit impoſſibile
apud deum omne verbũ. Luc. j. Uel male ſen/
tiũt de dei ſapiẽtia q prouidẽtia. dum non cre/
dũt curam habere ꝑcipue de humanis: vt epy
curi. Nos ṽo credimus quoniam ipſi eſt cura
de oĩbus. q permaxime vt dicitur. j. Pe. v. Ipſi
eſt cura de nobis. Uel male ſentiũt quidam de
bonitate dei: dum non credũt parcere reuerſis
ad penitẽtiam vel punire peccatores. Nos aũt
firmiter tenemus: q2 quacũqʒ hora peccator cõ
uerſus fuerit q ingemuerit oĩuʒ iniq̃tatũ eius
non recordabor. dicit dñs Ezechie. xviij. Et ite
dicet maledicti in ignem eternum qc̃. Matth.
xxv. ¶ Sentit ſecũdo fides noſtra probabilio/
ra q que magis decent creaturam rationalem.
Nam fatetur hoĩem ad dei imaginem factum
Geñ. j. Et ad ſimilitudinem dei monet viuere
ẜm ꝯditionem noſtram dicẽs ad Ephe. v. Eſto
te imitatores dei. Et ad gloriam ſimilẽ promit
tit peruenire bene viuẽtem. j. Joã. iij. Scimus
cuʒ apparuerit ſimiles ei erimus. Gens iudeo
rum q machometi ſentiũt de deo q nõ probabi
lia. Nam gens iudeorũ ſperat ſolum affluentiã
temporalium. Gens machometi ſolas delitias
corporales ex promiſſione legis. q multa conti
net que ſunt contra omnẽ rationem q philoſo/
phiam moralem. Nil in doctrina fidei eſt ꝯtra
philoſophiã moralem: ſed nec ꝯtra naturalez:
ſed ſupernaturalem. Fides etiaʒ chriſtiana ad
maiorem perfectionem adducit quãtuʒ ad de/
um q quãtum ad proximum: quia predicat ea
que incutiunt timorem: vt penas inferni. exci/
tat ad amorem vt per premia immenſa benefi/
cia redemptionis q alia. ¶ Quantum ad pro/
ximum quia precipit ſibi in neceſſitatibus ſub
uenire. Omnes diligere etiam inimicos. ſupe
rioribus obedire. nullum ledere. q huiuſmo/
di. ¶ Fatetur etiaʒ fides noſtra altiora de deo
q nobiliora. Unde nobiles philoſophi vt Ari/
ſtoteles et Plato in his que de deo noſcibilia
ſunt fidei noſtre teſtimonium perhibent vt cir/
ca hoc ꝙ vna ſit cauſa prima q eterna. ꝙ ſum/
me potentie: ſapientie: q bonitatis. Unde quã
tuʒ ad iſta fides noſtra ex intimis philoſophie
ſumpta eſt diſciplinis ẜm Boetium. fidei etiã
noſtre atteſtatur vniuerſitas creaturarũ. Unus
enim mundus / oſtendit vnum deum. Ma/
gnitudo potentiam. pulchritudo ſapientiam
bonitas q vtilitas bonitatem. Primum attri/
buitur patri. ſecũdum filio. tertiuʒ ſpirituiſan/
cto. Perpetuitas creaturarum atteſtatur dei
eternitati. Omnis enim cauſa potior eſt ſuo
effectu. Nulla enim ſecta ſeu perfidia habuit
veros prophetas in omni genere reruʒ per vi
ſiones ſenſibiles vel imaginarias. vel intelligi
biles. niſi fides chriſtiana. Habuerunt aliquan
do infideles phitoniſſas q diuinos. ſʒ certe dia
bolica illa erant. q que frequenter in menda/
cio inueniebantur. ſed fides chriſtiana habuit
ſemper veros prophetas. Et in veteri teſtamẽ/
to apud iudeos. in quibus erat vera fides de
chriſto predicẽtes omnia chriſti myſteria. que
poſtea impleta ſunt. vt patet in pſal. Eſa. Hie/
re. Ezechiele. Daniele. q alijs. ſed in nouo teſta
mento diuerſis temporibus fuerunt prophe/
te. nunquã autem in populo iudeorum ampli/
us poſt perfidiam ſuaʒ. Et ſibi dici poteſt illud
pſalmi. cxviij. Mirabilia teſtimonia tua. ideo.
q multis alijs qc̃.

De effectibus §.vi.

fidei ſeu vtilitate que eſt multiplex. vt merito fidei ef/
poſſet illud dici. Fides tua te ſaluuʒ fecit. Mat fect9 ſũt
thei. ix. q Luc. xviij. q in alijs locis. Saluat enĩ nouem
remouendo mala. adducendo bona: perducen
do ad premia. Primo enim de mundo triun/
phat. Secundo in diaboli tentatione ſuperat.
Tertio detrimenta euitat. Quarto purificatio/
nem aduocat. Quinto timoroſitatem cauſat.
Sexto conditionem dignificat. Septimo exau
diri facit orationes. Octauo ꝓcurari facit mi/
raculorum actiones. Nono conducit ad ſuper
nas retributiones. ¶ Quantum ad primum Prim9
dicitur. j. Jo. v. Hec eſt victoria que vincit mũ/ fidei ef/
duʒ fides noſtra: ideſt vincere facit que ſunt in fectus
mundo: ſcilicet concupiſcentiam carnis: ideſt
delitias. concupiſcentiam oculorũ. i. diuitias. q
ſuperbiam vite dum videt dñm ſuum creden
do crucifixum pauperem q humillimuʒ. Ma/

gna enim gloria eſt ſequi regem factorem ſuū. Augu. Omnia terrena ↄtēpſit homo chriſtus vt ↄtēnenda eſſe mōſtraret. Mūdus ſm Aug. in ſermone duplicem aciem ↄtra milites chriſti producit. demulcet pſperis. terret aduerſis. Sed per fidem nec extollitur pſperis. ↄſiderādo oīa habere a deo ⁊ amittere poſſe. precipue per elationem. vt patet in Saule. Dauid. Ezechia. ⁊ alijs. Nec deijcitur aduerſis intelligendo a deo procedere qui errare non poteſt. ⁊ oīa ſibi ad pfectum cedere. Mūdus vt dicit Joh. j. eum non cognoſcit. Et ratio eſt: q2 iudicat de rebus ſm ſenſum humanum ⁊ rationē naturalem. Et figuratur per cyniphes quoꝝ plaga nō legitur curata. Exo. viij. Cyniphes enim de puluere terre educti argumēta ſunt philoſophos. de ſubtili ⁊ terreno ſenſu pdeuntia. qui oculum fidei ledūt. hoc aīal vt dicit Orige. corpus cui inſederit acerbiſſimo ſtimulo tenebat vt quem volātem quis videre nō valet ſentiat ſtimulantem. Hoc aīal arti dyalectice cōparatur que minutis ⁊ ſubtilibus verboꝝ ſtimulis aīas tenet. ⁊ calliditate cauta circūuenit vt deceptus nō videat vnde decipiat. Hec plaga nō curat. Idola enim philoſophoꝝ remanſerūt cum idola gentium deſtructa fuerūt. vt ait quidam. Sed fides vicit. Unde legitur in hiſtoria eccleſiaſtica. ꝙ in quodam cōcilio quidam acutiſſimus phūs infidelis a peritiſſimis doctoribus noſtris cum quibus diſputabat ↄuinci non poterat. Tādem a quodā ſimplici ⁊ ſancto viro cum quo diſputauit dicēdo ſolum illi ſymbolum fidei. ⁊ interrogando ſi ille crederet aſſenſit oībus. ⁊ ↄuerſus eſt. Sic ergo ſaluat fides a pompis ſeculi. ⁊ ſapiētia mūdana aduerſis. ¶ Scdo per fidē tētationes diaboli vincunt. Eph. vj. In oībus ſumētes ſcutū fidei in quo poſſitis oīa tela inimici ignea extinguere. Hoc ſcutum habet tres angulos. ſ. pmia eterna que cōſequitur. vincens ſupplicia perpetua que meretur ſi vincit. Exempla ſanctoꝝ qui vicerunt ⁊ quomodo. Et Apoc. ij. ⁊ iij. ponitur ſeptem modis qui vicerit ad inſinuādum victoriam ſeptem vitioꝝ. de quibus diabolus tentat. Si habueritis fidem ait chriſtus Matth. xvij. vt granum ſinapis dicetis huic monti tranſi ⁊ tranſibit. Mons eſt diabolus ſuperbia elatus. quem quis facit trāſire a ſe ⁊ ab alijs in tentationibus vt non ſuccumbat per fidem veram: quando. ſ. eſt vt granum ſinapis videlicet parua humilitate. tenax ſtabilitate. calida charitate. Sed lucas dicit loco montis. Si diceretis arbori huic moro eradicare ⁊ tranſplantare fiet. Morus vt exponit Ambro. ſignificat diabolum. q2 ſicut mori naſcūtur albe. ⁊ ex calore nigreſcūt. ita diabolus creatus eſt innocēs. ſed calore ambitionis effectus eſt niger. ⁊ vitioſus. Petrus etiam in canō. j. aduerſarius veſter diabolus tanq̄ leo rugiens ⁊c. cui reſiſtite fortes in fide. ¶ Tertio p fidem euadit quis multa mala vt infructuoſitatem ſpiritualē. Ad Hebre. xj. Sine fide impoſſibile eſt deo placere. qui aūt non placet deo nō poteſt mereri per aliqd opus ſuum etiam de genere bonoꝝ. Quinimmo vt dicitur ad Roma. xiiij. Omne quod non eſt ex fide peccatū eſt. i. ſm glo. Aug. Omnis actio infidelium peccatum eſt. qd tamen ſm bea. Tho. ij. ij. non eſt intelligēdum ſimpliciter de omni actione. Quia in his que faciunt infideles ex inſtinctu nature vel de genere bonorum. vt elemoſynam dare ſm dictamen rationis. vel dando indigētibus ex cōpaſſione non peccant: ſed de illis opibus que procedunt ex infidelitate ſua. puta pro ſeruandis mādatis ſue legis vt ieiunādo temporibus ⁊ modis prout mādat lex Machometi. Seruando ſabbatum vt faciunt iudei ⁊ alia feſta eorum ⁊ cerimonias ⁊ tunc peccant mortaliter. Uel intelligitur. Omnis vita eoꝝ negatiue. i. ſine merito. Per fidē etiam eſt capax quis ſacramentorum eccleſie per que euitātur multa mala ſpūalia ⁊ tēporalia. Per fidem etiam informem eſt capax ſuffragiorū eccleſie. Etſi non eo modo ſicut habens fidem viuam tn̄ alio modo. Non enim diabolus pōt ita nocere fidelibus etiam malis qui ſunt intra ecclīam numero tātum ſicut infidelibus ⁊ excoicatis. Per fidem etiam euitant multa mala tēporalia ⁊ ſpiritualia. Per fidē Abraam exiuit de hur. i. igne chaldeorū illeſus. Cum enim nō vellet ignem adorare quem chaldei deum dicebāt vt experiretur virtutem dei ſui miſerūt ipſum in ignem. ſed non recepit leſionem. Aram vero germanus eius ⁊ pater Sare ⁊ Loth illuc miſſus: q2 defecit in fide cōbuſtus eſt. Ad Hebre. xj. Sancti per fidem extinxerūt impetum ignis. vt Ananias cum ſocijs in fornace. Et vincūtur bella ex merito fidei ⁊ chriſtiane religionis gratia excellens belloꝝ actuum pſperitas euenit. Gregor. xxiij. q. iiij. ſi non. Ad Hebre. xj. per fidem vicerunt regna. vt patet in Joſue ⁊ in Karolo magno. ¶ Quarto quoad bona que pcedunt purificationem facit Act. xv. Fide purificans corda eoꝝ. Et Magdalene poſt remiſſionem peccatoꝝ ſibi a chriſto nūciatam dictum fuit. Fides tua te ſaluam fecit. Luc. vij. ſ. purgationem faciens peccatoꝝ. Hūc autem effectum quomodo fides pducat bea. Tho. ij. ij. q. vij. ſic declarat. Impuritas vniuſcuiuſq3 rei in hoc cōſiſtit q rebus vilioribus immiſcetur. Non enim dicitur argentum impurum ex hoc q auro immiſcetur per quod melius reddit. ſed ex permixtione ſtāni vel plumbi. Manifeſtum eſt autem

quo intelligit illud. Oē qd non eſt ex fide pctm̄ ē

ꝙ creatura rationalis eſt dignioꝛ omnibus re/
bus coꝛpoꝛalibus ⁊ tempoꝛalibus. Et ideo im
pura redditur ex hoc ꝙ tempoꝛalibus ſe ſubij
cit per amoꝛem. ⁊ per hoc inficitur peccato a
qua impuritate purificatur per contrariuꝫ mo
tum. dum ſcilꝫ tendit in id quod eſt ſupra ſe. ſ.
in deum. in quo quidem motu pꝛincipium eſt
fides. Accedentem enim ad deum opoꝛtet cre
dere: quia eſt. ad Hebꝛe. xj. Et ideo pꝛimuꝫ pu/
rificationis pꝛincipium coꝛdis eſt fides que ſi
perficiatur per charitatem foꝛmatam perfectã
purificationeꝫ facit. Infoꝛmis autem excludit
impuritatem erroꝛis. ¶ Quinto fides cauſat
timoꝛem Unde dicitur Jaco. ij. demones cre/
dunt ⁊ cõtremiſcunt. quod ſic declarat beatus
Thom. ſecũ. ſecũ. q. vij. Timoꝛ eſt quidam mo/
tus appetitiue virtutis. Omniuꝫ autem appe/
titiuoꝛum motuum pꝛincipium eſt bonum vel
malum appꝛehenſuꝫ. vnde opoꝛtet ꝙ timoꝛis
⁊ omnium appetitiuoꝛum motuuꝫ ſit pꝛincipi
um aliqua appꝛehenſio. Per fidem autẽ fit in
nobis quedam appꝛehenſio de quibuſdaꝫ ma
lis penalibus: que ſm diuinum iudiciũ a deo
inferuntur. Et per hunc modum fides eſt cau/
ſa alicuiꝰ timoꝛis quo quis timet puniri a deo
qui eſt timoꝛ ſeruilis. Eſt etiam fides cauſa ti/
moꝛis filialis quo quis timet ſeparari a deo.
Uel quo quis refugit deo ſe comparare: reue/
rendo ipſum inquantum per fidem. hanc eſti/
mationẽ habemus de ipſo ꝙ ſit quoddam im/
menſum ⁊ altiſſimum bonũ a quo ſeparari eſt
peſſimum: ⁊ cui velle equari eſt maluꝫ: ſed pꝛi/
mi timoꝛis: ſcilicet ſuilis cauſa eſt fides infoꝛ/
mis ⁊ ſecũdi. ſcilicet filialis cauſa eſt fides foꝛ/
mata: que per charitatem facit hominem deo
adherere ⁊ ei ſubijci. Multa autem bona ſe/
quuntur ex timoꝛe: quia qui timet deum facit
bona ⁊c̃. ¶ Sexto fides ſignificat conditio/
nem humanam. Nam facit animam ſponſam
dei. iuxta illud Oſee ſecundo. Deſponſabo te
mihi in fide: vtiqꝫ magna dignitas hec eſt.
Unde beata Agatha dicebat. Ipſi ſum deſpon
ſata: cui angeli ſeruiunt ⁊c̃. ſecunda ad Coꝛin.
xj. Deſpondi vos vni viro ⁊c̃. Facit animam fi
liam dei patris per adoptionem. Joan. pꝛimo.
Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui cre
dunt in nomine eius. Ipſa animam oꝛnat iu/
ſtitia: que ſm philoſophum eſt omnis virtus.
apoſtolus ad Romanos. iij. Juſtitia dei per fi/
dem. Et quinto cap̃. Juſtificati ex fide: ⁊ vbi ſa/
na fides non eſt: non poteſt eſſe iuſtitia: quia iu
ſtus ex fide viuit. Augu. xxiiij. q. j. Hec tria pti
nẽtia ad dignitatẽ ponit. b. Tho. in expne ſmi
titu. decre. Credidit Abꝛaaꝫ deo ⁊ reputatũ eſt
ei ad iuſtitiam. ¶ Septimo facit exaudiri oꝛa
tiones. Jaco. pꝛimo. Poſtulet autẽ in fide ni/
hil heſitans. Et Marci. xj. Omnia quecunqꝫ
oꝛãtes petitis credite: quia accipietis ⁊ fiet vo
bis. Exempluꝫ in Alexan. magno malo qui ex
fide fecit cõiungi duos montes inſimul: vt nõ
poſſent captiuati iſraelite inde exire. vt tangit
glo. j. ad Coꝛinth. xiij. Super illud ſi habuero
omnem fidem. ¶ Octauo fidei aſcribũtur mi
racula. Po. Omnia opera eius: ſcilicet mira/
culoſa in fide. Ad Hebꝛe. xj. Per fidem obtura
uerunt oꝛa leonuꝫ ⁊c̃. acceperunt mulieres de
reſurrectione moꝛtuos ſuos. vt patet de filio
Jude ⁊ ſunamitis. iij. ⁊. iiij. Regum. Et Chꝛi/
ſtus Mathei. viij. Sicut credidiſti fiat tibi. Et
Marci vltimo. Signa autem eos qui credide
rint hec ſequentur ⁊c̃. ¶ Nono dat illũ Aba/
chuc. ij. Juſtus meus ex fide viuit. ad Galath.
ſecũdo. Quod nunc viuo: in fide viuo filij dei:
vita ſcilꝫ gratie: poſtea vita gloꝛie. Hũc etiam
effectum ponit beatus Thom. ſuper ſmo titu.
decretalium. Joan. vj. Qui credit in eum ha/
beat vitam eternam: habendo ſcilicet fidem vi
uam: ideſt cuꝫ gratia que inducit ad opera bo/
na. ⁊ per contrarium dicit Beda. Quicũqꝫ ab
vnitate fidei quomodolibet ſeipſos ſegregant:
nec tales peccatoꝛum vinculi abſolui: nec ia/
nuaꝫ poſſunt regni celeſtis ingredi. xxiiij. que/
ſtio. pꝛima. Fides autem ſine operibus moꝛ/
tua eſt. Jacobi ſecundo. Sicut animal quanto
nobilius eſt viuum. tanto abominabilius cum
eſt moꝛtuum: vt patet in homine. Ita quanto
fides eſt nobilioꝛ cum eſt viua. tanto vitupera/
bilioꝛ chꝛiſtianꝰ ex fide moꝛtua. ⁊ dignioꝛ ma/
ioꝛi pena propter maioꝛem ingratitudinẽ. Exẽ
plum in vitaſpatrum de beato Machario qui
interrogauit caluariam cadaueris pagani. Si
in inferno erant alij inferioꝛes ⁊c̃.

¶ De habitu fidei ⁊ eius quidditate. Cap. ij.

DE habitu fidei. Et pꝛimo de diffinitione fidei ⁊ eius de/
claratione. Apoſtolus ad Hebꝛe. xj.
ſic diffinit fidem: que diffinitio per/
fectiſſima eſt. Fides eſt ſubſtantia ſperandaruꝫ
rerũ argumẽtum non apparentiũ. In qua dif/ *quid ſit fides.*
finitione aplſ tria tangit. ſ. fidei obiectum vel
intuitum obiecti: vel pꝛemij initium: attingen
di modũ. ¶ Pꝛimo tãgit obiectum fidei cum
dicit ſperãdarum rerum. Nam obiectuꝫ fidei
eſt pꝛima veritas vt nõ viſa: qꝺ pertinet ad ra/
tionem rei ſperate. ſm illud ad Rom̃. viij. Qꝺ
non videmus ſperamus. Ueritatem autem vi
dere eſt ipſam habere. Non aũt ſperat aliquis
qꝺ iam habet: ſed ſpes eſt de eo qꝺ nõdum ha/
betur. ¶ Secũdo tangit obiecti vel pꝛemij initi
um cum dicit. fides eſt ſubſtantia. Sicut pꝛimuꝫ
enim in quolibet genere continens in ſe alia

virtute dicitur eſſe ſubſtantia illorꝫ. ſic fides.
Nam prima incoatio rerum ſperandarum in
nobis eſt per aſſenſum fidei: que virtualiter cō
tinet in ſe omnes res ſperandas. ¶ Tertio tan/
git modum attingendi obiectum cuꝫ dicit. ar/
gumentum non apparentium. Et dicitur hic
argumentum vel firma inheſio intellectus pꝛ
fidem ad veritatem non apparentē: vel cōiun/
ctio intellectus: eo ꝙ intellectus credentis ex
auctoritate diuina cōuincit ad aſſentiendū his
que non videntur: vel certitudo eo ꝙ fides du
bitationem tollat. Nā vbi eſt dubitatio nō pōt
eſſe fides. Uel poteſt ſic diuidi diſſinitio huiꝰ.
Fides tria habet. Aſpicit: efficit: ⁊ reficit. Pri/
mo quidem aſpicit. ſ. primam veritatem nō ha
bitam ſed ſpandam. Unde dꝛ ſperandarum re
ruꝫ. Efficit ſcḋo fides. i. cauſa eſt faciēs res ſpe/
randas quoqꝫ eſſe in nobis. Unde dꝛ ſubā: quia
ſicut ſubſtantia eſt cauſa ſuoꝝ accidentium: ita
Diuiſio fides cauſa eſt conſequendi bona ſperata. Ter/
fidei ſꝫ tio fides reficit ſeu allicit. Unde dicit argumē
b. Tho/ tum. i. certitudo aſſentiendo his que non appa
mam. rent. ⁊ hoc eſt meritum ⁊ laus fidei ſi certe ⁊ in
dubitanter creditur quod nō videtur. Beatꝰ
autem tho. volens verba apoſtoli ad formam
diſſinitionis reducere claram ſic dicit fides eſt
habitꝰ mentis. qua ichoatur vita eterna in no
bis. faciens intellectum aſſentire non apparen
tibus. ij. ij. q. viij. Raynerius.

¶ Pro maiori de/ .§. i.
claratione ſupꝛadicte diſſinitionis notāda ſūt
Fides quatuoꝛ. primum. ꝙ per pꝛedictam diſſinitio/
diſtingui nem diſtinguitur fides ab oībus que pertinēt
tur ab ad intellectum. Et pꝛimo ab opinione ſuſpitio
his tri// ne: ⁊ dubitatione. per hoc quod dꝛ argumētū.
bus. ſ. Nam per hec tria intellectus nō firmiter inhe
ret alicui. Per dubitationem nō magis tendit
ad vnam partem ꝙ̄ ad alteram. Per opinionē
⁊ ſi declinet fortiter ad vnam parteꝫ tamen cū
formidine de oppoſito. Per ſuſpitionem leui//
ter declinat ad vnam partem. Sed per fideꝫ fir
miter inheret credentibus ſine heſitatione. Ex
hoc autem quod dicitur in diſſinitione nō ap/
parentiuꝫ: diſtinguitur fides ab intellectu. qui
eſt de pꝛincipijs ꝑ ſe notis: ⁊ ſcientia que ē de cō
cluſionibus per demonſtrationem acquiſitis:
per que aliquid intellectui fit apparenter cuiꝰ
non eſt fides. Et per hoc quod dicitur ſperan//
darum rerum ſubſtātia: diſtinguitur a fide cō
muniter ſumpta que eſt etiam de humanis:
vt cum quis firmiter credit parentes ſuos eſſe
talem ⁊ talē. ¶ Secūdo: vero eſt quod dꝛ fides
rerū ſperandarū ſubſtātia potius ꝙ̄ dilígenda
rū. Ex eo ꝙ dilectio pōt eſſe pñtiū ⁊ abſentiū vi
ſoꝝ ⁊ nō viſoꝝ. Sed ſpes eſt tantum de abſenti

bus ⁊ non viſis. de quibus etiā eſt fides: ꝙ etſi
videantur ea que ſunt fidei aliquo modo. ſꝫ vt
credenda. nō tñ oculo corpoꝛali vel intellectua
li demonſtratiue. ¶ Tertium conſiderandum
eſt ꝙ argumentum ex proprijs principijs rei fa
cit rem apparentem. Sed argumentum ſum//
ptum ex auctoritate diuina non facit rem ap//
parentem: ⁊ tale argumentum ponitur in iſta
diſſinitione. ¶ Ubi ſciendum ꝙ argumentuꝫ
dicitur quadrupliciter. Pꝛimo breuis enarra/ Argum
tio ſubſequentium. Uel bꝛeuis collectio mate/ tū dꝛ q̄
rie totius libꝛi ſimul ſumpte. Et ſic ſumitur in drupli
biblia vbi pꝛologi libꝛorum dicuntur aliquan citer vl
do argumenta. Secundo argumentum dicit accipit.
oſtenſio vel manifeſtatio. ſm̄ illud Jo. iij. Om
nis qui male agit odit lucem: ⁊ non venit ad lu
cem vt non arguantur opera eius. Tertio dici/
tur argumentum ratio vel ſyllogiſmus rei du
bie faciens fidem. ⁊ hoc modo ſumitur in logi
cis: ſed in theologicis econtra fides facit argu
mentum ſeu rationem. Aliquando etiam dicit
medium in quo ſtat virtus ſyllogiſmi ſeu ꝑ qḋ
aliquid pꝛobatur. ⁊ ſic ſumitur in glo. decreto
rum. Quarto dicitur argumentum certitudo
ex qua animus mouetur in aliquid. ⁊ ſic fides
dicitur argumentum. ¶ Quartum vero eſt ꝙ
aliqua habent certitudinem ex alijs ſicut cōclu
ſiones ex principijs ſic ex articulis fidei q̄dam
ſequuntur ex articulo: vt qꝛ deus eſt iuſtus red
det vnicuiqꝫ ſm̄ opera ſua: quedaꝫ vero habēt
certitudinem ex ſemetipſis. Et hec ſunt tribus
modis. Nam quedam habent certitudineꝫ ra
tione euidentie. ſicut pꝛincipia que ſunt per ſe
nota: vt de quolibet eſt affirmatio vel negatio.
Secundo quedam ſunt que habent certitudi/
nem ex informatione conſcientie. Et hec eſt cer
titudo fidei ſiue formate ſiue informis. Cū enī
pꝛima veritas fidem inſpirat. ſic conſcientiaꝫ.
inflāmat: vt ſicut aliquis cogitur ipſa euiden/
tia conſentire iſti veritati omne totum eſt ma//
ius ſua parte: ita cogitur aſſentire his que ſunt
fidei. Item per habitum infuſum fidei ipſa in
formatione conſcientie artatur ⁊ cogitur con//
ſentire pꝛime veritati propter ſe. Unde ſicut ne/
gare hoc. Omne totum eſt maius ſua parte: ē
contra ſuam conſcientiam. ¶ Ita negare arti/
culum fidei eſt contra ſuam conſcientiam. Ter
tio quedam habent certitudinem ſenſus ex
perientie. que certitudo eſt per modum guſtus
⁊ tactus. Et talis certitudo eſt in virtutibus re
ſpectu ſuorum obiectorum. Et in fide formata
reſpectu credibilium pꝛime veritatis. Rayne.
Et nota ꝙ non ſolum ita debet quilibet firmi//
ter credere ea que ſunt fidei. extra de ſumma
trinitate ⁊ fide catholica. Nos firmiter credi/
mus ⁊ nullatenus dubitamus. Sꝫ ēt credē ꝙ

extra huiuſmodi fidē in quacūqz alia ſecta ſaluari nō poteſt. Unde extra de fid. ca. dicitur in ca. j. Una eſt fidelium vniuerſalis eccleſia extra quam nullus oino ſaluatur. Et in huius figuram omnes qui reperti ſunt extra archā Noe perierunt diluuio. xxiiij. q. j. quia ex ſola.

Fidem eſſe prio- .§.ij.

rem alijs virtutibus quadrupliciter probat. ſ. ratione: diuiſione: autoritate: ⁊ ſimilitudine. Primo ratione ſic. Cognitio precedit affectionem. quia nihil diligitur niſi cognitū ſm Aug. ſed fides eſt in cognitione. cetere aūt virtutes in affectione cōſiſtunt. ergo fides eſt alijs virtutibus prior. Itē ſpes nō poteſt haberi de beatitudine niſi credatur poſſibile. qr impoſſibile ſub ſpe nō cadit. Creditur autem eſſe poſſibile beatitudinem haberi per fidē. ergo fides cauſat ſpem. Uolūtas etiam non poteſt deum amare. quod pertinet ad charitatem. niſi intellectus rectam fidem habeat circa ipſum. ergo fides cauſat charitatem ⁊ eſt prior ea. Secūdo probatur hoc diuiſione ſic ſm Augu. in ſermone. quatuor modis eſt aliquid prius altero. Primo eternitate. ⁊ ſic ſolus deus pcedit omnia. Secundo tēpore. vt flos fructum precedit ⁊ ſic fides nō eſt prior alijs virtutibus infuſis. eo q oēs virtutes diuinitus ſimul infundunt. Tertio aliquid eſt prius altero vel perfectiōe. vel electione. vt fructus precedit florem. ⁊ forma eſt prior materia ordine perfectiōis. ⁊ perfectum imperfecto. ⁊ actus potētia. Et hoc modo fides nō eſt prior: ſed charitas eſt prior fide ⁊ ſpe. eo q fides ⁊ ſpes perficiūtur ⁊ formātur per charitatem. Quarto modo eſt aliquid prius altero origine. ſicut ſonus precedit cantū ⁊ lux ſplēdorē. Et hoc modo fides precedit ſpem et charitatem. ſicut materia precedit formā. potētia actum. imperfectū perfectum. Tertio pbatur hoc autoritate. Nam aplus ad Hebre. xj. dicit q fides eſt ſubſtātia ſperādarum rerū ſed ſubſtantia habet ratione primi. ergo fides eſt prima inter virtutes. Quarto ſimitudine fundamēti ſic pbatur. Fundamētum materialiter loquēdo eſt prius alijs quātum ad ordinē qr precedit alias partes. Item quātum ad virtutem: qr fundamētū ſuſtinet edificium totū quo ad vtrūqz per ſimilitudinem reperitur in fide. Raynerius. Hinc ⁊ Greg. dicit. j. q. j. Cum paulus dicat. Fundamētū aliud nemo poteſt ponere preter id qd poſitum eſt. qd eſt chriſtus ieſus. i. fides chriſti. Conſequenter probatur. quia vbi Chriſtus non eſt fundamētum nullū boni operis ſupereſt edificium.

Fides fuit in an- §.iij.

gelis ante ɔfirmationem vel lapſum: ⁊ in hoīe In ante peccatū. qd ſic pbat. b. Tho. ſe. ſe. q. v. Cū fides ſm aplm ſit argumētum nō apparētiū. hoībus ⁊ ſm Aug. de his que nō vidētur. Illa ſola manifeſtatio excludit rationem fidei per quam apparet ⁊ clare videtur id de quo pncipaliter eſt fides. Principale autē obiectum fidei eſt vītus dei. i. deus. cuius viſio clara facit beatos et ſuccedit fidei. Cum aūt angelus ante ɔfirmationem. ⁊ homo ante lapſum nō haberent illam beatitudinē qua videtur deus per eſſentiā. manifeſtum eſt q nō habuerūt ſic manifeſtam cognitionem. q excluderet ratio fidei. Si autem nō habuiſſent fidem. hoc eſſe nō potuiſſet. niſi qr penitus erat eis ignotū id de quo eſt fides. Sed eſt ɔſiderādum: q in obiecto fidei aliquid eſt ibi quaſi formale. ⁊ aliquid quaſi materiale. Et formale quidē eſt veritas prima ſupra oēm naturalem cognitionem creature exiſtēs. Et quātū ad hoc fides eſt in oībus cōmuniter habētibus cognitionē de deo beatitudine nōdum adepta. ⁊ in angelis ante ɔfirmationem. Materiale eſt id qd ꝓponitur credēdum que ſunt multa. qr oēs articuli ⁊ que ſequūtur ex illis. Et hor quedā ſunt credita ab vno que ſunt ſcita ab alio etiam in pſenti. Ut q deus ſit vnus ⁊ ſūme bonus ⁊ creator omniū rerum ⁊ hmōi. Et quātum ad iſta dici poteſt q angelus ante ɔfirmationem ⁊ homo ante peccatū quo ad quedam myſteria de diuinis habuit viſionem nō fidem. de quibus nos habemus fidē. Et ſm iſtum modū pōt ſaluari opinio dicētiū. q nō habuerūt fidem propter manifeſtam contēplationem quam habebāt de diuinis. In demonibus quoqz eſt fides. Iuxta illud Iaco. ij. in ſmo Demones credūt ⁊ ɔtremiſcunt. Habēt autem nihil eſt fidem ex hoc q intellectus eorū ɔuincitur ad fides. hoc q iudicet eſſe credēdum his que dicūtur de deo: licz non ɔuincantur per euidētiam rei. ſicut nūcii aliquis ꝓpheta pronunciaret in noīe dñi aliquid futurum. ⁊ adhiberet ſignū mortuum ſuſcitādo. ⁊ hoc ſigno vinceret intellectū videntis vt cognoſceret manifeſte hec a deo dici qui nō mētitur. licz illud futurum qd predicatur in ſe euidēs non eſſet. vnde ratio fidei non tolleref in eo. Sic demones vidētes multa manifeſta iudicia per miracula vera. ⁊ alios modos ex quibus percipiunt doctrinam eccleſie eſſe a deo. quāuis ipſi ipſas res quas docet eccleſia non videant. puta deum eſſe trinū ⁊ vnū ⁊ huiuſmodi. Et hoc enim credere non merētur: quia credere eſt meritorium. inquantū voluntas mouet intellectum ad aſſentiēdum credibilibus ex ordine: quia ſcilicet vult deo ſbyci in his que iubet credi etiam ſi clare non videat illa miracula. Sed demones non ſponte

credūt ſed coacti ſignis ⁊ ex perſpicacitate intellectus naturalis. ⁊ hoc eis diſplicet ꝙ ſigna ſint ita euidētia ꝙ cogant credere. ¶ In hereticis qui diſcredit in vno articulo: licz in alijs nō errent. nō eſt fides nec formata nec informis.

In heretici non ē fides.

Diuus ratio eſt ſm̄. b. Tho. ij. ij. q. v. Quia ſublata ratione formali obiecti fidei fides remanere nō poteſt ſicut in alijs habitibus. ſicut etiam remota luce. viſio eſſe nō poteſt. Obiectuz aūt fidei formale eſt veritas pma ſm̄ ꝙ manifeſtatur in ſacris ſcripturis ⁊ doctrina eccleſie. Unde quicūqz nō inheret ſicut infallibili ⁊ diuine regule doctrine eccleſie. que procedit ex veritate pma in ſacris ſcripturis manifeſtata. ille nō habet habitum fidei. ſed ea que ſunt fidei alio modo tenet ꝙ̄ per fidem. manifeſtum eſt autez ꝙ ille qui inheret doctrine eccleſie ſicut infallibili regule. oībus aſſentit que eccleſia docet. Alioquin ſi de his que eccleſia docet que vult tenet. ⁊ que nō vult nō tenet. non iam inheret doctrine eccleſie ſicut infallibili regule. ſed ꝓprie volūtati. Et ſic manifeſtuz eſt ꝙ hereticus qui pertinaciter diſcredit vnum articulū fidei nō eſt paratus ſequi in oībus doctrinam eccleſie. ſi enim nō pertinaciter diſcrederet vnuz articulum iam nō eſſet hereticus: ſed ſolū errās. Hereticus ergo qui contra vnum articulum fidem nō habet de alijs etiam articulis fidez nō hz. ſed opinionē quādā ſm̄ ꝓpriā voluntatem.

¶ Fides eſt vna .§. iiij.

⁊ catholica ⁊ vera. ¶ Quātum ad primum dicit apoſtolus ad Ephe. iiij. Unus deus. vna fides. Et dicit vna tripliciter. Uno modo inquātum ſumit pro habitu quo credimus. Sic eni eſt vna ſpecie. ſed differēs numero in diuerſis fidelibus. ſicut omnes hoīes participatiōe ſpeciei humane. ſunt vnus homo ſz numero multi. Cum enim obiectuz formale fidei ſit veritas pma. cui inherēdo credimus quecūqz ſub fide ꝯtinentur. Ideo ſicut veritas pma eſt vna. ſ. deus. ita ⁊ fides. Secūdo modo inquātum ſumitur pro eo qđ creditur qđ eſt obiectum materiale. Et ſic etiam dicitur vna: qꝛ idem eſt qđ creditur ab oībus. etſi ſint diuerſa credibilia que cōmuniter credūtur. ab omnibus tamen reducūtur ad vnuz. Quod enim credātur aliqua temporaliter facta ad fidem pertinēt in ordine ad veritatem primaz qui eſt quid eternū. b. Tho. ſe. ſe. q. iiij. Poteſt etiam dici vna. qꝛ ad vnum verum finē dirigit qui eſt deus ad ipſum poſſidēdum. ¶ Dicitur autem catholica in ſymbolo Athanaſij. Hec eſt fides catholica ⁊c̄. Et in ti. j. decre. de ſum. trinita. ⁊ fide catho. vbi dicit beatus Tho. in expoſitione ipſius tituli ⁊ pmi capli. ꝙ catholica dicitur vniuerſalis. Dicitur autem vniuerſalis. tum propter vniuerſarum precepta regularum. tum quia eius cultus per omnes pene mūdi terminos emanauit. Hereticoꝝ autem errores ſub certis angulis terrarum includūtur. hec bea. Tho. Uel etiam quia ſola de vniuerſali bono: ideſt deo recta tradit. ⁊ vniuerſa vitia vitare docet ⁊ vniuerſas virtutes amplecti. ¶ Dicitur autez vera. qꝛ ita veraciter predicat vt falſitatem cōtinere non poſſit. Quod ita probat be. Thom̄. ſe. ſe. q. j. Nihil dicitur ſubeſt alicui potētie vel habitui vel actui: niſi mediante ratione formali obiecti. Sicut color nō poteſt videri niſi per lumen: nec ꝯcluſio ſciri niſi per medium demōſtrationis. Sed vt dictum eſt ratio formalis obiecti fidei eſt veritas prima. Unde nil poteſt cadere ſub fide niſi inquātum ſtat ſub veritate prima ſub qua nulluz falſum ſtare poteſt. ſicut nec non ens ſub ente: nec malum ſub bonitate. Et ideo ⁊c̄. Fides aūt hec. ſ. vna catholica ⁊ vera eſt fides eccleſie ro. Unde Amb. de Cypriano ait. Nec vllam putauit veram niſi vere fidei gratiam. hoc eſt in romana eccleſia. Nec putauit fidez eſſe in ſciſmate. Etenim cum ꝓpter eccliam Chriſtus paſſus ſit: ⁊ corpus eius ſit eccleſia. nō videtur ab his fides exhiberi Chriſto a quibus euacuat chriſti paſſio atqꝫ diſtrahit. ſ. per ſciſma. xxiiij. q. j. aduocauit. Item. q. e. c. h eſt fides. Et ſi qs obijceret: ꝙ pōt quis adorare hoſtiam nō ꝯſecratā qꝛ ſacerdos non ꝯſecrauit vt ille eſtimat. Et ſic credit ibi eſſe chriſtuz ⁊ nō eſt. ergo fidei poteſt ſubeſſe falſuz. Rñ. b. Tho. vbi. ſ. ꝙ fides credētis non refertur ad has ſpecies vel illas panis: ſed ad hoc ꝙ veruz corpus chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis: quando recte fuerit conſecratum. Unde ſi non eſt recte conſecratum fidei non ſubeſt falſum.

Fides quare dicitur vna.

Quare dicitur catholica.

Quare dicitur vera.

¶ Fides autem in .§. v.

intellectu vt in ſubiecto ꝓprie ⁊ pncipaliter cōſiſtit. ſecūdario in voluntate quātum ad actum eius. Quod ſic declarat be. Thom̄. ſe. ſe. q. iiij. Credere quidē actus fidei eſt actus intellectus ſm̄ ꝙ mouetur a voluntate ad aſſentiendum. Procedit ergo huiuſmodi actus ⁊ ab intellectu ⁊ a voluntate quoꝝ vterqꝫ natuz eſt perfici per habituz. Et ideo oportet ꝙ tam in intellectu ꝙ̄ in volūtate ſit aliquis habitus ſi debeat actus fidei eſſe perfectus. ſicut etiam ad hoc ꝙ actus cōcupiſcibilis ſit perfectus. oportet ꝙ ſit habitus prudentie in ratione ⁊ habitus temperātie in cōcupiſcibili. Nam ad perfectionem actus qui ex duobus principijs actiuis procedit requiritur ꝙ vtrūqꝫ actiuoꝝ principium ſit perfectum. Non enim poteſt bene ſecari: niſi ⁊ ſecans habeat artem: ⁊ ſerra ſit bene diſpoſita ad

ſecũdum. Diſpoſitio autem ad bene agendum in illis potentijs anime que ſe habẽt ad oppoſita eſt habitus. Et ideo oportet ꝙ actus ꝓcedẽs ex his duabus potentijs talibus ſit pfectus habitu aliquo preexiſtẽte in vtraqꝫ potentiarum. Et q: credere eſt immediatus actus itellectus: q: obiectuꝫ huius actus eſt verum qḋ proprie ptinet ad intellectuꝫ. ideo oportet ꝙ fides que eſt proprium principiũ huius actus. ſicut in intellectu vt in ſubiecto. Dicitur autẽ ab Aug. ꝙ fides eſt in credẽtium volũtate. inquãtuꝫ actus eius mouetur ex imperio volũtatis ad aſſentiendum credibilibus. ¶ Item nota ſm be. Tho. vbi. ſ. ꝙ charitas dicitur forma fidei: nõ ꝙ ſit forma intrinſeca que dat eſſe rei. ſed inquantũ informat actum eius. ſ. credere vt ſic operetur ⁊ mereatur. Et ad hoc facit qḋ habetur de pe. di. ij. §. item dñs. Amẽ ⁊c. Nihil enim ꝓhibet vnum actum a diuerſis habitibus informari. Item ſm bea. Tho. vbi. ſ. Fides informis. i. ſine charitate: ⁊ formata ideſt cum charitate: nõ ſunt diuerſi habitus quoꝝ vno adueniente. alter qui prius erat in aĩa corrũpatur vt quidam dixerit. Nec etiam ꝙ ambo ſint ſimul in habẽte prius fidem informẽ: ⁊ poſtea formatam vt alij dixerũt: ſed eſt vnus ⁊ idem habitus nõ diuerſi. Ratio eſt: q: habitus diuerſificatur ſm id qḋ per ſe pertinet ad habitũ. Fides autẽ ſit perfectio intellectus. id per ſe pertinet ad fideꝫ qḋ per ſe pertinet ad intellectum. qḋ autẽ pertinet ad volũtatem non per ſe pertinet ad fidẽ: ita ꝙ per hoc poſſit diuerſificari habitus fidei. Diſtinctio autem fidei informis ⁊ formate. eſt ſm id qḋ pertinet ad volũtatem. i. ſm charitatem. Quod aũt gratia adueniens in eo qui habet fidem informẽ nõ cauſet habitum fidei per accidens eſt ꝓpter diſpoſitioneꝫ ſubiecti: q: ſcꝫ iam habet fidem: ſed q: informẽ habet format ⁊ perficit eam. Sicut ecõtrario ſm peccatum mortale qḋ quis cõmittit: nõ tollit gratiam. cũ tamen omne mortale de ſe tollat eam. Et ratio eſt: q: iam amiſerat per primum.

Charitas dĩ forma fidei.

¶ Actus fidei eſt triplex. Caplm. iij.

De actu fidei nota ꝙ triplex eſt actus fidei: ſcꝫ voluntaria cordis aſſenſio: publica oris confeſſio: ſalutifera mortis ſuſceptio. ¶ Primus ergo actus fidei eſt voluntaria cordis aſſenſio dicente apoſtolo ad Romanos. x. Corde creditur ad iuſtitiam. quod exponitur tripliciter. ꝑmo ſic. Uere credere dat ſalutem eo ꝙ dat iuſtitiaꝫ que non eſt cauſa ſalutis. ſecũdo ſic. Corde creditur ad iuſtitiam: ideſt per fidem cordis iuſtificatur aliquis: vt ſcilicet fiat de peccatore iuſtus. tertio modo ſic. Corde creditur ⁊c. ideſt voluntarie creditur: quia cetera poteſt homo non volens. credere autem non poteſt niſi volens. ⁊ diff. niens Augu. quid ſit credere dicit ꝙ nil aliud eſt ꝗ̃ cum aſſenſione cogitare. Pro cuius intellectu ſex notari poſſunt.

Actꝰ fidei eſt triplex.

¶ Primuꝫ eſt quid ſit aſſenſus ⁊ qd ꝯſenſus.
¶ Secundo vbi hec duo aſſentire: ſciꝫ ⁊ diſſentire inueniuntur.
¶ Tertio quid ſit cogitare ⁊ quot modis dĩ.
¶ Quarto quis ſit ordo inter cogitare ⁊ aſſentire ⁊ econuerſo.
¶ Quinto ꝙ fides conſiſtit media inter duas cogitationes.
¶ Sexto quod aſſentire veritati contingit tribus modis.

¶ Quãtum ad primuꝫ no. ꝙ aſſenſus dicitur determinatio cogitationis ad aliquid quaꝫ cognitioneꝫ vel determinationẽ cognitionis aliquid nõ precedit. Conſenſus vͦo dicitur determinatio volũtatis ad vnũ: que preſupponit cognitionẽ cum qua ſimul ſentit: dum in illud tẽdit qḋ ratio bonum iudicet: ita ꝙ aſſentire dicit eſſe intellectus ꝯſentire volũtatis. hec bea. Tho. ſe. ſe. q. ij. ⁊ in. iij. ſen. ¶ Quãtũ ad ſcḋm ſciẽdum ꝙ cum ſit triplex opatio intellectus. ſ. Simpliciuꝫ ſeu incõplexoꝝ apprehẽſio. Secũda cõpoſitio ⁊ diuiſio. ſ. per affirmationẽ ⁊ negationẽ. Tertia argumẽtatio. ſ. de vno in aliud diſcurſus. Aſſentire ⁊ diſſentire circa fidẽ non reperit in prima opatione intellectus: ſed in ſecũda eo ꝙ fides habet aſſenſuꝫ qui eſt determinata acceptatio alterius partis ꝯtradictionis. Qui enim aſſentit intellectũ ad alterã prẽ ꝯdictionis determiat. ¶ Quãtũ ad tertiũ. ſ. qd ſit cogitare. nota ꝙ põt ſumi tripliciter. Uno modo cõmuniter pro qualibet actuali cõſideratione intellectus: ſicut accipit Aug. in. xiiij. de trini. Scḋo modo ſumitur pro actuali ꝯſideratione intellectus: que eſt cum quadã inquiſitione animi deliberantis. nõdum perfecti per plenã viſionem vel certitudinem veritatis: ſicut accipit Auguſt. in. xv. de trini. Tertio modo ſumitur pro actu virtutis cogitatiue. In propoſito ſumitur ſcḋo modo. Importat enim diſcurſuꝫ rationis cogitatio: q: cogitare eſt ſimul cogitare be. Tho. ſe. ſe. q. ij. quomodo actus intellectus ſe habeat ad cogitationem ⁊ aſſenſum nunc declarandum. ¶ Quantum ad quartuꝫ ergo quis ſcilicet ſit ordo iter cogitare ⁊ aſſentire. nota quadruplicem modum. Nam aliquando aſſenſus eſt ſine cogitatione: vt patet in intelligente ſine reſpectu principiorum quoruꝫ eſt intellectus. Intelligens enim aſſenſuꝫ habet ſine cogitatione ideſt diſcurſu: quia ſtatim probat ipſa audita: ſcilicet principia ſm Boe. Aliquando cogitatio eſt cauſa aſſenſus:

Aſſẽſus ⁊ cõſenſus diſferunt.

Cogitare ſumitur tripliciter

Ordo iter cogitaꝛ ⁊ aſſẽtire

eſt mortuum: vt patet in homine. Ita quanto
fides eſt nobilior cum eſt viua. tanto vitupera/
bilior chriſtianꝰ ex fide mortua. ꝛ dignior ma/
iori pena propter maiorem ingratitudinẽ. Exẽ
plum in vitaſpatrum de beato Machario qui
interrogauit caluariam cadaueris pagani. Si
in inferno erant alij inferiores ꝛc̃.

ℂ De habitu fidei ꝛ eius quidditate. Cap. ij.

De habitu fidei. Et
primo de diffinitione fidei ꝛ eius de/
claratione. Apoſtolus ad Hebre. xj.
ſic diffinit fidem: que diffinitio per/
fectiſſima eſt. Fides eſt ſubſtantia ſperandaruz
rerũ argumẽtum non apparentiũ. In qua diſ/ *quid ſit fides.*
finitione apls tria tangit. ſ. fidei obiectum vel
intuitum obiecti: vel premij initium: attingen
di modũ. ℂ Primo tãgit obiectum fidei cum
dicit ſperãdarum rerum. Nam obiectuz fidei
eſt prima veritas vt nõ viſa: qd pertinet ad ra/
tionem rei ſperate. ſm illud ad Rom. viij. Qd
non videmus ſperamus. Ueritatem autem vi
dere eſt ipſam habere. Non aũt ſperat aliquis
qd iam habet: ſed ſpes eſt de eo qd nõdum ha/
betur. ℂ Secũdo tangit obiectũ vel p̃mij initi
um cum dicit. fides eſt ſubſtantia. Sicut p̃muz
enim in quolibet genere continens in ſe alia

virtute dicitur eſſe ſubſtantia illoꝝ. ſic fides.
Nam prima incoatio rerum ſperandarum in
nobis eſt per aſſenſum fidei: que virtualiter cō
tinet in ſe omnes res ſperandas. ¶ Tertio tan
git modum attingendi obiectum cū dicit. ar/
gumentum non apparentium. Et dicitur hic
argumentum vel firma inheſio intellectus p/
fidem ad veritatem non apparentē: vel cōiun/
ctio intellectus: eo ꝙ intellectus credentis ex
auctoritate diuina cōuincit ad aſſentiendū his
que non videntur: vel certitudo eo ꝙ fides du
bitationem tollat. Nā vbi eſt dubitatio nō pōt
eſſe fides. Uel poteſt ſic diuidi diffinitio hui⁹.
Fides tria habet. Aſpicit: efficit: ⁊ reficit. Pri/
mo quidem aſpicit. ſ. primam veritatem nō ha
bitam ſed ſpandam. Unde dr̄ ſperandarum re
rū. Efficit ſcđo fides. i. cauſa eſt faciēs res ſpe/
randas q̄n̄qꝫ eſſe in nobis. Unde dr̄ ſubā: quia
ſicut ſubſtantia eſt cauſa ſuoꝝ accidentium: ita
Diuiſio fides cauſa eſt conſequendi bona ſperata. Ter/
fidei ſ3 tio fides reficit ſeu allicit. Unde dicit argumē
b. Tho/ tum. i. certitudo aſſentiendo his que non appa
mam. rent. ⁊ hoc eſt meritum ⁊ laus fidei ſi certe ⁊ in
dubitanter creditur quod nō videtur. Beat⁹
autem tho. volens verba apoſtoli ad formam
diffinitionis reducere claram ſic dicit fides eſt
habit⁹ mentis. qua ichoatur vita eterna in no
bis. faciens intellectum aſſentire non apparen
tibus. ij. ij. q. iiij. Raynerius.

¶ Pro maiori de/ .§. i.
claratione ſupradicte diffinitionis notāda ſūt
Fides quatuor. primum. ꝙ per predictam diffinitio/
diſtigui nem diſtinguitur fides ab oībus que pertinēt
tur ab ad intellectum. Et primo ab opinione ſuſpitio
his tri// ne: ⁊ dubitatione. per hoc quod dr̄ argumētū.
bus. ſ. Nam per hec tria intellectus nō firmiter inhe
ret alicui. Per dubitationem nō magis tendit
ad vnam partem q̄ꝫ ad alteram. Per opinionē
⁊ ſi declinet fortiter ad vnam partē tamen cū
formidine de oppoſito. Per ſuſpitionem leui//
ter declinat ad vnam partem. Sed per fidē fir
miter inheret credentibus ſine heſitatione. Ex
hoc autem quod dicitur in diffinitione nō ap/
parentiū: diſtinguitur fides ab intellectu. qui
eſt de principijs p ſe notis: ⁊ ſcientia que ē de cō
cluſionibus per demonſtrationem acquiſitis:
per que aliquid intellectui ſit apparenter cui⁹
non eſt fides. Et per hoc quod dicitur ſperan//
darum rerum ſubſtātia: diſtinguitur a fide cō
muniter ſumpta que eſt etiam de humanis:
vt cum quis firmiter credit parentes ſuos eſſe
talem ⁊ talē. ¶ Secūdo: vero eſt quod dr̄ fides
rerū ſperandarū ſubſtātia potius q̄ꝫ diligenda
rū. Ex eo ꝙ dilectio pōt eſſe pñtiū ⁊ abſentiū vi
ſoꝝ ⁊ nō viſoꝝ. Sed ſpes eſt tantum de abſenti

bus ⁊ non viſis. de quibus etiā eſt fides: q̄r etſi
videantur ea que ſunt fidei aliquo modo. ſ. vt
credenda. nō tñ oculo corporali vel intellectua
li demonſtratiue. ¶ Tertium conſiderandum
eſt ꝙ argumentum ex proprijs principijs rei fa
cit rem apparentem. Sed argumentum ſum//
ptum ex auctoritate diuina non facit rem ap//
parentem: ⁊ tale argumentum ponitur in iſta
diffinitione. ¶ Ubi ſciendum ꝙ argumentū
dicitur quadrupliciter. Primo breuis enarra/ Argumē
tio ſubſequentium. Uel breuis collectio mate/ tū dr̄ q̄
rie totius libri ſimul ſumpte. Et ſic ſumitur in drupli
biblia vbi prologi librorum dicuntur aliquan citer vl
do argumenta. Secundo argumentum dicit accipit.
oſtenſio vel manifeſtatio. ſm illud Jo. iii. Om
nis qui male agit odit lucem: ⁊ non venit ad lu
cem vt non arguantur opera eius. Tertio dici/
tur argumentum ratio vel ſyllogiſmus rei du
bie faciens fidem. ⁊ hoc modo ſumitur in logi
cis: ſed in theologicis econtra fides facit argu
mentum ſeu rationem. Aliquando etiam dicit
medium in quo ſtat virtus ſyllogiſmi ſeu p q̄đ
aliquid probatur. ⁊ ſic ſumitur in glo. decreto
rum. Quarto dicitur argumentum certitudo
ex qua animus mouetur in aliquid. ⁊ ſic fides
dicitur argumentum. ¶ Quartum vero eſt ꝙ
aliqua habent certitudinem ex alijs ſicut cōclu
ſiones ex principijs ſic ex articulis fidei q̄dam
ſequuntur ex articulo: vt q̄r deus eſt iuſtus red
det vnicuiqꝫ ſm opera ſua: quedā vero habēt
certitudinem ex ſemetipſis. Et hec ſunt tribus
modis. Nam quedam habent certitudinē ra
tione euidentie. ſicut principia que ſunt per ſe
nota: vt de quolibet eſt affirmatio vel negatio.
Secundo quedam ſunt que habent certitudi/
nem ex informatione conſcientie. Et hec eſt cer
titudo fidei ſiue formate ſiue informis. Cū enī
prima veritas fidem inſpirat. ſic conſcientiā.
inflāmat: vt ſicut aliquis cogitur ipſa euiden/
tia conſentire iſti veritati omne totum eſt ma//
ius ſua parte: ita cogitur aſſentire his que ſunt
fidei. Item per habitum infuſum fidei ipſa in
formatione conſcientie artatur ⁊ cogitur con//
ſentire pme veritati propter ſe. Unde ſicut ne/
gare hoc. Omne totum eſt maius ſua parte: ē
contra ſuam conſcientiam. ¶ Ita negare arti/
culum fidei eſt contra ſuam conſcientiam. Ter
tio quedam habent certitudinem ſenſus ſeu ex
perientie. que certitudo eſt per modum guſtus
⁊ tactus. Et talis certitudo eſt in virtutibus re
ſpectu ſuorum obiectorum. Et in fide formata
reſpectu credibilium prime veritatis. Rayne.
Et nota ꝙ non ſolum ita debet quilibet firmi//
ter credere ea que ſunt fidei. extra de ſumma
trinitate ⁊ fide catholica. Nos firmiter credi/
mus ⁊ nullatenus dubitamus. Sꝫ ēt credē ꝙ

extra huiuſmodi fidez in quacūqz alia ſecta ſaluari nō poteſt. Unde extra de fid. ca. dicitur in ca. j. Una eſt fidelium vniuerſalis eccleſia extra quam nullus oīno ſaluatur. Et in huius figuram omnes qui reperti ſunt extra archaz Noe perierunt diluuio. xxiiij. q. j. quia ex ſola.

Fidem eſſe prio- .§.ij.

rem alijs virtutibus quadrupliciter probat. ſ. ratione: diuiſione: autoritate: et ſimilitudine. Primo ratione ſic. Cognitio precedit affectionem. quia nihil diligitur niſi cognituz ſm Aug. ſed fides eſt in cognitione. cetere aūt virtutes in affectione cōſiſtunt. ergo fides eſt alijs virtutibus prior. Itez ſpes nō poteſt haberi de beatitudine niſi credatur poſſibile. qz impoſſibile ſub ſpe nō cadit. Creditur autem eſſe poſſibile beatitudinem haberi per fidē. ergo fides cauſat ſpem. Uolūtas etiam non poteſt deum amare. quod pertinet ad charitatem. niſi intellectus rectam fidem habeat circa ipſum. ergo fides cauſat charitatem et eſt prior ea. Secūdo probatur hoc diuiſione ſic ſm Augu. in ſermone. quatuor modis eſt aliquid prius altero. Primo eternitate. et ſic ſolus deus pcedit omnia. Secundo tēpore. vt flos fructum precedit et ſic fides nō eſt prior alijs virtutibus infuſis. eo ꝙ oēs virtutes diuinitus ſimul infundunt. Tertio aliquid eſt prius altero vel perfectiōe. vel electione. vt fructus precedit florem. et forma eſt prior materia ordine perfectiōis. et perfectum imperfecto. et actus potētia. Et hoc modo fides nō eſt prior: ſed charitas eſt prior fide et ſpe. eo ꝙ fides et ſpes perficiūtur et formātur per charitatem. Quarto modo eſt aliquid prius altero origine. ſicut ſonus precedit cantū et lux ſplēdorez. Et hoc modo fides precedit ſpem et charitatem. ſicut materia precedit formaz. potētia actum. imperfectū perfectum. Tertio pbatur hoc autoritate. Nam apl'us ad Hebre. xj. dicit ꝙ fides eſt ſubſtātia ſperādarum reruz ſed ſubſtantia habet rationē primi. ergo fides eſt prima inter virtutes. Quarto ſimilitudine fundamēti. ſic pbatur. Fundamētum materialiter loquēdo eſt prius alijs quātum ad ordinē qz precedit alias partes. Item quātum ad virtutem: qz fundamētuz ſuſtinet edificium totuz quorū vtrūqz per ſimilitudinem reperitur in fide. Raynerius. Hinc et Greg. dicit. j. q. j. Cum paulus dicat. Fundamētuz aliud nemo poteſt ponere preter id qꝺ poſitum eſt. qꝺ eſt chriſtus ieſus. i. fides chriſti. Conſequenter probatur. quia vbi Chriſtus non eſt fundamētum nulluz boni operis ſupereſt edificium.

Fides fuit in an- §.iij.

gelis ante ꝯfirmationem vel lapſum: et in hoīe ante peccatū. qꝺ ſic pbat. b. Tho. ſe. ſe. q. v. Cuz fides ſm aplm ſit argumētum nō apparētiuz. et ſm Aug. de his que nō vidētur. Illa ſola manifeſtatio excludit rationem fidei per quam apparet et clare videtur id de quo pncipaliter eſt fides. Principale aūt obiectum fidei eſt vītas prima. i. deus. cuius viſio clara facit beatos et ſuccedit fidei. Cum aūt angelus ante ꝯfirmationem. et homo ante lapſum nō haberent illam beatitudinē qua videtur deus per eſſentiā. manifeſtum eſt ꝙ nō habuerūt ſic manifeſtam cognitionem ꝙ excluderet ratio fidei. Si autem nō habuiſſent fidem. hoc eſſe nō potuiſſet. niſi qz penitus erat eis ignotū id de quo eſt fides. Sed eſt hꝛ cōſiderādum: ꝙ in obiecto fidei aliquid eſt ibi quaſi formale. et aliquid quaſi materiale. Et formale quidez eſt veritas prima ſupra oēm naturalem cognitionem creature exiſtēs. Et quātuz ad hoc fides eſt in oībus cōmuniter habētibus cognitionē de deo beatitudine nōdum adepta. et in angelis ante ꝯfirmationem. Materiale eſt id qꝺ pponitur credēdum que ſunt multa. qz oēs articuli et que ſequūtur ex illis. Et horū quedā ſunt credita ab vno que ſunt ſcita ab alio etiam in pſenti. Ut ꝙ deus ſit vnus et ſūme bonus et creator omniū rerum et hmōi. Et quātum ad iſta dici poteſt ꝙ angelus ante ꝯfirmationem et homo ante peccatū quoad quedam myſteria de diuinis habuit viſionem nō fidem. de quibus nos habemus fidez. Et ſm iſtum modū pōt ſaluari opinio dicētiū. ꝙ nō habuerūt fidem propter manifeſtam contēplationem quam habebāt de diuinis. In demonibus quoqz eſt fides. Iuxta illud Iaco. ij. Demones credūt et ꝯtremiſcunt. Habēt autem fidem ex hoc ꝙ intellectus eoruz ꝯuincitur ad hoc ꝙ iudicet eſſe credēdum his que dicūtur de deo: lz non ꝯuincantur per euidētiam rei. ſicut nūc ſi aliquis ppheta pronunciaret in noīe dñi aliquid futurum. et adhiberet ſignuz mortuum ſuſcitādo. et hoc ſigno vinceret intellectū vidētis vt cognoſceret manifeſte hec a deo dici qui nō mētitur. lz illud futurum qꝺ predicatur in ſe euidēs non eſſet. vnde ratio fidei non tolleret in eo. Sic demones vidētes multa manifeſta iudicia per miracula vera. et alios modos ex quibus percipiunt doctrinam eccleſie eſſe a deo. quāuis ipſi ipſas res quas docet eccleſia non videant. puta deum eſſe trinū et vnū et huiuſmodi. Ex hoc enim credere non merētur: quia credere eſt meritorium. inquantū voluntas mouet intellectum ad aſſentiēdum credibilibus ex ordine: quia ſcilicet vult deo ſubijci in his que iubet credi etiam ſi clare non videat illa miracula. Sed demones non ſponte

In angelis et hoībus an ꝯfirmatōez fuit fides.

In demonibus eſt fides.

credūt ſed coacti ſignis ⁊ ex perſpicacitate in/
tellectus naturalis. ⁊ hoc eis diſplicet ꝙ ſigna
ſint ita euidētia ꝙ cogant credere. ¶ In here/
In hereti ticis qui diſcredūt in vno articulo: licʒ in alijs
cis non nō errent. nō eſt fides nec formata nec informis
ē fides. Huius ratio eſt ſm̄. b. Tho. ij. ij. q. v. Quia ſub
lata ratione formali obiecti fidei fides remane
re nō poteſt ſicut in alijs habitibus. ſicut etiam
remota luce. viſio eſſe nō poteſt. Obiectuʒ aūt
fidei formale eſt veritas pma ſm̄ ꝙ manifeſta/
tur in ſacris ſcripturis ⁊ doctrina eccleſie. Un/
de quicūqʒ nō inheret ſicut infallibili ⁊ diuine
regule doctrine eccleſie. que procedit ex verita
te pma in ſacris ſcripturis manifeſtata. ille nō
habet habitum fidei. ſed ea que ſunt fidei alio
modo tenet q̄ʒ per fidem. manifeſtum eſt auteʒ
ꝙ ille qui inheret doctrine eccleſie ſicut infalli
bili regule. oībus aſſentit que eccleſia docet.
Alioquin ſi de his que eccleſia docet que vult
tenet. ⁊ que nō vult nō tenet. non iam inheret
doctrine eccleſie ſicut infallibili regule. ſed ꝓ/
prie volūtati. Et ſic manifeſtuʒ eſt ꝙ hereticus
qui pertinaciter diſcredit vnum articulū fidei
nō eſt paratus ſequi in oībus doctrinam eccle/
ſie. ſi enim nō pertinaciter diſcrederet vnuʒ ar
ticulum iam nō eſſet hereticus: ſed ſolū errās.
Hereticus ergo qui contra vnum articulum fi
dem nō habet de alijs etiam articulis fideʒ nō
hʒ. ſed opinionē quādā ſm̄ ꝓpriā voluntatem.

¶ Fides eſt vna .§. iiij.

⁊ catholica ⁊ vera. ¶ Quātum ad primum di
Fides cit apoſtolus ad Ephe. iiij. Unus deus. vna fi/
q̄re di̇ des. Et dicit vna tripliciter. Uno modo inquā
vna. tum ſumit pro habitu quo credimus. Sic enī
eſt vna ſpecie. ſed differēs numero in diuerſis
fidelibus. ſicut omnes hoīes participatiōe ſpe
ciei humane. ſunt vnus homo ſʒ numero mul
ti. Cum enim obiectuʒ formale fidei ſit veritas
pma. cui inherēdo credimus quecūqʒ ſub fide
ↄtinentur. Ideo ſicut veritas pma eſt vna. ſ. de
us. ita ⁊ fides. Secūdo modo inquātum ſumi/
tur pro eo qd̓ creditur qd̓ eſt obiectum materia
le. Et ſic etiam dicitur vna: qꝛ idem eſt qd̓ credi
tur ab oībus. etſi ſint diuerſa credibilia que cō
muniter credūtur. ab omnibus tamen reducū/
tur ad vnuʒ. Quod enim credātur aliqua tem/
poraliter facta ad fidem pertinēt in ordine ad
veritatem primaʒ qui eſt quid eternū. b. Tho.
ſe. ſe. q. iiij. Poteſt etiam dici vna. qꝛ ad vnum
verum finē dirigit qui eſt deus ad ipſum poſſi
dēdum. ¶ Dicitur autem catholica in ſymbo
Quare lo Athanaſij. Hec eſt fides catholica ⁊c̄. Et in
dicit ca ti. j. decre. de ſum. trinita. ⁊ fide catho. vbi dicit
tholica. beatus Tho. in expoſitione ipſius tituli ⁊ pmi
capli. ꝙ catholica dicitur vniuerſalis. Dicitur
autem vniuerſalis. tum propter vniuerſarum
precepta regularum. tum quia eius cultus per
omnes pene mūdi terminos emanauit. Here/
ticoꝝ autem errores ſub certis angulis terra/
rum includūtur. hec bea. Tho. Uel etiam quia
ſola de vniuerſali bono: ideſt deo recta tradit.
⁊ vniuerſa vitia vitare docet ⁊ vniuerſas vir/
tutes amplecti. ¶ Dicitur auteʒ vera. qꝛ ita ve
raciter predicat vt falſitatem cōtinere non poſ/ Quare
ſit. Quod ita probat be. Thom̄. ſe. ſe. q. j. Nihil dicitur
ſubeſt alicui potētie vel habitui vel actui: niſi vera.
mediante ratione formali obiecti. Sicut color
nō poteſt videri niſi per lumen: nec ↄcluſio ſci/
ri: niſi per medium demōſtrationis. Sed vt di/
ctum eſt ratio formalis obiecti fidei eſt veritas
prima. Unde nīl poteſt cadere ſub fide niſi in/
quātum ſtat ſub veritate prima ſub qua nulluʒ
falſum ſtare poteſt. ſicut nec non ens ſub ente:
nec malum ſub bonitate. Et ideo ⁊c̄. Fides aūt
hec. ſ. vna catholica ⁊ vera eſt fides eccleſie ro.
Unde Amb. de Cypriano ait. Nec vllam puta/
uit veram niſi vere fidei gratiam. hoc eſt in ro/
mana eccleſia. Nec putauit fideʒ eſſe in ſciſma
te. Etenim cum ꝓpter eccliam Chriſtus paſſus
ſit: ⁊ corpus eius ſit eccleſia. nō videtur ab his
fides exhiberi Chriſto a quibus euacuat chri/
ſti paſſio atqʒ diſtrahit. ſ. per ſciſma. xxiiij. q. j.
aduocauit. Item. q. c. c. h eſt fides. Et ſiqs obij/
ceret: ꝙ pōt quis adorare hoſtiam nō ↄſecratā
qꝛ ſacerdos non ↄſecrauit vt ille eſtimat. Et ſic
credit ibi eſſe chriſtuʒ ⁊ nō eſt. ergo fidei poteſt
ſubeſſe falſuʒ. Rn̄. b. Tho. vbi. ſ. ꝙ fides credē
tis non refertur ad has ſpecies vel illas panis:
ſed ad hoc ꝙ veruʒ corpus chriſti ſit ſub ſpecie
bus panis ſenſibilis: quando recte fuerit con/
ſecratum. Unde ſi non eſt recte conſecratum fi/
dei non ſubeſt falſum.

¶ Fides autem in .§. v.

intellectu vt in ſubiecto ꝓprie ⁊ pncipaliter cō/
ſiſtit. ſecūdario in voluntate quātum ad actum
eius. Quod ſic declarat be. Thom̄. ſe. ſe. q. iiij.
Credere quidē actus fidei eſt actus intellectus
ſm̄ ꝙ mouetur a voluntate ad aſſentiendum.
Procedit ergo huiuſmodi actus ⁊ ab itellectu
⁊ a voluntate quoꝝ vterqʒ natuʒ eſt perfici per
habituʒ. Et ideo oportet ꝙ tam in intellectu q̄
in volūtate ſit aliquis habitus ſi debeat actus
fidei eſſe perfectus. ſicut etiam ad hoc ꝙ actus
cōcupiſcibilis ſit perfectus. oportet ꝙ ſit habi/
tus prudentie in ratione ⁊ habitus temperātie
in cōcupiſcibili. Nam ad perfectionem actus
qui ex duobus principijs actiuis procedit re/
quiritur ꝙ vtrūqʒ actiuoꝝ principium ſit per/
fectum. Non enim poteſt bene ſecari: niſi ⁊ ſe/
cans habeat artem: ⁊ ſerra ſit bene diſpoſita ad

ſecãdum. Diſpoſitio autem ad bene agendum
in illis potentijs anime que ſe habẽt ad oppoſi
ta eſt habitus. Et ideo oportet q actus pcedẽs
ex his duabus potentijs talibus ſit pfectus ha
bitu aliquo preexiſtẽte in vtraqȝ potentiarum.
Et q2 credere eſt immediatus actus itel ectus:
q2 obiectuȝ huius actus eſt verum qđ proprie
ptinet ad intellectuȝ. ideo oportet q fides que
eſt proprium principiũ huius actus. ſicut in in
tellectu vt in ſubiecto. Dicitur autẽ ab Aug. q
fides eſt in credẽtium volũtate. in quãtuȝ actus
eius mouetur ex impio volũtatis ad aſſentien
dum credibilibus. ℭ Item nota ẽm be. Tho.
Chari// vbi. ṡ. q charitas dicitur forma fidei: nõ q ſit
tas dr̃ forma intrinſeca que dat eſſe rei. ſed inquantũ
forma informat actum eius. ſ. credere vt ſic operetur
fidei. ⁊ mereatur. Et ad hoc facit qđ habetur de pe.
di. ij. §. item dñs. Amẽ ⁊c̃. Nihil enim phibet
vnum actum a diuerſis habitibus informari.
Item ẽm bea. Tho. vbi. ṡ. Fides informis. i. ſi
ne charitate: ⁊ formata ideſt cum charitate: nõ
ſunt diuerſi habitus quoꝝ vno adueniente. al/
ter qui prius erat in aĩa corrũpatur vt quidam
dixerũt. Nec etiam q ambo ſint ſimul in habẽ
te prius fidem informẽ: ⁊ poſtea formatam vt
alij dixerũt: ſed eſt vnus ⁊ idem habitus nõ di
uerſi. Ratio eſt: q2 habitus diuerſificatur ẽm
id qđ per ſe pertinet ad habitũ. Fides autẽ ſit
perfectio intellectus. id per ſe pertinet ad fideȝ
qđ per ſe pertinet ad intellectum. qđ autẽ per
tinet ad volũtatem non per ſe pertinet ad fidẽ:
ita q per hoc poſſit diuerſificari habitus fidei.
Diſtinctio autem fidei informis ⁊ formate. eſt
ẽm id qđ pertinet ad volũtatem. i. ẽm charita/
tem. Quod aũt gratia adueniens in eo qui ha
bet fidem informẽ nõ cauſet habitum fidei per
accidens eſt. pter diſpoſitioneȝ ſubiecti: q2 ſcȝ
iam habet fidem: ſed q2 informẽ habet format
⁊ perficit eam. Sicut ecõtrario ẽm peccatum
mortale qđ quis cõmittit: nõ tollit gratiam. cũ
tamen omne mortale de ſe tollat eam. Et ratio
eſt: q2 iam amiſerat per primum.

ℭ Actus fidei eſt triplex. Capl̃m. iij.

De actu fidei nota q

triplex eſt actus fidei: ſcȝ voluntaria
cordis aſſenſio: publica oris confeſ/
ſio: ſalutiſera mortis ſuſceptio. ℭ Primus er/
go actus fidei eſt voluntaria cordis aſſenſio di
cente apoſtolo ad Romanos. x. Corde creditur
Act9 fi/ ad iuſtitiam. quod exponitur tripliciter. pmo
dei eſt ſic. Uere credere dat ſalutem eo q dat iuſtitiaȝ
triplex. que non eſt cauſa ſalutis. ſecũdo ſic. Corde cre/
ditur ad iuſtitiam: ideſt per fidem cordis iuſti
ficatur aliquis: vt ſcilicet fiat de peccatore iu/
ſtus. tertio modo ſic. Corde creditur ⁊c̃. ideſt
voluntarie creditur: quia cetera poteſt homo
non volens. credere autem non poteſt niſi vo/
lens. ⁊ diffiniens Augu. quid ſit credere dicit
q nil aliud eſt q̃ȝ cum aſſenſione cogitare. Pro
cuius intellectu ſex notari poſſunt.

ℭ Primuȝ eſt quid ſit aſſenſus ⁊ qđ ꝯſenſus.
ℭ Secundo vbi hec duo aſſentire: ſcilȝ ⁊ diſ/
ſentire inueniuntur.
ℭ Tertio quid ſit cogitare ⁊ quot modis dr̃.
ℭ Quarto quis ſit ordo inter cogitare ⁊ aſſen
tire ⁊ econuerſo.
ℭ Quinto q fides conſiſtit media inter duas
cogitationes.
ℭ Sexto quod aſſentire veritati contingit tri
bus modis.

ℭ Quãtum ad primuȝ no. q aſſenſus dicitur Aſſēſus
determinatio cogitationis ad aliquid quaȝ co ⁊ cõſen
gnitioneȝ vel determinationẽ cognitionis ali ſus diſ/
quid nõ precedit. Conſenſus võ dicitur deter/ ferunt.
minatio volũtatis ad vnũ: que preſupponit co
gnitionẽ cum qua ſimul ſeruit: dum in illud tẽ
dit qđ ratio bonum iudicet: ita q aſſentire di/
cit̃ eſſe intellectus ꝯſentire volũtatis. hec bea.
Tho. ſe. ſe. q. ij. ⁊ in. iij. ſen. ℭ Quãtũ ad ſcđm
ſciẽdum q cum ſit triplex opatio intellectus. ſ.
Simpliciuȝ ſeu incõplexoꝝ apprehẽſio. Secũ
da cõpoſitio ⁊ diuiſio. ſ. per affirmationẽ ⁊ ne/
gationẽ. Tertia argumẽtatio. ſ. de vno in aliud
diſcurſus. Aſſentire ⁊ diſſentire circa fidẽ non
reperit̃ in prima opatione intellectus: ſed in ſe
cũda eo q fides habet aſſenſuȝ qui eſt determi
nata acceptatio alterius partis ꝯtradictionis.
Qui enim aſſentit intellectũ ad alterã ptẽ ꝯdi/
ctionis determiat. ℭ Quãtũ ad tertiũ. ſ. qđ ſit
cogitare. nota q põt ſumi tripliciter. Uno mo Cogita
do cõmuniter pro qualibet actuali cõſideratio re ſumi
ne intellectus: ſicut accipit Aug. in. xiiij. de tri tur tri//
ni. Scđo modo ſumitur pro actuali ꝯſideratio plicite
ne intellectus: que eſt cum quadã inquiſitione
animi deliberantis. nõdum perfecti per plenã
viſionem vel certitudinem veritatis: ſicut ac/
cipit Auguſti. in. xv. de trini. Tertio modo ſu/
mitur pro actu virtutis cogitatiue. In propoſi
to ſumitur ſcđo modo. Importat enim diſcur/
ſuȝ rationis cogitatio: q2 cogitare eſt ſimul co/
gitare be. Tho. ſe. ſe. q. ij. quomodo actus intel
lectus ſe habeat ad cogitationem ⁊ aſſenſum
nunc declarandum. ℭ Quantum ad quartuȝ
ergo quis ſcilicet ſit ordo iter cogitare ⁊ aſſen/ Ordo
tire. nota quadruplicem modum. Nam ali// iter co/
quando aſſenſus eſt ſine cogitatione: vt pa/ gitar̃ ⁊
tet in intelligente ſine reſpectu principiorum aſſẽtire
quoruȝ eſt intellectus. Intelligens enim aſſen/
ſuȝ habet ſine cogitatione ideſt diſcurſu: quia
ſtatim probat ipſa audita: ſcilicet principia ẽm
Boe. Aliquando cogitatio eſt cauſa aſſenſus:

vt in ſciente. Nam ſciens ⁊ cogitationem ⁊ aſ/ſenſum hʒ: ſed non cogitationem cū aſſenſu: ſʒ cogitationē añ aſſenſum. Diſcurrit enī mente ratiocinando. ⁊ inuenta rōne qua concluditur aſſentit. Dubitans nihil hʒ de aſſenſu: ſed cogitationem ſolum: q: in neutram partem decli/nat. diſcurrit tñ ratione. Suſpicans eſt qui hʒ cogitationem abſqʒ aſſenſione. in vnam tñ partem declinat magis ꝗʒ in aliam aliquo leui ſi/gno. ℭ Neſciens neqʒ aſſenſum neqʒ cogita/tionem hʒ. Aliquando cogitatio eſt ſine aſſen/ſu perfecto vt in opinante. Nam opinans habʒ cogitationem diſcurrēs ratiocinando: ſed non habet perfectum aſſenſum cum habeat formi/dinē de oppoſito: ⁊ ſi fortiter declinet ad vnaʒ partem. Aliqñ aſſenſus eſt ſimul ⁊ cogitatio vt in credente. Nam credens hʒ ſimul aſſenſum firmiter inherendo ⁊ cogitationeʒ diſcurrēdo ratione poſt aſſenſum qua oſtenditur tali veri/tati firmiter inherendum vt magis intelligat: ⁊ ſi non clare ſeu demōſtratiue videat. b. Tho. ij. ij. q. ij. ⁊ in. iij. ſen. ℭ Quantum ad quintuʒ nota ꝙ fides conſiſtit media inter duas cogitationes: quarum vna voluntatem inclinat ad credendum: ⁊ hec cogitatio precedit fidem. Alia cogitatio tendit ad intellectum eorū que iam credit. b. Tho. in. iij. ſen. ℭ Quantum ad ſextum nota ꝙ tribus modis aſſentitur verita/ti. Primo: quia ſic aſſentienti apparet: ⁊ iſte eſt aſſenſus opinantis: qui hʒ formidinem ex parte aſſentientis: ſed apparentiaʒ ex parte rei cui aſſentitur. Scdō aſſentit quis veritati alicui: q: ſic videtur eſſe ſm veritatem. ⁊ iſte eſt aſſenſus ſcientis qui habet ſecuritatem ex parte aſſen/tientis: ⁊ euidentiaʒ ex parte eius cui aſſentit. Tertio modo aſſentit quis v̇itati. non q: ita vi/det eſſe. ſ. clare. ſed q: hʒ idoneum teſtimoniū ⁊ ſic eſt aſſenſus fidei q̇ habet ſecuritatē ex pte aſſentientis. qui non dubitat ſed eſt certus. de/fectum vero euidentie ex parte rei cui aſſentit. Et credere eſt medium inter ſcire ⁊ opinari. ⁊ de vtroqʒ participat. ⁊ a quolibet diſfert. Nam cum ſcia pticipat fides p ſecuritatem. ſʒ differt q: non hʒ euidentiam. ⁊ cū opinione pticipat propter defectum rei ex parte cui aſſentit. Sed differt ab ea. q: habet certitudinem non formi/dinem de oppoſito. b. tho. ij. ij. q. ij. Si quis ei dubitaret proprie ſumendo dubitationem nō eſſet fidelis. Unde dˀ extra de here. c. i. Dubiꝰ in fide eſt infidelis. Et ſignanter dictum eſt p/prie: q: large ſumēdo p omni motu dubitationis. ſicut qui tentatur de his que ſunt fidei. ali/as cū non aſſentit voluntarie tali dubitatione ſed hʒ diſplicentiam non eſt infidelis.

Verita/ti aſſen/tit tribꝰ modis.

ℭ Sciendum eſt .§. i.

etiam actus fidei interior dicit tribus modis ſm magiſtrum ſen. in. iij. di. xxiij. Credere deū credere deo: ⁊ credere in deuʒ. Que diſtinctio originaliter eſt Aug. ſuper Jo. Hec aūt tria ſʒ bea Tho. ij. ij. q. ij. ⁊ in. iij. ſent. non ſunt diuerſi actus fidei: ſed vnus ⁊ idē actus cōpletus fi/dei habens diuerſos actus fidei: ſed vnus eſt actus completus habens diuerſam relationeʒ ad fidei obiectum. Obiectum auteʒ fidei ideſt quod credit. quod poteſt dici eſſe ens cogitabile ſupra rationē: primum cui propter ſe datur aſſenſus. Et in hoc qꝺ dicitur ſupra rationem ſeparatur ab his quoꝝ eſt credulitas ſm rōneʒ vt in principijs ſciarum. In hoc ꝙ dicit primū ſeparatur ab his que ſunt creature. In hoc ꝙ dicitur cui datur aſſenſus ꝓpter ſe. ſeparatur ab illa cognitiōe que eſt per viā rōnis. ℭ Primo ergo credere deum eſt actus fidei ſm ꝙ intellectus determinatur ad vnuʒ. Nam obiectū fidei eſt deus ſm ꝙ in ſe ꝯſideratur. vel aliqd circa ipſum vel ab ipſo. Quamuis deuʒ eē ſimpliciter poſſit demonſtrari. tamen deum eē trinum ⁊ vnum ⁊ alia hmōi ſm ꝙ eſt actus fidei ſcilicet credere deum. demonſtrari non poteſt. ℭ Scdō credere deo eſt actus fidei ſm ꝙ ratio inclinat voluntatem ad aſſentiendum deo. Ratio autem quare voluntas inclinatur ad aſſen/tiendum his que non videt eſt quia deus ea dicit. Sicut homo in his que non videt credit teſtimonio alicuius boni viri. qui videt ea que ipſe non videt. Sic homo inducitur ad credē/dum per ea que dicta ſunt de deo miraculis cōfirmata. Similiter fidelis credit homini de his que ſunt fidei. non q: homini ſed inquantum deus per ipſum loquitur. quod ex certis expe/rimentis ⁊ miraculis colligere poteſt. Infide/lis autem non credit deo loquenti in homine. ℭ Tertio credere in deum eſt actus fidei. ſm ꝙ intellectus determinatur a voluntate ad tendendum in deum. Et ſic credere in deuʒ eſt credendo tendere in eum. Sicut ei amare deū eſt ſimpliciter actus charitatis. ita amando credere eſt actus fidei per charitatem mote ad actuʒ ſuum ſm. b. Tho. ij. ij. q. ij. ar. ij. Unde Grana/nus de pe. di. ij. §. cum ergo dicit. In xp̄m cre/dit qui charitatem habet. In chriſtum quippe credere eſt amando in ipſum tendere. Hec eſt fides que per dilectionem operatur. vt diffinit apoſtolus. Et ſic credere deum eſt ſicut materiale obiectum intellectus ſcilicet credere ꝙ deus ſit ⁊ huiuſmodi. Credere deo eſt ſicut formale obiectum quod eſt veritas prima. Et ſic crede/re deo eſt credere vera eſſe que deus dicit. quia ipſe dicit. Credere in deuʒ eſt credere per amorem prime veritati. ⁊ credendo amare cuʒ ſup omnia. Et credere deo vt veritas ſcilicet q: vera que

ra que dicit deus. Credere deuꝫ vt virtuoſitas ſeu potentia ſcilicet eſſe oīpotentem creatoreꝫ. Credere in deuꝫ vt bonitas. i. in eius bonitatē tēdere guſtādo per amorē. hec Raynerius.

¶ De actu exteriori .§.ij.

fidei qui dicitur confeſſio. no. ſm be. Tho. ij. ij. q. iij. ꝙ eſt triplex cōfeſſio. ¶ Prima eſt peccatorum: de qua Jac. v. Confitemini alterutrum peccata vr̄a. Et h̄ eſt actus pn̄ie ſeu pars ſacri. ¶ Secundo eſt cōfeſſio diuinoꝝ preconiorū. de qua Pſal. cxvij. Confitemini domino quoniam bonus. ⁊ hec eſt actus latrie ſeu virtutis religionis. ¶ Tertia eſt confeſſio articulorum fidei. ad Ro. x. Ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ⁊ hec eſt actus fidei. Hic autem actus ſcilꝫ publica confeſſio eorum que ſunt fidei. non eſt vtiqꝫ ⁊ ſemper de neceſſitate ſalutis: ſed pro loco ⁊ tempore. Et de hoc habes in. ij. parte titu. xj. Ad hoc autem vt talis confeſſio fidei fit ad ſalutem valens oportet ꝙ cōfiteatur quis fideꝫ in recta conuerſatione fidelium. vnde Hiero. Quotienſcunqꝫ vincimur vitijs atqꝫ peccatis totiens deum negamus ⁊ econuerſo. Quotiēs aliquid boni agimus deum confitemur. Nec eſt arbitrandum illos tm̄ in die iudicij a dei filio denegandos qui in martyrio chriſtum negauerunt: ſed illos omnes quorum opere vel ſermone vel cogitatione chriſtus negatur vel confeſſione non confitetur. xj. q. iij. eſtimant.

De actu fidei exteriori. Confeſſio ē triplex.

¶ Eſt autem neceſſaria talis confeſſio propter quattuor. Primo vt deus honorificetur. Secūdo vt fides defendat. Tertio vt proximus edificetur. Quarto vt infidelis cōfundatur. de quibus vide ſupra. de tertio actu fidei. ſcilꝫ ſuſceptionem martyrij habes. ĩ. ti. iij. de fortitudīe.

Fidei confeſſio neceſſaria eſt.

¶ De merito credendi .§.iij.

Nota ꝙ credere eſt laudabile ⁊ meritorium. tripliciter probatur: ſcilicet ratione: ſimilitudine: ⁊ auctoritate. ¶ Ratione quidem ſic probatur. Omnis actus qui ſubijcitur libero arbitrio moto a deo per gratiā ⁊ relatus in deum eſt meritorius. Sed credere eſt actus intellectus aſſentientis veritati diuine ex imperio voluntatis mote a deo per gratiam. ⁊ ſic ſubiacet libero arbitrio in ordine ad deum. ergo actus fidei eſt meritorius. Tho. ſecunda ſecūde. q. ij. Item ſic probatur. Omnis actus virtutis eſt laudabilis ⁊ meritorius: ſed credere ē act⁹ fidei que eſt virtus ergo meritorius. ¶ Similitudine probatur ſic. Sicut cōſideratio actualis ſcientie eſt meritorium. tum ratione libertatis arbitrij: quia in poteſtate hominis eſt conſiderare ⁊ non conſiderare. tum ratione finis ex parte charitatis: vt conſideratio ſcientie referatur ad honorem dei. vel ad vtilitateꝫ proximi: in quo caſu vtrūqꝫ eſt meritorius: quamuis in ipſa ſcientia non ſit meritum: quia intellectus captiuatur ad aſſentiendum veritati: nec remanet voluntas libera ad aſſentienduꝫ. ſic in ꝓpoſito. Cum circa ea que ſunt fidei non cogat intellectus ad aſſentiendum: quia non clare videt: ſicut per ſcientiam remanet voluntas libera ad aſſentiendum vel non aſſentiendū fidei. ⁊ ideo aſſentiendo propter deum meret. Tho. ſecunda ſcđe. q. ij. Augu. autem ſuper Joā. idē probat ſub ſimilitudine radicis dicens. Sicut in radice arboris nulla ꝓſus apparet pulchritudine. ⁊ tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis vel fructus ex illa ꝓcedit. Sic ex fidei humilitate quicquid meriti quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt ex fidei fundamento procedit. ¶ Tertio auctoritate probatur ſic xp̄s dixit Joā. xx. Beati qui non viderūt ⁊ crediderunt. ſed premium non debetur niſi merito. Beatitudo vero eſt vltimum ⁊ perfectū premium: ergo ⁊c̄. Ad predictorum maiorem euidentiam nota quinqꝫ. Primuꝫ eſt ꝙ ratio humana ad ea que ſunt fidei poteſt ſe habere ad voluntatem credentis dupliciter. Uno mō antecedenter: puta cum quis nō vult credere: vel non habet promptam voluntatem ad credendum niſi ratione humana induceretur. Et tūc ratio humana diminuit meritum. Et in hoc caſu intelligenda eſt auctoritas Greg. Fides nō habet meritum ⁊c̄. Secundo modo ratio hūana ſe habet ad voluntatem credentis cōſequēter: puta cum homo habet promptam voluntatem ad credendum etiam ſine ratione. Et ex h̄ ꝙ diligit veritatem creditam ſuper ea cogitat ⁊ amplectitur. ſi quas rationes ad hoc inuenire poteſt. tunc humana ratio non excludit meritum fidei: ſed eſt ſignum maioris meriti be. Tho. ſecūda ſcđe. ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ ea que ſunt fidei: etſi ſupra rationem ſint. non tamen contra rationem. Et ideo querere ea que ſunt ſupra rationem non eſt vituperabile: ſed laudabile: quia homo debet ſe ad diuina dirigere quantum poteſt: vt dicit ph̄s. x. Ethi. bea. Tho. in. iij. ſenten. quod tamen intelligenduꝫ eſt cum quis querit huiuſmodi timorate ⁊ moderate: vt dicit Augu. ⁊ non ſupra capacitateꝫ ſuam. iuxta illud. Altiora ne te queſieris. Eccl. iij. ¶ Tertio nota ꝙ ratio naturalis in his que ſunt fidei poteſt induci vel cum fide vel contra fidem. Et illa quidem ratio. que ſm fideꝫ inducitur poteſt augere meritum inquantum facit voluntatem magis promptam ad credenduꝫ. Ratio autem inducta contra fidem ad difficultatem actum addit. ⁊ per conſequēs auget meritum. Unde manente eadeꝫ voluntate credē-

Credere ē laudabile ⁊ meritorium.

di magis meretur ille que credit illd ad quod
videt multas rationes in contrariũ q̃ꝫ qui eas
non videt: ſicut qui tentatur vehementius de
luxuria vel alio vitio ſi reſiſtat equali volunta/
te magis meretur bea. Tho. in. iij. ſententiarũ.
¶ Quarto nota ꝙ magis meretur ille qui cre
dit ſine ratione vel ſuaſione q̃ꝫ ille qui ſuaſio/
nem: vel rationem querit: manente eadem vo
luntate credendi. Quod ſic probatur. Sicut af
fectus rationalis debet ſumme bonitati dignũ
amorem: ita intellectus ſumme veritati dignã
credulitatẽ. Sicut ergo non eſt digna dilectio
ad deum qua diligitur eius bonitas ſoluꝫ pro
pter vtilitatem: ita eadem ratione non eſt di/
gna deo crudelitas: qua aſſentitur prime veri
tati ſolum propter rationis probationẽ vel ſua
ſionem. Item ſicut aliud eſt diligere aliquem
ex ſuis meritis ſine ratione beneficij: ⁊ aliud di/
ligere ipſum ſine meritis ex ſola virtute ⁊ gra
tia diligentis. ſic aliud eſt credere ex probabili
tate vel euidentia ipſius credibilis. aliud ex vir
tute credẽtis quod eſt maioris meriti. ¶ Quin
to nota ꝙ credere alicui ſubito ſine delibatio/
ne ⁊ ſine inſpiratione ⁊ ſine motione ſufficien
ti: eſt leuitas mentis. Unde dicitur Eccleſiaſti.
xix. Qui cito credit leuis eſt corde. Credere vero
alicui cum diſcretione vel ſpiratione: vel moti/
uo ſufficienti: non eſt leuitas cordis. ſicut facit
ille qui credit ea que ſunt fidei. talis enim ha/
bet ſufficiens motiuum ad credendum. indu/
citur enim auctoritate diuine doctrine miracu
lis confirmate: ⁊ amplius iteriori inſtinctu dei
illuminantis. Et ideo talis non eſt leuiter cre/
dens. vt dicit bea. Tho. in. j. contra gentiles. et
ij. ij. Nec fidei meritum tollit. Raynaldus.

¶ De magnitudi/ . §. iiij.

An fides poſſit augeri vel minui.

ne ⁊ augmento fidei ex eo ꝙ dixit chriſtus cha
nanee. Math. xv. O mulier magna eſt fides
tua. Et centurioni. Math. viij. ¶ Non inue/
ni tantam fidem in iſrael. ⁊ apoſtoli domino.
Adauge nobis fidem. ¶ Sciendum igitur ꝙ
ex parte obiecti formaliter fides non variatur:
nec augetur: nec minuitur. quia obiectum fi/
dei cum ſit veritas prima que deus eſt. ⁊ hec
non variatur nec augetur: ſic nec fides. Sꝫ con
ſiderando fidem ex parte ſubiecti in quo ẽ. ſic
fides tum ex parte fidelium: tuꝫ ex parte credi
torum variatur. Et hoc triplici ratione.
¶ Primo ratione conditionis temporis.
¶ Secundo ratione diffuſionis luminis.
¶ Tertio ratione diſpoſitionis hominis.
¶ Quantum ad primum nota ꝙ quamuis ſit
eadem fides quam habemus de chriſto: ⁊ quã
habuerunt antiqui patres: tamen quia ipſi pre
ceſſerunt chriſtum ⁊ nos ſequimur. ideo eadeꝫ
fides diuerſis verbis a nobis ⁊ ab eis ſignatur.
¶ Nam ab eis dicebatur per verba futuri tẽ/
poris. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiuꝫ. Eſa.
vij. Nos autem dicimus per verba preteriti tẽ
poris: quia concepit ⁊ peperit filium. Beatus
Thom. ſecunda ſcde. q. ciij. ¶ Et notanduꝫ ꝙ
licet eadem fuerit fides omni tempore de my/
ſterio incarnationis apud omnes quantuꝫ ad
ſubſtantiam: diuerſimode tamen quantum ad
explicationem ſm diuerſitatem temporum et
perſonarum. Nam ante ſtatum peccati homo
habuit explicitam fidem de incarnatione chri/
ſti ſm ꝙ incarnatio ordinabat ad conſeruatio
nem glorie. non autẽ ſm ꝙ ordinabatur ad li/
berationem a peccato per paſſionem ⁊ reſurre
ctionem: quia homo non fuit preſcius ſui pec
cati. Poſt peccatum autem homo habuit expli
citam fidem non ſolũ de incarnatione chriſti:
ſed etiam de paſſione ⁊ reſurrectione. quibus
genus humanum liberabatur: ⁊ ante legem et
ſub lege moyſaica: aliter tamen ⁊ aliter. Nam
minores fidem habuerũt circa huiuſmodi my
ſterium implicitam videlicet credendo ⁊ expe
ctando ſalutem ⁊ redemptionem hominum.
modum tamen ignorando ante legem. Sub le
ge vero perſona mediatoris mittenda predica
batur. ſed vtrum homo vel angelus vel deus
eſſet talis: a minoribus neſciebatur. vt dic̃ Hu
go de ſancto vic. Maiores autem tam ante le
gem q̃ꝫ ſub lege fidem habuerunt explicitam
de incarnatiõe chriſti. vt patriarche ⁊ prophe/
te. Et multis eorũ ſpecialis reuelatio facta ẽ. vt
Abrae: yſaac: ⁊ Jacob: Moyſi: Dauid: Eſaie: ⁊
alijs multis. Multi quoqꝫ gẽtiles diuerſis tẽ/
poribus fidem habuerunt explicitam de incar
natione chriſti quibus: ſcilicet reuelatio facta
eſt. vt Job qui dicit. xix. c. Scio ꝙ redemptor
meus viuit ⁊c̃. Et ſibylla etiã pronũciauit que/
dam de chriſto ſcilicet eius natiuitateꝫ: paſſio/
nem: ⁊ reſurrectionem: ⁊ aduentum ad iudici
um. vt refert Lactã. in lib. inſtitu. Et in hiſtori/
is etiam romanorum inuenitur. ꝙ tẽpore Con
ſtantini imperatoris fuit quoddam ſepulchrũ
inuentum in quo iacebat homo habens lami/
nam aureã ſuper pectus ſuum in quo erat ſcri
ptum. chriſtus naſcetur de virgine. ⁊ credo in
eum. O ſol iterum me videbis Cõſtantini tem
poribus bea. Tho. ſecunda ſcde. q. ij. Tempore
vero gratie reuelate tenentur tam minores q̃ꝫ
maiores habere fidem explicitam de his que
in eccleſia proponuntur: ſicut ſunt articuli in/
carnationis. Et cum ipſum myſteriuꝫ incarna/
tionis includat in ſe myſteriuꝫ trinitatis: quia
dicimus de eo ꝙ filius dei patris factus eſt ho
mo conceptus ex ſpirituſancto. natus de virgi
ne. ideo neceſſariũ eſt nunc etiam explicite crede

Antiq [illegible] fidem ha buerũt an legẽ ⁊ ſub le ge.

dere myſterium trinitatis omnibus.ſ.ꝙ ſit pa
ter ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus vnus deus.nõ au
tem quoad alias ſubtilitates circa huiuſmõi.
bea.Tho.vbi ſupra.¶ Et nota quanto magis
propinqui fuerunt chriſto.tanto magis expli/
cite fidem habuerunt de chriſto.Unde Greg.
dicit ſm incrementa tẽporum creuit ſcia ſan//
ctorum patrum.Et propter hoc bea.Joã.bap.
quia fuit propinquiſſimus ſaluatori expſſe co/
gnouit aduentuz chriſti in carne.vnde dixit de
eo.Ego vidi ⁊ teſtimonium perhibui:quia hic
eſt filius dei.Cognouit ad paſſionem eum ven
turuz.vnde dixit.Ecce agnus dei.prenuncians
immolationem eius:nec eſt cõtra hoc ꝙ miſit in
terrogare Jeſuz per diſcipulos ſuos di.Tu es
qui venturus es.Matth.xj.tanquam dubita/

Triplex eſt du/bitatio.

ret.¶ Triplex eſt enim dubitatio.Prima infi/
delitatis qualis fuit in iudeis.Secunda ẽ tar/
ditatis q̃lis fuit in diſcipulis euntibus in ema
us:⁊ quibuſdam alijs.Matth.vlti.Tertia eſt
amoris ſiue pietatis.⁊ h̃ proprie non eſt dubi/
tatio:⁊ talis fuit in Joãne.ſ.quidã horror quo
anima ad modum dubitantis ſe habet.vnde
Ambro.Joannes non fide:ſed pietate dubita/
uit.Horrebat enim conſiderare ꝙ filius dei ad
inferna deſcenderet.Grego.tamen aliter expo
nit.videlicet ꝙ Joannes interrogauerit nõ de
aduentu ſuo in carnem vel ad paſſionẽ que iã
prenunciauerat.ſʒ vtrũ per ſe ad inferna deſcẽ/
deret vel aliuz mitteret ad liberandos patres.
ſm Hiero.Queſiuit per hoc ſi vellet vt eius ad
uentum ad lymbum patribus nunciaret.vt eſ/
ſet precurſor ſuus:tũc ſicut h̃ fuerat.Hilarius
vero ⁊ Chryſo.dicunt ꝙ ꝑdictam inq̃ſitionez
non ꝑ ſe fecit:ſed ꝑ ſuis diſcipulis vt ipſis vi//
dentibus ſigna eius vt contigit perpenderẽt
ipſum eſſe meſſiam qð nondum credebãt.alij
exponunt vt non ſit illud interrogatiuum:ſed
aſſertiuũ magis.i.firmiſ fateor:q: tu es meſſi/
as ⁊ nõ alium expectam⁹.Rayne.Et ſic fides
xpiana eſt magne ꝓfunditatis explicite.

¶ Uariatur ſecũ/ .§.v.

Maior fides re
q̃rif in maiori/
bus.

do fides ex parte fidelium ⁊ creditorum rõne
diffuſionis luminis.Licet enim ſit eadeʒ fides
in maioribus ⁊ minorib⁹ ſubditis ⁊ prelatis.
tñ ſuperiores de credendis tenentur habẽ ple
niorem notitiam q̃ʒ inferiores:quod ſic põt ꝓ/
bari.Explicatio credendorum fit per reuelatio
nem diuinam eo ꝙ credibilia naturalem ratio
nem tranſcendunt.Unde ſicut reuelatio diui//
na quodam ordine ad angelos inferiores per
ſuperiores venit.⁊ ad hoĩes etiam ꝑ angelos:
ita explicatio fidei per ſuperiores venit ad in//
feriores hoĩes.ſicut autem ſuperiores angeli
qui illuminant inferiores de diuinis habent
pleniorem notitiam:ita ſuperiores homines
ad quos pertinet alios erudire de credendis.
debent habere pleniorem notitiam.⁊ eam ma
gis explicite credere.b.Tho.ij.ij.q.ij.¶ Ad
maiorem horuʒ declarationem notanda ſunt
ſeptem.Primum eſt ꝙ ad preceptum charita/
tis:⁊ ſi omnes equaliter teneantur:q: illud eſt
de neceſſitate ſalutis:non ſic omnes qualiter
tenentur ad credenduʒ explicite:quia credere
explicite nõ eſt de neceſſitate ſalutis quoad om
nes equaliter:ſed maiores ad hoc tenentur:q:
cum habeant alios ex officio inſtruere plura te
nentur explicite credere q̃ʒ minores.b.Tho.
ij.ij.q.ij.Secundum eſt ꝙ ſimplices cum non
teneantur omnia explicite credere non ſunt ex
aminandi de ſubtilitatibus fidei niſi quando
haberetur ſuſpitio de eis ꝙ ſint ab hereticis
deprauati qui in his que pertinent ad ſubtilita
tem fidei ſolent fidem ſimplicium deprauare.
b.Tho.ij.ij.vbi ſupra.Tertium eſt ꝙ ſi ſimpli/
ces in ſubtilitatibus fidei deficiant ex ſimplici/
tate:eis non imputatur.precipue ſi nõ inuenia
tur doctrine peruerſe pertinaciter adherere.b.
Tho.ij.ij.vbi ſupra.¶ Quartum eſt ꝙ mino/
res non habent fidem implicitam in fidem ma
iorũ:niſi maiores adhererent diuine doctrine.
Et ex hoc minores debent maiorib⁹ adherere
in credẽdis.Unde apls.j.Cor.iiij.Imitatores
mei eſtote:ſicͭ ego xpi.b.Tho.vbi.ſ.¶ Quintũ
eſt ꝙ cum humana cognitio non ſit regula fi/
dei:ſed veritas diuina:nõ preiudicat fidei ſim
pliciũ qui credunt eos rectã fideʒ habere error
maiorum:niſi minores ⁊ ſimplices maiorum
erroribus in particulari ꝑtinaciter adhererent
contra vniuerſalis eccleſie fidem Bea.Thom.
vbi ſupra.¶ Sextum eſt ꝙ fides vniuerſalis
eccleſie non poteſt deficere.dicẽte domino Pe
tro.Lu.xxij.Ego pro te rogaui vt non deficiat
fides tua.Et quantum quidem ad perſonaʒ pe
tri intelligitur de defectu finali vt ſcilicet ꝙ nõ
periret perſiſtendo in negationis pctõ.Quan/
tum ad eccleſiã autem que intelligiſ in fide pe
tri.ſimplr verũ:q: non põt fides eccleſie defice
re.Nõ quare fides eccleſie in gñali deficere nõ
põteſt q: diuina prudentia ecclia regiſ.ſ.a ſpũ
ſancto eam dirigẽte vt non erret.Et lʒ papa in
particulari errare poſſit vt in iudicialibus in q
bus ꝓceditur per informationem.alr̃s in his q̃
pertinent ad fidem errare non põt.ſcilʒ vt papa
in determinando.etiam ſi vt particularis ⁊ pri
uata pſona.Unde magis ſtandũ eſt ſnĩe pape
de pertinentibus ad fidẽ.quã in iudicio pferr/
ret q̃ʒ opinioni quorũcunqʒ ſapientũ.cũ ⁊ car/
phas licet male prophetauerit inſcius Beat⁹
Tho.in quodlibet.Septimũ eſt ꝙ maiores ad
quos pertinet alios erudire teneñ in his q̃ ſũt

Fides eccleſie non poteſt defi cere.

Maiores tenentur reddere rõnem in his q̃ ſunt fidei.

boni ⁊ entis rationem: habet immediatum or
dinem ad vniuerſale eſſendi principium. Per
fectio igitur rationalis creature non ſolum cō
ſiſtit in eo quod ei competit ſm ſuam naturaꝫ:
ſed etiam in eo quod ei attribuitur ex quadam
ſupernaturali perfectiōe diuine bonitatis. Un
de ⁊ ſupra dictum eſt ꝙ vltima beatitudo ho/
minis conſiſtit in quadam ſupernaturali dei
viſione: ad quam quidem viſionem homo per
tingere non poteſt niſi per modum addiſcen/
tis a deo doctore. ſm illud Joan. vj. Omnis q
audit a patre ⁊ didicit venit ad me. Huius au
tem diſcipline fit homo particeps non ſtatim
ſed ſucceſſiue ſm modum ſue nature. Omnis
autēꝫ talis addiſcens oportet ꝙ credat ad hoc
ꝙ ad perfectam ſcientiam perueniat. Sicut eti
am philoſophus dicit. ꝙ oportet addiſcentem
credere. Unde ad hoc ꝙ homo perueniat ad p
fectam beatitudinem viſionis vel ad perfectaꝫ
viſionem beatitudinis. preexigiẜ ꝙ credat deo
tanquam diſcipulus magiſtro docenti. ⁊ quā/
uis multa de deo per ea que facta ſunt intelle/
ctu conſpiciantur. vt dicitur ad Roma. j. tamē
altiori modo quantum ad plura percipit fides
ɋ̃ ratio naturalis ex conſideratione creatura/
rum. Nec ex hoc imminet homini periculum
errandi: quia ſicut per lumen naturale intelle/
ctus aſſentit principijs: ita per lumen fidei di/
uinitus infuſum homo aſſentit his que ſunt fi
dei: non auteꝫ contrarijs. quāuis non poſſit ea
reſoluere in prima principia ea clare videndo.
vnde ⁊ Grego. in moraľ. exponens illud quod
deus dixit Moyſi. Exo. xxxiij. Sta in petra ⁊c̄.
ſic ait. Jn petra moyſes ponitur vt dei faciem
contempletur: quia niſi quis fidei ſoliditatem
tenuerit diuinam preſentiam non agnoſcit. de
qua ſoliditate deus dixit ſuper hanc petrā edi
ficabo eccleſiam meam. xxiiij. q. j. quia ex ſola.
ideſt ſuper hanc fidem quam es confeſſus.

¶ De neceſſitate .§. ix.

credendi aliqua explicite ⁊ que. Sciendūꝫ ſm
bea. Tho. ſecunda ſecunde. q. j. ⁊. ij. ꝙ ſemper
fuit neceſſarium credere aliquid explicite. Et
in veteri teſtamento apud omnes nationes ſuf
ficiebat credere illa duo que ponit apoſtolus ad
Hebre. xj. Accedentem ad deum oportet crede
re: quia eſt ⁊ ꝙ inquirentium ſe eſt remunera/
tor: ⁊ in diuino eſſe includūtur omnia que cre
dimus in deo eternaliter exiſtere: vt trinitateꝫ
⁊ perfectiones omnes in quibus noſtra beati/
tudo conſiſtit. Jn fide autem prouidentie que
ibi notatur cum dicitur: ꝙ inquirentium ſe eſt
remunerator includūtur omīa que a deo tem/
poraliter diſpenſantur ad hominum ſalutem:
que ſunt via in beatitudinem vt rēdemptio fa
cta per chriſtum in qua implicite continentur
incarnatio: paſſio: reſurrectio: ⁊ huiuſmodi.
Minores ergo credendo illa duo expreſſe. cre
debant implicite omnes articulos fidei. ⁊ hoc
ſufficiebat eis. Maiores vero vt prophete et
alij habuerunt de quibuſdam articulis explici
tam fidem. Jn nouo autem teſtamento poſt tē/
pus gratie reuelate. non ſufficit illa duo crede
re explicite. ſed oportet ꝙ omnes tam maiores
ɋ̃ minores habeant explicitam fidem de my/
ſterijs chriſti. vt incarnationis: paſſiōis: reſur/
rectionis: aſcenſionis: ⁊ huiuſmodi: precipue
de his que cōmuniter ſolēnizat eccleſia. ⁊ que
publice proponuntur. aut etiaꝫ de myſterio tri
nitatis quantum ad numerum. ⁊ diſtinctionē
perſonarum. qꝛ hoc exprimitur in myſterio in
carnationis vt dictum eſt ſupra hoc eniꝫ per ſe
eſt obiectum fidei qꝛ illud proprie ⁊ per ſe ad
obiectum pertinet. per quod homo conſequiẜ
beatitudinem. ⁊ quod eſt via hominibus veni
endi ad beatitudinem hoc eſt myſteriuꝫ incar
nationis ⁊ paſſionis ⁊ huiuſmodi. vnde Aug.
Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites omneꝫ
hominem qui per concubitum viri ⁊ mulieris
concipitur cum originali peccato naſci: morti
qꝫ ſubiectum ob hoc naturaliter naſci filium
ire. a qua ira nullus liberatur niſi per fideꝫ me
diatoris hominis Jeſu xp̄i. de cōſe. diſ. iiij. Sꝫ
vt dictum eſt in veteri teſtō implicitam. nūc ex
plicitam in nouo teſtō quoad adultos. Per ac/
cidens autem ⁊ ſcḋario pertinent ad obiectuꝫ
fidei omnia que in ſcriptura ſacra diuinitꝰ tra/
dita continentur. Sicut ꝙ abraā habuit duos
filios. ꝙ Dauid fuit filius Jſai. ⁊ hmōi. ⁊ quan
tum ad iſta que ſcḋario pertinent. non tenetur
homo explicite credere ſed ſolum implicite et
in preparatione animi inquantum paratus eſt
credere quicquid in ſacra ſcriptura contineẜ.
Sed tūc tenetur explicite credere qn̄ hoc ei cō
ſtiterit in doctrina fidei ꝯtineri. ¶ Sed cōtra
hoc poteſt ſic argui. nullus teneẜ ad id qḋ non
eſt in eius ptāte. ſed credere aliqd explicite nō
eſt in eius ptāte. Dicitur enim ad Ro. x. Qūo
credent ei quem non audierunt. Qūo audient
ſine predicante. qūo p̄dicabunt niſi mittātur.
ſed ad multos non eſt miſſus p̄dicator. ergo ⁊c̄.
Rūdet bea. Tho. ij. ij. q. ij. ar. v. ꝙ ſi in ptāte ho
minis dicatur aliquid eē excluſo auxilio grē.
ſic ad multa teneẜ homo ad que nō poteſt ſine
gratia preparare. ſicut ad diligendum deuꝫ et
proximum. ⁊ ſimiliter ad credēdum articulos fi
dei ſed tm̄ hoc poteſt hō cum auxilio gratie. qḋ
quidem auxilium diuine gratie qbuſcunqꝫ di/
uinitus datur ⁊ miſericorditer a deo daẜ. qui/
bus autem non datur ex iuſtitia in penā prece/
dentis peccati ſaltem originalis non datur. vt

tus eſt mortuos: ⁊ hmōi alia que narrantur in
ſacra ſcriptura ad manifeſtationē diuine maie
ſtatis vel incarnationis xp̄i. Et ſm talia nō opʒ
articulos diſtinguere. Quod autem diffinitur
a quibuſdā articulus ſic. ꝙ eſt inuiſibilis veri/
tas de deo: artans nos ad credendum. magis
datur talis diffinitio ſm etymologiam quādā
nominis prout hʒ deriuationem latinaʒ ꝙ̄ ſm
veram eius ſignificationeʒ prout a greco deri/
uatur: que etiā poteſt ſaluari: qꝛ lʒ ad credēdū
neceſſitate coactionis nullus arcetur cū crede/
re ſit voluntarium. artatur tm̄ neceſſitate finis:
quia accedentem ad deum opoꝛtet credere. Et
ſine fide impoſſibile eſt placere deo. ad Hebꝛe.
xj. aliter ſaluari non poteſt. Tho.

¶ De numero arti/ .§.ij.

De numero articulorum.

culoꝛum. Sciendū ꝙ aliqui ponunt. xiiij. aliq
tantum. xij. Pro quoꝛuʒ declaratione. dicit be.
Tho. ij. ij. q. j. arti. viij. ꝙ illa per ſe pertinēt ad
fidem quoꝛum viſione in vita eterna perfrue/
mur: ⁊ per que ducimur in vitam eternā. Duo
autem nobis ibi videnda pꝛoponunt: ſcilʒ oc/
cultum diuinitatis. cuius viſio nos beatos fa/
cit ⁊ myſterium humanitatis xp̄i: per quem ēt
in gloꝛiam filioꝛum dei acceſſum habemus. vt
dicitur Ro. v. vnde dicitur Jo. xvij. Hec eſt vi/
ta eterna vt cognoſcant te ſolum verū deum: ⁊
quem miſiſti Jeſum chꝛiſtuʒ. Et ideo pꝛima di
ſtinctio articuloꝛum eſt. Quod quidā pertinēt
ad myſterium diuinitatis: quidā ad myſteriuʒ
humanitatis xp̄i. quod eſt ſacramētū pietatis.
vt dicitur. j. ad Ti. iij. Circa maieſtateʒ vero di
uinitatis tria nobis credenda pꝛoponunt. Pꝛi
mo quidem vnitas deitatis. ⁊ ad hoc pertinet
pꝛimus articulus. Scḋo trinitas perſonarum.
⁊ de hoc ſunt tres articuli ſm tres pſonas. Ter
tio pꝛoponuntur nobis opera diuinitatis pro
pꝛia: quoꝛum pꝛimum pertinet ad eſſe nature.
⁊ ſic ꝓponitur articulus creationis. Secundū
vero pertinet ad eſſe gratie. ⁊ ſic ꝓponunt noꝰ
ſub vno articulo oīa pertinētia ad ſignificatio/
nem humanam. Tertium pertinet ad eſſe glīe.
⁊ ſic ponitur alius articulus de reſurrectione
carnis. ⁊ vita eterna. ⁊ ita ſunt ſeptē articuli ad
diuinitatem pertinētes. Similiter circa huma
nitatē chꝛiſti ponunt ſeptem alij articuli. Quo
rum pꝛimus eſt de incarnatione ſeu conceptio
ne chꝛiſti. Secūdus de natiuitate eius ex virgi
ne. Tertiꝰ de paſſiōe moꝛte ⁊ ſepultura. Quar/
tus de deſcenſu eius ad inferos. Quinto de re
ſurrectione. Sextus de aſcenſione. Septimus
de aduentu eius ad iudicium. Et ſic in nume/
ro ſunt quatuoꝛdecim. ¶ Quidaʒ tamē diſtin
guunt articulos in. xij. ſex ptinētes ad deitatē.
⁊ ſex ad humanitatē. Tres enim articulos triū
perſonarū compꝛehēdunt ſub vno: qꝛ eadē eſt
cognitio trium pſonarum. Articulum de ope/
re gloꝛificationis diſtinguunt in duos ſcilʒ in
reſurrectionem carnis ⁊ gloꝛificationē anime.
articulum autem ꝯceptionis ⁊ natiuitatis con
iungunt in vnuʒ. Iſta ſecūda aſſignatio ſcilicet
xij. videtur cōmunioꝛ ꝑcipue quoad vulgares.
Et adaptatur. xij. aplīs. quoꝛuʒ eſt ſymbolus vt
ponit bea. Tho. in. iij. ⁊ Hoſti. in ſum. ibi vide.
Sʒ pꝛima que ponit. xiiij. videtur rōnabilioꝛ.
Nam quāuis patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti vna
ſit cognitio quātum ad vnitatē eſſentie. que p/
tinet ad pꝛimum articulū. quātum vero ad di/
ſtinctionem pſonarum que eſt per reuelationē
oꝛiginis quodāmodo in cognitione patris in/
ducitur filij. Non enim pater eſſet ſi filium nō
haberet. quoꝛū nexus eſt ſpiritusſanctus ꝓpter
qḋ quantum ad hoc bene moti ſunt qui poſue
runt vnum articulum trium pſonarum. Sed
qꝛ circa ſingulas pſonas ſunt aliqua attenden
da. circa que ꝯtingit eſſe erroꝛem quātuʒ ad h
de tribus perſonis poſſunt poni tres articuli.
Arrianus enim poſuit patrem omnipotenteʒ.
ſed non credidit filiū eius coequalem ⁊ ſubſtā
tialem patri. Et ideo fuit neceſſarium ponere
articulum de perſona filij ad hoc determinan/
dum. Et hac ratione contra macedoniū neceſ/
ſe fuit ponere articulum tertium de pſona ſpi/
ritusſancti. Et ſimiliter conceptio ⁊ natiuitatis
poſſunt poni ſub vno articulo. ⁊ etiam reſurre
ctio ⁊ vita eterna ſm vnam rationem. inquan/
tum ad vnum oꝛdinantur. ⁊ ſm aliam rationē
poſſunt diſtingui inquātum ſeoꝛſum habent
ſpeciales difficultates. ¶ Iteʒ nota ꝙ quāuis
vnum deum eſſe poſſit eſſe ſcitum per demon/
ſtrationem. qḋ pꝛobat phs in. xij. meta. tamen
multa de deo tenemus per fidem. que philoſo/
phi naturales inueſtigare non valuerunt ra/
tione. puta circa pꝛouidentiam eius ⁊ omnipo
tentiam. ⁊ ꝙ ipſe ſolus ſit colendus que om/
nia pertinent ad articulum de vnitate dei. Nō
ſit autem mentio inter articulos de ſapiētia dei
⁊ pꝛouidentia ſicut de omnipotentia: quia om
nipotentia includit quodammodo omnium
ſcientiam ⁊ pꝛouidentiam. Potentia enim in
habentibus intellectum non operatur niſi ſm
voluntatem ⁊ cognitionem. Non enim poſſet
omnia in iſtis inferioꝛibus agere que vellet. ni
ſi haberet eoꝛum cognitionem ⁊ pꝛouidentiā.
Nomen etiam ipſum deitatis impoꝛtat pꝛoui
ſionem quandaʒ. Et quia filio ⁊ ſpiritusſancto
ꝯuenit mitti ſcificādū creaturā. circa qḋ plura
credēda occurrūt. iō circa pſonā filij ⁊ ſpūſctī
plures articuli multiplicant ꝙ̄ circa perſonaʒ
pꝛis qui nunꝙ̄ mittit. Et de ſacro euchariſtie
inquātū eſt ſacrm̄ hʒ eandē rōneʒ cū alijs eſſe/

tribus gře ſctificantis. Unde ſm hoc reducit
ad articulum ſctām eccleſiam ꝛc̄. Inq̄ztum ve,
ro conſideratꝰ q̄ ibi corpus xp̄i miraculoſe cōti
net. ſic ↄcludit ſub omnipotentia. ſicut ꝛ omīa
alia miracula que oīpotentie attribuuntur.

De ſymbolo in .§.iij.

Symbolum vnd̄ nomen ſūpſit.

quo ↄtinētur articuli. quid ſit: ꝛ quotuplex ſit.
Quantum ad primū dicit bea. tho. ij.ij.q.
j. q̄ nomen ſymboli eſt acceptum a collectione
ſententiaꝝ fidei: quia in eo ſunt collecte ille ſcię
tie ſeu articuli. quas neceſſarium eſt explicite
credere de his que pertinent ad fidem. que diſ
fuſe habentur in ſacra ſcriptura. Sicut enim
ait. apl̄s ad Heb. xj. Accedentem ad deum opꝫ
credere. Credere autem non poteſt quis niſi ve

Quare neceſſariū fuit ponere ſymbolum.

ritas quā credat ei proponatur. Et ideo neceſ
ſarium fuit veritatem fidei in vnum colligere
vt facilius poſſit omnibus proponi ne aliquis
per ignorantiam a fidei veritate deficiat. ꝛ hāc
collectionem ſniaꝝ importat ſymbolū. Et
quia eccleſia vniuerſalis errare non poteſt: q̄m
ſpiritu ſancto gubernatur. hoc enim promiſit
dominus diſcipulis dicens. Jo. xvj. Cum vene
rit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem
veritatem. Cū auctoritate vniuerſalis eccleſie
ſymbolum ſit editum nil inconueniens ibi cō

Triplex ſymbolum ab eccleſia approbatur.

tineri poteſt. Eſt autem triplex ſymbolū ap
probatum ab eccleſia. Primum quod dicitur
apoſtolorum quaſi editum ab apoſtolis. ſ. Cre
do. quod dicitur ſb̄miſſe ſeu occulte: quod ex
eo ſit quia tempore perſecutionis editum fuit
fide nondum publicata. In prima autē dicit ꝛ
completorio: quaſi contra tenebras errorum p̄
teritorum ꝛ futuroꝝ. Sed aliud ſymbolum. ſ.
ſecundum editum fuit fide iam manifeſtata. ꝛ
eccleſia habente pacem ꝛ ideo publice can,
tatur in miſſa. De iſto ſymbolo dicitur de cōſe.
di. iiij. Baptizandos oportet fidei ſymbolum
addiſcere ꝛ epiſcopo vel preſbytero reddr̄. Et
intelligitur de adultis. ꝛ loquitur de ſymbolo
apoſtolorum. ſ. Credo in deum patrē ꝛc̄. vt pa
tet di. e. ca. ante. xx. Et rationem huius ꝛ figu,
ram aſſignat Rabanus dicens. Prius ipſe
chriſtus ceci nati oculos luto ex ſputo facto ſu,
perliniuit: ꝛ ſic ad aquas ſiloe miſit: quia pri,
us debet batizandus fide incarnationis iſtrui.
ꝛ ſic ad baptiſmum credulus admitti: vt ſciat
cuius gratie eſt in eo particeps: ꝛ cui iam debi
tore fiat deinceps. de conſe. di. iiij. ante baptiſ,
mum. Secundum ergo ſymbolum dicitur
ſymbolum patrum quod editum fuit in con,
cilio Niceno: vt dicitur in decre. di. xv. §. j. Et
ſciendum q̄ in omnibus ſymbolis eadem fi,
dei veritas docetur. Sed quia ibi oportet ppl̄z
diligentius iſtrui de fidei veritate. vbi errores
inſurgunt ne fides ſimplicium corrumpatur:
propter hoc fuit neceſſarium plura edere ſym,
bola: quia in nullo alio differunt: niſi q̄ in vno
plenius explicatur. quod in alio implicite con,
tinetur. ſm q̄ exigebat hereticorum inſtantia.
Et quia confeſſio fidei traditur ī ſymbolo qua
ſi ex perſona totius eccleſie que per fidem vni,
tur. Fides autem eccleſie eſt fides formata: iō
confeſſio fidei in ſymbolo traditur. ſm q̄ con,
uenit fidei formate: vt dicatur. Credo in vnum
deum: vt etiam ſi qui fideles fidem non habēt
formatam ad hanc formam pertingere ſtude,
ant. Et quia nullus error exortus fuit apud he
reticos de deſcenſu chriſti ad inferos ideo non
fuit neceſſarium aliquam explicationē circa h̄
fieri. Et propter hoc non iteratur in ſymbolo
patrum: ſed ſupponitur tanq̄ȝ determinatū in
ſymbolo apoſtolorum. Non enim ſeq̄ns ſym
bolum abolet precedens ſed potius illud expo
nit. Et melius dicitur in ſymbolo ſanctam ec,
cleſiam ſine in. ꝛ communius dicitur ſm leonē
ſi tamen dicatur in ſanctam eccleſiam erit ſen,
ſus. Credo in ſpiritum ſanctum: eccleſiam ſan
ctificantem: ita q̄ refertur fides noſtra ad ſpiri
ritum ſanctum: qui eccleſiam ſanctificat: vł ſm
Aug. intelligitur q̄ in eccleſia conuerſans cre
dit in deum de ↄſe. di. iiij. p̄ma. Tertiū ſym
bolum eſt Athanaſij: ſcilicet quicunq̄ȝ vult ſal
uus eſſe ꝛc̄. Sed hoc non habet rationem ꝛ viꝫ
ſymboli. ex eo q̄ athanaſius compoſuit qui pa
triarcha alexandrinus fuit. non papa ad quē
ſolum ſpectat ſymbolum edere. Sed ex hoc q̄
eccleſia ſeu ſummus pontifex: videns q̄ illud
quod compoſuit athanaſius per modum cu,
iuſdam doctrine. integram fidei veritatē bre
uiter continebat: acceptauit ꝛ approbauit pro
ſymbolo vt quaſi regula fidei habeatur. Notā
dum etiam q̄ in illo ſymbolo patrum facto in
nicena ſynodo. dicebatur prius in articulo de
ſpiritu ſancto. Et in ſpiritum ſanctū ex patre p̄
cedentem ꝛ patri filioq̄ȝ coequalem ꝛc̄. ꝛ in ge
ſtis prime epheſine ſynodi legitur q̄ perlecto
ſymbolo nicene ſynodi decreuit ſācta ſynodus
aliam fidem nulli licere proferre conſcribere:
vel componere ſub anathematis pena. et idē
firmatum eſt in chalcedonenſi concilio. Sed
poſtmodum ad remouendum errorem greco,
rum qui inſurrexit circa perſonam ſpiritusſan
cti ꝛ veritatem declarandam in alio concilio
vniuerſali fuit additū. Et in ſpiritū ſanctū ꝛc̄.
Qui ex patre filioq̄ȝ procedit. nec incurrit per
hoc ſententiam excommunicationis ſequens
ſynodus generalis: quia addidit ad ſymbolū
nicenum: tum quia prohibitio ꝛ ſententia ſy,
nodi epheſine ſe extendit ad p̄uatas perſonas
quarum non eſt determinare de fide. Nō enim

per huiuſmodi ſententiam generalis ſynodi ablata eſt poteſtas ſequenti ſynodo nouam additionem ſymboli facere ad magis exponēdū ⁊ declarandum ipſa contenta in ſymbolo. Sic enim quelibet ſynodus obſeruauit vt ſequens ſynodus aliquid exponeret ſupra id quod precedens expoſuerat propter neceſſitatem alicuius hereſis inſurgentis. tum etiam quia quod additum fuit ſeu compoſitum in ſequenti concilio vniuerſali: non continet aliam fidem q̄ꝫ prius: id eſt contrariam ⁊ aduerſam: quod importat alius relatiuum diuerſitatis: ſed eandē magis declarat. Sic exponitur etiam illō apoſtoli ad Gal. j. Siquis vobis aliud euangelizauerit preter id quod vobis euangelizaui: etiaꝫ ſi angelus de celo anathema ſit. Credendūꝫ eſt alios veros predicatores galathis predicādo multa dixiſſe. que non di. apoſtolus. Nec tamē fuerunt excommunicati: quia non dixerūt aliud q̄ꝫ apoſtolus. i. contrarium fidei per ipſum predicate. Quāuis potuerunt dicere multa q̄ apoſtolus non dixerat ad maiorem declarationem dictorum per eum.

Compoſitio .§. iiij.

Pape ſoli ptinet edere ſymbolum ſymboli pertinet ſolum ad ſummum pontificem. Et ratio eſt: quia editio ſymboli fit in ſynodo ſeu concilio generali: ſed ſynodus generalis auctoritate ſolummodo ſummi pontificis poteſt congregari. vt habetur in decre. diſtin. xvij. per totum ergo ad ipſum ſpectat editio ſymboli. Pro huius maiori declara. dicit bea. Tho. ij. ij. q. j. ꝙ noua edictio ſymboli neceſſaria eſt ad vitandum errores inſurgentes Unde ad illius auctoritatem pertinet ſententialiter determinare ea que ſunt fidei: vt ab oībus inconcuſſa fide teneatur ac tueatur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem ſummi pontificis: ad quem maiores ⁊ difficiliores eccleſie queſtiones referuntur. Dicitur enim in decre. di. xvij. Et ſunt verba pelagij pa. ſcribētis his qui conuenerant ad illicitam conuocationem Jo. conſtantiñ. Multis de vno apoſtolicis ⁊ canonicis atq̃ eccleſiaſticis inſtruimur regulis non debere abſq̃ ſententia romani pontificis ꝯcilia vniuerſalia celebrari. Quapropter recte non concilium ſed veſtrum ꝯuenticulū vel cōciliabulum cenſeatur: ⁊ quicquid in eo actum eſt: irritum habeatur ⁊ vacuūꝫ. Et ita maiores ⁊ difficiliores queſtiones vt ſancta ſynodus ſtatuit ⁊ beata conſuetudo exegit: ad ſedem apoſtolicam ſemper referantur. ⁊. xxiiij. q. j. dicit Innoc. Quotiens fidei ratio ventilatur: arbitror omnes fratres ⁊ coepiſcopos non niſi ad petrum: id eſt ſui nominis ⁊ honoris auctoritatem referre debere: ꝙ per totum mundum poſ

ſit eccleſijs prodeſſe omnibus. Hec ibi. Ubi ⁊ chriſtus Lu. xxij. Petro dixit quem ſummum pontificem conſtituit. Ego pro te rogaui patrē vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando cōuerſus confirma fratres tuos. Et ratio huius eſt ꝫ Tho. quia fides vna debet eē totiꝰ eccleſie ſm illud. j. Cor. j. Idipſuꝫ dicatis omnes ⁊ nō ſint in vobis ſciſmata. quod ſeruari non poſſet: niſi queſtio de fide exorta determinaretur p̱ eum qui toti eccleſie preeſt. vt ſic eius ſententia a tota eccleſia firmiter teneatur. Et ideo ſequitur ꝙ ad ſolam auctoritatem pontificis ſummi pertinet noua editio ſymboli: ⁊ ſimiliter declaratio credendorum in dubijs occurrentibus: vt dictum eſt. vnde ⁊ Hiero. xxiiij. q. j. ſic ait ad damaſum. Hec eſt fides beatiſſime papa quaꝫ in catholica eccleſia didicimus quamq̃ ſemper tenuimus: in qua ſi minus perite aut parum caute forte aliquid poſitum eſt: emendari cupimus a te: qui petri ⁊ fidem ⁊ ſedem tenes. Si autem hec noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunq̃ me culpare voluerit: ſe imperitum vel maliuolum vel etiam non catholicum ſed hereticum probabit. Hec dicit Hiero. in quodaꝫ libello vbi exponit ſymbolum in fine. Et nota ꝙ eccleſia que errare non poteſt: ⁊ fides que non poteſt deficere: eſt eccleſia romana ⁊ fides romane eccleſie. Unde Hiero. Sācta romana eccleſia que ſemper immaculata permāſit domino prouidente a beato petro opem ferente: in futuro manebit ſine vlla hereticorum inſultatione: ſcilicet preualēte ſm glo. atq̃ firma ⁊ immobilis omni tempore perſiſtet. xxiiij. q. j. Hec eſt fides. Et. q. c. dicit Lucius papa. A recta fide ⁊ apoſtolico tramite propter vllam perturbationem nolite recedere. ſciens quia beati qui perſecutionem patiūtur propter iuſtitiam. Hec eſt apoſtolorum viua traditio: hec vera charitas que predicanda eſt ⁊ precipue diligenda fouenda ⁊ ab omnibꝰ fiducialiter tenēda hec ſancta ⁊ apoſtolica mater omnium eccleſiarum chriſtiana eccleſia q̇ p̱ dei omnipotentis gratiam a tramite apoſtolice traditionis nunquam erraſſe probatur: nec hereticis prauitatibus depr[a]uanda ſuccubuit ſed vt in exordio normam fidei chriſtiane percepit ab auctoribus ſuis apoſtolorum chriſti principibus illibata fide tenꝰ manet. Ubi glo. dicit ꝙ eccleſia que errare non poteſt: dicit nō papa ſed congregatio fidelium: qui ſcilicet tenent fidem quam docuit Pe. cum alijs apoſtolis. Et hec dicitur eccleſia romana ⁊ fides romane eccleſie: ſiue ſint rome ſiue alibi. Et pro hac orauit chriſtus. xxj. di. §. j. Et volūtate labiorum ſuoruꝫ non fraudabitur. Pelagius etiā papa dicit di. xxj. Quāuis vniuerſe per orbem

Eccleſia quare non dicitur papa: ſed ꝯgregatio fidelium.

catholice eccleſie vnus thalamus chriſti ſit: tamen ſancta romana eccleſia catholica ⁊ apoſtolica nullis ſynodancis conſtitutis ceteris eccleſijs prelata eſt: ſed euangelica voce domini ⁊ ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es inquit Pe. ⁊ ſup hanc petram edificabo eccleſiam meam: ⁊ infra. Hec ergo prima ſedes Petri romana eccleſia non habens maculam neqȝ rugam: nec aliquid huiuſmodi glo. arguit ꝙ vbicunqȝ ſunt boni ibi eſt eccleſia. ¶ Et nota ꝙ macula poteſt referri ad hereſim ⁊ ruga ad ſciſma. vel eſt macula ad mortale quod qui habet etſi numero. Non tamen merito eſt de eccleſia: vt dicit Hierony. de peniten. diſtinc. j. eccleſia. Ruga intelligi etiam poteſt hereſis. Hinc etiam Hierony. ait. Quoniam vetus oriens inter ſe populorum furore colliſus indiſciſſam domini tunicam. ⁊ deſuper contextam minutatim per fruſta diſcerpit: ⁊ chriſti vineam exterminant vulpes inter lacus contritos qui non habent aquam ⁊ difficile vbi fons ſignatus ⁊ hortus ille concluſus ſit. poſſit intelligi Ideo mihi cathedram Petri ⁊ fidem apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendã. inde nunc anime mee poſtulans cibum. vnde olim chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neqȝ vero vaſtitas tanta elementi liquentis. ⁊ interiacẽs latitudo terrarum me a precioſe margarite potuit inquiſitione prohibere. Ubicunqȝ fuerit corpus congregabuntur ⁊ aquile: profligato a ſobole mala patrimonio apud vos ſolos incorrupta patrum omnino ſeruatur auctoritas. Ibi ceſpite terra fecundam dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert. Hic obruta ſulcis frumẽta. lolium auenaſqȝ degenerant: nunc in occidente ſol iuſtitie oritur. In oriente autem lucifer ille qui ceciderat ſuper ſydera poſuit thronum ſuum. Uos eſtis lux mundi: vos ſal terre vos vaſa aurea ⁊ argentea. hinc vaſa teſtea: virga ferrea ⁊ eternum operiuntur incendium. Quãuis igitur tui me terreat magnitudo: tamen inuitat humanitas. A ſacerdote victimam ſalutarem. a paſtore preſidium ouis flagitio. Fatiſcat inuidia romani dominij ⁊ culminis recedat ambitio. Cum ſucceſſore piſcatoris xpi diſcipulo loquor: ego nullum premiũ niſi chriſtum ſequens beatitudini tue: ideſt cathedre Petri communione conſortior. Super illam petram eccleſiam fundatam ſcio. quicunqȝ extra hanc domum agnum comederit. prophanus eſt. Siquis in noe arca non fuerit peribit regnante diluuio. hec omnia Hierony. ad Damaſum papam. xxiiij. q. j. quoniã

¶ Titulus nonus. de diuina gratia.

¶ De duodecim proprietatibus diuine gratie ad ſimilitudinem lucis mãlis. Cap. j.

EMitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam ipſa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem ſanctum tuum ⁊ in tabernacula tua pſal. xlij. Conſiderans propheta neceſſitatem diuine gratie quam lucem vocat: quia ſine ea nullus ſeruatur: ⁊ vtilitatem: quia per eam homo bene operatur. ⁊ cauſalitatem: quia a ſolo deo datur. ſcḋm illud quod in alio ait Pſal. lxxxiij. Gratiam ⁊ gloriam dabit dominus: ⁊ non alius ideo ipſam lucem gratie a deo petit dicens. Emitte lucem tuam ⁊c. Loquens autem Jo. euangeliſta de verbo incarnato. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et eſt ibi diſtributio accommoda ſi loquamur de lumine gratie Nam de lumine gratie non eſt verum ſimpliciter. Non enim omnes homines illuminantur a gratia vt infideles ⁊ iniqui qui chriſtiano nomine gloriantur. Sȝ quicunqȝ illuminantur nõ ab alio ꝙ a xpo illuminantur: qui quidẽ inquantũ deus dator eſt omnis gratie: vna cum patre ⁊ ſpirituſancto. inquantum vero homo receptor erat gratie. vnde dicitur Lu. ij. Gratia dei erat in illo. Et quia vnumquodqȝ quanto propinquius eſt principio influenti. tanto plus recipit de influentia eius: vt patet per exẽplum de appropinquante ad ignẽ ⁊ de flumine prope mare. Hinc eſt ꝙ anima chriſti propinquiſſima: immo vnita verbo dei a quo omnis gratia recepit copioſiſſime gratiam quaſi infinitam: ſcilicet quantum creatura eſt capax recipere. vnde ⁊ de ipſo intelligitur dictũ Jo. j. Non enim dat deus ad menſuram ſpiritum: ideſt gratiam ſpirituſſancti videlicet chriſto homini. Alijs quidem datur menſuratim ſcḋm determinatam virtutem. Sed chriſto a principio ſue conceptionis fuit datũ tanta. ꝙ in eo non potuit creſcere. Et ideo quando dicitur Luc. ij. Jeſus proficiebat etate ⁊ gratia: intelligitur non ſcḋm habitum interiorem ſeu apparentiam quia ſcḋm ꝙ creſcebat etate ⁊ ſtatura: ita faciebat opera que oſtendenbant maiorem gratiam ſanctitatis. Nos autem creſcere poſſumus quotidie per bona opera. Et ad hoc hortatur apoſtolus fideles dicens. ij. Cor. vj. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. In vacuum recipit ⁊ fruſtra qui in ea ſe nõ exercet vt augeatur. Et quia vt dicit philoſophus in. v. meta. Primum in vnoquoqȝ genere eſt regula ⁊ cauſa aliorum. ſcḋm ꝙ xps ſit primũ in genere recipiẽtium gratiam nos omnes accepimus gratiam de plenitudine eius vt ſcribitur. Jo. j. ſcȝ ex merito eius ⁊ exemplo eius non ꝙ de ſuo ſit aliquid diminutum.

¶ Eſt autem du/ .§.i.
plex gratia ſm.b.Tho.in ſumma. ⁊ alios do//
ctores:ſcilicet gratum faciens ⁊ gratis data.⁊
vtraqꝫ ſemper pleniſſime fuit in chriſto.Gra//
tia vtraqꝫ dicitur:quia gratis datur ⁊ ſine me/
ritis noſtris. Magna autem differentia eſt in
Nota ter vtrãqꝫ.Primo quia gratia gratum faciens
gr̃am eſt proprie bonorum:quia nullus ſine ea eſt ve
eē du/ re bonus:⁊ omnis bonus eaꝫ habet. Sed gra
plicem tia gratis data eſt cõmunis bonis ⁊ malis. Nã
prophete fuerũt aliqui boni vt Eſaias.Hiere/
remias.⁊ huiuſmodi.Alij mali.vt balaã.ſaul.
Alij miracula fecerunt vt apoſtoli. Fecerunt ⁊
magi pharaonis reprobi.Et ideo ꝙ quis eã nõ
habeat non habet triſtari.ex quo cum ea poteſt
eſſe malus ⁊ ſine ea bonus.¶ Secundo gra//
tia gratum faciens eſt quoddam donum ha/
bituale in anima ſm Tho.j.ij.q.cx. vel quidaꝫ
influxꝰ ſeu radius a diuina luce infuſus in ani
ma ad ſui vtilitatem. quod quidem ſemper p//
manet in anima faciens eam deo grataꝫ.⁊ ope
ra eius bona ⁊ meritoria. Semper dico perma
net:niſi quis ſe ea priuet.hoc autem accidit p
quodlibet mortale.Cum enim quis aliqđ eoꝝ
perpetrat ex toto amittit gratiam:nec eſt ĩ ſua
poteſtate eam recuperare.niſi deus ſua miſeri
cordia eam infundat quod facere ſolet.reuer//
tendo peccatorem ad penitentiam Ro.v.Iuſti
ficati gratis gratia ipſius.Alſo autem deus nũ
De gr̃a quam auſert boni gratiam ſine culpa ſua.Sed
gratis gratia gratis data diuiditur in nouem genera
data vt ponit apoſtolus.j.Cor.xij.Ubi ait. Diuiſio/
nes gratiarum ſunt.idem dominus ſcilicet da
tor earum.Alij datur per ſpiritum ſermo ſapi
entie.Alij ⁊c̃.Et huiuſmodi gratie non ſunt in
anima per modum habitus fixe:ſed per mo//
dum paſſionis tranſeuntis. Nam illi qui ſunt
veri prophete non habent continue propheti/
am in mente.vt prophetent ad placitum ſuuꝫ:
ſed quando ſpiritusſanctus tangit corda eorũ
Unde ⁊ heliſeꝰ dixit de ſunamite. Anima eiꝰ
in amaritudine eſt ⁊ dñs celauit a me. Siĺr q
faciũt miracl'a.nõ ſp pñt ea facere ad libitũ.Sꝫ
quãdo deus dat eis talẽ virtutẽ.Unde ⁊ ſub//
trahitur iſta gr̃a gratis data ſine culpa haben
tis.¶ Tertio differũt:q: gr̃a gratũ facientem
qui hꝫ oẽs eius partes.i.effectus ad ſalutẽ ne/
ceſſarios vꝫ virtutes que ab ea ꝓcedũt oẽs poſ
ſidet.Sꝫ gratiã gratis datã nulli ſimul habẽt
oẽs partes eius.Sed quis hꝫ ꝓpheciã. aliꝰ v'r
tutẽ faciẽdi miracula. alter ſermonẽ ſapientie
vel ſcientie.Et ſi aliquis haberet plura ex eis.
non ſimul ea habet.Solus chriſtus fuit q om
nem ⁊ ſummum gradum omnis gratie ſemp
habuit vtriuſqꝫ.Et hoc de pe.di.ij. querenduꝫ
⁊ Io.j.dicitur.Plenum gratie ⁊ veritatis. Qr
igitur gratia gratum faciens eſt illa que eſt no
bis neceſſaria ideo hanc poſtulat pſal.xlij. di.
Emitte ⁊c̃.Ubi tria nota. Precioſitatem eius
admirandam. ibi. Emit. lu. tuã ⁊ veri. tuam.
Operoſitatem eius conſectandam. ibi. Ipſa
me dedu.⁊c̃.Felicitatem exinde amplexandã.
ibi.Et ad.in ⁊c̃.

¶ Primum ſcili/ .§.ij.
cet nobilitas ⁊ precioſitas gratie patet ⁊ hoc ꝙ Gr̃a cõ
aſſimilaĩ luci. Emitte inquit lu.t.Sed quid p̃/ paratꝰ
cioſius luce eſſe valet:cum ipſe deus lux dicaĩ luci.
j.Io.j.Deus lux eſt ⁊ tenebre in eo non ſunt vl
le.Eſt tamen deus lux icreata ⁊ eſſentialis:gra
tia autem lux creata ⁊ accidentalis per quaꝫ ip
ſa lux icreata:ſeu v̾itas ⁊ v̾bũ diuinũ nob' mit
titur ⁊ habetur.vnde poſt lucem ſubdit.Et ve
ritatem tuam ſcilicet mitte.De ipſa gratia lo//
quens petrus in canoni.ſua ait. Maxima ⁊ p̃
cioſa nobis donauit ſcilicet deus vt ſimus di//
uine nature conſortes videlicet per lucem gra
tie.Sed vt magis clareſcat precioſitas gratie
notabimus.xij.proprietates eius ad ſimilitu//
dinẽ lucis materialis.Primo eſt primitiua in
exordijs.Secundo eſt multiplicatiua in me//
dijs.Tertio ẽ reductiua a deuijs. Quarto ẽ de
claratiua in dubijs.Quinto eſt letificatiua in
gaudijs.Sexto eſt penetratiua in diaphanis.
Septimo eſt ſtatim ſparſiua in ſpacijs. Octa//
uo eſt coinquinatiua a ſpurcitijs.Nono eſt il/
luminatiua in tenebris.Decimo eſt confortati
ua in egris.Undecimo eſt augmentatiua in ra
dijs.Duodecimo eſt decoratiua in eſſentijs.
¶ De primo dicit Sap̃.Primo omnium crea
ta eſt lux.quod declarat Moyſes di. ꝙ primo
dierum omnium dixit deus.Fiat lux. ⁊ facta ẽ
lux.Hanc lucem dicit magiſter in hiſto. ſcho.
fuiſſe quandam nubeꝫ lucidiſſimam que exer
cuit officium ſolis vſqꝫ ad quartam diem quã
do creatus eſt ſol.Sed alij ſubtilius dicũt hãc
lucem fuiſſe ſolem creatum tunc in forma ſua
ſubſtãtiali ⁊ mãli. Sed q̃rta die additã fuiſ/
ſe ei quandam proprietatem accidentalem cu
ius reſpectu dicitur factus cum luna ⁊ ſtellis
Aug.adhuc profundius dicit naturã angeli//
cam tunc formatam:ſcilicet luce gratie cõſũma
te ⁊ confirmatam in gloria ad deum conuerſaꝫ
⁊ ſeparatam a tenebris malorum qui de celo ce/
ciderũt.Quocũqꝫ modo accipiatur lux eſt pri/
ma in exordijs dierum. Sic lux gratie eſt pri//
mum donũ qđ cõicat deus creature rõnali: vt
valeat eũ poſſidere.Et ꝓpterea apl's in ſuis epi
ſtolis principiũ ſalutatiõis a gratia exordiĩ di.
Gr̃a vobis ⁊ pax a deo patre ⁊ a dño ieſu xp̃o.
Hãc eis p̄e omnibꝰ optãs vt p̄cioſiꝰ oibꝰ.Co/

ta enim virtus nature non poſſet vnam animā
ducere ad gloriā. Sed minimus gradus gra
tie eam perducit ad illam. Et iō bene dicit Am
bro. Potior eſt gratia q̄ȝ natura. de conſe. diſti.
ij. reuera. Secūdo lux eſt multiplicatiua in me
dijs. Uidemus enim q̄ de mane orto ſole lux
eius eſt in oriente in occidente meridie ⁊ ſeptē
trione. quinimmo ⁊ nocte quando ſol curſum
ſuum in hemiſpherio quod eſt infra nos. com
plet multiplicantur radij eius vſq̄ȝ ad celum ⁊
reuerberati in lunam ⁊ ſtellas. facit eas lumino/
ſas que ex ſe: ⁊ precipue luna non habet lumē:
ſed a ſole recipit. Et illa reuerberatio in lunam
facit nos videre lunam ⁊ ſtellas quādo aer ē ſe
renus. Sed non ita illuminat aereȝ ſicut in die
propter nimiam diſtantiā. In die autem cū ſol
apparet ſuper noſtrum hemiſpheriū ex reuer/
beratione radiorum eius ſuper terram illumi
natur aer vehemēter propter propinquitatem
aeris ad ipſam reuerberationem. Sed aer di/
ſtans multum a terra parum illuminatur ⁊ eſt te
nebroſus ſicut de nocte. Eſt ergo lux multipli/
catiua in medijs illuminatis. Lux auteȝ gratie
illuminat omnia opera noſtra que debite fiunt
vt ſint meritoria que ſunt tanquam media per
ueniendi ad patriam. Si loquitur: ſi comedit:
ſi ambulat: ſi operatur: ſi ad dormiendum ac
cedat debita intentione in omnibus meretur.
vnde Grego. Nec ſomnus ſanctorum vacat a
merito. Sine gratia autem nulla opera elemo/
ſyne: abſtinentie: ⁊ huiuſmodi: ſunt meritoria
vite eterne. Unde Augu. de pe. di. iij. Creden/
dum eſt vt cum gratia xp̄i deſtruxerit mala po
ra. i. peccata. etiam remuneret bona. ſ. que go
facit in ea. ⁊ que fecerat prius an̄ lapſum in pec
catum: verum quāuis bona facta extra gratiaȝ
non valeant ad vitam eternam. nō tamē debet
peccator dimittere quin oē bonuȝ qd̄ poteſt fa/
ciat: q: valent ad multa alia bona. ⁊ p̄cipue ad
diſponendum ad gratiā. Unde dicitur de tali.
de peni. diſt. v. falſas. Quicquid boni poteſt fa
cere hortantur vt faciat vt deus cor eius illu/
ſtret ad p̄niam. ſ. per gratiam. ¶ Tertio lux eſt
reductiua a deuio: ſicut ait ſaluator ⁊ experien
tia docet. Qui ambulat in nocte offendit: quia
lux nō eſt in eo. Jo. xij. Offendit aūt aliqd ipin
gendo vel lubricum patiendo vel cadendo: vl'
viam rectam dimittendo. Sed luce apparente
perpendit deuium callem ⁊ reducitur ad viaȝ
rectam. Nunq̄ȝ ī fuit aliquis ita ſapiens ſcien
tia naturali vl' morali qui non deuiauerit a via
recta virtutum ſine luce gratie exiſtens. Unde
dicunt reprobi in īferno. Errauimus a via ve/
ritatis. ſol iuſtitie non illuxit nobis. Sapiē. v.
Sic paulus cum fuit in tenebris ignorantie ex
tra lucem gratie deuiabat. perſequens chriſtū

cū fidelib⁹ ſuis arbitrat⁹ ſe in h̄ obſequȝ p̄ſtare
deo. Sȝ eo appropiquāte damaſco: vt caperet
xp̄ianos. circūfulſit eū lux de celo ⁊ p̄ſtrauit eū
auferendo ei ad tempus lucem corporalem: in
fudit ei lucem internam gratie ⁊ reuocatus eſt
ad viam veritatis ⁊ eſſe ſpiritualis. vnde dice/
bat. Gratia dei ſum id quod ſum. ⁊ ad Gal. j.
Cum autem placuit ei qui me vocauit per gra
tiam ſuā ꝯtinuo nō acquieui carni ⁊ ſanguini.
¶ Quarto lux eſt in dubijs certificatiua: quan
do eſt quis in tenebris ⁊ dubitat de aliquo qd̄
obijcitur viſui: ſi eſt vere quod exiſtimat ad lu/
cem certificatur. Sicut exempluȝ habemus de
duabus meretricibus contendentibus coram
ſalomone: quarum vna: ſcilicet vera mater ſu/
peruiuentis dicebat. Cum ſurrexiſſet mane vt
darem lac filio meo apparuit mortuus: ſed cla
ra luce deprehendi hunc non eſſe filium meuȝ
iij. Reg. iij. Sic lux gratie clarificat menteȝ in
dubijs: q: inſtigat hominem vt a ſapiente il/
luſtretur: ⁊ ſi non habet quem conſulat ipſum
lumen gratie docet. j. Joā. j. Unctio. ideſt gra/
tia ſpiritusſancti docebit vos de omnibus. ſcili
cet neceſſarijs ad ſalutem. Probat ex hoc bea.
Thom. j. ij. q̄ non poteſt quis extra gratiaȝ con
ſtitutus multum manere quin labatur in alia
mortalia. Cuius ratio eſt. quia frequenter oc/
currunt homini caſus repentini ⁊ dubij: in q
bus oportet ſubito capere determinationeȝ fa
ciendi vel non faciendi aliqd. nec habebit quē
conſulat. In repentinis autem cōmuniter ho/
mo operatur ſm̄ habitum preconceptum ⁊ fi/
nem ſibi preſtitutum. Qui autem eſt ex̄ gratiā
hȝ vitioſum habitū: ⁊ pro fine vltimo cōſtituit
ſcȝ aliud q̄ȝ deū. vnde ſm̄ habitū vitioſum deli
berat in dubio peccās ꝯtra deū. Et iō bene dic̄
ap̄ls ad Heb. xiij. Optimū eſt gr̄a ſtabilire cor
¶ Quinto lux eſt letificatiua. Prouerb. xv. lux
oculoꝝ letificat aīam. ⁊ Eccl's. xj. Delectabile ē
oculis videre ſolē. vn̄ ⁊ magi cū īſpexerūt lucē
ſtelle quā amiſerāt: vidētes ſtellā gauiſi ſūt gau
dio magno valde Mat. ij. Sȝ ⁊ aues videm⁹
q̄ de nocte ſilēt: cū aūt lux aurore exurgit inci/
piūt cātare modulis ſuis q̄ſi letātes. Nullū ta
le gaudiū q̄le adminiſtrat lux gr̄e pp̄ qd̄ de ſa/
pietia q̄ ē lumē gr̄e dr̄. Sap. viij. Nō hȝ amari/
tudinē ꝯuerſatio: illi⁹ neq̄ȝ tediū ꝯuict⁹ illi⁹: ſȝ
gaudiū. ¶ Sexto ē penetratiua ī diaphanis.
Nā cū corp⁹ ſolare ſit ī celo qd̄ ē ſolidū: radius
eius penetrat eos ſicut etiam penetrat feneſtrā
vitreā intrans domū abſq̄ȝ ſciſſione eius. Un/
de dicitur Eccli. xliij. Sol illuminans per om/
nia reſpexit. Sic gr̄a ſpiritusſancti facit pene/
trare omnia ſm̄ illud ap̄li. Sp̄us oīa ſcrutatur
etiam p̄funda dei. Facit etiā ſcrutari totā vitā
ſuā. ⁊ nō ſolū pctā magna: ſȝ minimas cogita/

tiones ⁊ affectiones inordinatas recognoſcēs
defleт. Accidit de gratia copioſa ſicut de radio
ſolis: in quo in aliquo loco reuerberante appa
rent innumeri atomi: ideſt. minutiſſimi pului
ſculi. vbi autem radius non reuerberat: nullus
talis apparet. Ita vbi radius gratie illuſtrat.
mens innumeros in ſe defectus cognoſcit. Ex
emplum de Paulo qui cum dixiſſet. Plus oī/
bus laboraui: non autem ego: ſꝫ gratia dei me
cum ait. j. ad Ti. j. Venit ieſus peccatores ſal/
uos facere: quorum primus: ideſt maximꝰ ego
ſum. ¶ Septimo lux ſubito ſpargitur. Cū eniꝫ
de mane ſol oritur: ſubito radius eius diffun//
ditur vſqꝫ ad occidentem ſine mora. Propte//
rea dixit dominus ad Job. Si ſcis per quaꝫ vi
am ſpargitur lux. q. d. non vales ſcire. quia nō
paulatim: ſed ſubito diffundit radiuꝫ. Sic gra
tia ſpiritusſancti facit hominem promptum ⁊
velocem: non tardum ad bene faciendum. In
cuius ſignum dicitur Act. ij. Factus eſt repen
te de celo ſo. tanqꝫ adue. ſpiritus vehe. Vbi di/
cit glo. Neſcit tarda molimina ſpiritusſancti
gratia. Et ex hoc poteſt quis aliqualiter conie//
cturare ſi gratiam dei habet. quia vt dicit phi/
loſophus in lib. ethi. Signum habitus acqui/
ſiti eſt prompte ⁊ faciliter operari. ¶ Octauo
lux preſeruat a ſpurcitijs. nam radius ſolaris
tranſiens per lutum ⁊ quecunqꝫ immunda nō
coinquinatur: ſed permanet in ſua puritate. ſi/
militer gratia que eſt in ſacramentis que admi
niſtrantur per malos miniſtros. vtiqꝫ non ma
culatur vel minuitur propter malitiam mini//
ſtrorum. Et hoc eſt quod ait Aug. j. q. j. Spiri/
tualiter virtus ſacramenti vt lux puriſſima ꝑ
immundos tranſiens non coinquinatur. Sed
⁊ illi qui habent dei gratiam dum in ea perma
nent. etſi cōuerſent iter peſſimos cōſeruant in ſua
bonitate. ⁊ nō ꝑmittūt ſe maculari malis exem
plis alioꝝ. Sine grā ēt loca ſolitaria nō ꝑſer//
uāt a peccatis qđ Gre. oſtendit di. Quelibꝫ oc
culta loca animam ſine gratia ſaluare non poſ
ſunt: ſcilicet a peccatis. Nam ⁊ loth in ciuitate
ſodomorum iuſtus fuit in gratia: ſcilicet per//
manens: in monte peccauit diſtin. xl. quelibet.
¶ Nono lux eſt illuminatiua: ⁊ per conſequēs
expulſiua tenebrarum. Non eſt enim aliud te/
nebra qꝫ priuatio lucis Eſa. ix. Ambulantibus
in regione vmbre mortis: lux orta eſt eis. que
ſcilicet tenebras tolleret. Lux gratie ſine dubio
tollit omnem tenebram peccati mortalis. quod
vtiqꝫ obtenebrat mentem ⁊ perducit ad tene//
bras infernales. Quiuis enim gratia gratum
faciens compatiatur ſecum venialia: nec ea ſp
tollat: nullum tamen mortale ſecum patitur: ſꝫ
quodlibet expellit immediate vt ſuum contra
rium omnino. vnde apoſtolus ad Ti. ij. Juſtifi

cati gratis gratia ipſius. Juſtificatur autem qs
per expulſionem ſeu remiſſionem peccatorum
⁊ hoc eſt per gratiam. Illuminat quoqꝫ mentē
de agendis. Ad tit. j. Apparuit gratia dei ſalua
toris noſtri ⁊c. Et de conſe. diſt. iiij. Placuit: di
citur per gratiam: aperitur nobis intelligētia
mandatorum dei. ¶ Decimo eſt lux conforta/
tiua ſeu corroboratiua egris. Patet per experi
entiam: quia de nocte quando radius lucis ſo
laris non eſt ſuper terram: infirmi deterius ſe
habent. Quando etiam aer eſt pluuioſus vel
nebuloſus: etiaꝫ ſani ſunt magis debiles qꝫ cū
aer eſt ſerenꝰ ⁊ clare illuminatus. Sic lux gra/
tie fortificat hominem ad bene operandū Ro.
viij. Ipſe ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtrā
ſcilicet gratia ſua. vnde Aug. Sine ipſo operā
te vt velimus ⁊ cooperante vt faciamus: nulla
bona opera valemus. Operatur autē ſꝫ Tho.
per gratiam ⁊ cooperatur. Et pro heretico ana
thematizatur qui aſſerit ꝙ gratia ſolum docet
quid agendum: vel iuuat ſolum vt melius bo
na faciamus: ſed etiam ſine ea poſſumus bene
⁊ meritorie facere. Ipſa gratia tanti vigoris eſt
⁊ ita corroborat: vt minimus gradus eius ſit
ſufficiens ad vincendum omnem tentationem
⁊ ſufferendum omnem tribulationem mundi
ſequendo inſtinctum eius. vnde ⁊ Paulo ſti//
mulum ſiue tentationem carnis patienti. ſm
Greg. in moral. Siue infirmitatis corporalis.
ſm Aug. ſuper pſalterium dictum fuit. ij. Cor.
xij. Sufficit tibi gratia mea: ſcilicet ad vincen/
dum tentationem ⁊ ſufferendum infirmitateꝫ
¶ Vndecimo lux eſt augmentatiua in radijs
quia augetur a mane in meridieꝫ. Vnde Eccli.
Dies diem ſuperat ⁊ lux lucem. maior enī lux
appret ſeu magis illuminatur aer hora tertia
qꝫ prima: ⁊ in meridie magis hora tertia. quia
radius ſolaris magis directe reuerberat terrā
Sic lux gratie continue augetur vel habitua/
liter vel diſpoſitiue. ab electis per quodlibꝫ vir
tuoſum opus diſpoſitiue augetur: ſicut ⁊ cor/
pus humanum per quālibet comeſtionem di/
ſponitur ad augendum dum eſt in ſtatu aug//
menti. etſi non actu augeatur per quālibet. ꝓ
uerbio. iiij. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplēdēs
proficit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectum diem. Expo
nit Greg. ſuper Ezech. de conuerſatione electo
rum dei qui creſcunt per bona opera in gratia
vſqꝫ ad diem claram glorie. Infiniti ſunt gra/
dus gratie: ⁊ quanto quis magis in ea profi//
cit: tanto magis videt quantum ſibi deeſt. ⁊ iō
laborat vt creſcat cognoſcens precioſitateꝫ eiꝰ
⁊ vt dicit Bern. In via dei non procedere eſt
deficere. Hinc ⁊ apoſtolus ad Phil. Que retro
ſunt oblitus ad brauium ſequor ſuperne voca
tionis. ¶ Duodecimo lux eſt decoratiua cor/

poꝛum. Dicitur enim coꝛpus pulchꝛum quod
habet debitam membꝛoꝛum pꝛopoꝛtionem cū
quadam refulgentia. Unde etſi coꝛpus eſſet be
ne pꝛopoꝛtionatū non haberet claritatē: ſicut
coꝛpoꝛa thēucroꝛum vel ethyopum non eſſent
pulchꝛa. Et ideo vt dicunt doctoꝛes vt opera
ſua que facturus erat pulchꝛa apparerent: incho
auit a luce. Ita ꝛ lux gratie decoꝛat opa huma
na lumen rationis cum quis operatur ſm̄ ean
dem aliquantulum decoꝛat: ſed non perfecte.
Sed lux gratie additum perfecte. vnde apoſto
lus. Eramus aliquando tenebꝛe: nunc autem
lux in domino. vt filij lucis ambulate ſicut et
chꝛiſtus docuit lux vera filios ſuos dicens. ſic
luceat lux veſtra coꝛam hominibus ꝛc̄. Mat.
v. ꝛ Sap. iiij. dicitur. O q̄ꝫ pulchꝛa eſt caſta ge
neratio cum claritate. Generatio caſta eſt opera
tio generata ſeu pꝛocedens ab intellectu: vt a
viro legitimo ſeminante voluntate bonum co
gnitum vt in vxoꝛem: non in ſenſualitatem an
cillam per erroꝛem. quia tunc adultera. Et ta-
lis operatio rationis cum claritate gratie vtiqꝫ
eſt valde pulchꝛa. Quid pulchꝛius vita chꝛiſti
anoꝛum? Hinc beatus Ambꝛo. in hexamerō.
Illa anima a deo pingitur que habet in ſe vir-
tutum gratiam renitentem ſplendoꝛemqꝫ pie
tatis. Illa anima bene picta eſt in qua elucet di
uine operationis effigies. Illa anima bene pi-
cta eſt in qua eſt ſplendoꝛ gloꝛie ꝛ paterne ima
go ſubſtantie. ſm̄ hanc imaginē que refulget
pictura pꝛecioſa eſt de pe. di. ij. illa. Cum ipſa
ergo luce gr̃e mittit a deo veritas dei filius.

¶ Secundū prin- .§. iij.

De gr̃e oppoſita ꝛc

cipale: ſcilicet operoſitas que ab ea ſequitur no
tatur cum dicitur. Ipſa me deduxerunt: ipſa
ſcilicet gratia ꝛ veritas. de vno ad aliud me du
xerunt. Et que ſint iſte vie per quas gratia du-
cit oſtendit pſal di. Ibunt de virtute in virtutē
ideſt de opere vnius virtutis ad opus alterius
virtutis. Non enī decet ſemper ſe exercere in
opere vnius virtutis. Sed aliquando in opere
fidei: quandoqꝫ in opere ſpei: quandoqꝫ in ope
re charitatis. vel de virtute infuſe per gratiam
que ſubito generatur in virtutem acquiſitam
habituatam per conſuetudinem. Ex operibus
enim frequenter multiplicatis caſtis ꝛ conſtan
tibus perſeuerando efficimur caſti iuſti. foꝛtes
ꝛ huiuſmodi. Uel de vna eadem virtute imp-
fecta: in virtutem perfectioꝛē. Nemo enim re
pente fit ſumm⁹: ſed a minimis quiſqꝫ incho-
at vt ad maioꝛa perueniat. Gradus enim eē in
virtutibus pulchꝛe ꝛ diffuſe oſtendit Greg. de
pe. di. ij. Dum ſanctam eccleſiā. ibi vide.

¶ Quātū ad ter- .§. iiij.

tium pꝛincipale quod eſt conſecutio eterne fe
licitatis ait. Adduxerunt: ſcilicet demū in moꝛ
tem ad montem ſanctum tuum altiſſimū glo
rie. vbi ſunt plures manſiones differentes: ſci
licet premioꝛum. ꝛ hec ſunt tabernacula dei in
quibus habitat in gloꝛia. Nā ait pſal. lxxxiij.
Gratiam ꝛ gloꝛiam dabit dominus: quia gra-
tia ducit ad gloꝛiam. ¶ Notandum autem q̄
gratia ſumitur multiplex. vt notat Archi. poſt
Alexan. ſuper. c. gratia. j. q. j. ¶ Pꝛimo modo
dicitur gratia donum dei increatum quod gra
tis datur nobis: ideſt ipſe ſpiritusſanctus gra-
tis datus de qua poteſt intelligi illud apoſtoli.
Gratia dei in me vacua non fuit. ¶ Secundo
dicitur gratia donum in nobis concreatum.
j. q. j. ſumus ad imaginem dei. ꝛ hoc eſt cōmu
ne omnibus hominibus: de qua poteſt intelli-
gi illud apoſtoli. Gratia dei ſemper in me ma-
net. Non enim poteſt hoc tolli cū naturale ſit
¶ Tertio dicitur gratia donum infuſū a deo
faciens animam deo gratam ꝛ operacius me
moꝛia. de qua dicitur ad Ro. vj. Gratia dei vi-
ta eterna ſcilicet habetur. ¶ Quarto dicit̄ gra
tia pꝛimus effectus gratie pꝛedicte poſt lapſū
ideſt remiſſio peccatoꝛum. ꝛ ſic ſumitur in pn-
cipio epiſtolarum pauli cum dicitur. Gratia vo
bis ꝛ pax a deo patre ꝛc̄. dicit glo. ideſt remiſ-
ſio peccatorum ꝛ recōciliatio ad deū. ¶ Quin
to dicitur gratia pꝛimus habitus virtutis in
quo manifeſtatur gratia: ideſt fides. ad Heb.
xiij. ¶ Optimum eſt gratia ſtabilire coꝛ. glo.
i. vt habeamus fidem perfectam. ¶ Sexto dicit̄
gratia donum pꝛerogatiue gratie ſeu dignita-
tis. vt ſacer oꝛdo. j. ad Ti. iiij. Noli negligere
gratiam que data eſt tibi per impoſitionē ma
nus pꝛeſbꝛi. ꝛ de hac intelligitur illud. c. j. q. j.
gratia. infra. c. iij. ꝛ. j. ti. xv. c. xix. ¶ Septimo
dicitur gratia gratie ſignum ſeu gratis data.
vt pꝛophetia: operatio miraculoꝛum. ꝛ huiuſ
modi. de qua. j. Coꝛ. xij. Diuiſiones gratiarum
ſunt idem vero dominus ꝛc̄. Illa enim opera
ſunt ſigna q̄ in tali ſit gratia. non tamen ſem-
per poſito ſigno ponitur res. ¶ Octauo dici-
tur gratia quodcunqꝫ donum alteri commu-
nicatum non tamen omnibus: ſiue tempoꝛale
vt diuitie: ſiue ſpirituale vt ſcientia. Et de hac
dicitur. j. Pe. iiij. Unuſquiſqꝫ ꝑut accepit gra
tiam in alterutrum illam adminiſtrantes vbo
ni diſpēſatoꝛes multifoꝛmis gratie dei. ¶ No
no dicitur gratia vita eterna. quia maxime gra
tis datur: iuxta illud Jo. j. De plenitudine ei⁹
nos oēs accepim⁹ grāꝫ ꝑ grā glo. i. grām glo-
rificatiōis ꝑ grā ſctificatōis. ꝛ zach. iiij. Exeq̄t
gratiam gratie. ¶ Decimo dicitur gratia que
dam virtus moꝛalis que a philoſophis dicit̄
gratitudo ſcilicet de beneficijs receptis. apoſto

De glo accept ne m tiplici

lus.ij.ad Theſ.ij. In oib⁹ gratias agite. ¶ Un decimo dicitur gratia beniuolentia alicui⁹ ad alterum. Sic dicitur in Gen.xxxix. ꝙ Joſeph inuenit gratiam coram domino ſuo. ⁊ poſtea coram principe carceris. Ad omnia iſta poteſt adaptari illud.ij.Cor.vj. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. De noe ēt dᷓ Gen.vj. ꝙ inuenit gratiam coram domino. ideſt beniuolentiam.

¶ De eſſentia gratie. Capitulum.ij.

Gratia gratuȝ faciens qd ſit — **G**ratia gratuȝ faciens eſt quedam qualitas ſeu habitus ſupnaturalis infuſa a deo in eſſentia anime.vt in ſubiecto.ſine merito creature:realiter differens a virtutibus infuſis:faciens creaturam deo gratam:⁊ opera ab ipſa procedentia vite eterne meritoria.

¶ Ubi primo ſciendum ſm.b. Tho.j.ij.q.cx. ar.j.ꝙ gratia ſm communem modum loquendi tripliciter conſueuit accipi.

Acceptio triplex — ¶ Primo modo pro dilectione alicuius ſicut conſueuimus dicere. Iſte miles habet gratiaȝ regis.i.rex habet eum gratum ⁊ amat. ſm ꝙ dicitur Gen. xxxix. ꝙ dominus dedit gratiam Joſeph in conſpectu principis carceris. ¶ Secundo modo ſumitur pro aliquo dono gratis dato.ſicut conſueuimus dicere. Ego facio tibi talem gratiaȝ propter quod dicitur Eccli.xxix. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris:ideſt ſeruitium fideiuſſoris. ¶ Tertio modo pro recompenſatiõe beneficij gratis dati.ſm ꝙ dicimur gratias agere ⁊ habere pro beneficijs. Ad quod etiam apoſtolus hortatur.ij.ad Theſ.ij.di. In omnibus gratias agite. Horum trium ſecundum dependet ex primo. Ex amore enim quem aliquis habet ad alium ⁊ gratum habet prouenit ꝙ dat ſibi aliquod donum gratis. Ex ſecundo ꝓcedit tertium:quia ex beneficijs gratis receptis conſurgit gratiarũactio. Quantum ad duo vltima manifeſtum eſt ꝙ gratia ponit aliquid in eo q gratiam accepit primo ſcilicet ipſum donum gratis datum.ſecundo ipſius recognitionem. Sed quantum ad hoc eſt differentia inter gratiam dei ⁊ gratiam hominis.nã qꝛ bonũ creature eſt ex volũtate diuina:ideo ex dilectõe dei qua vult creature bonũ ꝓfluit aliqd bonuȝ in creaturã. Sȝ volũtas hoīs mouet ad amandũ ex bono preexiſtẽte in rebus. Et inde eſt ꝙ dilectio hoīs nõ totalr cauſat bonitatẽ rei.ſȝ preſupponit eam in toto vel in parte. Patet igitur ꝙ quamlibet dei dilectionem ſequitur aliquod bonum in creatura creatum: ſed quandoq; non tamen dilectioni eterne bonum coeternum: ſed ſm huiuſmodi boni differentiam differens.

¶ Cõſideratur di- .§.i.
lectio dei ad creaturã duplex. Una qdẽ cois ſȝ quã diligit oĩa q̃ ſunt.vt dᷓ Sap.xj. Alia ſpecialis ſȝ quã trahit creaturã rõnalẽ.ſ.ꝯditionem nãe ⁊ participationẽ diuini boni. Et ſȝ hãc dilectionẽ dᷓ de⁹ aliquẽ diligere ſimplr:qꝛ ſȝ hãc dilectionẽ vult de⁹ ſimplr creature bonũ eternũ qd eſt ipſe.ſic igit̃ p hoc qd dᷓ hoiem grãm dei hᷓe:ſignificat̃ quoddã ſupnaturale a deo ꝓueniẽs in hoīe. Qñq; tñ grã dei dᷓ ipſa eterna dei dilectio:ſed de grã habituali que eſt in hoīe nunc eſt ſermo que grã dᷓ quia gratis datur a deo ſine meritis recipiẽtis. Gratia aũt tertio modo accepta ſcilicet pro recognitione beneficij eſt virtus moralis.de qua ſupra in titu. de iuſtitia in ca.de gratia.

¶ Quod autem .§.ij.
gratia ſit quedam qualitas in aĩa oñditur per — Grã eſt q̃litas in aĩa
hoc quod dicit glo.ſup illud ps.ciij. Exhilaret faciẽ in oleo. Gratia eſt nitor anime ſcim cõciliãs amorem. Nitor aũt anime eſt quedaȝ qualitas.ſicut pulchritudo corpis eſt qualitas. Sȝ pro huius declaratione dicit.b.tho.j.ij.q.cx. ar.ij.ꝙ vt dictum eſt in eo que dᷓ gratiam hᷓe. ſignificat̃ eſſe quidam effectus grauitate volũtatis dei. Ex gratuita autẽ voluntate dei hõ iuuatur dupliciter. Uno modo inq̃ztum anima hoīs a deo.ad aliquid cognoſcendũ.volendũ: vel agendum illuminatur. Et hoc mõ ipſe gratuitus effect⁹ in hoīe nõ eſt q̃litas:ſed quidaȝ motus anime a deo. Alio modo adiuuatur hõ ex gratuita dei voluntate ſm ꝙ aliquod habituale donum a deo aīe infunditur. Et hoc idõ. qꝛ non eſt conueniens ꝙ deus minus ꝓuideat his quos diligit ad ſupernaturale donũ q̃ȝ creaturas quas diligit ad naturale bonum conſequendum. Creaturis aũt naturalibus ſic prouidit.vt non ſolum moueat eas ad actus naturales:ſed etiã largit̃ eis formas ⁊ virtutes quaſdam naturales que ſunt principia actuuȝ.vt ſȝ ſeipſas inclinentur ad hmõi motus.⁊ ſic mot⁹ quibus a deo mouent̃:fiunt creaturis gñales ⁊ faciles.ſm illud Sap.viij.c. Diſponit omnia ſuauiter. Multo igitur illis quos mouet ad cõſequendũ bonum ſupnaturale eternũ infundit aliquas formas ſeu qualitates ſupernaturales ſm quas ſuauiter ⁊ prompte ab ipſo moueant̃ ad bonum eternum conſequendum. Et ſic donum gratie qualitas quedam eſt.
Gratia dei in animã agit — Agit autem grã in animam per modum cauſe formalis.ſicut albedo facit album iuſtitia iuſtum. Et ſm ꝙ anima impfecta participat diuinam bonitatem.ipſa participatio diuine bonitatis que eſt gratia imperfectiori modo habet eẽ in anima

ri ei quem timet. Donum pietatis expellit ſpiritum inuidie: que crudelis eſt. ⁊ non poteſt pati alios bona habere: ſed potius appetit ſui malum cum priori malo proximi. Spiritus ſcientie repellit ſpiritum ire: que impedit animū ne poſſit cernere verū: ad qđ ſcientia attēdit. Spiritus conſilij fugat ſpiritum auaritie: que nec conſilia nec mandata dei ſinit implere: qui iubet vel conſulit pauperibus indigentibus ſubueniri: ſed ſibiipſi congregat totum. Spiritus fortitudinis illuminat ſpiritum triſtē accidie: que propter tedium laboris ſubterfugit viriliter bona operari infirmitate victus ſenſualitatis. Spiritus intellectus remouet ſpiritū gule que mentem offuſcat vt nil ſpirituale valeat intelligere: fumoſitatibus repleto cerebro. Tādem ſpiritus ſapientie obruit ſpiritum luxurie: que figens ſe in cadaueribus fetidis vt ibi paſcatur ad arcam eccleſie neſcit reuerti vt columba: vbi ſunt cibaria optima ⁊ ſuauiſſima. Et guſtata ſuauitate ſpiritus quod fit per ſapiētiam: deſipit omnis caro ait Bernardus. ideſt omnis delectatio carnalis.

¶ Hec ſeptem do/ .§.v.

Septē dōa ſpiritusſcti ſignata per ſeptem colūnas.

na ſunt ſeptem colūne: de quibus dicitur Prouer. ix. Sapientia edificauit ſibi domum: exciđit colūnas ſeptem. i. ſeptem dona ſpiritusſancti que ab ipſo procedunt ad firmandā domū conſcientie quā edificauit diuina ſapientia ad habitandum ibi. ⁊ correſpondent ſeptem verbis que ipſa ſapientia incarnata dixit in cruce docens hominem ad bene viuendū. Nā verbum primum. ſ. pater dimitte illis: correſpondet dono cōſilij quo ſuggeritur homini non ſolum non facere vindictam de inimicis: ſed benefacere ⁊ orare pro eis. Secundū verbum. ſ. hodie mecum eris in paradiſo. Luc. xxiij. correſpondet dono ſapientie quo guſtantur bona paradiſi. Tertium verbum. ſ. mulier ecce filius tuus. Joā. xix. ad pietatem pertinet: que precipue parentibus ꝓuidet. Quartum verbum. ſ. deus deus meus vt qđ dereliquiſti me Matthei. xxvij. ad donū fortitudinis reſpicit: quo etſi multum quis affligitur: non tñ deſcendit de cruce afflictionis: ſed ad deum recurrit petens ne derelinquatur. Quintum verbū: ſitio. Joā. xix. correſpondet dono ſciētie quo quis ſitit ſcire que ſue expediunt ſaluti. Sextum conſummatū eſt. Joā. xix. donum intellectus inuocat quo intelliguntur que in ſcripturis figurata erant de filio hominis eſſe cōſummata. ideſt impleta. Ultimū autē v̄bum. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Lu. xxiij. dono cōgruit timoris: quo vt bonus filius totū ſe ſubijcit ⁊ cōmittit deo. His verbis ⁊ donis quaſi ſeptem colūnis ſuſtentatur anima ne corruat.

¶ Hec dona ſunt .§.vi.

Septē dōa ſpiritusſancti figurata per ſeptem mulieres.

ſeptem mulieres in figura de quibus dič Eſa. iiij. c. Apprehendent ſeptē mulieres virū vnū. dicentes. panē noſtrū comedemus ⁊ veſtimētis noſtris operiemur: tñ inuocet nomē tuum ſuper nos. Mulieres dicunt dona. non ꝓpter ſexū: ſed ꝓpter fecunditatē bonorū operū que producunt. Jlle apprehendūt virum vnū. ideſt xp̄m ſm beatū Hiero. perfectū in omni ſanctitate in quo pleniſſime quieuerūt. Jlla dona cū ſint habitus quidam cooperiūt ⁊ ornant aiam ac etiam habent ſecū panē refectionis. Unde ⁊ ipſa dona figurantur etiam per ſeptē panes quibus xp̄s pauit turbas. Matth. xv. Qui ſūt ſeptem beatitudines ꝑtinentes ad doctrinam noui teſtamēti: quas xp̄s docuit diſcipulos in monte. Sicut quinq; panes hordeacei quibus altera vice pauit xp̄s quinq; milia hominū in monte. Jo. vj. ſignificat doctrinā veteris teſtamenti. quinq; ſcilꝫ librorum moyſi: quam xp̄s frangens ⁊ ſpūaliter exponens fideles paſcit.

Per ſeptem panes. hordeaceos.

Per donum enī timoris habetur primus panis. ſ. paupertas ſpiritus. q: per timorē humiliatur qs ⁊ ſubijcit ſe deo timendo iudicia eius. Per pietatem habetur ſcđs panis. ſ. mititatis. ideſt manſuetudinis. q: per pietatem quam dicit Job eſſe cultum dei: homo miteſcit ⁊ fit māſuetus ad audiendū verbum dei: acquieſcens ſcripturis in his que ſunt ſupra rōnē. Per ſcientiam habetur tertius panis. ſ. beatitudo luctus. Qui enim addit ſcientiam: addit ⁊ dolorem. Eccle. j. q: ſciēs peccata ſua ⁊ pericula mūdi ⁊ miſerias hominum non pōt non lugere. Per donum fortitudinis habetur quartus panis. ſ. eſuries ⁊ ſitis iuſtitie. i. bonorū operum. Nam fortis propter deſiderium qđ habet ad virtuoſa opera (⁊ hoc eſt eſuries ⁊ ſitis) maiora ſcilicꝫ ⁊ minora opera ardua exponit ſe ad omnem laborem ⁊ viriliter ſuſtinet. Per donum conſilij habetur quintus panis: ſcilicet miſericordie. Hoc enim conſulit intus ſpiritusſanctus: vt miſericordiam exhibeat proximo ſpiritualem ⁊ corporalem: etiam vbi ex precepto non teneretur vt miſericordiam ipſe exinde cōſequatur. Per donum intellectus habetur ſextus panis: ſcilicet mundicie cordis. Nam vt ait ſaluator. Uos mundi eſtis propter ſermonem quē locutus ſum vobis. Jo. xiiij. Scriptura enim ſacra lecta ⁊ intellecta mundificat cor. Per donū ſapientie habetur ſeptimus panis. ſcilꝫ pacis. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. Nam per ſapiētiam guſtatur ipſe chriſtus qui eſt pax noſtra: ⁊ inde cum omnibus querit pacem: ⁊ in omnibus requiem inuenit.

Figurã tur etiã per ſe / ptẽ ocu los.

¶ Hec ſunt ſeptez.§.vij. oculi ſuper lapidem vnum.ſ.xp̄m ⁊ quemlibꝫ virum conſtantez qui habẽt nos illuminare ⁊ dirigere in ſacramẽtis ⁊ per ſacramẽta ſeptem eccleſie. Quãuis enim gratia ſeptiformis reci/ piatur per quodlibet ſacramẽtum vel augeatur: tamen qẟlibet donum pōt adaptari vni ſacra/ mento. Per baptiſmum enim homo credẽdo incipit timere deum offendere ⁊ eũ revereri. Per cōfirmationez roboratur in dono fortitu dinis ad confitendum publice ſine erubeſcen/ tia fidem xp̄i cum expedit. Per eucbariſtiam que dicitur ſacramẽtuz pietatis: donũ pietatis exercetur pie credendo ⁊ colendo deum ſuuz in ea. Ad vere penitendum exigitur donũ ſciẽ tie: vt ſciat cognoſcere ⁊ diſcernẽ peccata ſua confiteri: ⁊ a quibus oportea cauere. In ordi/ ne ſacro exercetur donum conſilij dum ipſum habẽtes ſeruant ꝯſilium caſtitatis. ⁊ alijs. ſcilꝫ populo habent conſulere de his que expediũt ſaluti animarum ſuarum. Donum intellectus docet qui vtuntur ſacramẽto matrimonij quã/ tam rem ſpiritualem ſignificet: vt non vtantur eo ſicut equus ⁊ mulus quibus nō eſt intelle/ ctus: ſed ad prolem ſuſcipiendam: vel fornica/ tionem vitandam in ſe vel conſorte. Per ſacra mentuz extreme vnctionis preparatur anima magis ac magis ad fontem ſapiẽtie. vt relicto affectu preſentis vite. quemadmoduꝫ ceruus deſiderat ad fontes aquaruꝫ eterne ſapientie.

¶ De diſtinctionibus donorum ſpũſſancti a ṽtutibꝰ infuſis: ⁊ de neceſſitate eoꝝ ⁊ ꝯnexiõe.

Capitulum.ij.

ci ſenſu ſeu modo exponendi ſacre ſcripture: ſcilicet litterali: allegorico: tropologico: ⁊ anagogico. Unde verſus. Littera geſta docet qd credas allegoria. Moralis quid agas: quo tēdas anagogia. Sicut verbi gratia. Hieruſalē ſm̄ litteralem ſenſum cum de ea agitur in ſcriptura. ſignificat ciuitatem quandam que deſtructa fuit a romanis principibus. ſm̄ allegoricum ſenſum ſignificat eccleſiam ſm̄ tropologicum ſignificat animam. ſm̄ anagogicum inſinuat ſupernam patriam. Unde Greg. dicit in xv. moralium ꝙ ſacra ſcriptura omnes ſcientias ipſo locutionis ſue more tranſcendit: quia vno eodemqȝ ſermone dum narrat geſtum ꝓdit myſterium: ideſt innuit ſpiritualem intellectum qui diuiditur in triplicē vt diceſ. ¶ Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. in prima par

Auctor ſacre ſcripture ē deꝰ

te. q. j. ar. x. ꝙ auctor ſacre ſcripture deus eſt in cuius poteſtate eſt vt non ſolum voces accommodet ad ſignificādū qꝺ ēt hō facere pōt: ſȝ ēt res ipſas. Et ideo cū in omnibus ſcientijs voces ſignificent hoc habet ꝓpriū iſta ſcientia ꝙ ēt res ſignificate per voces et aliquid ſignificant. Jlla ergo ſignificatio prima qua voces ſignificāt res pertinet ad primum ſenſum qui ē ſenſus hyſtoricus ſeu litteralis. Jlla vero ſignificatio qua res ſignificate per voces ſignificant alias res. Dicitur ſenſus ſpiritualis qui fundatur ſuper litteralem ⁊ eum ſupponit. Hic autem ſenſus ſpiritualis triphariam diuiditur. Sicut enim dicit apoſtolus. Lex vetus figura eſt noue legis. Et ipſa noua lex eſt figura future glorie: vt dicit ipſe Dionÿ. Jn noua etiam lege ea que in capite ſunt geſta: ſunt ſigna eorum que nos agere debemus. Secundum ergo ea que ſunt veteris legis ſignificāt ea que ſunt noue legis: ⁊ eſt ſenſus allegoricꝰ Secundum vero ea que facta ſunt in chriſto: vel ſignificant chriſtum ſunt ſigna eorum que nos agere debemus. Et eſt ſenſus moralis. ꝑut vero ſignificant que in futura gloria ſunt ē ſenſus anagogicus. Quia vero ſenſus litteralis eſt ille quem auctor intendit: auctor autē ſacre ſcripture deus eſt qui omnia ſimul ſuo itellectu comprehendit. non eſt inconueniens: vt b. Aug. dicit in. xij. confeſ. ſi etiam ſm̄ ſenſum litteralem in vna littera ſacre ſcripture plures ſenſus reperiuntur. Sicut verbi gratia. Jllud quod a deo dicitur. ij. Reg. vij. de filio Dauid ſalomone. Ego ero illi in patrem: ipſe erit mihi in filium ⁊c̄. Dupliciter exponitur ſm̄ litteram. Uno modo de chriſto: ideſt dei filio incarnato. Et ad illuȝ intellectuȝ inducit apoſtolus ad Heb. j. auctoritatem ad probanduȝ chriſtū dei filium procedendo ſm̄ ſenſum litteralem dicte auctoritatis. Nam allegoricus nō eſt argumentatiuus. Et quod ſequitur in textu. Si quando deliquerit arguam eum in virga virorum. ſi referatur ad chriſtum intelligiſ de corpore eius myſtico. vel refertur ſolum ad ſalomonem. Alio modo ad litteram exponitur de ſalomone qui fuit filius dei per adoptioneȝ dū bonus fuit. Et ex verbis ſequentibus arguunt aliqui ſalomonem etſi a deo auerſum propter amorem mulierum tandem ad eum reuerſuȝ per penitentiam ⁊ punitum in virga virorum inſurgentium contra eum. Unde ſubdiſ. Miſericordiam autem non auferam ab eo. Notādum etiam ꝙ cum. b. Aug. dicat ꝙ illud quod vetus teſtamentum continet traditur quadriphariam: ſcilicet ſm̄ hiſtoriam. ſm̄ ethymologiam. ſm̄ anagogiam. ⁊ ſm̄ allegoriam. vt dicit b. Tho. Prima tria pertinent ad ſenſum lr̄alē.

Quid ſit hiſtoria — Nam hiſtoria eſt (vt dicit. b. Aug.) cum ſimpliciter aliquid proponitur. Etymologia — Etymologia cum cā dicti aſſignatur. ſicut cum dominus aſſignauit cauſam quare moyſes permiſit dari libellū repudij: ſcilicet propter duriciam cordis eoꝝ Mat. xix. Anagogia — Anagogia vero eſt cum veritas vnius ſcripture oſtenditur veritati alterius nō repugnare. Allegoria — Allegoria autem quam quarto loco ponit comprehendit alios tres ſenſus ſcripture: ſcilicet moralem: anagogicum: ⁊ allegoriam.

Sēſus parabolic⁹ ſub q̄ ſenſu ↄtineaƭ — ¶ Item ſenſus parabolicus ſub litterali ſenſu continetur. Nam per voces ſignificatur aliud proprie: aliud figurate nec eſt litteralis ſenſus ipſa figura: ſed ſignificatum per figurā Non enim cum ſcriptura nominat brachium dei eſt ſenſus litteralis de membro corporali eius. ſed de virtute operatiua ſua. Et ſimiliter quod chriſtus in parabolis ait de vinea culta ⁊ agro ſato: ⁊ nuptijs: ⁊ huiuſmodi: ad ſenſuꝫ litteralem pertinet id quod chriſtus intendebat per illas parabolas. vt de eccleſia vł verbo predicato: ⁊ huiuſmodi. Siquis autem exponeret parabolam de vinea de anima in particulari: iā ille eſſet ſenſus tropologicus ſeu moralis. Nec oportet omnem auctoritatem ſcripture aut etiam hyſtoriam exponere ſm iſtum quadruplicem ſenſum: ſed modo ſm vnū: modo ſm alium: vt dicit Origenes tractans illō de arca noe: q̄ erat bicamerata ⁊ tricamerata. ⁊ quod dicit. b. Greg. in moral. vel alij doctores q̄ aliquando ſcriptura non poteſt intelligi ſm litteram: intelligitur ſm ſuperficiē ſeu corticem littere. non quia ſcriptura in omni parte ſua habeat intellectum verum litteralem qui non occidit ſed viuificat. Sicut verbi gratia cum ait ps. lxxviij. Comederunt Jacob ⁊c. ſm litteram: ideſt corticem littere nuſq̄ʒ inuenitur Jacob comeſtus. ⁊ ideo nō poteſt intelligi hoc ſm litteram: ideſt corticem littere. Sed ſenſus litteralis eſt q̄ populus ille iudeorum dict⁹ Jacob (q̄ſi ab eo deſcendit) fuit pluries ꝑpter peccata ſua quaſi ad nihilum deductus diuerſis flagellis. ſicut id quod comeditur ad nihilum deducitur. Item ex multiplicitate horum ſenſuum non ſequitur aliqua cōfuſio in ſacra ſcriptura: cum omnes ſenſus fundentur ſup vnū ſcilicet litteralem. Ex quo ſolo poteſt trahi argumentum. Non autem ex his que ſm alium triplicem ſenſum dicuntur. b. Aug. ad Uincentium donatiſtam. Nec tamen ex hoc deperit aliquid ſacre ſcripture: quia nihil ſub ſpirituali ſenſu ↄtinetur fidei neceſſarium quod ſcriptura alibi per litteralem ſenſum non tradat. Sicut verbi gratia: ad oſtendendum q̄ chriſtus voluntarius acceſſit ad paſſionem eſt figura: quia yſaac permiſit ſe ſponte ligari ab abraaꝫ: ad victimandum. ſed iſtud expreſſe habetur Eſaie. liij. vbi dicitur. Oblatus eſt: quia ipſe voluit ⁊c̄. Et quod hierony. ait ad Paulinum q̄ vitioſiſſimū genus dicendi eſt deprauare ſcripturas ⁊ ad ſenſum ſuum ſcripturam trahere etiam repugnantem: videtur intelligendum quoad expoſitionem ſcripture litteralem. Nā quoad ſenſum ſpiritualeꝫ omnis expoſitio ſcripture fundata in veritate fidei ⁊ congruenter aptata bona eſt: ⁊ omnes doctores talibus vtūtur. Quandoqꝫ etiam id quod male geſtum eſt ſm litteram ſeu hiſtoriam ſignificat ſpiritualiter aliquid bene factum. vt dicit. b. Gregori. in moral. Quid enim ſceleſtius dauid in adulterio ⁊ occiſione vrie? Et quid fidelius? vrias tamen (vt ipſe exponit) dauid ſignat deum: ⁊ vrias pp̄lm iudeorum reprobatum.

¶ De ſeptem re[illegible] §. xiij.

Septē regule ad intelligēdū ſacram ſcripturam — gulis que ab aliquibus dicuntur claues: quia per eas aperitur intellectus in multis ad intelligendum ſcripturas ſacras: quas ponit Jſid. in lib. de ſum. bo. ⁊ b. Aug. in lib. de doctrina chriſtiana. Et dicit eas fuiſſe tyconij. vt refert Nico. de ly. in prologo ſuper penthatheucon. Qui etiam dicit q̄ volenti proficere in ſtudio ſacre ſcripture: neceſſarium eſt incipere a ſenſu litterali: quia ille eſt fundamentum. ⁊ ex ſolo illo argumentari poteſt circa dubia fidei et morum: non ex ſenſibus ſpiritualibus. ¶ Eſt Prima ergo prima regula ſeu clauis ſapientie de dn̄o noſtro ieſu chriſto ⁊ eius corpore myſtico qđ ē eccleſia: quia per connexionem capitis ad corpus ſacra ſcriptura ſub vno contextu quaſi ſub eadem perſona aliquando loquitur de vtroq̄ de vno tranſiens ad aliud. Uerbi gratia Eſa. lxj. Induit me veſtimentis ſalutis: ⁊ indumento iuſticie circundedit me quaſi ſponſum decoratum corona: ⁊ quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Quod enim dicit quaſi ſponſum loquitur de chriſto. Et qđ ſequitur: quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis: intelligitur de eccleſia. Similiter quod dicitur Cant. j. Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera eius vino. Quod dicit. Oſculetur me oſculo oris ſui: verbum eſt ſponſe frui ſponſo deſiderantis. Quod autez ſubdit: q: meliora ſunt vbera eius vino: verbum eſt ſponſi eccleſiam commendantis. ſiue de duobus preceptis dilectionis. ex quibus elicitur lac refectionis pure ſuperantis vinum mundane delectationis. ſiue intelligatur de duobus teſtamentis ſcripture. Unde exprimitur lac doctrine excedentis ſecularem omnem ſcientiam. ¶ Secunda regula eſt de corpore domini myſtico vero ⁊ ſimulato. Eccleſia enim eſt ſagena bonorum [illegible]

De ſeptem re…

ad litus:continens piſces bonos ꝛ malos per/
mixtos:ſed ſeparandos ab inuicez in fine mū/
di:vt dicitur parabolice Mat.xiij. Et ideo in
ſacra ſcriptura mali commendantur cum bo/
nis quibus ſunt permixti.ſicut Oſee.xj. Iſra
el ꝛ dilexi eum. Et econuerſo.aliquando boni
vituperantur cuz malis. Sicut Eſaie.j. Cogno
uit bos poſſeſſorem ſuum.ꝛ aſinus preſepe do
mini ſui. Iſrael autem non cognouit me. Ali/
quando in eodem contextu exprimitur qd ad
bonos pertineat:quid ad malos. Sicut Cant.
j. Nigra ſum ſed formoſa ſicut tabernacula ce
dar:ſicut pelles ſalomonis. Verba ſunt ſponſe
eccleſie:que ratione malorum dicitur nigra:ꝛ
ratione bonorum formoſa. Et quod ſubditur
pro exemplo. Sicut tabernacula cedar. Hoc re
fertur ad malos. Ex cedar enim deſcenderunt
ſaraceni:nigri viris. Quod additur.ſicut pel/
les ſalomonis. applicatur ad bonos. Salomō
non ſignificat hic deum. Pelles tabernaculi
quod poſtea tranſiuit in templū quibus coope
riebatur hyacintine ꝛ rubricate ſunt virtutes
ſapientie ꝛ charitatis:que operit multitudinē
peccatorum. ¶ Tertia regula eſt de ſpiritu et
Tertia littera. ſm ꝙ accipitur ſub eadem littera ſen/
ſus hyſtoricus ꝛ myſticus. quia veritas hiſto
rie eſt tenenda ꝛ ad ſpiritualem ſenſum referē
da. Sicut apoſtolus loquens ad Gal.iiij. dicit
Is qui ſm carnem natus eſt:ideſt iſmael:per/
ſequebatur eum qui ſm ſpiritum natus eſt. ſ.
yſaac trahendo eum ſeu alliciendo ad malum
ꝛ figurat ſpiritualiter malos in eccleſia perſeq
bonos. ſaltem moribus prauis. Poteſt etiam
aliter exponi dicta regula vt referatur vtrūq
ad ſenſum litteralem tantum qui quandoqꝫ ē
duplex. Sicut illud quod dñs dicit.j. Paral.
xvij. Ego ero illi in patrem:ꝛ ipſe erit mihi in
filium. hoc intelligitur ſm litteram de ſalomo
ne ꝛ de chriſto:vt dictum eſt ſupra. Sed prout
intelligitur de chriſto poteſt eſſe ſenſus ſpiritu
alis ſm quid inquantum ſcilicet chriſtus fuit
figuratus in ſalomone. ¶ Quarta regula eſt
Quar/ de ſpecie ꝛ genere ſeu de parte ꝛ toto: cum de
vno tranſitur ad aliud. Sicut Eſa.xiij. Primo
loquitur contra babylonem ſpecialiter cuz di/
cit. Onus babylonis:ideſt flagellum ꝛ maluz
inducendum ſuper talem ciuitatem:ꝛ tranſit
ad intelligendū verbū de toto mundo genera
liter per hoc quod ſubditur. A ſummitate celi
dominus ꝛ vaſa furoris eius vt diſperdat om
nem terram. Poſtea reuertitur ad loquenduz
de ciuitate illa babylonie ſpecialiter cum dicit:
Ego ſuſcitabo ſuper vos medos qui argentuz
non querant:quia ſcilicet darius medus cum
nepote ſuo cyro cepit babylonem: ꝛ interfecit
Quinta baltaſar regem eius Dan.v. ¶ Quinta regu
la eſt de temporalibus:que contingit quadru/
pliciter. Uno modo per ſynecdochen: qn po/
nitur pars tēporis pro toto. ſicut in euāgelio:
cū chriſtus d' fuiſſe in ſepulchro tribus dieb'
ꝛ tamē prima dies ꝛ vltima nō fuerūt comple
ti. Secūdo mō pp̄ter minutias tp̄is que aliqn
computantur:aliquādo omittunt. ꝛ ſm ſcriptu
ram loquēs de aliquo numero annoꝝ in pluri
bus locis. aliqn ponit plures annos predictas
minutias ponēs. Alio loco pauciores p̄dictas
minutias omittēdo. Tertio mō ꝯtingit eo ꝙ
computatio annoꝝ incipit in vno loco ſcriptu
re a priori tp̄e in alio loco a poſteriori. ſic Gen.
xv. dictū fuit abrae. Semen tuū futuꝝ eſt pere
grinū quadringentis annis. ꝛ Exod.xij. dici/
tur ꝙ manſio filioꝝ iſrael in egypto fuit q̄drin/
gentis triginta annis. qr cōputatio huiꝰ ma/
ioris numeri incipit a tp̄e quo dictū fuit abrae
Gen.xij. Egredere de terra tua. Computatio
vero minoris tp̄is incipit a natiuitate yſaac:q̄
fuit triginta annis poſt egreſſum abrae de arā
Quarto mō ꝯtingit eo ꝙ ſcriptura loquit̄ de
futuro p modū p̄teriti. vt illō Eſa.ix. paruulus
natus eſt nobis. Et hoc eſt ad denotādū certitu
dinē p̄phie cuius euētus de futuro eſt ita cer/
tus ſicut ſi iā p̄teriſſet. Et hoc eſt pp̄ter certitu/
dinē diuine p̄ſcientie ex qua fit reuelatio p̄phe
tie. ¶ Aduertēdū tn̄ ꝙ p̄dictus modus locu/
tionis h̄ʒ locū in p̄phia p̄deſtinationis ſeu p̄e
ſcientie:nō in p̄phetia cōminationis que frequē
ter mutat̄:vt pꝫ in exēplo Ezechie cui dictū fu/
it. Diſpone domui tue qr morieris tu ꝛ nō vi/
ues Eſa.xxxviij. Et in minutis. ¶ Sexta regu
Sexta la ē de recapitulatōe ꝛ anticipatōe. In ſacra.n.
ſcriptura nō ſemp eodē origine geſta ꝛ facta
ſcribunt̄ quo fūt. ꝛ iō qn̄ p̄ponunt̄ poſteriora
d' anticipatio:qn̄ vō fit econuerſo. i. priora poſt/
ponunt̄ d' recapitulatio. ſicut Gen.x. dicit̄. Ab
his diuiſe ſunt inſule gētiū in regionibus ſu/
is vnuſqſqꝫ ſm linguā ſuā. Et poſtea.c.xj. dici
tur. Erat aūt terra labij vnius ꝛ ſermonum eo
rūdē. Ex quo pꝫ ꝙ illud quod d' in.x.c. de di
uiſione linguarum dicitur per anticipationez.
ſimiliter Gen.ij.c. poſtq̄ moyſes deſcripſerat
creationez celi ꝛ terre ꝛ ornatū eoꝝ poſtea ſub
dit. Iſte ſunt generationes celi ꝛ terre. qđ eſt p
recapitulationē. ¶ Septima regula eſt de de/
Septi/ma mone ꝛ eius corpore. vt dicit. b. Greg. i omel.
Certe omnium malorum hominum caput dia
bolus eſt:ꝛ omnes iniqui ſunt mēbra eius. Et
ideo pp̄ter cōnexionem capitis ad mēbra ſcri/
ptura loquēs de vno i eodē ꝯtextu trāſit ad lo
quēdū de altero. ſicut Eſa.xiiij. loquēs de rege
babylonis. ſ. nabuchodonoſor: qui erat diabo
li mēbꝝ tranſit ad loquēdū de principe demo/
num:cum ſubdit. Quo cecidiſti lucifer q ma/

ne oſiebaris? Et Ezechiel loquens de principe
tyri quodam tyranno malu tranſit ad loquen/
dū de diabolo enim ſubdit. Tu ſignaculū ſimi
litudis plenus ſapientia ⁊ perfectus decore.

De multiplici vtilitate ſacre doctrine.

Capitulum.iij.

ET erit tanquam li/
gnum quod plantatū eſt ſecus de
curſus aquarum : quod fructum
ſuū dabit in tēpore ſuo. Loquēs
propheta ſiue Dauid ſiue Eſdras ſm Nico.de
ly.in hoc ps.primo prologo pſalmorum de vi
ro iuſto ⁊ ſpe beato. proprietates eius deſcribit
aſſimilans eū arbori iuxta aquas velociter cur
rentes exiſtenti tempore congruo fructifican/
ti: vt humilitas eius inſinuetur : quia in terra
radicata. Studioſitas iudicetur.q2 iuxta aqͣs
ſituata. Operoſitas ſancta manifeſtetur in fru
ctificatione declarata. Neq3 enim tumidi pene
trare valent profunda ſcripturarum ſanctarū.
Sed vbi fuerit humilitas ibi ⁊ ſapientia teſte
ſapientiſſimo Salomone. que humilitas ab hu
mo deriuata ſe recognoſcere facit puluerem et
limum. ibi figens radices cogitationum. Quā
uis enim allophili demonum obſtruere niterē
tur quos fodiebat puteos iuſtus yſaac per ſer/
uos ſuos.ſ.cogitationes ſuggerendo: errores
vel elationes. non tamē preualuerunt quin ꝑſe
uerans perueniret ad aquam viuam quā vo/
cauit abundantiam.ſ. virtutū que maxime in
ſacris ſcripturis reperitur. Et iō iuxta has aqͣs
plantantur mens eius vt aſſidue has hauriat
in gaudio de fontibus ſaluatoris. O quis vn/
quā narrare poterit profunditatem: vtilitatē:
multiplicitatem: ſuauitatem harū aquaꝝ. Si
quidem atteſtāte Caſſiodoro ſuper ps. Omis
ſplēdor rethorice eloquētie: omnes modi poe/
tice locutionis quelibet varietas decore ꝓnun
ciationis a diuinis ſcriptoribus ſumpſit exor/
dium. Vn̄ ⁊ mox ppl'i illius doctor ⁊ rector: cui
in figura omnia cōtingebant. eductus de aqͣs
egyptiorum doctrinaꝝ quibus fuerat imbu//
tus: ebullientibus ranas garrulas dyalecticoꝝ
ſm Orige. conuerſis etiā in ſanguinē incenti
uorum libidinum ⁊ errorum in deſerto eccl'ie.
populum ſitientē ad aquas ſalutares adduxit
que enī amare prius fuerant ⁊ impotabiles in
ſuperficie littere occidentis ſuaues facte ſunt
miſſo in eis ligno crucis: ita vt omnis ppl's ſa/
pientum biberet ⁊ iumēta ſimplicium. Ad has
ſuauiſſimas inuitabat. Eſai. dicit. Omnes ſitiē
tes venite ad aquas. Quod chriſtus ardētius
agens clamabat in templo dei. Siquis ſitit ve/
niat ad me ⁊ bibat. Joan.vij. Nam qui biberit
ex aqua quā ego dabo ei doctrinas.ſ. euāgelica
gratiam cōtinente: non ſitiet in eternū ait idē
ſamaritane Jo.iiij. Pre ſuauitate eius munda
norum ſiti extincta. Multiplicitas ſenſuū eius
ſignificatur in fluuio paradiſi voluptatis irri/
gandi lingua eius qui ad nos deſcēdens diui
ditur in capita. Ipſa enim ſapientia diuinorū
que beatos cōtinue irrigat nob' reuelata in ſcri/
pturis in quatuor ſenſus diſtinguit litteralē:
allegoricum: moralē. ⁊ anagogicum. quibꝰ in/
herentes ſitim noſtrā tēperemus. Et ſic ſpiritꝰ
domini ferebatur ſuper aquas. Geñ.j. ad variā
dum intellectū earū. In his aquis Jacob mit
tebat virgas populeas ⁊ amigdalinas ꝑtī de
corticatas. vt in aſpectu earum oues potantes
conciperent ⁊ parerent fructꝰ varij velleris re/
ſperſos q2 doctores eccleſie ſententias in ſcri/
pturis poſitas. partim ſm litterā partim remo
to cortice ſenſus myſticos populis ſibi ſubdi/
tis debent propinare. vt fructus bonorum ope
rum varios dent tpe ſuo. Per hanc aquā ſapi
entie ductus in ſpū Ezechiel propheta ad inſi/
nuandum in ea ſucceſſiuos profectus. Primo
ipſa operte ſunt plante eius. ſecundo genua vl
tra procedenti. exinde renes. Demum tanta in
uenta eſt profunditas vt trāſuadari nō poſſet.

Vtilitatem earum .§.i.

⁊ quot fructus ex ipſis ꝓpinatis ⁊ hauſtis nul De vtilitate ſacre ſcripture.
lus poterit ſufficienter enarrare. Juxta aquarū
fontes nōne patriarcharū: yſaac: Jacob Moy
ſi. ſponſalia cum rebecca. Rachel ⁊ ſephora ha
buerunt initia. vt intelligimus ſm Orige. illō
impleri Oſee. Deſpōſabo te mihi in fide iuxta
aquas ſcripturarum ſacrarum. Fides enim ex
auditu. Auditus autem per verbū dei. qō in
oēm terrā exiuit. Ro.x.c. In aquis maris ſub
merſo pharaone cum exercitu ſuo. tranſit po/
pulus dei liberatus ab eo. domino decantans.
Exo.xv. Omnia quidem flumina doctrinarū
in mare ſcripture intonat. ⁊ ipſum mare nō re/
dūdat vt dr̄ Ecc'e.j. in aliqd ſupfluitatis. Etiā
aqͣs huiꝰ maris cōfregit deꝰ capita dracōis īfer
nal. teſte Dauid. In cuiꝰ figurā ipſe cū lapidibꝰ
ſumptis de torrēte aqͣꝝ funda iactatis imanē
goliath ad ſolū proſtrauit. j. Re.xvij.c. Qō īpletū
eſt qn̄. xp̄s fortis robor ⁊ decorus aſpectu ſathā
nā tētatiōibꝰ pugnātē auctībꝰ ſacre pagine dei
cit ad plenū. Mat.iiij. In iordanicis aqͣs huiꝰ
ſacre ſophie mūdatꝰ ē a lepra erroꝝ ⁊ vitiorum
Naamā ppl'i gētilis nō in fluuijs damaſcenis
abana ⁊ pharphar ethnicoꝝ doctrinis vt arbi/
trabat. iiij. Re.v. Iā vos mūdi eſtis pp ſmonē
quem locutus ſum vobis. inqͥt veritatis magi
ſter. Jo xiij. Hec eſt piſcina in pomerio mū
diali ad quam deſcendēs Suſanna pulchra ni
mis. ſacroſancta videl3 eccleſia: nō hīs macu/

lam neq̧ rugã ſe refrigerat contra eſtus laboꝝ
⁊ tentationum. Sed duo falſi ſenex pleni mu/
tua cogitatione. ſcribe ⁊ phariſei. quia noluit
miſceri cum eis. perfidie eorum aſſentiendo.
eam de adulterio accuſant ſpirituali. quia chri
ſto adheſit quem comprehendere nondum va
luerunt: ⁊ morte eterna iudicant condemnan/
dã. Daniel autem puer qui natus eſt nobis de/
mum conuincet in fine de teſtimonij falſitate.
gehenne applicandos Dañ. xiij. In hanc piſci/
nam hieroſolymitanam poſt deſcenſionem in
ea. a magni ↄſilij angelo myſteria eius p incar
nationem implendo. quicunq̧ deſcẽdit in vni
tate fidei ⁊ dilectionis. ſanatur a quacunq̧ de/
tineatur anime infirmitate Jo. v. Et non ſoluz
cõtractus. ſed ⁊ cecus natus ad natatoria ſiloe
illuminatus eſt Jo. ix. Inuenit onam aquas ca
lidas in deſerto aſinas paſcens Geñ. xxxvj. q2
dum ſimplices ⁊ humiles cogitationes nõ ela
tas fouet in ſolitudine exteriori ⁊ interiori. ſe/
cum meditans doctrinam ipſam experitur di
lectione feruentem. Ad huius humorem imit/
tit deus radicem fidei in homine quod patuit
in eunucho candacis regine ethiopuz. In cur/
ru enim ſuo per deſertum tranſiens ⁊ legens
Eſaiam prophetam. demum ad aquam veni/
ens credens baptizatus eſt: ⁊ ibat per viam ſu
am gaudens ⁊c. Act. viij. Nonne ⁊ aque mul/
tiplicate in expoſitionibus eleuauerunt arcam
eccleſie: ſeu anime in ſublimi contemplationis
⁊ ſpei Geñ. vij. vt ſitiat ad deum viuum: ſicut
deſiderat ceruus ad fontes aquarum. Et ſicut
audiuit ita vt videat in ciuitate domini virtu/
tum. Deniq̧ aqua ſapientie ſalutaris potauit
dominus electos ſuos que docet ſobrietatem:
prudentiam: iuſtitiam. ⁊ virtutem quibus nil
melius in vita hominibus Sap. ix. Puteꝰ eſt
aquarum viuentium iſte liber vite. que fluũt
impetu de libano ſuperne ſcientie. quia recrea
tus Helyas ſubcinerio pane viriliter ambula/
uit vſq̧ ad montem dei. iij. Reg. xix. Bibe er/
go aquam de ciſterna tua. vt proteſtatur ⁊ hor
tatur ſapientiſſimus ſalomon Prouerb. v. qui
de celo deſcendit. Nam fons ſapientie verbuz
domini in excelſis Eccli. j. Et fluenta putei tui
que ſunt glorioſe ſanctorum doctorum doctri
ne. deriuẽtur fontes tui foris: quia hec eſt que
ſparſa colligitur erogata reuertitur: ⁊ publica/
ta ſuſcipit incremẽtũ. Et in plateis quo vniuer
ſi concurrunt aquas tuas diuide quas arta lo/
ca non capiunt. habeto eas ſolus ne ſit tecuz ſo
crates. Plato. Ariſtoteles. Homerus. Uirgili/
us: vel Naſo. Tullius. Uarro: vel Anneus. Hi
enim ſunt alieni qui non debẽt eſſe participes
tui. Ita exponit Joãnes dominici cardinal'. vl'
habeto eas ſolus ruminando ⁊ operando. nec
communicet alienus lucra vel honorem: ⁊ glo
riam ſeculi inde expectando.

¶ Quot fructus ar/ .§. ij.
bor rationalis plantata iuxta aquas ſcriptura/
rum ſanctaꝝ faciat pulcherrime oſtendit Hie/ De fru
ro. in prologo pſalmorum dicens. Hic habz in ctu ſa/
fans quid lactet. Puer quid laudet. Adoleſcẽs cre ſcri
quid corrigat. Juuenis quid ſequatur. Senior pture
quid precetur. Hic diſcunt femine pudicitiaz.
Populi inueniunt pietatem. Uidue iudicem.
Pauperes protectorem. Aduene cuſtodem.
Hinc inueniant reges quid audiant. Judices
quid timeant. Hec triſtem conſolatur. Letum
temperet. Iratum mitigat. Pauperem recreat
Diuitem vt ſe cognoſcat increpat. Omnibus
ſe ſuſcipientibus apta medicamenta tribuit.
Nec peccatorem deſpicit. Sed per penitentiã
remedium ei ingerit. Poſt hec deus oſtendit.
Simulacra irridentur. Fides aſſeritur. Perfi/
dia repudiatur. Juſtitia ingreditur. Prohibe/
tur iniquitas. Miſericordia laudatur. Crude/
litas abdicatur. Ueritas requiritur. Menda/
cium damnatur. Dolus accuſatur. Predicatur
penitentia. Pax ſequenda promittitur. Spes
certa nutritur. Sed quod his omnibus eſt ex/
cellentius: chriſti ſacramenta laudantur. Hec
Hiero. In ea reperiuntur dei perfectiones ex
ibi narratis vt omnipotentiam in geneſi. In
mundi creatione. Dei clementiam in Exodo:
ex liberatione. In exitu iſrael de egypto. Reue
rentiam ⁊ maieſtatem i Leuitico. Ex ſacrificijs
⁊ cerimonijs. Eius patientiam in li. Numeri.
Fortitudinem in bellis ioſue. Longanimitatẽ
⁊ miſericordiam in volumine. Judicum. Pro
uidentiam in libris Regum ⁊ huiuſmodi. Et
ſic de alijs ⁊c. Immo etiam quecunq̧ ibi ſcri/
pta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:
vt per exempla ⁊ dicta illorum qui ibi laudan
tur. curramus per viam virtutum ad brauiuz
ſuperne vocatõis. Reſpice ibi ⁊ inuenies abel
deuotionem. Enoch contemplationem. Noe
credulitatem. Abrae fidelitatem. Iſaac patien/
tiam. Jacob prudentiam. Joſeph caſtitatem.
Moyſi charitatem. Phinees ſanctam emula/
tionem. Aaron deuotam oblationem. Jude au
daciam. Joſue confidentiam. Othonis recti/
tudinem. Sanſonis fortitudinem. Booz equa
nimitatem. Samuelis integritatem. Job re/
dargutiones. Tobie correctiones ſeu monitio
nes. Dauid miſericordiam. Salomonis peni/
tentiam in Eccleſiaſten. Helye zelum pietatis
Heliſei telum equitatis. Eſaie ſtabilitatez. Hie
remie magnanimitatem. Ezechielis rigorez.
Danielis feruorem. Matathie ſingultus. Ju/
deq̧ machabei cultus. Eleazari amorẽ patrie.

Roſie virorem latrie. In nouo teſtamento chri
ſti domini obedientiam. Matris eius innocē
tiam. Petri longanimitatem. Angelorum ex//
ultationem. Pauli ſublimitatem. Baptiſte cō
feſſionem. Andree magiſterium in cruce. Ja/
cobi deſiderium in luce. Joannis ſapientiam.
Thome ſcientiam. Alpheidis iuſtitiam. Phi/
lippi refulgentiam. Bartholomei nobilitatē.
Matthei veram ſanctitatem. Simonis cōſtan
tiam. Thadei reuerentiam. Matthie humili//
tatem. Marci ſinceritatem. Luce vigilantiaꝫ.
Barnabe eminentiam. Cum innumeris virtu
tibus legendis ꝛ tāgēdis in ſola philoſophia
quam deus pro ſalute noſtra dignatus eſt mū/
do miſericorditer reuelare. Hec Joannes do/
minici cardinalis in noctiluca. Sed conqueri
tur dominus per Hieremiam dicens. Duo ma
la fecit populus meus. Me dereliquerunt fon
tem aque viue: cum ſcilicet ſacram doctrinam
diuinam maieſtatem gratiam virtutum glori/
am beatorum docentem ꝛ inducentem. ꝛ fode
runt ſibi ciſternas diſſipatas pro aquis doctri
narum infidelium que continere non valent
aquas. In terra ſcilicet mentis ſue curioſitateꝫ
conſtruentes: in qua colligant aquas errorum
a poteſtatibus aeris deſcendentium: que con/
tinere non valent eas: quia inſatiabilis eſt cu//
rioſitas humana: noua querens ꝛ nunquā di/
cens ſufficit. Semper enim tales ſunt addiſcē
tes: ꝛ nunquam ad ſcientiam veritatis perue/
nientes: vt ait apoſtolus. Et ſicut ſiliquis por//
corum ſatiari nequibat prodigus adoleſcens
qui ſubſtantiam ſuam diſſipauerat: ſcilicet do/
ctrinis ethnicorum que inflant nō nutriūt: vt
exponit Hiero. Et hꝰ di. xxxvij. Ita nec ſitim ex
tingunt ſeu extinguere pñt his turbidis aqs.

¶ Doctrine gentilium philoſophorum vel poetarum non pſunt ad ſalutem. Cap. iiij.

VErūtamen in dilu
uio aquarum multarum ad deuꝫ
non approximabunt ps. xxxj. Ut
ſcribitur Geñ. j. diuiſit deꝰ aquas
que ſunt ſub firmamento ab his que ſunt ſup
firmamentum. Et ſuper firmamentum aque q̄
ſuper celos conſtituunt: diuina ſcilicet oracula
veteris ꝛ noui teſtamenti diuiſe ſunt ab aquis
doctrinarum mundialium que in terra obſcu
ra miſcentur. Nam aque ille ſuperiores pagi/
ne ſacre limpidiſſime ſunt: quia preceptum do
mini lucidum illuminans oculos. Solidiſſi//
me ſunt ꝛ vnite: quia verba mea non trāſibūt
ait dominus Luc. xxj. Aque que ſup celos ſunt
celum cryſtallinum nuncupate dominum lau
dant eius magnitudinem inſinuantes. Scru//
tamini ſcripturas ꝛ he ſunt que perhibent te//
ſtimonium de me Joan. v. dixit deus humana
tus in terris. Aque vero inferiores doctrine. ſ. Ꝙ po/
gentilium perfidorum: iudeorum aut heretici/ ſitis ꝛ
corum obſcure ſunt ꝛ turbide erroribus imix hmōi
te ps. cxv. Omnis homo mendax. Non ſtabi/ doctri/
les ſed confutate. Juxta illud Mat. xv. Om// ne nō
nis plantatio ſcilicet doctrine quam non plan/ pſunt
tauit pater meus celeſtis eradicabitur: ꝛ nō ſo ad ſal
lum ab vnitate vere fidei recedunt: ſed etiaꝫ a tem
ſe inuicem diuiſe ſibi contrariantur. Non lau/
dant dominum huiuſmodi aque verum: ſed
falſos deos ꝛ eorum ſcelera: querentibus coꝝ
auctoritatibus non ad gloriam dei: ſed propri
am. Hec ergo quia aque multe non vnite de ve
ritate tractantes: ſed multe in erroribus dilu//
uium generant: diſſipans terraꝫ. quod omnes
extinxit viuentes niſi in arca eccleſiaſtice do//
ctrine ſaluatos. Non ergo homines appropin
quabunt ad deum vere intelligendum aut di/
ligendum: aut poſſidendum in diluuio aqua/
rum multarum. vnde. b. Aug. in omel. ſup Jo
an. ait. Fuerunt quidam philoſophi de virtuti
bus ꝛ vitijs ſubtilia multa tractantes: diuidē/
tes: diffinientes: rationes acutiſſimas conclu/
dentes: libros implentes: ſapientiam ſuā buc
cis crepantibus ventilantes: qui etiam aude//
rent dicere hominibus. nos ſequimini: ſectā
noſtram tenete ſi vultis bene viuere. Sed quia
non intrabant per oſtiū perdere volebant: ma/
ctare ꝛ occidere. Dicant ergo pagani. Bene vi
uimus. Si per oſtium non intrant. quid eis p/
deſt: vnde gloriant. Ad hoc. n. debet vnicuiqꝫ
pdeſſe bene viuere: vt ei def ſemp viuere. Nec
bene viuere dicēdi ſunt qui finē bene viuendi
vel cecitate neſciūt vel inflatione ꝯtēnunt. Non
eſt aūt cuiqꝫ ſpes vera ꝛ certa ſemp viuēdi niſi
agnoſcat vitā que eſt xps: ꝛ per ianuā. i. fidem
xpi intret in ouile ſcꝫ eccleſie. Querūt. n. pleruqꝫ
tales pſuadere hoibus vt bene viuāt ꝛ chriſtia
ni nō ſint: p aliā partē volūt aſcēdere ꝛ macta/
re pdere: nō vt paſtor ꝯſeruare. hec. b. Aug. qd
aūt in puerbijs. Aque furtiue dulciores ſunt
doctrine ſcꝫ ethnicoꝝ vel hereticoꝝ qui mol//
les ſunt nō ſolide vt qui ſup celos ſunt: q: mol
lem faciunt aium: ꝛ ad delitias ꝛ laſciuiā idu/
centes: que furtiue dicunt: q: ſpcioſam viri aiā
mā rapiūt his potatā. Uel q: ſi qua vera illi di
xerūt furati ſūt ab alijs ſibi gloriā nō deo aſcri
bētes. vel q: legi vetite coiter ſunt diſt. xxxvj.
Eps. Jō dulciores videnf pꝑter ornati carum
delectantē: tū q: nitimur in vetitū ſemp cupi//
muſqꝫ negata. Sꝫ nouiſſima eius amara quaſi
abſinthiū ad pditionē ducēdo. Propter h̄ eni
gygantes qui fuerunt magni mundana ſapia
gemūt ſub aqs. vt ſcribit Job. Gemitu ſempi/
terno. Et ſi igiť ois ſanctus chriſti ſanguine tā

ctuis orēt in tpe oportuno ſcʒ huius ſeculi pro hac remiſſione peccatoꝝ obtinẽda de qua pre dixerat. veꝝ in diluuio aquaꝝ hmói doctrinarum fallaciã nõ appropinquabunt eĩ obtinendo: qꝛ per ea nõ exorãt deũ penitentiã ignorãtes. De phis ethnicis loquẽs apls ad Ro.j. dicit obſcuratũ fuiſſe coꝛ eoꝝ ⁊ traditos in reprobum ſenſum. Repletos cũ ſectatoribus ſuaruʒ doctrinarũ omni iniquitate. ſubdẽs ex illa generalitate. xxj. ſpẽs eius ꝯcludẽs ꝑpter hoc dignos morte. ſ. eterna. ⁊ Poli. lib. vij. c. ix. Cum dixiſſet poetas: hyſtoricos: oratores: mathematicos eẽ legendos: nocumẽtũ exinde ſequens exprimit dicens. Cũ hi in ius ſuũ vendicant oĩum ſi polliceanť noticiã reꝝ: virtutis tamen deducent ⁊ ſubmouent cultum. vnde ⁊ Cicero cũ de poetis ageret vt diligentius audiať exclamat. Clamor ⁊ approbatio populi quaſi magni ⁊ cuiuſdã ſapiẽtis magiſtri: ⁊ qui ad cõmẽdationẽ ſufficiat plauſu ſuo quos vult facit autenticos. Et illi qui tantis efferuntur quantas obducunt tenebras quos metus inuehunt q̃s inflammant cupiditates. Hi ſtupra adulteria, q̃ conciliant varias doli reparant artes: furta rapinas: incendia docent. Que ſunt vel fiunt aut fingi pñt mala exempla ꝓponũt oculis multitudinis impire. Que incendia celi ſuccenſi: aut maris inundatio aut terre hiatus tantas fecit populorum ſtrages: quantas iſti faciũt mẽtiones ⁊c̃. Iſido. ẽt in lib. de ſum. bo. air. Ideo prohibetur chriſtianis figmenta legere poetarum: qꝛ nimirum mẽtẽ excitant ad incẽtiua libidinum. Et nõ ſolum thura offerendo demonibus immolantur: ſed coꝝ dicta libẽtius capiendo diſt. xxxvij. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. inquit pſal. ſed non vt lex tua. videte ne decipiamini per philoſophiam ait apoſtolus ⁊ inanem fallaciam.

Nota ſecũdũ Io/ .§.i.

hannem dominici cardinalis vbi ſupra q̄ vera philoſophia in tribus conſiſtit: ſcilicet in religione: moribus ⁊ doctrina. Si enim philoſophia eſt diuinarum humanarũq̃ reꝝ cognitio ſeu creaturaꝝ creatoriſq̃ vtilis inquiſitio. conſtat quia iuxta platonis ſnīaʒ in tres partes diuiditur: ſcʒ diuinalem: moralem: ⁊ rationalem. Primã dixerunt theologic. i. Secundam ethicã. Tertiã rationalẽ logicã. Prima ſpiritũ accendit. Secunda dirigit vitã. Tertia perficit naturaliter intellectũ. Primã tradunt in metaphyſica. Secundã in ethica. Tertiã in phyſica peripateticorũ doctores. Prime partis nouimus cultorẽ platonem vel potius hermetem. Secunda magnum ſocratem veneratur patronum. Tertiam ſumme ampliauit Ariſtoteles Plotinus vero philoſophus ſingulis partib⁹ inſudauit. Et idem eſt q̄ apud Platonem philoſophiam diuidi. In moraleʒ que in actione verſatur. In naturalem que cõtemplationi deputatur. Unde ſub ea theologica comprehenditur prout ex natura ⁊ ꝓprietate creature cognoſcitur. Et rationalis qua verum a falſo diſcernitur. Ut teſtatur. b. Aug. xviij. de ciui. dei Et ſub rationali comprehenditur triuiũ ⁊ quadriuium: ideſt artes liberales. Sub morali: ſcientia iuris comprehenditur. Nam medicina ſub naturali. Alij tamen diſtinguũt naturaleʒ que eſt de natiuis rerum. que ſpectat ad phiſicam: theologia que agit de deo angelis: demonibus ⁊ hmói. que tãgere videť metaphiſica.

Quod philoſo/ .§.ij.

phia moralis gentilium non ſit vera philoſophia. ⁊ ipſius philoſophie auctores non fuerunt veri philoſophi. Probat Joannes dominici in noctiluca ſic. Ethica eſt virtus moralis aut eius peritia: ⁊ ethicus moraliter virtuoſus exiſtit. A virtute vero ⁊ peritia eius omnis error excluditur vitium nãq̃ naſcitur de errore hinc puto dictum in ethica mundi. Omnis malus ignorans. Ad ethicum autem pertinet non ſolum finem propter quem omnia eſtimãtur fienda inquirere. ſed etiam inuenire ⁊ circa inuentum non errare. Nullibi enim periculoſius erratur q̃ cum de vltimo tractatur. paruus enim error in principio maximus eſt in fine. Ethice enim principium eſt vltimi finis firmatio: finis vero virtutum inductio. Omnes autem illos ethicos philoſophos ⁊ poetas et rhetores. circa diuinitatem multipliciter erraſſe non eſt dubium q̃uis vltimum finem deſcripſerint. Simili modo dici poteſt omnes illius ethice ſcriptores philoſophos dici non poſſe. quia a noticia veri dei fuerũt extranei aut plurimum errauerunt. Preterea moralem phm omnes dixerunt: cuius vita doctrine concordat: ⁊ eã morti neceſſario diſcrimini parat. vñ apud Macrobiũ de ſomno Scipionis. Pythagoras ⁊ Plato dixerũt phiam meditationẽ eẽ mortis quotidie de carcere corporis intẽtã aĩe educere libertatẽ. Tota phia Cicerone referẽte (ait Cato) ſiue phoꝝ vita cõmẽdatio mortis eſt. Nã qd aliũ agim⁹. cũ a voluptatib⁹ corporis ait Tulli⁹: ⁊ a re familiari que eſt miniſtra corporis ⁊ a republica aĩum ſeuocamus: maxieq̃ a corpe abducim⁹: ſecũq̃ eẽ cogim⁹ aĩum a corpe ſecernere. nil eſt aliud q̃ mori diſcere. Currat huc moralis Seneca dicẽs. Facere docet phia nõ diceř. Et hec exigit vt ad legẽ ſuã quiſq̃ viuat ne oꝛoni vita diſſentiat. Huic iungatur beatus Grego. phs nazanze. grecus

Qr philoſophia gẽtiliũ nõ ſit vera phia

in apologetico dicēs. Prima ſapiā vita lauda/
bilis eſt. Ille mihi ſapiens videtur. qui pauca
de virtute animi proloquitur plura autē in ſu
is opibus oſtendit. Et tullius in primo de offi/
cijs ait. Uirtutis omnis laus in actione ꝯſiſtit.
Adijciatur ad hoc ꝙ virtutes oēs ſunt conne/
xe. vt q vna caret omnibus ſit vacuus. ſm ma/
giſtrum ſniarum in. iij. Quiſqȝ virt⁹ vni alicui
vitio cōtrarietur. Cūqȝ contraria ſimul ineſſe
non valeant. q tn̄ vno offendit multa perdit. vt
dicitur Ecc̄s. quia virtutem illi vitio ꝯtrariaꝫ.
⁊ per ꝯñs alias propter connexionē. Addatur
⁊ illud q: ſm be. Aug. vbi deeſt cognitio eter/
ne ⁊ incōmutabilis veritatis. ſ. per fidem falſa
eſt virtus in optimis morib⁹. xxiij. q. j. Sꝫ om/
nes gentiles phi ethici caruerunt fide: ſpe: ⁊
charitate. Et ſi virtutes morales ⁊ pulchre de/
pinxerunt. multa tn̄ eis contraria peregerunt.
vt eas vere non haberent. Nam ⁊ ſuperbie: ia/
ctantie: inani glorie: cupiditati laſciuie. mēda/
cijs: detractionibus: adulationibus: idolatrie:
nigromātie repiunt̄ ꝯditi vitia ipſa libris ſuis
deteſtabantur. ſed operib⁹ eorum inſiſtebant.
Nam Ariſtoteles ſuorum anteceſſorum glie ⁊
laudis cupidus: libros aliorum ante ſe ſcriben
tium excerptis floribus dicitur comburi feciſ/
ſe opera ſui diſcipuli magni alexandri vt ſoluꝫ
nomen ſuuꝫ vocaretur in terris. De demoſthe
ne maximo oratore. dicit Tullius. Leuiculus
ſane noſter. Demoſthenes. qui illa ſuſurro de/
lectari ſe dicebat confitētis muliercule vt mos
eſt in grecia. Hic eſt ille demoſthenes. qd hoc
leuius. Item dicendus ne eſt phus demoſthe/
nes. qui plus dicebat ſe lucratum fuiſſe tacēdo
ꝙ alij perorando. ⁊ ita auaritie deditum: vt p
phas ⁊ nephas magnatis peteret. Gorgias gre/
cis de pace ſcribens ⁊ perorans domi ſicut ſeo
rugiens morabatur. vt dicit Hiero. contra Jo/
uinianum. Quid de mirabili Apuleio dicetur
qui cum de demonibus vera ſentiret ꝙ eſſent
iniqui. verba ſcribere renuit ne offenderet eo/
ruꝫ cultores. Cynicos ꝙqȝ accaninos patre illo
nobili diogene nemo negabit iter ſctē phie no
mine venerandos: quos gentiles phos vocāt
in hoc precipue diſtinctos a ceteris: quo omni
pudore depoſito. cuꝫ quodam Abſolone patri/
cida ⁊ quibuſdam modernis hypocritis. pa/
lam ⁊ vxores cognoſcendas dicebant. Iſti ve/
ro concubinas ſiue deuotas pretulere verbis:
homines illi modeſtiam continentiam patien/
tiāqȝ ſmonib⁹ multis atqȝ politis. que ſi factis
ſpugnāt phi nō fuerūt. Uereor hic Ariſtotelē i
aſellū mutatū ſubdē ſemie ⁊ ſarcinā talē porta
re. Multarum turbarum video mihi immine
re certamen. ſi dixero intemperatum virgiliuꝫ
quem iuuenalis de vitio inordinando ſugilla
uit. Quid ſi faſſus fuero ciceronem in multis
culpandum. ⁊ deprauatuꝫ. Saluſtium audite
de eo dicentem. Homo leuis: ſupplex inimicis
amicis contumelioſus: nemini fidus. Senator
leuiſſimus: patronus mercēnarius: cuius nul
la pars corporis a turpitudine vacat. Lingua
vana: manus rapaciſſime: gula imenſa: pedes
fugaces: ⁊ que honeſte nominari non poſſunt
inhoneſtiſſima. Audite ⁊ vos ſaluſtiani Tulliū
ei reſpondentem. Non qui ita viuit vt tu inge
aliter ꝙ tu loqui pōt. Nec qui ita illo te ſermo/
ne vtitur. vita honeſtior eſt. Sepius vidi gra/
uius offendere aios auditorum eorꝫ eos qui
aliena aperte dixerunt. ꝙ eos qui vitia cōmiſe
runt. Si qui autem volentes eos excuſare a ta/
libus vitijs dixerunt. eos fuiſſe emulos. ⁊ ideo
in alterutrum inuexiſſe ⁊ fuiſſe mentitos acge
ſcatur eorum ſententijs. Sed q: totius phie ro
bur. vt ait plato patientia eſt. Unde quidam re
ſpondendo maledictis quibus non paruꝫ fue/
rat mutus ſe non eſſe phm apud torquatū pro
dit. Hos ego phos nego qui infamationib⁹ vl
diffamationibus ſine rationabili cauſa proxi/
mos lacerarunt. Mentiuntur hiſtorici miſeri/
cordiam vitium fore propter paſſionem triſti/
tie aſſiſtentem: ⁊ ſe licite occidere poſſe. vt eua/
dant corporis penas. Errant achademici incer
ta cuncta ponētes. ⁊ non multo minus peripa/
tetici omnem noſtram ſcientiam a ſenſibus or
tum habere dicentes. Ita Uirgilius platonē
aliqualiter ſequens mentitus eſt omne vitium
a corpore originaliter pullulare: originale pec
catum non credens. vbi ait. Igneus eſt ille vi/
gor ⁊ celeſtis origo. Seminibus quātum non
noxia corpora tornant. Terra inique hebetant
artus moribundaqȝ membra. ¶ Sepe falſa
ſcribūt iſti hiſtorici vel morales: fauore: odio:
vel amore. Hinc beatus Hierony. fatetur phos
expreſſe mentitos. vbi ſcripſerunt ſocratē ſem/
per eundem vultum habuiſſe. ventū eſt ad tan
tum errorem. vt xpianus palaꝫ ⁊ impune: imo
cōmendatione ſtipatus: ſequatur ariolos ⁊ ma
gos demonūqȝ cultores. quos omniuꝫ parēs
iuſſit a terra extirpandos. Nicromāticus eq/
dem pythagoras fuit. ſi credimus Augu. So/
crates vero cūctis determinationibus ſuis de/
monis preferebat reſponſa. Jure autem cano/
nico quiſquis familiaris demoni infidelis cen
ſetur. xxvj. q. vij. Non obſeruetis. Merito er/
go ſancta phia abijcit meretriculas ab egroto
torquato: ſola ſanatiua eiuſdem. Nam proban
te. beato Augu. in lib. xviij. de ciui. dei. Littere
ſeculares ad bene viuendum non conferunt. ſꝫ
ſole diuine. quas etſi omnes morales dico. pre
cipue tamen demonibus recollectos tractatus
in libris ſapientialib⁹ editos. quos vtiqȝ omni
exceptione

exceptione ſemota veritate.ſententijs:facilita/
te:vtilitate: prefero ſingulis libris ⁊ dictis a
mercurio pythagora:ſocrate ariſtotele:plotino
varrone:tullio:ſeneca.⁊ alijs ethnicis. Vñ con
cludit ꝙ homines in diluuio aquaꝝ multaruz do
ctrinarum variū.niſi notitiam ⁊ fidem habeāt
ſacre phie vtriuſqꝫ teſtamēti.ad deum non ap/
propinquabunt. Quia regimen applorꝫ rectuz
in ſpirituali ⁊ tempali ad moralem pertinere
videtur phiam.quod refert torquatus dixiſſe
platonem. Reſpublicas fore beatas.ſi eas ſapiē
tes regerent.vel qui ſapie vacarent hoc veruz
eſſe fatendū eſt de vera ſophia.que in diuinis
habetur.nō in gentilium libris. Diligite(iquit
ſalomon.Sap.j.)iuſtitiam qui iudicatis terrā:
ſentite de dño in bonitate:⁊ in ſimplicitate cor/
dis querite illum.i.ſine plica erroris ⁊ vitij q
bus ethnici ſapiētes qui reſpublicas guberna/
runt abundabāt. Meum eſt conſilium ingt ſa
piētia ipſa in puerbijs. Mea eſt equitas. Mea
eſt prudētia. Mea eſt fortitudo. Per me reges
regnant ⁊ legum conditores iuſta decernunt.
Ipſe ſalomon qui ſapientiā petijt a dño ad iu/
dicandū populum ⁊ accepit.dū hec viguit rē
publicam dilatauit:ſpacio virtutibꝰ decorauit:
ſtabiliuit equitate: diuitijs ampliauit:firma/
uit pace cultu extulit celeberrimo.ſicut Regū
hiſtorie in libro.iij.tradūt. At vbi philoſophie
gentium animum dedit inquirēdo.ſ.doctrias
eorum cultus.parta longo tpe cuncta in breui
cōſumpſit queadmodum in lib.Eccl's.nō am/
bigimus recitari. Si qui ergo priſcis tpibꝰ vi/
dentur ex ethnicis principibꝰ feliciter reſpubli
cas gubernaſſe:⁊ augmētaſſe:q phie opaz ōde
rūt:⁊ copioſe apphēderūt.vt alexāder magnꝰ.
africanꝰ:octauianus. Julius ceſar pmus. Tybe
rius claudiꝰ. Nero:⁊ ꝙplures alij. Sciendum
primo q: nō vere phi ideſt ſapiētes fuerunt ni/
ſi ꝙ ſcientijs mundi referti. Nam quō ſapien/
tes fuerūt.cū phia pncipalit ꝯſiſtat in rectitudi
ne vite q̄ illi caruerūt. Alexādrū nāqꝫ auctores
referūt furioſū ⁊ icōtinētē ceſarē parē.ferre nō
poſſe:mario elatū tumore narrat Lucanꝰ. In/
gluuiē ⁊ crudelitatē tyberij refert Suetoniꝰ.
Quis nō deficiat recitando impietatē Cay im/
pudiciciā:rapinam:ſupbiam:⁊ cetera vitia cū
comeſtore. Extitit claudius timidus ſupra mo
dum ⁊ turpiſſimꝰ ira. Nemo niſi inſipiens Ne
ronem peſſimum fatebit ſapientum necatorez.
Inuidentiā galbe ⁊ auaritiā nō admittit vera
ſapia. Octauianus quo nemo in mūdo felicior
vitijs laſciuie ſm chronicas plibus abūdauit.
Exinde male ſentit quiſquis eſtimat reipubli/
ce ſpecimē ⁊ culmē conſiſtere.p phas ⁊ nephas
rapē aliena.ſicut prelati egerunt quos vulgus
predicat glorioſos. Cedibus eniz rapinis ⁊ de/

populationi orbis diuinitatis ignari illi vaca/
bant. Juuabāt etiam eos ſpiritus neqꝫ quibus
multipliciter ſeruiebāt nutriētes hincinde pn
cipū ⁊ populoꝝ peccata. A qbus malis abſtinu
erūt ſucceſſores cognito xpo.qđ eſt ad ſummā
rempublicā deducere:videlicet eā a vitijs pur
gatam virtutibus decorare. Et ſi aliqñ fideles
cum pncipibus ſuis ab īfidelibus oppreſſi ſūt
hoc erga eos miſericorditer egit diuina clemē
tia exigētibus demeritis pploꝝ ne in finē ma/
lis eoꝝ reſeruatis acerbius in futuꝝ ſeculū cru
ciarent. Non enim ſemp pr oſculat filiū(ait.b.
Amb.)ſed aliqñ caſtigat. Ergo cū caſtigat q di
ligit:tūc circa eū pietas exercet.v.q.v. ¶ Su/
gantqꝫ adoleſcētuli luriū vbera qui reipublice
regimini creſcūt.videant plene prum munici/
palia ſcripta aduerſa prie vigilanti cura ꝯſide
rent.aſſ.deāt illā moleſte ducentibus. Diſcant
ſuos ciues amare ⁊ ſui pplī cui expectant pēſſe
mores cognoſcāt:vt tādem valeant corpus no
tum nutrire creditū eis. Alioquin his omiſſis
quid pderit ad moderate regēdum ſcire ſyde/
rum curſus.vires elemētoꝝ:naturas aialium
pprietates herbaꝝ thracū ſeuitiā:duriciā ſcy/
tharum.ſaturni originem.amores veneris: vi
ctorias martis; Si dicatur aſſueſcendum eſſe
iſtis ⁊ illis:nō ſufficit etas.debile ingeniū hec
tria ſimul nō capit leges pphiam ⁊ regimē po
pulorum. Sepe cōtingit nihil ſcire eum q̄ vni
uerſa ſcire cōtēdit. Neqꝫ legimus phos popu/
lis prefuiſſe nec populoꝝ prefectos phie operā
dediſſe. Socrates honores ⁊ magiſtratus ꝯte/
pſit. Diogenes principum aulas turbā hominum
Plato diuitias. Anaxagoras multi viſuz. Plo
tinus ad loca deſerta ꝯfugit. Item oportet pn/
cipem eſſe ꝯſtantem quē fauor vel odiū: amor
ſpes aut timor:aut queuis cupiditas nō concu
tiant. Hec ꝯſtantia precipue rectores firmat ad
hoc vnum vt ſubditis vniuerſis intēdant.⁊ vt
ait Greg.nazā.in apologetico. Reuera mihi vi
detur ars artiū ⁊ diſciplina diſciplinaꝝ regere
hominem qui certe eſt inter oēs animātes:ma
xime ⁊ moribus varius ⁊ voluntate diuerſus.
Cum ergo vt ait magnus Grego.in paſtoralis
Sepe dum ſuſcepta cura regiminis cor per di/ gnemo
uerſa diuerberat:⁊ impar quiſqꝫ inuenitur ad pōt va/
ſingula dum confuſa mente diuiditur ad mul/ care ſil
ta:patet clarius ꝙ idem.non poteſt ſimul recte ⁊ pfecte
ſtudio phie ⁊ hominū curē vacare. Totuz eniz phie ⁊
hominem vtrūqꝫ requirit. Si negligenter dñi hominū
cytharedus ſpeculationi celeſtiuz rerū aſſ:rus cure.
populum a deo ſibi cōmiſſum dixerit:ita vt nō
corripuerit aliqñ prauū filium ſuū dicens.qua
re hoc feciſti?qui tamen erat gra plenus.quo/
modo dicemus inferiorem quempiam homi/
nem ſimul duobus actibus diſpatis intende/

re. vt ſunt phie ſtudium: ⁊ ſedium ſceptra tene/
re. Quiſquis ſane palato contemplationis gu/
ſtat dulcorem regiminis nutrit contemptum ⁊
eiuſdem odium. Quem autem rectorem expe/
ctas legibus ⁊ conſuetudine patrie reple. Mi/
rabor laudans mirabilem deum ſi videro ſoli
um quod a vento rapitur ⁊ nunq̄ȝ in eodeȝ ſta/
tu permanet vago flumini iunctum phoȝ cu/
rioſe doctrine: tali curſu conſtantem effectum.
Hinc Petrus rauēnas in ſermone. Odibilius
nihil eſt ſubtilitate vbi eſt ſola ſubtilitas. Quid
enim queſo prodeſt in illis expendere dies ſu/
os que nec domi: nec militie: nec in foro: nec in
clauſtro: nec in curia: nec in eccleſia: nec alicu/
bi proſunt niſi in ſcholis. Scribēs Sen. ad lu/
cilium ait. Quid eſt inquit acutius ariſta. ⁊ in
quo ē vtilis. Tale eſt īquit ingeniū ſola ſubtili/
te laſciuiēs: nulla in ſe reſidens grauitate. Hec
Pe. Neceſſaria quibꝫ eſt recta conſcientia ⁊ vi/
tiorum odium terrarum magiſtratibus. Unde
beatus Greg. in moral. Sūmus locus bene re/
gitur. cum is qui preeſt potius vitijs q̄ȝ homi/
nibus dominatur. Unde Caſſiod. in pſal. Pu/
blici decoris eſt mater mens regentis ⁊ quale
fuerit dominantis arbitrium talem parit liber
tatis aſpectum. Facilius quippe ſi dicere phas
eſt: errare naturam q̄ȝ diſſimilem princeps poſ
ſit formare rempublicam. Ueruſti equidem di
ctum ſocratis fuit. Qui multarum rerum pote
ſtatem habet primum purgare conſcientiā de/
bet: vt qui delicta corrigat aliena nō admittat.
Non autem talem conſcientiam formabit que
debeat fideles vrgere ad patriā diuinas leges
humanis anteponere. Spiritui ſubdere carnē
⁊ opiniones proprias eternis refrenare: vt que
eſt a domino inſpirata catholica fides quā iux
ta eloquium Pauli mundi huius principatus
non nouit. Ideoqꝫ ſi alia peritia legibus dictis
animos hominum ad regimen nutritoruȝ ex/
pedit decorari fidei cōmuni premiſſa ſacra ſcri
ptura. Horum erit perfecta magiſtra que tribu/
it ſingulis caſibus oportuna remedia. Cauēdi
ſunt ergo libri ethnicorum qui exterius nitēt *(Diſſua/dent li/bri eth/nici.)*
eloquentia verborum: ⁊ interius vacui virtu/
tis ſapientia manēt. Ex predictis ergo patet q̄
ad debitum regimen requiritur peritia legis
conſtantia operis: ⁊ odium criminis: que elici
untur ex ſacris oraculis. In diluulo autem aq̄/
rum multarum ad deum non approximabunt
ad bene regendum ex doctrinis gentilium.

¶ Secundam par/ .§.ij.

tem phie que dicitur theologica cedens Uar/
roni īquit Joan. do. cardi. vbi ſupra diſtinguo
in fabuloſam ſeu theatricam. Naturalem ſeu
ſpeculatiuam ſolis phis ſpeculantibus. vel in
ſuis ſcholis diſputantibus reſeruatam. Et inci
uilem ſolis ſacerdotibus ⁊ ſacrificijs cōmenda
tam. Prima ludit in theatris in iniuriam deo/
rum. Secunda ſtrepit in gymnaſijs aut menti
bus tumentium phorum. Tertia errat in tem/
plis faſtu demoniorum. Quero nunc ab aucto
ribus eius. Nunquid hec ſit illa pphetia que
dicitur vera. Nempe poete qui deos carmini/
bus loquebantur ad populum dicti theologi:
doctius neſciuntur q̄ȝ ſciuntur: quoniam ſua
turpitudine mores inficiunt puritatem impu/
gnant: euertunt intellectum. Sanctos īfamāt
⁊ fidei fundamina veriſſima ſyrenarum more
auribus prurientes pro viribus ſuis moliun/
tur extingere. Nam quoad primum. Si quis
crediderit poetis nondum illo verſiculo doct⁹
Nam miranda canunt: ſed non credenda poe/
te: mox: vt eos libido pruriſerit: ſeruenti vt Per
ſius ait tincta veneno magis intuebitur quid
fecerit Jupiter q̄ȝ quod docuerit Plato: cenſu/
erit Cato. Hinc apud Terentiū flagitioſus ado
leſcens ſpectat tabulam pictam: danem actiſꝫ
ymbre precioſi metalli a Joue rememoranteȝ
corruptam ⁊ ſue libidini patrocinium preſtat
dicens. Qui templa celi ſummo concutit ſoni/
tu: ego homuncio id facerem. Ego vero id feci
ac libens. Si vero non credunt qui legunt poe
tas nonne foculo innate luxurie apponit ligna
ſtipulam naptam parat: perfundit adipē. Fla/
tꝫ ſolle grandi: vt tandem ſi nulla detur oppor/
tunitas: in ſeipſum ſcandeſcat. Narciſſus queȝ
inopem copia fecit. aut cum Terentiano yſare
qui potius inſanire cōtingat. nil aliud volo ni/
ſi philomenā. Ueritatis vero hoſtes fuiſſe poe
tas non tacuit. bea. Auguſti. Ubi eorum fabu/
las dicit multa mentiētes ⁊ vix veri aliquid in
dicantes vel ſignificantes. Hoc auteȝ precipue
verum eſt ⁊ indubitabilis certitudo. vbi de di
uina religione loquitur: in qua theologie om
nis ſūma conſiſtit. Uirgilium ipſe beatus Au
guſti. ait more poetarum fuiſſe mentitum.
¶ Puto quidem a puro fidei inſenſe ex hiſto/
ci poſſe auctore diabolo mundi vates hos fuiſ
ſe locutos: qui mendax eſt ⁊ pater eius. Sepi/
uſqꝫ veris falſa permiſcet vt ex fide verorum fal
ſa ſuggerat: ſub quibus mortalium mentes la
borat detinere captiuas. Satis liquidoqꝫ ter/
tium correlarie patet neqꝫ ſolum puerorum a/ *(Repro/bato/etrie...)*
doleſcentum ⁊ ſimplicium intelligentiam le/
ctio poetarum euertit. ſed ⁊ eorum quos ſecu/
lum nuncupat philoſophos. vel etiam quod
plus eſt ſapientes. Et ſic videtur concludendū
poetas inimicos vere fidei. ⁊ procul a fideli/
bus abijciendos. Quod autem apoſtolus ait
ad Roma. xiiij. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad no/
ſtram doctrinam ſcripta ſunt. loquitur de ſcri/

ptis in ſacra pagina. ¶ Secunda theologia
quam phyſicam vel naturalem vocant. quali//
ter ea venire potero in noticiam dei veri vt ĩp̄
tum poſſim amare: amando poſſidere. quod
ſm veritatem etiam illos cogentem eſt theolo/
gie irreprehenſibilis finis. ſub doctoribus nõ
ſolum ignorantibus deum ſed maieſtatẽ eius
negantibus. ⁊ id defendentibus erecto ſuper/
cilio ⁊ buccis inflatis. Labia noſtra a nobis ſũt
quis noſter dominus eſt. Inter eorum inexpli/
cabile labyrinthum. reperio diffinitum pecu//
niam eſſe deum quem credidit animam mun/
di. quam tamen verus deus mãmonam appel
lauit. cui nemo poteſt cum deo ſeruire. Uide//
at quiſquis vult veritatem impugnare. quan//
tum expediat nondum roboratis in fide. vt
ſunt communiter adoleſcentuli ſtudẽtes ⁊ plu
res alij Porphyrij videre ſpeculationes ſub//
limes. qui diabolici Apollinis fultus oraculo
in dominum chriſtum ⁊ eius cultores: acerri/
vlt. continentium. Hec fuit hereſis iouiniani quaʒ multipliciter improbat beatus Hieronymus in lib. contra iouinianum. Et erroris falſitas patet ex eo qꝫ ſaluator parabolice loquens de ſemine iactato in terram bonam. aliud fec̃ fructum triceſimum: aliud ſexageſimum: aliud centeſimum. Matth. xiij. quod communiter exponitur de triplici ſtatu bonorum fidelium qui ſignificantur per terram bonam ſatam ſemine virtutum: ſcilicet coniugatorum: viduarum ⁊ virginum. Sicut ergo numerus ſexageſimus excedit in duplo triceſimum: ⁊ numerus centenarius vtrunqʒ: ita ſtatus vidualis coniugalem. ⁊ multomagis virginalis excedit in perfectione. Et. j. Corin. vij. Qui virginem ſuam matrimonio iungit bene facit. Et qui non iungit melius facit. Patet etiam hoc per rationem. Nam per continentiam homo redditur habilior ad mentis eleuationem in ſpiritualia ⁊ diuina. ⁊ quodammodo ponitur in quadam ſimilitudine angelorum ſupra ſtatum hominis. Unde Hieronymus ait. Angelis ſemper cognata eſt virginitas: ⁊ virginem eſſe angelicum eſt non humanum. Non obſtat huic ſententie qꝫ aliqui perfectiſſime virtutis viri matrimonio vſi ſint. vt Abraam: yſaac: ⁊ Jacob. Quia quanto virtus eſt fortior: tanto minus poteſt per quecunqʒ a ſua altitudine deijci. Nec tamen quia ipſi matrimonio vſi ſunt: minus contemplationem veritatis ⁊ diuinorum amauerunt. Sed ſm qꝫ conditio tẽporis requirebat matrimonio vtebantur ad multiplicationem populi fidelis. Nec tamen perfectio alicuius perſone fidelis eſt ſufficiens argumentum ad perfectionem ſtatus: cuʒ aliquis perfectiori mente poſſit vti minori bono qʒ alius maiori. Non ergo per hoc qꝫ Abraam vel Moyſes perfectior fuit multis qui ſeruãt continentiam propter hoc ſequitur qꝫ ſtatus matrimonij ſit perfectior ſtatu continentium vel etiam equalis. Et ad hoc facit quod ait beatus Hieronymus contra iouinianum. Quis ignoret ſub alia dei diſpenſatione omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti cuius nunc ſunt chriſtiani. Quomodo Abraam tunc deo placuit in coniugio: ita nunc virgines in perpetua continentia. Seruiuit ille legi ⁊ tempori ſuo. Seruiamus ⁊ nos legi ⁊ tempori noſtro in quos fines ſeculorum deuenerunt de peniten. diſtinctio. ij. Si enim inquit.

De conſilio paupertatis. Capitulũ. iij.

CIrca paupertateʒ que etiam inter cõſilia domini ponitur: erratũ ẽ a quibuſdã. nã aliq ita cõniẽd auerũt vt aſſererẽt: nulli ẽẽ laico licitũ eſſe hr̃e aliquid ꝓpriũ: ſʒ dãnabile

ſo:e. Qui heretici declarantur vocari aplici:vt habetur.xxiij.q.iij.quidam. Uñ ⁊.b. Hiero. dicit laicis licitũ eſſe poſſidere tpalia:ſed non niſi ad vſum.i.ita ꝙ nõ abutanſ eis.xij.q.j.duo. Quinimo etiaȝ ⁊ clericis ſecularibus licet hře ꝓprium:vt ponitur.xij.q.j.per totum. Nec obſtat quod dñs ait Luc.xiiij. Niſi quis renunciauerit oĩbus que poſſidet:non põt eſſe meus diſcipulus. Nam diſcipulatus xpi poteſt intelligi dupli͛. Uno modo large:prout.ſ.importat obſeruantiam mandatoꝝ xpi.ſicut fuit nicodemus:Joſeph.⁊ hmõi.⁊ his opoꝛtet omnibus renunciare temporalibꝰ mẽte.ita.ſ.ꝙ nil deo ⁊ mandatoꝝ eius obſeruationi pꝛeponãt. Scđo modo pꝛopꝛie ⁊ ſtricte,put impoꝛtat ſtatum pfectionis ⁊ obſeruantiam conſilioꝝ. qualem ſtatum tenuerunt apli cum xp̃o conuerſantes.⁊ iſtos opȝ omnibus renunciare affectu ⁊ effectu vt nil habeant ꝓpꝛium in particulari. ſicut eſt ſtatus religioſoꝝ.vt.xij.q.j. nõ dicatis.⁊ in aliis.c. Et de his pꝛopꝛie loquebatur xp̃us. Quidam enim ita cõmendant paupertatem vt dicant in ea conſiſtere perfectionẽ creature rõnalis. Sed beatus Tho.ij.ij.repꝛobat oſtendens poſt Jo.caſ.in col.pꝛima moyſi.non in ea conſiſtere perfectionem:ſed eſſe inſtrumentum ⁊ inductiuum ad perfectum. Et apſus ad Coſ. iij.ait. Super omnia charitatem habete.quod eſt vinculum perfectionis.non dixit paupertatem:ſed charitatem eſſe vinculum pfectionis. Xp̃us etiam poſtq̃ȝ dixit.ſi vis pfectus eſſe vẽde oĩa que habes ⁊ da pauperibus.ſubdidit. Et ſequere me.vt innueret non in paupertate tm̃:ſed magis in ſequela xp̃i que eſt maxime p charitatem conſiſtere pfectionem. ¶ Alij vero econtra ita deteſtati ſunt paupꝛtatẽ:vt oẽm gradum paupꝛtatis ⁊ expꝛopꝛiationis tpalium repꝛobarent ⁊ illicitũ dicerent. Sed ⁊ hos repꝛobat.b.Tho.in.iij.ꝯ gentiles.c.cxxxj.⁊.cxxxiij. dicit enim. Quid ſentiendum ſit de paupꝛtate ex diuitijs conſideremꝰ. Exterioꝛes quidem diuitie neceſſarie ſunt ad bonũ virtutis:cum per eas ſuſtentemus coꝛpus:⁊ alijs ſubueniam:. Opoꝛtet autem ꝙ ea que ſunt ad finem:ex fine bonitatem accipiant. Neceſſe ergo eſt vt exterioꝛes diuitie ſint aliquod bonum hois. non tamen pꝛincipale:ſed quaſi ſecundariuȝ. Nam finis pꝛincipaliter bonum eſt. Alia vero ſm ꝙ oꝛdinantur in finem. ꝓpter hoc quibuſdam viſum eſt vt virtutes ſint maxima bona hois. Diuitie aũt q̃daȝ minima bõa. Opoꝛtet aũt ꝙ ea que ſunt ad finem modũ accipiant ſȝ exigentiam finis. intantum ergo diuitie ſunt bone inquantum pficiunt ad vſuȝ virtutis. Si vero iſte modus excedatur:vt p eas impediaſ vſus virtutis non iam inter bona cõputanda

Duplex diſcipulatus chriſti.

Diuitie exteriores ad qd oꝛdinantur.

ſunt ſed inter mala. Unde quibuſdam accidit bonum eſſe habere diuitias.ſ.qui eis vtuntur ad virtutes. Quibuſdam malum eſt eas habere:quia per eas a virtute retrahũtur vel nimia ſollicitudine:vel nimia affectiõe ad eas: vl mẽtis elatione ex eis contingente. Sed cum ſint virtutes actiue vite ⁊ cõtemplatiue aliter ⁊ aliter:vtreq; diuitijs indigent. Nam virtutes cõtemplatiue indigent eis ad ſolam ſuſtentationem nature:virtutes actiue indigent eis.⁊ ad hoc ⁊ ad ſubueniendum alijs cum quibus cõueniendum eſt. Unde ⁊ contemplatiua vita ẽ in hoc perfectioꝛ eſt ꝙ paucioꝛibus indiget. Ad quam quidem vitam pertinere videtur ꝙ totaliter homo diuinis rebus vacet. Quaȝ quidem perfectionem ſectantibus minimum de exterioꝛibus diuitijs ſufficit. ſcilicet quantum eſt neceſſarium ad ſuſtentationem nature. Unde apoſtolus.j. Timoth.vi.ait. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur:his cõtenti ſumus. Paupertas igitur laudabilis eſt inquãtum hominem liberat ab illis vitijs quibus per diuitias aliqui implicantur. Jnquantum autȝ ſollicitudinem tollit que ex diuitijs conſurgit:eſt vtilis quibuſdam. qui ſcilicet ſunt ita diſpoſiti vt circa melioꝛa occupentur. quibuſdam vero nocius qui ab hac ſollicitudine liberati in peioꝛes occupationes cadunt. Unde bea. Grego. in.vj.moꝛal.ait. Sepe qui occupati vnde humanis vſibus viuerent:gladio ſue quietis extincti ſunt. Jnquantum vero paupertas bonũ qđ ex diuitijs prouenit ſcilicet ſuſtentationem pꝛopꝛiam ⁊ ſubuentionem alioꝛum impedit. malum eſt ſimpliciter. Malum enim eſt inquantum ſubuentio qua in tempoꝛalibus pꝛoximis ſubuenitur per maius bonum poteſt recompẽſari ſcilicet per hoc ꝙ homo diuitijs carens liberius poteſt diuinis ⁊ ſpiritualibus vacare. Bonum autȝ ſuſtentationis pꝛopꝛie adeo neceſſarium eſt:ꝙ nullo alio recompẽſari poteſt. Nullius enim boni obtentu debet homo ſuſtentationem vite ſibi ſubtrahere. Paupertas igitur talis laudabilis eſt cum homo a ſollicitudinibus terrenis liberatus:liberius diuinis ⁊ ſpiritualibus vacat ita tamen ꝙ cuȝ ea remaneat facultas homin· per licitum modum ſuſtentandi ſeipſum:ad quod non multa requiruntur. Et quanto modus viuẽdi in paupertate minorem ſollicitudinem exigit:tanto paupertas eſt laudabilioꝛ. non autem quanto paupertas fuerit maioꝛ. Non enim paupertas in ſe bona eſt: ſed inquantum liberat ab illis:quibus impeditur homo quo minus ſpiritualibꝰ bonis intendat. Unde ſm modum quo homo liberaſ ab impedimentis pꝛedictis eſt menſura bonitatis eius. Et hoc eſt commune omnibus exterioꝛibus

rio:ibus bonis que intantuz ſunt bona inquã tum pficiunt ad virtutẽ.nõ aũt ẽm ſeipſa.

¶Eſt autem qua- .§.i.

ıadru druplex modus ſectandi voluntariam pauper
ex motatem.ẽm btm Tho. vbi ſupra.c.cxxx.¶Et p
us ſe- mus modus eſt:vt de precio poſſeſſionum ve-
'andi ditarum:aliqui in vno collegio ſeu ꝯgregatio
ıuper ne exiſtentes cõmuniter viuant. Et iſte ſuff.ci-
tem. ens eſt:ſed non ad longum tẽpus. Et ideo apoſtoli hunc modum viuendi fidelibus in hieruſalem conſtituerunt.q: preuidebant per ſpm̃ ſanctum ꝙ non diu in hieruſalez cõmorari haberent.tum propter perſecutiones ⁊ iniurias illatas a iudeis.tum ꝑpter inſtãtem deſtructionem ciuitatis ⁊ gentis.vnde non fuit neceſſarium niſi ad modicum tempus prouideri. Et propter hoc tranſeuntes ad gentes in quibus firmanda ⁊ perduranda erat eccleſia.hunc modum viuendi non leguntur inſtituiſſe. Et ſi dicatur ꝙ per hunc modum viuendi põt cõmitti fraus ⁊ furtum per diſpenſatores:vnde non videtur ꝯueniens modus. Reſpondeť ꝙ hoc eſt cõmune in omni modo viuendi: quib⁹ aliqui ad inuicem ꝯuiuunt. In hoc aũt tanto minus quanto difficilius ꝯtingere videtur:ꝙ perfectionem vite ſectantes fraudem cõmittant. Adhibetur etiam contra hoc remedium p prouidam diſpenſationem fideliuz. Unde ab apoſtolis electi ſunt ſtephanus ⁊ alij qui ad hoc officium idonei reputabantuř. ¶Eſt ſecundus modus viuendi in paupertate voluntaria. vt ſcilz habentes poſſeſſiones in cõmuni de eis viuãt.⁊ ſingulis prouideať prout cuiqꝫ opus fuerit:ſicut obſeruatur in plurimis monaſterijs ⁊ quaſi in omnibus monachoꝝ. Et hic eſt ẽt conueniens modus ⁊ laudabilis. Nec per hoc aliquid deperit perfectioni ad quam tendunt paupertatem voluntariam aſſumentes. Põt enim fieri per vnius fere vel paucorum ſollicitudinem vt poſſeſſiones debito modo procurentur:⁊ ſic alij abſqꝫ aliqua temporalium ſollicitudine remanentes libere poſſunt ſpiritualibus vacare quod eſt fructus voluntarie paupertatis.nec etiam illis aliquid deperit de perfectione vite qui hanc ſollicitudinem pro alijs aſſumunt. Quod enim amittere videnť in defectu quietis recuperant in obſequio charitatis:in quo etiam perfectio vite conſiſtit. Nec etiam per hunc modum viuendi cõcordia tollitur occaſione poſſeſſionum cõmunium. Tales enim debent voluntariam paupertatem aſſumere:qui temporalia contemnant. Et tales pro temporalibus cõmunibus diſcordare nõ poſſunt:preſertim cum ex temporalibus nihil preter neceſſaria vite habeant expectare. Et cũ diſpenſatores oporteat eſſe fideles: nec ꝑpter hoc ꝙ aliqui hoc modo viuendi abutãtur.hic modus viuendi poteſt improbari:cuz ⁊ bonis male vtãtur mali.vt patet in eucharitia ⁊ malis bene vtantur boni. ¶Tertius modus viuendi voluntariam paupertatem ſectantibus eſt:vt de laboribus manuum ſuarum viuant. Quem quidem viuendi moduz Paulus apoſtolus ſequebatur:⁊ alijs obſeruanduz ſuo exemplo ⁊ inſtitutione dimiſit. Dicitur enim.ij. ad Theſſal.iij. Non gratis panem manducauimus ab aliquo:ſed in labore ⁊ fatigatiõe nocte ⁊ die operantes ne quem veſtrum grauaremus. Et infra. Cum eſſemus apud vos hoc ipſum denunciabamus vobis:quoniam ſi quis non vult operari non manducet. Iſte igitur modus eſt etiam conueniens ⁊ bonus. Nec eſt hoc vanum vt quidam obijciunt.ſcz terrena dimittere.vt iterum acquirantur per labores manuum.q: diuitiarum poſſeſſio.⁊ ſollicitudinẽ requirebat in procurando vel ſaltem cuſtodiẽdo.⁊ affectum hominis ad ſe trahit:quod non accidit dum obſequijs per laborem manuum quotidianum victum acquirere ſtudet. Sed et ad acquirendum per laborem manuum victũ quantũ ſufficit ad nature ſuſtentationem: modicum tp̃s ſufficit ⁊ modica ſollicitudo neceſſaria eſt. Sed ad diuitias congregandas vel ſuperfluum victum querendum per laborẽ manuum:ſicut ſeculares artifices faciunt:oportet multum temporis ponere ⁊ multam ſollicitudinem adhibere. Nec eſt contra quod dominus ait. Nolite ſolliciti eſſe. Matthei.vj. Non eniz prohibuit laborem manuum.ſed anxiam ſollicitudinem mentis pro neceſſarijs vite laborando ⁊ alia faciendo quod in ſe eſt.quaſi cum his etiam dubitet homo ne habeat vnde viuat. Si enim ex diuina prouidentia ſuſtentantur aues que non poſſunt laborare in illis laboribus quibus homines ſibi neceſſaria acquiruntur.⁊ ſũt aues ipſe inferioris conditionis.multo magis prouidebit hominibus. ¶Nec enim põt iſte modus reprobari ex eo ꝙ alicui hoc non ſufficiat.vt quia infirmus ⁊ debilis eſt.non valens laborare quantum ſufficit ad victum ſibi neceſſarium. Non enim propter defectum qui ĩ paucioribus accidit.aliqua ordinatio repudianda eſt. Hoc enim ⁊ in naturalibus.⁊ in voluntarijs ordinationibus accidit. Nec eſt aliquis modus viuendi.per quem ita prouideatur homini quin poſſit aliquando deficere. Nam ⁊ diuitibus etiam poſſunt aliquando diuitie furto ⁊ rapina auferri. Remanet tamen remedium aliquod circa dictum modum viuendi vt ſcilicet cui proprius labor non ſufficit ad victũ proprium.ſubueniatur per alium eiuſdem ſocieta

tis qui plus poſſit laborare ꝙ̃ ſibi ſit neceſſariū vel per alios qui diuitias poſſidēt ſm legē charitatis ⁊ amicicie naturalis. qua vnus ſubuenit alteri. Sꝫ nec obſtat ſi dicatur ꝙ oportebit tales multum temporis ponere in laborando. ⁊ per conſequens parum vacare poterunt ſpiritualibus. Nam ad victum neceſſarium pauca ſufficiunt: ⁊ paucis tales ſint contenti. Unde non multum impediuntur ab operibus ſpiritualibus cū non habeant exponere multum tēpus in operando manibus: cū etiam operādo pn̄t cogitare de deo: ⁊ deum laudare ⁊ alia huiuſmodi facere. Poſſunt etiam ab alijs beneficijs ſubleuari. Et licet operatio manuum valeat ad ocium vitandum ⁊ carnē edomandā. nō tamen ꝑpter hoc aſſumitur voluntaria paupertas. q: ⁊ alijs modis poteſt edomari caro ⁊ ocium vitari. ¶ Eſt ⁊ quartus modus paupertatis. ſcꝫ vt paupertatem volūtariā ſectantes: omnia ſua dimittentes viuant de his que dantur eis ab alijs elemoſynaliter. nō habentibus tales poſſeſſiones vel redditus in cōi vnde valeant ſibi prouideri. Et hunc modum viuēdi videtur dn̄s cum ſuis diſcipulis obſeruaſſe. Dicitur enim Luc. viij. ꝙ mulieres quedam ſequebantur eum miniſtrantes ei de facultatibus ſuis. Et iſte eſt optimus. Nec enim eſt inconueniens vt quidam obijciunt. vt qui ſua dimiſit ꝑpter aliquod quod in vtilitatem aliorū cedit: de his que ab alijs dantur ſuſtentetur. Niſi enī hoc eſſet ſocietas humana permanere non poſſet. Si enim quilibet circa ſua propria ſollicitudinem tantum gereret non eſſet qui vtilitati cōmuni deſeruiret. Optimum eſt igitur hominum ſocietati. ꝙ illi qui pretermiſſa propriorū cura. vtilitati cōmuni deſeruiunt ab his quorꝫ vtilitati deſeruiunt ſuſtententur. Propter hoc enim ⁊ milites de ſtipendijs aliorum viuunt. ⁊ rectoribus reipublice de cōmuni prouidetur. Qui autem voluntariā paupertatem aſſumunt vt chriſtum ſequantur ad hec vtiqꝫ oīa dimittunt. vt cōmuni vtilitati deſeruiant. Sapiētia ⁊ eruditione exemplo populum illuſtrantes: ⁊ orationibus ⁊ interceſſionibus ſuſtentandos. Ex quo etiam patet ꝙ non turpiter viuunt de his que ab alijs dātur ex quo ipſi maiora repēdunt ad ſuſtentationem temporalia accipiētes ⁊ in ſpiritualibus alijs proficientes. dum etiaꝫ exemplis ſuis alios prouocant ad virtutes: fit vt hi quibus proficiunt minus diligant tēporalia exemplo eorum: ⁊ ſic magis prouocātur ad dandum eis. Nec etiam per hoc libertatem admonendi ⁊ reprehendendi populos tales amittunt: quia ⁊ pauca ſunt que recipiunt ⁊ cuꝫ contempſerint terrena: nō ita afficiunt vt omittant propter elemoſynas receptas ſalutem proximorum. Nec etiam eſt incōueniens ꝙ neceſſitates ſuas exponant petendo pro ſe vel ꝑ alijs. Nam ⁊ apoſtoli leguntur hoc feciſſe ꝑ pauperibus qui erant in hieruſalem. Nec etiā iſta mendicitas reddit ipſos homines contemptibiles ſi hoc ipſum moderate fiat ad neceſſitateꝫ non autem ad ſuperfluitatem ⁊ ſine importunitate conſiderata conditione perſonarum a quibus petitur ⁊ loci ⁊ temporis: quod neceſſe eſt obſeruari ab his qui perfectionem vite ſectantur. Ex quo ſequitur ꝙ talis mendicitas nō habet aliquam ſpeciem turpitudinis quam haberet ſi cum importunitate ⁊ indiſcrete fieret ad voluptatem vel ſuperfluitateꝫ. Et quāuis mēdicare fiat cum quadam abiectione: cum neceſſarium eſt ad ſectandam perfectionem vite pauperis mendicare ferre talem abiectionem humilitatis eſt. Aſſumere etiam abiecta virtutis eſt: etſi noſtrum officium hoc non requirat: vt alios noſtro exemplo prouocemus quibus incumbit vt illud facilius ferant: ⁊ quandoqꝫ abiectis vtimur propter virtutem: ſicut medicina quadam: puta cum animus alicuius ad immoderatam excellentiam ſit pronus vtiliter debita moderatione ſeruata: abiectis vtitur ſponte vel ab alijs ſibi impoſitis ad electionem animi comprimendam.

¶ De errore fraticellorum circa paupertatem chriſti ⁊ apoſtolorum. Cap. iiij.

Uia circa materiā de paupertate chriſti ⁊ apoſtolorum tempore Joannis vigeſimiſecundi. anno ſcꝫ dn̄i. M. cccxxiij. apō quoſdam orta eſt noua opi. falſa fraticellorum: quā ipſe ioannes papa quia contraria ſcripture euāgelice reprobauit ⁊ determinauit hereticā fore: ⁊ illam pertinaciter tenentes vt hereticos ꝑſequendos. Quidam ex illis obſtinato animo ſuam opinionem retinentes ad hanc temeritatem ⁊ maximam preſumptionem deuenerunt: vt ⁊ ipſum papam Joannem hereticum dixerint. propter talem determinationem quā dixerunt falſaꝫ ⁊ hereticā. vnde ſeparantes ſe ab vnitate eccl̄ie ſynagogā ſathane ſibi fecerūt: nō eccleſiā profitētes. dum caput draconis ſeu antichriſtum antipapam Petrum de corbaria aſſerentes: non ſolum Joannem vigeſimumſecundum: ſed ⁊ omnes ſuos ſucceſſores vſqꝫ in preſens ⁊ futurꝫ hereticos eſſe. eo ꝙ non reprobauerint determinationem ipſius Joan. quam hereticam aſſerunt ⁊ cōfirmauerunt: omneſqꝫ ſequentes illam determinationeꝫ hereticos tenent: cardinales epiſcopos: ceteroſqꝫ populos. Et quia nondum ex toto extincta eſt heretica ſecta fraticellorum: ſed adhuc in aliquibus parti

A. iii. ⁊ c. vq.

dus italie viget. Nam etſi eorum primus anti/
papa: meritis ſuis dignam receperit vltionem
piſis: quia captus ductus auinionem ad pñſen/
tiam pape Joannis. poſt abiuratam hereſiʒ ſu/
am incarceratus ibi deceſſit. Tamen non deſi/
ſtunt homies reprobi illius hereſis ſectatores
facere Papam ⁊ epiſcopos de ſuis: qui icedūt
in habitu transformato: conuenticula ſecrete
facientes. Et ideo diffuſius de ea re agetur ſm
declarationem cuiuſdam doctiſſimi magiſtri
ordinis predicatorum in quodam ſuo tracta/
tu exponētis extrauagantem ipſius Joannis.
vigeſimiſecundi in qua condemnat illos vt
hereticos. Hec ſic incipit.

¶ Ad perpetuā rei .§.i.

memoriam. Quia quorundam mentes ſic pa//
ter mendacij dicitur excecaſſe ꝙ noſtris conſti/
tutionibus quarum vna incipit. Ad conditorē
canonum. Altera vero. Cum inter nonnullos.
non abſqʒ multa temeritate niſi ſint detrahere
⁊ nituntur ⁊c̄. Caſus igitur ſeu ſentētia huius
conſtitutionis eſt. Dominus Joannes anteqʒ
iſtam tertiam conſtitutionem feciſſet: quia quō
dam duas alias prius promulgauerat de con/
ſilio cardinalium ⁊ aliorum prelatorum ⁊ ma/
giſtrorum. Et in prima que incipit. ad condito
rem. declarauit ꝙ reſeruatio facta per Nicola/
um quartum papam de bonis mobilibus ⁊ im
mobilibus fratrum minorū preſentibus ⁊ fu
turis quantum ad proprietatem ⁊ dominium
ſibi ⁊ Romane eccleſie ſimplici vſu facti dūta/
xat fratribus reſeruato: predictis fratribus et
multis alijs nō profuit. ſed obſuit prout magi
ſtra ipſa rerum: experientia declarauit. quod p
bat valde clare. ¶ Secundo declarauit in ea//
dem. ꝙ in rebus vſu conſumptibilibus nō po
teſt vſus a proprietate rei dominio ſeparari. et
ideo in talibus non poſſunt dici ſimplices vſu
rarij dicti fratres. Nec tale dominium videtur
dictus dominus Nicolaus papa romane eccle
ſie reſeruaſſe. ⁊ hoc probat euidenter. ¶ Ter/
tio declarauit ꝙ vſus alicuius rei denudatus
iure vtendi. in creatura rationali non eſt iuſtus
nec per conſequens conuenit perfectionis ſta//
tui nec perfectioni adijcit. ſed repugnat. quare
concludit ꝙ talem vſum denudatum a iure di/
ctus Nicolaus papa dictis fratribus nō reſer/
uauit. quod etiam per rationes inconuincibi//
les liquide manifeſtat. ¶ Quarto dclarauit ꝙ
tam dicti domini Nicolai conſtitutio qʒ etiaʒ
quoddam priuilegium dictis fratribus a do//
mino Martino quarto predeceſſore ſuo cōceſ/
ſum quantum ad procuratores nomine Rom̄.
eccle. eis conceſſos qui cauſa dicte romane ec//
cleſie eos agitabant plurimum honori Roma.
eccle. detraxerint cū ſic plerūqʒ cōtingat dicta
Ro. eccle. occaſione taliū coram pedaneis iudi
cibus litigare: intantū ꝙ prelatis ⁊ eccleſiarū
rectoribus fuerit moleſtum ⁊ graue. ¶ Graue
enim tale quid pōt ⁊ debet exiſtere ꝙ ſe Rom̄.
ec. in iudicio opponerent. que ipſoꝝ eſt magi//
ſtra ⁊ caput. ¶ Quinto pronūciat ꝙ in bonis
que offeruntur vel ↄferuntur vel al's quōlibet
obuenire poterūt fratrib⁹ vel ordini predictis
exceptis eccleſijs: vel oratorijs officinis habi//
tationibus ac viſis libris ⁊ veſtimētis diuinis
officijs dedicatis vel dedicandis. nullum ius
ſeu dominiū aliquod occaſiōe dicte ↄſtitu. dñi
Nico. vel cuiuſcunqʒ alterius pape ſancte Ro.
ec. acquiratur. Sed quoad hoc habeanf dicte
ↄſtitu. pro non factis. ¶ Sexto pronūciat ⁊ dif
finit: ne deinceps pro recipiendis: petēdis: exi
gendis: defendendis: ſeu adminiſtrandis bo/
nis que in poſterum dictis fratribus vel ordi//
ni conferri offerri. vel al's quomodolibet obue
nire contigerit quiſquam a quoquam nomine
tur ſeu conſtituatur amodo nomine ſancte ro.
ec. procurator. ¶ Nec occaſione cuiuſlibet pri
uilegij apoſtolici. quicunqʒ talium bonorū ad
miniſtrationem in iudicio vel extra agendo de
fendendo: ſupplicando. vel al's quōlibet aſſu//
mere dicte eccleſie nomine audeat niſi de ſedis
apoſtolice licentia ſpeciali: decernit irritū ⁊ in/
ane ſi ſecus a quoqʒ contigerit attentari.

¶ In ſecunda ve/ .§.ij.

ro ↄſtitutiōe que incipit. Cū inter nōnullos: de
clarat primo ꝙ aſſertio ptinax. ꝙ xp̄s ⁊ apl̄i ni
hil habuerūt in proprio. nec in cōi. cuʒ ſcriptu
re ſacre ↄtradicat expreſſe. deinceps erronea ⁊
heretica eſt cenſenda. ¶ Scd̄o ꝙ etiā aſſertio
pertinax. ꝙ redemptori noſtro. eiuſqʒ apl̄is in
his que ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur
nequaqʒ ius eis vtendi cōpetierit. nec ipſa ven
dendi ſeu donādi. ius ipſi habuerit ſeu ex illis
alia acquirēdi cū talis aſſertio vſum ⁊ geſta eo
rum ↄcludat in premiſſis nō iuſta deinceps er
ronea ⁊ heretica eſt cenſenda. ¶ Contra iſtas
igitur duas ↄſtitutiones aliq oblatrantes dixe
runt dominum noſtruʒ non potuiſſe ea que di/
cta ſunt declaraſſe. Et ad ſui mendacij colorati/
onem adducebant talem rationeʒ. Illud quod
per clauem ſcientie in fide ⁊ moribus diffinie
runt ſemel Romani pontifices adeo immobi/
le perſeuerat. ꝙ illud ſucceſſoribus ſuis reuo//
cari non licet in dubium. nec contrarium affir/
mare: licet ſecus ſit in his que per clauem potē
tie ſunt ſuper eos ordinata. Sʒ vt dicūt Rom̄.
pontifi. ⁊ multa ↄcilia generalia determinaue/
runt ⁊ diffinierunt per clauem ſciētie. Primo
ꝙ regula fratruʒ minoꝝ eſt regula euangelica

xp̄i ⁊ apoſtolorū imitatrix qui nihil in hoc mūdo habent proprium vel commune. Sed in rebus quibus vtuntur habent ſimplicem vſum facti. Secundo ꝙ xp̄i ⁊ apoſtolorū paupertas conſiſtit in expropriatione cuiuſlibet temporalis dominij ciuilis ⁊ mundani. ⁊ ꝙ eorum ſuſtentatio fuit in ſolo ⁊ nudo vſu facti. ergo quibuſcūq; ſucceſſoribus non licuit oppoſitum declarare. Sed oppoſitum in dictis duabus cōſtitutionibus eſt declaratum. vt viſum eſt. Ergo hoc non licuit facere domino Johan.

¶ Sed ad has ra- .§.iij.

tiones iſtorum euacuādas ipſe Johānes edidit. ⁊ promulgauit tertiam conſtitutionem que incipit. Quia quorundam. cuius principium poſitum eſt ſupra: in qua iohes valde ſubtiliter ⁊ artificioſe: ⁊ efficaciter reſpondet inſiſtendo circa maiorem ⁊ minorem. Circa maiorem quidem primo oſtendēdo ꝙ ſcientia vel non eſt clauis ſpūalis. vel ſi eſt ad ipſam non pertinet aliquid diffinire: ſed ſolum ad clauem ptātis. Circa minorem vero oſtendendo primo ꝙ eſt falſum. ꝙ romani pontifi. diffinierunt. ꝙ frēs in rebus quibus vtuntur habeant ſimplicem vſū facti: ⁊ probat per eos ꝙ habeant vſum iuris oſtendendo ꝙ di. dominus nico. in quo ſe fundauit principaliter. nunq̄ dicit ſuſtentationem xp̄i ⁊ apoſtolorum extitiſſe ī ſolo ⁊ nudo ⁊ ſimplici vſu facti. immo ꝙ oppoſitum ſenſit probat. Tertio oſtendendo ꝙ habere aliqua in cōi: non derogat altiſſime paupertati. Quarto oſ̄dendo ꝙ in rebus vſu conſumptibilibus nō poteſt vſus a dn̄io vel proprietate rei ſeparari. Quinto probando ꝙ vſus denudatus omni iure non eſt vſus iuſtus. quare perfectis nō competit talis vſus: nec eis talem vſum conditor canonis reſeruauit. Sexto ex eorum dicto eos confutando oſ̄dit. ꝙ ſi licuit dicto domino nico. contra declarationes ſuorum predeceſſorum aliqua declarare in materia ſuprapoſita ꝙ eadem rōne ſibi licuit contra determinata per nico. predictum: vel ſi ſibi nō licet nec alteri licuit. Septimo oſtendit ꝙ ꝑ ea que in dicta conſtōne domini nico. cōtinentur. ꝙ ad romanos pōti. ⁊ per cōſequens ad ipſum dominum Johem pertinet ſi quid dubietatis circa ſuā determinationem emergeret declarare. Octauo oſtēdendo quomodo licet romanis ponti. ordines confirmare ⁊ confirmatos caſſare: quare cum nō habeant maius priuilegium fratres minores q̄ alij vt videtur. licet cōtra eorum regulam facere talia ⁊ oppoſita declarare. Nono oſtēdendo falſum eſſe ꝙ per multa concilia gn̄alia fuerit talia declarata. cum concilia gn̄alia illi pontifices non celebrauerint vel ſi celebrata ſint. nullam fecerint de talibus mētionē. Decimo oſtēdit ꝙ nec ad fidem nec ad mores pertinet chriſtum ⁊ apoſtolos in his que vſi ſunt nō habuiſſe niſi nudum vſum facti ⁊ ſimplicem. immo magis oppoſitum pertinet cum nec in ſcriptura ſacra nec in ſymbolis habeat ꝙ fratres minores nō habent in rebus niſi ſimplicē vſum facti. nec ꝙ liceat roma. pōtifi. dn̄ium quodq; reſeruatum ſibi in rebus que fratribus obueniunt abijcere. Nec ꝙ procuratores per ſummos pōtifices conſtitutos ſucceſſori non liceat reuocare. Quare concludit neceſſario ꝙ ratio illorū eſt nulla. ⁊ ꝙ ipſe talia ſuperius premiſſa potuit declarare: ⁊ ipſa etiam ordinare. Ultimo cōcludendo diffinit primo. ꝙ tales qui niſi ſunt publice defenſare ⁊ etiam approbare hereſim damnatam in iſta cōſtitutione. Cum inter nōnullos. aſſerēdo ꝙ Chriſtus ⁊ apoſtoli in his que habuerūt: habuerūt tm̄ vſum facti ſimplicem iure denudatum ꝙ omnes tales ⁊ ſinguli qui verbo ⁊ ſcripto per ſe vel per aliū ſeu alios talia publice ꝑſumpſerunt. illiq; qui eos inſtruxerunt in talibus ⁊ vt premiſſa facerent docuerunt in damnatam hereſim inciderūt et vt heretici ſunt vitandi. Secundo diffinit ꝙ ſi aliquis deinceps damnatas per cōſtitutionem predictam. Cū inter nōnullos hereſes: vel ipſarum alteram ſcienter verbo vel ſcripto defendere vel approbare preſumpſerit: vt hereticus ab omnibus euitetur. Tertio inhibet ne quis cōtra ordinata diffinita ſeu facta in dicta cōſtitutione que incipit. Ad conditorem. verbo vel ſcripto ſciēter approbet aliquid vel defendat ⁊ ſiquis cōtrarium preſumpſerit: tanq̄ cōtumax ⁊ rebellis romane eccleſie habeatur. Iſte eſt caſus ⁊ ſentētia totius huius decretalis extrauagantis. Quia quorundam.

¶ Ad pleniorem .§.iiij.

autem declarationē ipſius magiſter prefatus format octo dubia ⁊ ea declarat ⁊ ſoluit contraria. Horum primum eſt. in quibus pertinet ad papam canones condere. Ad quod breuiſſime reſpondetur. ex eo ꝙ iſta materia plene dilucidatur tertia parte. in titu. de ſummis pontificibus. Sciēdum primo ꝙ papa non poteſt cōdere canones cōtra determinata in ſacra ſcriptura. vt patet. xxv. q. prima. ſunt quidam. ⁊ beatus Auguſti. dicit. iiij. de trinita. Contra rationem nemo ſobrius. Contra ſcripturam nemo chriſtianus. Contra eccleſiam nemo pacificus. Ratio huius eſt. quia inferior non poteſt mutare decreta ſui ſuperioris vel determinare cōtra ea. Sꝫ ſacra ſcriptura eſt a ſpiritu ſancto digeſta. vt patet. ij. Pet. j. Ubi ait non voluntate humana eſt allata prophetia. ſed ſpūſancto ⁊c.

papa q̄ pōt ⁊ q̄ non.

Quod ſi arguat̄:qꝛ ſcriptura ſancta videtur hēre
auctoꝛitatem ab eccleſia cum be.Aug.di. Ego
non crederem euāgelio niſi eccleſie auctoꝛitas
ad hoc me cōmoueret.videtur ꝙ eccleſiam da
re auctoꝛitatem ſacre ſcripture poteſt intelligi
duobus modis.Uno modo qꝛ ſcriptura habe
at ab eccleſia auctoꝛitatē inſpiratiue.Et ſic nō
eſt verum ꝙ habeat auctoꝛitatē ab eccleſia eo
ꝙ nō eſt ab eccleſia īſpirata ⁊ dictata:ſed a deo
īmediate.Alio modo declaratiue.qꝛ.ſ.eccleſia
declarat fidelibus hanc eſſe ſacrā ſcripturā a
deo reuelatam.⁊ ſic dat ſibi auctoꝛitatem diffi/
niēdi libꝛos pertinētes ad ſacrā ſcripturā.ſ.
euāgelia Mathei:Marci:Luce:⁊ Johānis:
nō euāgelia Nicodemi vel nazareoꝝ vel Bar
tholomei ⁊ hmōi ⁊ ſic intelligitur dictū Aug.
qꝛ.ſ.ignorū ſibi eſſet vtrum euangeliū Mat/
thei vel alioꝝ que tenemus ꝑtineret ad ſacrā
ſcripturam vel non:niſi eccleſia inſtinctu ſpiri
tusſancti iſtud declaraſſet.¶ Secundo notan/
dum ꝙ papa non pōt cōdere canones ꝯtra de
creta quatuoꝛ pꝛimoꝝ ꝯciliorꝝ:vt patet diſ.xv.
Canones.⁊.c.ſicut.Sed ſi arguatur contra.qꝛ
ꝯcilium non dat auctoꝛitatem pape. ſed papa
concilio.vt patet di.xvij.per totum.⁊ extra de
electi.Significaſti.Ergo illa cōcilia habuerūt
auctoꝛitatem a papa.Tantam aūt habet auto/
ritatem vnus quātam alius:⁊ tantam ſucceſſo
res quātam pꝛedeceſſoꝛes.Ergo videt̄ ꝙ poſ/
ſit papa determinata in illis reuocare vel con/
tra ea determinare.Ad qđ reſpondetur.ꝙ con
cilia illa non poſſe reuocari per papam. poteſt
dupliciter ītelligi.Uno modo ex eo ꝙ vniuer/
ſaliter ꝯcilia ſunt ⁊ ſic nō eſt verum . qꝛ qđ cō/
petit vni inquantum tale competit omni tali
vniuerſaliter.Que ergo ſtatuta ſunt vel decre
ta in vno ꝯcilio poteſt aliud mutare.vt factum
eſt pluries.Alio modo pōt intelligi ſpecialiter
īnquātū.ſ.de tali materia articuloꝝ fidei que
ibi fuerunt declarata quoad veritatem tenen/
dum.⁊ ſic nota ibi glo.diſt.xv.ſicut . Non pōt
enim papa vel minuere vel augere vel mutare
articulos vel ſacramēta eccleſie . dicunt etiam
aliqui:ꝙ quoad alia poſitiua . etſi papa poſſit
tollere vel mutare ſingula:qꝛ iſtud vl̄ illud nō
tm̄ omnia ſimul:qꝛ hoc eſſet deſtruere ſtatū ec
cleſie.¶ Tertio aduertēdum ꝙ papa pōt con/
dere canones ꝯtra determinata per quoſcūqꝫ
doctoꝛes ſanctiſſimos.Et hoc pꝛobatur aucto/
ritate.di.xx.Decretales epiſtole ⁊.c.ſequenti.
Et ratio eſt qꝛ inferioꝛ non pōt legem impone
re ſuperioꝛi:ſed econtra ſuperioꝛ inferioꝛi . eſt
aūt papa ſuperioꝛ quocūqꝫ doctoꝛe : quia enī
ad diffiniendum aliquid non ſufficit ſine pote
ſtate.Hinc eſt vt dicit Gꝛatianus di.xx.⁊ Joā.
papa in iſta decretali.Quis aliqui doctoꝛes ha
buerunt maioꝛem ſciam ꝙꝫ aliqui ſummi pon
ti.tn̄ qꝛ ptātem non habuerunt tantam quātā
ſummi pontifices:ideo in cauſarū vel dubio/
rum diffinitione pꝛeferunt̄ ſummi ponti.om/
nibus doctoꝛibus.¶ Item papa pōt condere
canones cōtra determinata per ꝑdeceſſoꝛes ſu
os:vel per determinata per ſeipſum.quod ꝓ
batur auctoꝛitate ratione ⁊ exemplo.Et aucto/
ritate quidem.extra de conſan.⁊ affini. non de
bet.vbi dicitur.Non debet repꝛehenſibile iudi
cari.ſi ſm̄ varietatem tempoꝛum ſtatuta varie/
tur humana.Et extra de ſenten.excōmuni.lib.
vj.dicitur .Alma mater eccleſia nonnulla ple/
runqꝫ oꝛdinat ⁊ conſulte.que poſtmodum con
ſultius ⁊ rationabilius reuocat in melius vel
cōmutat.Et ipſe dominus Joannes in conſti/
tutione ſua pulchꝛe ſic ait. Quia nonnunqꝫ qđ
conieꝛctura pꝛofuturum credidit ſubſequēs ex
perientia nociuum oſtendit.non debet repꝛe/
henſibile iudicari ſi canonum conditoꝛ cano/
nes a ſe vel ſuis pꝛedeceſſoꝛibus editos.vel ali
qua in eis contenta canonibus reuocare:modi
ficare:vel ſuſpendere ſtatuat.ſi ea obeſſe potiꝰ
viderit ꝙꝫ pꝛodeſſe.Pꝛobatur idem diſti.lxiij.
§.verum.Confirmatur iſtud exemplo ſcriptu/
re.Nam mandauit dominus ſerpentem eneū
exaltari in deſerto ad cuius aſpectum ſanabā/
tur homines a moꝛſibus ſerpentum . vt patet
Numeri.xxj.Poſtmodum inſtincti ipſius dei
rationabilius fuit reuocatum eo ablato ꝑ Eze/
chiam.vt patet.iiij.Regum.xx.quia populus
idola trahat ad eum.Ratione hoc conſtat quia
par in parem non habet imperium.¶ Ex qui/
bus omnibus patent due cōcluſiones.Pꝛima
ꝙ dominus Jo.potuit rationabiliter ⁊ ſalubꝛi
ter que in dictis duabus conſtitutionibus con
tinentur ad conditoꝛem ⁊ alia . Cum inter nō/
nullos oꝛdinauit.cum in eis nihil ſit contra fi/
dem ⁊ bonos moꝛes:nec contra quatuoꝛ conci
lia.quia ſicut ipſe deducit.circa finē huius cō
ſtitutionis de contentis in ipſa cōſtitutione in
ſymbolo fidei:vel in ſacra ſcriptura mētio non
habet̄.vel ſi hābetur ī ſacra ſcriptura vt de pau
pertate xp̄i ⁊ apl̄oꝝ magis ex ipſa ſcriptura ha
betur ꝙ ipſe dn̄s Joan.determinat ꝙꝫ eius op/
poſitum.Scđa ꝯcluſio eſt ꝙ cū violatoꝛes ⁊ de
trahētes ſacris canonibus:vt blaſphemi ⁊ ſpi
ritui ſancto reſiſtentes cenſeantur. vt.xxv.q.j.
violatoꝛes.⁊ multipliciter puniant̄. vt in.d.q.
c.gn̄ali.⁊.c.oīa.⁊.c.hac ꝯſona.pꝫ ꝙ hi qui ꝯſti
tutionibus domini noſtri in pꝛedictis detrahe
re niſi ſunt.in penas huius inciderunt:⁊ qua/
ſi in hereſes iam damnatas ꝯſtitutione ꝑdicta.
Cum inter nonnullos pertinaciter affirmarūt
ꝙ merito heretici ſūt cēſendi:ſicut dn̄s Jo.det
minat in dicta ꝯſti.Et ſic patet ꝑmus arti.

¶ Secundus ar/ .§.v.
ticulus eſt. Quot ſunt claues eccle: ꝛ que: q: in
dicta ꝯſtitutione de eis agitur. reprobando opi
nione illoꝝ qui male ſentiūt de eis. Sed q: de
iſta materia diffuſe tractat .b. Tho. in. iiij. diſt.
xviij. ꝛ in prima parte. ꝛ plenius in. iij. pte. in.
ſ.th. p. de ſummis pōti. Ideo ꝛ hic articulus breuiſſi/
iii.xxv. me expediet. Quis diuerſi diuerſa dicāt cōior
opinio eſt. bea. Tho. ꝛ Pet. in. iiij. ꝙ clauis ec/
cleſiaſtica (que methaphorice dicitur ad clauis
materialis ſimilitudinē qua claudif ꝛ aperif
oſtium materiale) eſt quedam poteſtas ſpiritua
lis que datur in ſacerdotij collatiōe ad quaſdā
ſpirituales actiones ordinata. que poteſtas eſt
vna quoad eſſentiam: ſed duplex quantum ad
act⁹ ꝛ officia ſubordinata: imo plus dicit ꝙ ea
dem eſt poteſtas per eſſentiam qua poteſt ſacer
dos corpus chriſti ꝯficere: ꝛ qua poteſt abſolue
re vel ligare. Et ipſa poteſtas eſt ipſe character
impreſſus in collatiōe ordinis ſacerdotalis. qđ
ſic probat. Ad duo quorum vnum eſt cauſa al
terius vna poteſtas ordinatur ſicut in ſole vna
eſt poteſtas qua ſol calefacit ꝛ rarefacit. ꝛ ideo
calor eſt principiū actus vtriuſqꝫ: licet quodā
ordine. Sed gratia ꝛ omnis remiſſio in corpo/
re chriſti myſtico: quod reſpicit ptās clauiū de
riuatur ex eius capite quod reſpicit eius pote/
ſtas conficiendi. ergo reſpectu vtriuſqꝫ iſtorū
eſt vna poteſtas. Et codē modo de poteſtate cla
uium inter ſe dicendum: q: ad plures act⁹ ſub
ordinatos ſufficit vna virtus ꝛ poteſtas. Sꝫ ac/
tus clauium licet ſint plures q: vnus eſt iudicā
di ſeu diſcernēdi quis ſit dignus vel indign⁹.
alius eſt diffiniendi ꝛ ſententiādi qs ſit dign⁹
vel indignus abſoluendo vel ligando. Sūt ta/
men ſubordinati ita ꝙ vnus preſupponit aliū
ſcꝫ ſecundus primum. Sufficit tñ vna poteſtas
ad vtrunqꝫ ſicut ſol per eandem virtutem illu
minat aerem ꝛ calefacit: ſcꝫ per lumen. Daf eti/
am exemplū in poteſtatibus ſecularibus. Nā
eadem auctoritate cōpetit iudici iura partium
cognoſcere: ꝛ exinde ſententiare contra vnam
partium ꝛ aliam abſoluere. Sed q: potētie co/
gnoſcuntur per actus. ideo etſi ſit vna ptās eſ/
ſentialiter. dicuntur tñ due quia duplex eſt act⁹
talis poteſtatis. Et ratione primi actus quo iu
dex eccleſiaſticus iudicat ꝛ cognoſcit de digni
tate vel indignitate alicuius dicitur clauis ſciē
tie ratione ſecundi actus quo dignum abſoluit
indignum non abſoluit dicitur clauis potētie.
Unde dictum fuit in plurali Matth. xvj. Tibi
dabo claues regni celorum. Et iſta videtur itē/
tio glo. diſtinctiōe. xx. capitulo primo. ¶ Ubi
ſciendum ꝙ aliqui male ſenſerunt de claue ſci/
entie dicentes ꝙ ſcientia ſm ꝙ eſt habitus ac/
quiſitus vel infuſus ſit clauis non quidem de
per ſe: ſed in ordine ad clauem potentie. Unde
in eo qui habebat ſcientiam ſed non ordine ſa
cerdotalem dicebant talē ſcientiam in eo non
eſſe clauem: ſed adueniente claue potentie ſcꝫ
per ſuſceptionem ſacerdotij eſſ efficiebatur clauis
illa ſcientia. Cuius opinionis videtur eſſe glo.
di. xx. c. j. Ad quam etiā videtur declinare ma
giſter ſen. in. iiij. diſt. xviij. Dicebat etiam ꝙ ſa
cerdotes idiote etſi non habent clauem ſciētie
cum ſint ignorantes: habent tamen quandam
induſtriam materialem diſcernendi quam vo/
cabant clauiolā. Sed iſtam opinionem repro/
bat bea. Tho. in. iiij. di. xviij. Nam ꝛ ſunt aliq
ſacerdotes qui nec ſcientiam acquiſitam habēt
nec infuſam nec induſtriam naturalem: cū ſint
indiſcreti ꝛ quaſi fatui. Eſt ergo clauis ſcientie
ſm beatū Thomā. auctoritas iudicandi vel di
ſcernendi de dignitate vel idignitate alicuius
in foro ꝯſcientie. ꝛ iſtam pōt habere ignoratiſ/
ſimus: ſi hꝫ ſi eſt ſacerdos. ꝛ non hꝫ eam peritiſ
ſimus ſi non eſt ſacerdos. Sicut ꝛ aliqs iudex
ſecularis hꝫ auctoritatem iudicandi qui tamē
non hꝫ ſcientiam iuris ꝛ ecōuerſo. Uerum eſt
ꝙ actus iudicandi nō poteſt recte exerceri ſine
vtroqꝫ ſcꝫ auctoritate iudicandi ꝛ ſine ſcientia.
ꝛ ideo non eſt ſine peccato qui ſe ponit ad iudi
candum in foro conſcientie non habēs compe
tentem peritiā. ¶ Ex predictis eliciuntur duo
correlaria. quoꝝ primū eſt. ꝙ ſicut ipſe dñs Jo/
annes in iſta ſua ꝯſtitutione valde bene argu/
it. Illi oblatrantes ꝛ detrahētes ſuis cōſtitutis
maledicebāt aſſerentes ꝙ illud quod fuerat p
romanū pontificē per clauem ſcientie diffinitū
in fide ꝛ moribus nō poterat per ſucceſſorē re
uocari. Arguitur enim ſic ꝯtra illos. Aut clauis
ſcientie accipif pro habitu acquiſito vel infuſo
aut pro auctoritate diſcernendi in foro ꝯſcien/
tie. Si pro habitu: ſic ſcientia non eſt clauis vt
viſum eſt. ſ. ꝛ ipſe dñs Joannes valde clare p/
bat. Ergo qđ diffinitur in fide ꝛ moribus: illđ
non diffinitur per clauem ſciētie. cum habitus
talis nō ſit clauis. Si aūt accipiatur pro aucto/
ritate diſcernendi in foro ꝯſcientie arguitur ſic
ꝯtra. Primo qui hꝫ auctoritatem diſcernendi
in foro conſcientie ex hoc nō habet cōdere vel
ſtatuere iura in foro exteriori obligantia. Se/
cundo q: tunc omnes ſacerdotes habentes au/
ctoritatem diſcernendi in foro conſcientie: ha
berent poteſtatem cōdendi iura ꝛ ſtatuta. Ter/
tio q: talis auctoritas diſcernendi reſpicit ſolū
diſcretionē inter lepram ꝛ lepram inter pecca/
tum ꝛ peccatum: ꝛ non alium actum aliqđ ſta/
tuendi. Ergo per talem clauem circa fidē ꝛ bo
nos mores nihil ordinat ſummus pontifex. qđ
non poſſit ſucceſſor reuocare. vñ ſequif ꝙ ma/

le ⁊ falſe aſſumebant. Sc̄da cõcluſio eſt ꝙ ipſe dñs noſter negat id quod illi ſibi male ⁊ falſe i ponunt. ſcꝫ ꝙ ſcientia non ſit clauis. non enim hoc negat: vel ſi negat: aut implicite hoc nega re videtur: accipit ſciẽtiã pro habitu acquiſi to vel infuſo: que vtiqꝫ non eſt clauis vt quidã dicebant. Sed accipiendo pro auctoritate di ſcernendi non negat eſſe clauem. Uerum eſt ta men ꝙ ad iſtam clauem communiter ſumptaꝫ non ſpectat condere canones vel mutare: quia tunc omnis ſacerdos poſſet hoc facere. quod nullus concedit.

ℭ Tertius articu- .§.vi.

lus eſt vtrum vſus licitus poſſit ſeparari a iure vtendi. Pro cuius declaratiõe primo declarat deſcribendo aliquos terminos circa materiaꝫ. Sc̄do agit de diuerſis modis habendi aliquã rem. Tertio reſpondet ad queſitũ. Quarto decla rat quõ fratres minores poſſunt habere nudũ vſum facti. Demum ſoluit duodecim argumẽ ta facta contra veritatem ſue ꝯcluſionis: Quã tum ad primũ dicit ꝙ circa aliquã rem põt iſta ꝯſiderari ad pñs. ſ. vſufruct⁹: vſus: poſſeſſio:
Uſufru proprietatis: dñium: ⁊ ius. Quodlibet horum
ctus qd ſic deſcribitur. Uſufructus ſm iuriſtas eſt ius
ſit. vtendi ⁊ fruendi rebus alienis ſalua earꝫ ſub ſtantia. ff. de vſufru. l. j. Rebus alienis dicitur q: in rebus ꝓprijs non dicitur vſufructus. vñ ſi habeo vſufructum viridarij: ⁊ poſt ad me per ueniat proprietas: expirat tũc vſufructus. Sal ua rerum ſubſtantia dicitur: q: in rebus q̃ vſu conſumuntur non proprie eſt vſufructus. vt pa ne: vino: ⁊ hmõi. Jus vtendi dicitur ad differẽ tiam vtilis dominij: quod quandoqꝫ in rebus alienis habetur. ſicut emphiteota ⁊ feudatari⁹ habent vtile dominium: cuius dñium directũ pertinet ad dñꝫ ſuperiorem: a quo res tenetur in emphiteoſim vel in feudũ. Jtem ponit̃ fruẽ di: ad dñiam nudi vſus: q: minus eſt in vſu ꝙ̃ in vſufructu. Datur exẽplũ de grege. Si vſus alicuius gregis ſit tibi relictus in aliquo teſta mento: tu poteris vti grege ad ſtercorizanduꝫ in agro tuo tñ. Sed ſi fuerit relictus vſufruct⁹ eius: poteris grege vti nõ ſolum ad ſtercorizã dum: ſed ad lanam. lac ⁊ fetus recipiendum ⁊ diſtrahendũ tales fructus vt volueris. fetus. n. in iumentis vt in pecudibus computantur in fructu. ⁊ de quolibet animali irrationali. ſecus autem in ancillis. Nam partus ancille non pti net ad vſufructuarium. Datur aliud exemplũ. Si viridarium fuerit tibi legatum ad vſuꝫ po teris roſas: holera: ⁊ alios flores ⁊ fructus ſu mere ad vſum tuum: ſed alij non poteris vẽde re vel dare. Sed ſi vſufructus eius fuerit reli ctus: poteris non ſolũ ſumere ad vſum tuũ ſed ipſos flores ⁊ fructus vendere ⁊ donare alteri prout volueris. Et ſic patet ꝙ quicunqꝫ habet Uſus
vſufructum hꝫ vſum ⁊ non ecõuerſo. ℭ Uſus qd ſit.
autem ſm Juriſtas eſt ius vtẽdi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia. Jdeo dicitur. rebus ali enis: quia ſm iuriſtas vſus non dicitur in re ꝓ pria. Additur ſalua ſubſtantia rerum: q: ſꝫ eos vſus nõ conſtituitur in rebus que vſu cõſumũ tur: quia in talibus non poteſt rerum ſubſtãtia permanere poſt vſum non ponitur fruendi vt diſtinguatur ab vſufructu. Sed quia quantuꝫ mihi videtur legiſſe iſto modo accipiunt vſuꝫ nimis ſtricte. ſcilicet pro vſu pro quo competit ſeruitus. Jdeo accipiendo vſum ſm naturaꝫ ⁊ magis large. ⁊ ſm iura canonica. cuꝫ ſm rei ve ritatem aliquis vtatur re ſua ſicut aliena. ⁊ vti tur pane cum comedit ⁊ conſumit eum. Jdõ ſic accipiendo vſum mihi videtur ꝙ nuduꝫ vſum facti de quo loquuntur conſtitutiones Jo. qua drupliciter poteſt imaginari. Primo mõ põt dici nudus vſus facti propter omnis iuris nu dationem. Secundo propter proprietatis ex cluſionem. Tertio propter omnis vtilitatis pri uationem. Quarto propter actionis in iudicio abdicationem. Exempla omnium. Si equita rem equum cuius non eſſem dominus: nec ha bere aliquod ius equitandi equum. tunc habe rem vſum nudum equitationis equi per om nis iuris denudationem. ſicut habet fur ⁊ la tro in re furtiua: quia habet vſum denudatum proprietate. Exemplum de ſecundo. Si equita rem equum quem conduxi ad vecturã ab alio: poſſet dici habere nudum vſuꝫ equi propter ꝓ prietatis excluſionẽ: q: non habeo proprietatẽ eius. Sic econuerſo equitando equum meum non habeo vſum nudum: quia equi habeo ꝓ prietatem. Exemplum de tertio quando qs ha bet aliquem vſum alicuius rei vel circa aliquã rem ⁊ tamen caret omni fructu ⁊ vtilitate que poſſet ſibi inde prouenire. ſicut ſeruus qui vti tur aliquibus inſtrumentis ad vtilitatem do mini ſui. talis vſus poſſet dici nudus quantũ ad fructum vel vtilitatem ſerui. qui ex tali vſu nullus fructus vel commoditas acquiritur ſi bi ſed domino ſuo. Similiter de famulo cam pſoris: qui quotidie vtit̃ pecunia domini ſui alijs numerando. tamen vtilitas vſus non eſt ſua: ſed domini ſui. Exemplum de quarto. Cuꝫ aliquis haberet aliquam rem: ⁊ cum ſibi aufer retur non poſſet agere in iudicio contra illuꝫ. vel ex voto vel alia quacunqꝫ cauſa. tunc poſ ſet dici habere nudum vſum per actionis in iu dicio abdicationem. Et hoc quoad vſum. Poſſeſ
ℭ Tertius terminus eſt poſſeſſio que ſic de ſio qd
ſcribitur. Poſſeſſio eſt corporalis rei retentio ſit.
corporis ⁊ animi iuris adminiculo interue

niete. Sic diffinit Hoſtieñ. in ſumma corpora-
lis rei dicitur. qa ſ3 iuriſtas icorporalia nõ poſ
ſidentur. Detentio dicitur quia poſſeſſio ſm̃ iu
ra dicitur quaſi pedum poſitio. Aliter non acq
ritur poſſeſſio niſi corpore ⁊ animo interuenie
te. Unde ſi alterum deficit non eſt poſſeſſio. Iu
ris adminiculo additur: quia q̃uis aliqui ali-
cui rei corpore ⁊ animo inſiſtat. tamen niſi ha-
beat iuris adminiculum non proprie dicit̃ poſ
ſidere. Quod ſi obyciatur quia fur ⁊ raptor rẽ
furatam poſſident: ⁊ tamen nõ habẽt iuris ad-
miniculum. Rñ. q̃ fur ⁊ raptor nõ dicitur pro
prie poſſidere: ſed ſolũ iniuſte detinere. Quod
autem furta ſint reſtituenda. vt extra de reſti.
ſ. pte. ſpo. c. In litteris. hoc introductũ fuit ſm̃ rigo
ij. ti. j. c. rem iuris in odium rapientiu3 res ſuas homi
xiiij. ⁊ nibus: qr nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua.
xv. Et ideo rem furtiuam non debeo accipere a fu
re niſi auctoritate iudicis. Dicit tamen Innoč.
q̃ ſi conſtaret tunc per propriam confeſſionem
ipſum eſſe predonem. vel conſtaret de proprie
tate rei. p̃doni eſſet reſtitutio denegãda: quia
nunq̃ vere poſſidet: nec naturaliter nec ciuili-
Quid ter. ¶ Quartus terminus eſt proprietas: que ſic
ſit p̃prie- diffinitur ab Hoſtieñ. Proprietas eſt dominiũ
tas. rei iuſtis modis queſitum. Acquiritur autem
dominiu3 iure gentiu3 ⁊ iure ciuili. Et iure q
dem gentium per occupationem. ſicut in his
que non ſunt in bonis alicuius hominis: que
occupanti conceduntur: ſicut fere beſtie: aues
⁊ piſces. que in terra mari ⁊ aere capiũtur. ⁊ in
his que communia ſunt vt in mari ⁊ in littore
maris: vt lapillis ⁊ gemmis que ibi ſunt: vt p3
inſti. de rerum diui. per totu3. Tamẽ circa hoc
ſunt multe conſuetudines in diuerſis regioni-
bus contra iura. Item in his que ab hoſtibus
capiuntur. quod intelligendum eſt in bello iu
ſto ⁊ ſuato iure militari. de quo di. j. Ius mili-
tare. Iure autem ciuili acquiritur dominium
multipliciter. ſ. preſcriptiõe: vſucaptione: arro
gatione: monachatione: teſtamento: ſucceſſio-
ne: ⁊ alijs multis modis iure ciuili inductis.
Dñium ¶ Quintum quod requiritur circa rem conſi
⁊ ius derandum eſt dominium. Circa quod aliq do-
an ſit ctores dicunt idem eſſe dominium ⁊ ius quia
idem. tantum habet quis de dominio in re. q̃tum de
iure. Aliquibus autem doctoribus videtur op
poſitum. Et tota ratio eſt. quia ſm̃ Simpliciu3
⁊ Ariſto. in p̃dicamẽtis. relatio dominy eſt re-
latio ſuppoſitionis. Et ideo nullus debet ha
bere dominiu3 in aliquo niſi ſit ei ſuppoſitus.
Sed aliquis poteſt habẽ ius in aliquo cui non
eſt ſuprapoſitus. imo econtra. Sicut filius h3
ius in patre ſeruus in dño. quia tenentur eis
dare alimentum. Similiter monachus in mo-
naſterio. ſubditus in prelato. quia tenẽtur eis

ad ſacramẽtoru3 adminiſtrationem. Ergo ſm̃
iſtos ius ⁊ dñium nõ ſunt ide3. ſed ius in plus
ſe habet q̃ dominiu3: quia omne dominiu3 eſt
ius: ſed nõ omne ius eſt dominiu3. videt enim
addere dominiũ ad ius quandam ſuperiorita-
tem ⁊ autoritate3. Unde ſm̃ hoc ſic diſſinitur.
Dominiu3 eſt ius vtendi ⁊ poſſidẽdi ⁊ haben- quid ſit
di aliqua re ſimpliciter pro libito volũtatis. vel dominium
ſm̃ aliquem determinatum modum cum qua-
dam ſuperioritate. Dicitur in deſcriptione iſta
ius. quia ſi aliquis detineret vel vteret̃ aliqua
re ſine iure. ſicut fur ⁊ predo. talis non haberet
dominiu3. dicitur ius poſſidẽdi quod debet in
telligi iure proprio nõ alieno. quia procurator
yconomus ⁊ diſpenſator vtitur licite rebus do
mini ſui. ſed hoc nõ facit iure proprio ſed alie-
no. Dicitur autem ſimpliciter pro libito volũta
tis. Simpliciter quãtum ad dominiũ propriũ
⁊ perfectu3. per quod quis habet ius in re quã
tum ad proprietatem ſimpliciter. ⁊ quãtum ad
omnẽ vſum qui eſt natus eſſe circa ipſam rem.
quia poſt eam donare ⁊ vẽdere ⁊ diſtrah. re ſi-
cut placet. Dicitur autem ſm̃ aliquem determi
natum modum propter duo. Primo p̃pter do
minia cõditionata. puta cu3 quis eſt dominus
rei quoad proprietate3 ⁊ vſum ſimul. ſed tamẽ
nõ poteſt vẽdere niſi certis perſonis. puta pro-
pinquiori de genere ſuo. vt determinato mo-
do ſeruãdo legitima3 liberis ſm̃ leges. vel ſm̃
ſpeciales patrie ↄſuetudines. Secũdo propter
dominiu3 imperfectum. Uſufructuarius enim
⁊ vſurarius licet nõ habeant perfectu3 nec ple-
num pro eo q̃ nõ habẽt ius in proprietate rei.
tamẽ habent dominiũ verum: ſed imperfectũ.
pro eo q̃ verum ius habẽt in vſu vel in vſufru
ctu rei. ſ3 nõ in proprietate ipſius rei. Alioquin
nõ poſſent iure ſuo vẽdere vel aliena re vſum
vel vſufructum. Additur in deſcriptione. Cu3
quadam ſuperioritate. quia vt dictu3 eſt domi
nium videtur addere ſupra ius quãdam ſupe-
rioritatem ⁊ autoritatem cum ſit relatio ſuper-
poſitionis. Eſt autẽ ſciẽdum q̃ cum dominiũ
vt dictum eſt ſit quoddã ius habẽdi ⁊c. ¶ Si-
cut tripliciter diuidit̃ ius ita ⁊ dominiũ. Nam triplex
ius p̃ma ſui diuiſione diuiditur a philoſopho diuiſ.
in. v. Ethič. in naturale ⁊ poſitiuu3. Et ſm̃ hoc
eſt duplex dominiu3. ſ. naturale ⁊ politicum ſi-
ue ciuile. Ius naturale eſt quod cõpetit alicui
a natura habẽdi. ſ. ⁊ vtendi aliqua re cum qua
dam ſuperioritate ⁊ autoritate ſuper eam ſicut
⁊ ius patris ſupra prolem. ius viri ſupra vxo-
rem ⁊ domini ſuper ſeruum. Ius politicum ſi-
ue ciuile dicitur ius cum quadam ſuperiorita-
te. quod non competit alicui a natura. ſed me-
re per adinuentionem ⁊ collationem humanã
vel diuinam ſpiritualem ⁊ ſupernaturalem. ſi-

cur dominiuʒ domini pape ſuper totam eccle/
ſiam.vel ſicut dominiuʒ vnius vel plurium ſu
per vna ciuitate vel regno.Secūda diuiſio do/
minij ciuilis eſt.quia quoddam eſt verū ⁊ per/
fectum:aliud eſt verum ſed imperfectum. Ue/
rum ⁊ perfectum dominiū eſt.quādo quis ha/
bet dominium in proprietate rei ⁊ in vſu eius.
ita ꝙ poteſt eam vendere ⁊ conſumere ad vſuʒ
eius prout ſibi placet. Sed dominium verum
ſed imperfectum eſt.quando habet ius ſolum
in vſu vel in vſufructu rei.ſed non in proprie//
tate.Unde talis non poteſt dici domin⁹ rei ſim
pliciter.ſed dominus vſus vel vſufructus. Ter
tia diuiſio dominij eſt.quia dominiuʒ merum
habet multos modos diſtinctos.quia quoddā
eſt ſuperius ⁊ immediatum quoddam altum:
quoddam baſſum:quoddam vtile: quoddam
directum.⁊ ſic de alijs.Et ideo ſciendum ꝙ li/
cet eiuſdeʒ rei non poſſint eſſe ſimul plures do
mini ſimul quilibet in ſolidum ſm eūdem mo
dum ⁊ eandem rationem dominij.vt in predi/
cto.c.licet.⁊.l.predicta poſſideri.tamen ſm di
uerſos modos dominij ⁊ diuerſa iura vnius ⁊
eiuſdeʒ rei poſſunt eſſe plures domini ⁊ diſtin/
cti.Sicut eiuſdem campi ruſticus habet domi
nium vtile.burgenſis habet ibi dominium di
rectum:miles dominiū baſſum:rex dominiuʒ
altum. ❡ Sextus ⁊ vltimus terminus declarā
id ſit dus eſt ius.Et quia dominiuʒ addit ſolum ſu/
pra ius ſuperioritatem:ideo poteſt ius deſcri/
bi eadem ratione ſicut ⁊ dominiū:dempta illa
parte de ſuperioritate.Uel ſic poſſumus deſcri
bere ius.ꝙ eſt poteſtas exercendi aliquē actuʒ
circa rem licite.Unde ſi licite poſſum vendere
librum:habeo ius in venditione libri. ſi licite
poſſuʒ legere ⁊ ſtudere in libro habeo ius in le
ctione libri.Et ſic generaliter concludēdo quā
tum habeo de poteſtate licita circa rem:tātum
habeo de iure ⁊ circa ipſam rem. Et ꝙ hoc ſit
verum ſic declaratur. Homo circa aliquā rem
nō habet niſi duplex poſſe:ſcilʒ poſſe facti quo
ſcilicet aliquis poteſt vti aliqua re de facto lici
te vel illicite. ⁊ poſſe iuris quo ſcilicet pōt vti
aliqua re licite.Sed poſſe ſolius facti non dici
tur poſſe iuris.Poſſe igitur licite hoc eſt poſſe
iuris.Eſt tamē ſciēdum ꝙ nomen cōmune plu
ribus ſm rem:ſm modum quo cōmuniter ac/
cipitur retinet ſibi nomen proprium ꝯtra alia.
Sicut preſcientia que eſt cōmunis noticia ap/
probationis bonorum ⁊ reprobationis malo//
rum:vt patet ad Roma.viij. Quos preſciuit:
hos ⁊ predeſtinauit.retinet tamen ſibi nomen
ſm cōmunem acceptionem proprium ⁊ diſtin
ctum cōtra predeſtinationem. vnde ⁊ mali di/
cuntur preſciti:nō boni. Sic in propoſito poſ/
ſe facti lʒ ſit cōmune licite ⁊ illicite vtenti:qui/
libet enim de facto vtitur ſiue licite ſiue illicite
vtatur:tamen ſm cōmunem acceptionem dici
mus poſſe facti contra poſſe iuris.dicēdo iſte
poteſt de facto:qui ſcilʒ poteſt exercere aliqueʒ
actum illicite.Ille autem dicitur poſſe de iure
qui poteſt licite exercere aliquem actum. Pa/
tet ergo ꝙ ius non dicit aliud niſi poteſtatem
exercendi licite actum circa aliquā rem.Et hoc
etiam dicit beatus Augu.in lib.de mendacio.
ſic inquiens.Faciat homo pro temporali ſalu/
te hominum quod poteſt. Cum autem ad hoc
vētum fuerit vt tali ſaluti niſi peccando conſu
lere nō poſſit:iam ſe exiſtimet nō habere quod
faciat.xxij.q.ij.faciat.Unde ⁊ iuriſte dicunt.Il
lud poſſumus:quod de iure poſſumus.

❡ Declaratis di/ .§.vij.
ctis terminis:eſt modo videndum de diuerſis De di//uerſis modis habēdi ius i aliqua re
modis habēdi ius in aliqua re. Et poteſt atten
di hec diuerſitas ex parte triuʒ.ſcilicet ex parte
rei habite:ex p̄te habentis:⁊ ex parte modi ha
bendi.Ex parte rei quidem habite:q2 aliquan/
do quis habet ius in aliqua re quātum ad pro
prietatem ⁊ non quātum ad vſum.ſicut ſi loca/
ui tibi domum ad annum:habeo quidem ius
in domo in proprietate:ſed non in vſu per illū
annum.quādoqʒ quis habet ius in vſu ⁊ non
in proprietate.ſicut tu qui cōduxiſti illam do/
mum habes ius in vſu ſed non in proprietate.
⁊ quia eiuſdem rei poſſunt eſſe diuerſi vſus ⁊
diuerſi modi alienandi:contingit in aliqua re
haberi ius quantum ad vnum vſum ⁊ nō quā
tum ad alium ſicut placet dn̄o rei ꝯcedere. Un
de conceditur aliquando alicui ꝙ poſſit inha/
bitare ſolum domum aliquando ꝙ poſſit inha
bitare ⁊ locare.quādoqʒ quis habʒ ius vtroqʒ
modo.ſcilʒ in proprietate ⁊ in vſu. Ille autem
dicitur ſimpliciter habere ius in aliqua re qui
poteſt licite vti illa re quātum ad omnem vſuʒ
qui natus eſt eſſe circa illam rem.Secūdo con/
tingit diuerſitas ex parte habētium rem:quia
quandoqʒ habens ius in aliqua re eſt perſona
ſingularis.⁊ tunc dicitur habere ius in ꝓprio.
quandoqʒ v̊o eſt cōmunitas.ſicut monaſteriuʒ
habet ius in rebus monaſterij:non aliqua per
ſona ſingularis niſi inquantum eſt pars cōmu
nitatis. Et quia duplex eſt cōmunitas.quedaʒ
ordinata per ſe:quedam ordinata per accidēs.
Per accidens eſt vt cōmunitas mercatoꝝ mu/
tuo conuentētium ad mercandum ſimul ⁊ ha/
bentium lucrum ⁊ damnum in cōmuni. Per
ſe autem cōmunitas eſt vt cōmunitas eccleſie
vel religionis que habet bona in cōmuni.Ad/
huc contingit diuerſitas ex parte iſtorū. Nam
quando eſt communitas per accidens ordina/
ta:tunc communitas habet ius per accidēs in

talibus bonis. perſone autem communitatis per ſe. Sed quando eſt communitas ordinata per ſe: tunc ipſa communitas habet ius per ſe in bonis ſicut eccleſia vel monaſterium. Sed perſone illius cōmunitatis habent ius per accidens inquantū ſunt partes communitatis. & ideo non poſſunt agere ad diuiſionem. Tertio modo contingit diuerſitas ex parte modi habendi. Nā quādoq; quis habet ius in re nomine proprio & per ſe: ſicut dominus rei. quandoq; neq; nomine proprio neq; per ſe: ſed nomine alterius & pro altero. ſm q̄ eſt ordinatū a principali domino. ſicut diſpenſatio & adminiſtratio alicuius rei cōceſſe ſunt a domino ad hoc vt diſtribuat ipſam rem & diſpenſet. & talis non dicitur ſimpliciter habere ius in illa re ſed poteſt dici habere ius diſpenſandi vel adminiſtrandi talem rem. Alio modo dicit quis habere ius. non nomine ſuo: ſed tm̄ pro ſe. Sicut cum aliquis concederet alicui domum ſuam ad inhabitandū quamdiu ei placuerit. talis haberet ius in habitatione domus pro ſe. non tamen nomine proprio: ſed nomine domini principalis: quia ius remanet penes principalem dominum principaliter. Et ſic patet q̄ dominium rerum viuentium in communitate per ſe ordinate reſidet apud communitatē ipſam principaliter apud prelatū ſicut apud adminiſtratorem & diſpenſatorē. apud quemlibet monachum ſicut apud eum cui debet̄ ſuſtentatio vite de dictis bonis.

Quantum ad .§.viij.

tertium principale huius tertij articuli eſt aduertendum q̄ cum res ſint ſub duplici differētia. quia quedam ſunt que non vſu conſumuntur ſicut domus equus & huiuſmodi. Alie que vſu conſumuntur: vt panis: vinū & huiuſmodi. hic non queritur de his que vſu conſumuntur: quia de his in ſequenti articulo agetur. Sed de his tm̄ que vſu non conſumuntur. Et querimus de vſu licito. Cum ergo queritur. vtrum vſus talium poſſit ſeparari a iure. Reſpondetur q̄ hec queſtio poteſt habere duplicem intellectū. Uno modo vt intelligatur vtrū poſſit ſeparari a iure vtendi. Alio modo vt intelligatur vtrum poſſit ſeparari a iure in re. Et hoc etiam poteſt intelligi dupliciter. quia aut a iure in re ſimpliciter: aut a iure in re ſm quid ſaltem. Et tunc reſpondendo ad queſtionem ponūtur directe tres concluſiones. & probantur efficaciter. ¶ Prima eſt q̄ vſus licitus non poteſt ſeparari a iure vtendi. Et hoc probatur auctoritate & ratione. Auctoritate quidem non ſolum huius conſtitutionis. Joānis. xxij. Quia quorundam. Sed etiam beati Auguſtini. Dicit enim ad Macedoniū. & habet̄. xiiij. queſtio. quarta. Quid dicam hoc certum alienum nō eſt: quod iure poſſidetur. Hoc autem iure quod iuſte. & hoc iuſte quod bene. De primo ergo ad vltimū quod bene poſſidetur: iure poſſidetur. Et Iſido. dicit diſtinctio. prima. Jus generale. q̄ ius dicitur eo q̄ iuſtum. Unde omnis actus iuſtus eſt iuris: quia ius dictū eſt eo quod iuſtū. Uſus aūt eſt quidam actus. etſi licitus eſt vſus eſt actus iuſtus. Omnis ergo vſus licitus eſt cum iure vtendi. Iſtam rationem tangit Joannes in conſtitutione. Cum inter nōnullos. Dicit enim ſic. Dicere q̄ Chriſtus & apoſtoli in rebus quibus vſi fuerunt: nō habuerunt niſi ſimplicem vſum facti: cōuincit actus eorum fuiſſe non iuſtos. & per conſequens iniuſtos: quia negatio in ſubiecto aptonato infert priuationem: ſicut non viſio in oculo infert cecitatem. Probatur idem & ratione per locū a diffinitione ſic. Impoſſibile eſt vſū eſſe licitum ſine facultate licite vtendi: ſicut impoſſibile eſt loqui grammatice ſine facultate loquendi grammatice. Sed facultas licite vtendi non poteſt eſſe ſine iure vtendi. quod probatur ex eo quod dictum eſt ſupra: ſcilicet q̄ ius eſt facultas ſeu poteſtas licite exercendi aliquē actum. Sed impoſſibile eſt & contradictionem implicat diffinitionem eſſe ſine diffinito. ergo impoſſibile eſt vſum licitum ſine iure vtendi eſſe. ponit plures alias rationes cauſa breuitatis omiſſas. ¶ Secunda concluſio q̄ vſus licitus poteſt ſeparari a iure in re ſimpliciter. Et hec concluſio breuiter ſic probatur. Ille qui poteſt habere licitum vſum alicuius rei: dominio remanente penes alium: habet vſum licitū ſine iure in re ſimpliciter. Et hoc patet: quia ex quo dominium remanet penes alium ille non eſt ſimpliciter dominus rei: ſed ille penes quē remanet dominium. Sed aliquis poteſt habere licitum vſum multarum rerum dominio remanente penes alium. Sicut patet de illo qui conduxit domum ad habitandum: vel equū ad equitandum & huiuſmodi. Certū eſt enim q̄ conducto: talis habet licitum vſum domus vel equi: quia & dominus ei conceſſit. & tamen dominiū domus vel equi vel predij remanet penes locatorem. ergo vſus licitus poteſt ſeparari a iure in re ſimplr. in rebus que vſu non conſumuntur. ¶ Tertia concluſio eſt q̄ vſus licitus nō poteſt ſeparari a iure in re ſm quid. Et hoc ꝓbatur faciliter ſic. Habens ius in actu aliquo alicuius rei habet ius in illa re ſm qd. Et hoc patet: quia ex quo ille actus licite exercetur circa illam rem: habet ius in illa re: ſaltem quantum ad illum actum. Hoc autem eſt habere ius nō ſimpliciter in re: ſed ſm quid. Sicut.

enim ſi habeo ius in equo ſimpliciter: vt quia eſt meus habeo ius in equitatione equi ſimpliciter. ⁊ ſic de neceſſitate ſi habeo ius in equo ẜ quid. vt quia mihi eſt cõmodatus vel locatus. habeo ius in equitatiõe equi que eſt vſus eius ẜm quid. Neceſſario igitur talis habet ius ẜm quid in re cuius eſt vſus.

ℭ Quantum ad .§.ix.

quartum principale huius articuli. ſ. quomodo fratres minoꝛes poſſunt habere nudũ vſuʒ facti intelligẽdo iſtum articulum circa res que non conſumuntur vſu. ponuntur quatuoꝛ concluſiones. ℭ Prima eſt ꝙ non poſſunt habere in talibus rebus facti vſum nudum licituʒ per omnis iuris nudationeʒ: que ſic pꝛobatur. Impoſſibile eſt habere vſum licitum ſine iure vtẽdi: ſiue iure in re ſimpliciter: ſiue iure in re ẜm quid. quod patet ex precedentibus in pꝛima ⁊ tertia ↄcluſione. Ergo impoſſibile eſt ꝙ fratres minoꝛes habeant in talibus rebus vſum licitum ſi ſit nudatus omni iure. Et ideo dominus Johannes deducit in ſua conſtitutione talem vſum ſic omni iure denudatum fratribus. Nicolaus papa nunquam reſeruaſſe: qꝛ ille vſus que perfectioni non adijcit: immo repugnat eſt illicitus. ergo talem vſum nunquam fratribus reſeruauit. ℭ Secũda concluſio eſt: quia in talibus rebꝰ poſſunt habere nudum vſum per ꝓpꝛietatis excluſionem. Et hoc faciliter ꝓbatur in rebus in quibus poteſt alicuius habere vſum. ſalua rei ſubſtãtia dominio remanente penes alium poteſt homo habẽ nudum vſum per pꝛopꝛietatis excluſionem ſeu abſq; dominio in pꝛopꝛietate. Et ſi habeat talẽ vſum ex conceſſione domini: talis vſus erit licitus. Sed fratres minoꝛes poſſunt hꝛe vſum in rebus que vſu non conſumũtur: ſicut in domibus: libꝛis ⁊ huiuſmodi. ſalua rerum ſubſtãtia: dominio illius rei penes papam vel alium remanente ex conceſſione domini. ergo in talibus rebus poſſunt habere nudum vſum licitum. Nuduʒ dico per pꝛopꝛietatis excluſionẽ. Quod autem de facto habeant dictum vſum nudum. patet quia lʒ dominus Jo. a ſe ⁊ romana eccleſia abdicet pꝛopꝛietatem ⁊ dominium multarum rerum que poſſunt fratribus obuenire: vel elemoſynarum quotidianarum. tamẽ adhuc retinet ſibi dominium eccleſiarum: oꝛatoꝛioꝛum: vaſoꝛum: libꝛoꝛum: veſtimentoꝛuʒ: ſacris vſibus deputatoꝛum vel deputandoꝛũ. vt patet in conſtitutione. ad conditoꝛem. Et in talibus dimittit fratribus vſum ⁊ non eſt dubium ꝙ non illicitum ſed licitum. ℭ Tertia concluſio eſt ꝙ non poſſunt in talibus rebus que vſu non conſumuntur habere nudũ vſum per omnis vtilitatis priuationem. quod ſic pꝛobatur. Uſus domus eſt ihabitatio eius: ſed inhabitatione domus fratres indigent niſi ſemper ſtarent ſub diuo. Saltem non eſt dubium ꝙ inhabitatio domus eſt vtilis ⁊ accommoda homini. Ergo fratres non poſſunt habere vſum domoꝛum ⁊ huiuſmodi qui ſit omni vtilitate denudatus. ℭ Quarta concluſio eſt ꝙ poſſunt habere nudum vſum talium rerum per actionis in iudicio abdicationeʒ. quod ſic pꝛobatur. Cum aliquid parit vnam rem nõ neceſſario non eſt repugnantia habere vnum ſine alio. Sed ius etſi pariat actionem. non tamen neceſſario: ſed volũtarie. Ergo fratres poſſunt habere ius in aliqua re detenta per aliuʒ abſq; hoc ꝙ poſſint ſibi eam vendicare in iudicio. Secundo pꝛobatur ideʒ: quia fratres poſſunt licite habere quod adijcit perfectioni: vel ſaltem non eſt illicitum. Sed ſua non repetere in iudicio adijcit ad perfectionem. vt oſtẽdit apoſtolus pꝛima Coꝛinth. quinto. vel ſaltem nõ eſt illicitum. Ergo fratres poſſunt habere vſuʒ in talibus rebus per actionis in iudicio abdicationem. Et ſic patet quomodo fratres minoꝛes poſſunt habere in rebus que vſu nõ conſumũtur nudum vſum ⁊ quomodo non.

ℭ Quartus arti- .§.x.

culus declarandus eſt. Utrum in rebus vſu cõſumptibilibus poſſit ſeparari licitus vſus a ꝓpꝛietate ſeu dominio rei. ⁊ querimus de his que vſu conſumuntur ſtatim: vt panis ⁊ vinuʒ ⁊ huiuſmodi. Pꝛobatur pꝛimo auctoꝛitate ipſius Joannis. xxij. in conſtitutione. Ad conditoꝛem. Ubi etiam rationem huius aſſignat. Dicit enim ſic ꝙ non ſint dicti fratres minoꝛes nudi vſuarij in rebus que vſu conſumuntur: euidentius declaratur: in quibus dicere ꝙ vſus iuris vl' facti a dominio ſeparatus poſſit conſtitui iuri repugnat ⁊ rationi. Nec pꝛedeceſſoꝛis noſtri intentio: ſcilicet Nicolai pape Romane eccleſie talium rerum dominium reſeruare. Quis enim ſane mentis credere poterit quod intentio fuerit tãti patris vt vnius oui ſeu caſei ſeu panis vel fruſti panis que ſepe fratribus conferuntur dominium Romane eccleſie acquiratur. Aut ſi eius fuit intentio quis defendere poterit ꝙ non realis fuerit talis intentio domini: ſed verbalis quoq; nõ vera ſed ficta potius ſit cenſenda. Adhuc poſito ꝙ in talibus rebus vſus poſſet conſtitui nudus: tamẽ nullatenus poſſet dici cum vſus rei conſumptibilis vſuarij non differat ab vſu plenum dominiũ continẽtis. quod patet: qꝛ vſus huius rei totalr̃ rem ↄſumit. Conſtat aũt vſuʒ plenum dñium habẽtis minime foꝛe nudum.

Exquo ſequiť ꝙ eoꝝ vſus nudus minime ſit. Dñium aūt ſancte romane eccl'ie reſeruatuꝫ ex eo poteſt videri nudum verbale ⁊ mathematicum. ꝙ ex illo nullum hactenus obuenerit cōmodum. nec ſperatur ꝙ obuenire debeat in futurum: cum nec intentio reſeruātis fuerit nec fratrum ipſorum ꝙ in cuiuſꝙ alterius ꝗ̄ ipſorum fratrum cōmodum vſum deueniant res predicte. Conſtat autem ꝙ tale dominium nec habentem ditiorem facit: nec pauperiorem efficit non habentem. Ex quibus liquet ꝙ impudenter propter retentionem predictaꝫ pre alijs mendicantibus ſibi vendicant altiſſimam paupertatem. Hec ibi. ¶ Sed preter p̄dicta adducuntur ad idem ⁊ alie rationes: quaruꝫ prima eſt. In rebus cuius vſus nō eſt ſine ꝓprietatis conſumptione: impoſſibile eſt eſſe ius in vſu ſine iure in proprietate. Hoc patet: quia exquo conſumitur proprietas vſus non erit licitꝰ niſi poſſim licite conſumere proprietatem. Sed nō poſſum licite conſumere proprietatem ſine poteſtate licita ſeu iure in ꝓprietate. ergo ⁊c. Sꝫ in rebus vſu conſumptibilibus non eſt vſus ſine conſumptione proprietatis. ergo in talibus rebus non poteſt vſus a proprietate ſeu dominio ſeparari. Secunda ratio eſt. Ille qui poteſt licite alienare ſimpliciter aliquam rem pro ſua propria vtilitate ſcienter habet ius in re ſimpliciter. Et dictum eſt notanter propria vtilitate: quia bene poſſet aliquis ex commiſſione alterius alienare rem licite pro vtilitate committentis abſꝙ hoc ꝙ ſic alienans haberet ius in re ſimpliciter. ſicut ſi committerem tibi ꝙ venderes rem meam. Sed ꝙ aliquis poſſit licite pro vtilitate propria rem alienare ⁊ diſtrahere abſꝙ hoc ꝙ habeat ius in re videtur impoſſibile. Sed vtens re que ſtatim vtendo conſumitur. ſicut panis ⁊ vinum. alienat rem a propria natura ⁊ forma ⁊ propria vtilitate: quia propter proprium nutrimentum. ergo talis ſi licite vtitur. habet ius in re illa ſimpliciter. ¶ Tertia ratio ad idem. Ille qui licite poteſt habere omnē vſum qui natus eſt haberi circa rem: habet ius ſimpliciter in re. vt patet ex declaratis in precedenti articulo. Sed vtens re que per vſum ſtatim conſumitur: habet circa illam rem omneꝫ vſum qui natus eſt haberi circa rem: immo nō ꝗ̄ poteſt haberi aliquis alius vſus circa rem illam. quia res alterius non manet. ergo talis habet ius i re ſimpliciter. ¶ Quarta ratio. Ille qui pro ſe licite poteſt rem diſtrahere in alium non ſolum quantum ad vſum: ſed etiaꝫ quantū ad proprietatē habet neceſſario ius in re ⁊ in vſu rei. Hoc patet quia nemo poteſt transferre pro ſe ⁊ nomine ſuo in alium quod ipſe nō habet. Sed qui vtendo ꝯſumit rem non minus transfert rem ⁊ alienat a quocūꝙ cuius ante fuerat ꝗ̄ qui ꝑ venditionem ⁊ donationem transfert in alium: imo magis. q: vendendo vel donando adhuc manet res in ꝓpria forma. poſt taleꝫ auteꝫ ꝯſumptionem nō manet. ergo ſi talis licite vtitur pro ſe: neceſſario hꝫ ius in re. non ſolum in vſu ipſius rei. Plures alie rōnes ponitur ob breuitatē omiſſe. ¶ Scđa ꝯcluſio principalis huius quarti articuli eſt. ꝙ fratres minores in hmōi rebus vſu ꝯſumptibilibus non poſſunt habere nudū vſum licitū per ꝓprietatis excluſionē. Et hoc ꝓbatur faciliter ſic. In rebus in qbus nō pōt ſeparari vſus licitus a dominio in re: nō pōt haberi nudus vſus p ꝓprietatis excluſionē. Sed vt pꝫ ex p̄cedenti concluſione in rebus vſu ꝯſumptibilibus nō pōt licitus vſus ſeparari a dominio ſeu ꝓprietate i re. ergo in talibus rebus nō poſſunt fratres minores nec alij ꝗcunꝙ habere nudū vſum per proprietatis excluſionē. Et ſic pꝫ dr̄ia inter res que ſtatim vſu ꝯſumunť: ⁊ eas que ſtatim nō conſumuntur vſu q: in rebus que non ſtatim vſu cōſumunť: vt domus: veſtimentuꝫ: liber ⁊ hmōi: pōt eſſe nudus vſus per ꝓprietatis excluſionē ſed nō per oīs iuris denudationē: vt dictū eſt i precedenti articulo. Sed in rebus que vſu ſtatim ꝯſumuntur nō pōt eſſe licitus nudus vſus: nec per oīs iuris denudationē nec ꝑ proprietatis excluſionē. ¶ Quod ſi arguať in ꝯtrariuꝫ ſic. Monachus non eſt capax ꝓprietatis in aliquo caſu: vt pꝫ extra de ſta. mona. cū ad monaſterium. Sed monachus neceſſario vtiť rebus vſu cōſumptibilibus: vt qn̄ comedit ⁊ bibit. ergo i talibus rebus pōt licitus vſus ſeparari a dñio ſeu ꝓprietate. Rn̄detur ꝙ monachus non ē capax ꝓprietatis ſic ꝙ poſſit de re diſponere ꝓ libito volūtatis: imo tādiu pōt diſpēſator vel monaſterium rem ad vſum cōceſſam monacho reuocare donec vſus ſit inchoatus. Et ideo nō dicitur ſimpliciť dñs vel habere ꝓprietateꝫ. Sed in ipſo vſu quia non poteſt eſſe ſine conſumptione ꝓprietatis: ideo quantū conceditur monacho de vſu in tali re: tantum ſibi conceditur de proprietate. nec abdicatio talis proprietatis eſt anneꝫa ſtatui monachali. de qua dr̄ in illa decretali. cū ad monaſterium. de ſta. mo.

¶ Ex his patet .§. xi.

error decimi cap. libelli hereticalis quem ediderunt fraticelli pro ſue hereſis defenſione. Dicunt enim ꝙ in rebus vſu conſumptibilibus poteſt ſeparari vſus rei a proprietate ⁊ dominio. Inducunt aliquas auctoritates que non ꝓbant. Et q: Jo. xxij. in cōſtitutiōe ſua: q: ita declarauit ꝯtrariuꝫ ⁊ determinauit. ſ. ꝙ in hmōi vſus rei vel vſufructus nō pōt ſeparari a dñio

⁊ proprietate ipſius rei. vt in pane ⁊ vino ⁊ huiuſmodi. ⁊ pecunia que vtendo diſtrahitur ab vno in alium. vnde cui cōceditur vnum ⁊ reliquum. Et ideo Chriſtus cum apoſtolis in huiuſmodi habendo vſum habuit ⁊ dominium ⁊ proprietatem eorum. in cōmuni tamē cum apoſtolis. Et quia hoc determinauit: dicūt eum hereticum: quia cōtra ſcripturam. cum tamē ſcriptura niſi dicat ꝙ habuerit vſum tm̄ ⁊ nō dominium. Et cum talis vſus in huiuſmodi ſine dominio ⁊ iure ſit illicitus: quia eſſet vſus predonum. ideo bene declarauit ⁊ neceſſario ſequentem cōcluſionem: ꝙ habuit talia quoad vſum ⁊ dominiū. Sed ipſi male intelligūt terminos iſtos declaratos: ſcilicet vſum ius ⁊ dominium ⁊ proprietatem ⁊ huiuſmodi. Preterea ad papam pertinet declarare dubia ſcripture quādo occurrūt. ⁊ declarationi eius eſt ſtādum magis ꝗ̄ cuicūꝗ doctori: vt patet diſt. xx. per totum. Et ideo ipſi ſunt heretici non ſtantes tali determinationi iam facte.

Quintus arti/ .§. xij.

culus declarandus eſt: vtrum paupertas facit eſſentialiter ad perfectionem. ⁊ omittēdo argumenta ſequēdo intētionem pape Joā. xxij. in dicta cōſtitutione: ⁊ doctrinam beati Thom. qui ponit primo quaſdam diſtinctiones facientes ad declarationē queſtionis. Deīde ponit quaſdam cōcluſiones cum ſuis probationibus dilucidātes materiam. ¶ Prima diſtinctio eſt de paupertate: videlicet ꝙ accipitur dupliciter.
ıob Uno modo ſm̄ animi preparationem. Alio mo
odis do ſm̄ exteriorem effectum. Paupertas ſm̄ ani
cipiſ mi preparationem dicitur inclinatio mētis ad
uper abdicationem rerum temporalium inquātum
. ſunt īpeditiua charitatis: in qua charitate conſiſtit principaliter humane vite perfectio. vt. ī. declarabitur. Jlle dicitur eē pauper ſm̄ animi inclinationem qui ſic eſt diſpoſitus ꝙ pro quacūꝗ re temporali acquirenda vel retinēda nullo modo conſentiret in aliquod quod eſſet contra charitatem dei ⁊ proximi. Paupertas vero ſm̄ effectum exteriorem importat carentiam illorum temporalium. Et quia quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot ⁊ reliquum: ideo ſicut res corporales poſſunt diuerſis modis haberi: vt patuit ſupra. iij. artic. quia vel ad vſum tm̄ vel ad dominium tm̄: vel quoad vtrūꝗ ſimul. ideo ⁊ paupertas poteſt dicere vel carentiam temporalium quātum ad vtrūꝗ: vel quātum ad alterum tm̄. inquātum res temporales poſſunt haberi vel in propō vel in cōmuni: vel vtroꝗ modo. ideo paupertas poteſt dici carentia temporalium vel vtroꝗ modo ſimul vel altero tm̄. Et quanto maior carētia temporalium: tāto maior paupertas ſm̄ exteriorem effectum. Et accipiēdo vtroꝗ modo poteſt queſtio habere locum. ¶ Secunda diſtinctio eſt. ꝙ aliquid facere ad aliud poteſt intelligi dupliciter. Uno modo eſſentialiter: ſcilicet ſicut id quod eſt eēntia rei vel pars eſſentie. ſicut diffinitio vel partes diffinitionis. Alio modo diſpoſitiue ſeu inſtrumētaliter. ſicut id quod diſponit ad hoc ꝙ ſequatur aliquis effectus. Et hoc ſiue ex parte agentis ſiue ex parte paſſi dicit facere ſeu operari ad illud inſtrumentaliter. Jnſtrumētum autem eſt duplex. vnum ſcilicet neceſſitatis: ſicut illud ſine quo non poteſt ſequi effectus. ſicut ſemen a generante deciſum eſt inſtrumētum neceſſarium ad generationem hominis per naturam videlicet. Aliud eſt inſtrumentum cōmoditatis: quia ſcilicet ſine illo poteſt effectus ſequi: ſed non ita faciliter ⁊ prompte. Et ſic ſiccitas in ligno eſt diſpoſitio accommodata ad recipiendum actionem ignis. quia licet ſine ea poſſet lignum accēdi: non tamē ita cōmode: et faciliter. ⁊ ſm̄ hoc poteſt eſſe queſtio de paupertate: videlicet vtrum faciat ad perfectionem inſtrumētaliter vel eſſentialiter. Et ſi inſtrumētaliter: vtrum operetur vt inſtrumentum neceſſarium: vel vt accōmodum. ⁊ vlterius operando vt inſtrumētum: ſi hoc facit ponendo aliquam diſpoſitionem poſitiuam ex qua ſequatur effectus ſicut ad profectum terrenaſcētium diſponit calor ⁊ humor. Uel hoc agit priuatiue: ſcilicet remouēdo impedimēta ⁊ nociua ad effectus conſecutionem. Et operatur diſpoſitiue ad profectum terrenaſcētium remouēs vrticas ⁊ ſpinas a terra in qua eſt ſeminatum. Et ſic de paupertate queri poteſt vtrum faciat inſtrumentaliter ad perfectionem diſpoſitiue: ſicut pcepta videlicet cōſilia ⁊ ad bonas perſuaſiones ⁊ omnia que poſſunt allicere ad dilectionem dei et proximi. Uel priuatiue: ſcilicet remouendo ea que nata ſunt impedire perfectionem. ſicut ille qui abijcit id quod natum eſt abijcere ad oppoſitum charitatis. ſicut male ſocietates ⁊ abūdātia exceſſiua diuitiarum ⁊ huiuſmodi. ¶ Tertia diſtinctio eſt: ꝙ duplex eſt perfectio. quedam perſonalis: ⁊ quedam ſtatualis. ⁊ vna iſtarum nō includit aliam neceſſario. Contingit enim aliquem eſſe perfectū perfectione ſtatuali: id eſt eſſe in ſtatu perfectionis qui non eſt perfectus perfectione perſonali ⁊ ecōuerſo. Et hoc patet. quia cum ſtatus religionis ⁊ prelationis precipue epiſcopalis ſm̄ omnes ſtatus ſit perfectus cōſtat manifeſte ꝙ ſunt multi religioſi ⁊ prelati etiam epiſcopi qui nō ſunt perfecti perfectione perſonali: cum ſint mali deficiētes a dilectione dei ⁊ proximi ⁊ ecōuerſo ſunt ⁊ faciūt multi laici qui nō fuerunt religioſi vel prelati: ⁊ tm̄

fuerūt perfecti perfectione perſonali gratie. ſ. et virtutū. vt Abraham et ſanctus Ludouicus rex frācie: et alij multi. Perfectio autē pſonalis cōſiſtit in habitibus virtutum et actibus earum. Qḋ pȝ: q2 philoſophus dicit. ij. Ethic. ꝙ vtus eſt que habētem perficit: et opus eius bonū reddit. Et. vij. phiſicoꝝ dicitur. ꝙ virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Cōſiſtit ergo perfectio perſonalis in virtutibus et actibus earuȝ: quia virtus eſſentialiter eſt quedam perfectio ſimiliter et actus eius eſt quedam pfectio actualis. Et quia inter virtutes eſt gradus. quia alique ſunt excellētiores alijs. et ideo in illis magis cōſiſtit perfectio que ſunt magis excellētes vtutes. Et q2 in patria habitus luminis glorie eſt vtus nobiliſſima: et eius actus qui eſt viſio dei per eſſentiam eſt actus optimus et nobiliſſimus. Et etiam charitas et eius actus qui eſt dilectio. vel ſm aliquos fruitio. ideo ſumma hominis pfectio eſt in iſtis habitibus et eoꝝ actibus. Et q2 in hac vita īter omnes virtutes charitas obtinet principatum. ſm illud. j. Coꝛ. xij. Adhuc excellētiorem viam vobis demonſtro. glo. ſ. charitatem maius omnibus donis. Et. j. ad Coꝛinth. xiij. Maioꝛ hoꝝ eſt charitas. ideo ſumma hominis perfectio in hac vita cōſiſtit in charitate et eius actu qui eſt diligere deum ſuper oīa: et pꝛoximum ſicut ſe. Unde apoſtolus ad Colſ. iij. enumeratis virtutibus ait. Super oīa charitatem habete. que eſt vinculum perfectionis. et in ipſa eſt pfectio pſonalis. ¶ Omitto autem de multiplici pfectione que poſſet induci: vt de perfectione ſimpliciter cui nil deeſt boni qḋ poteſt cogitari. Et hec eſt dei. Matth. v. Pater veſter celeſtis perfectus eſt. et reſpectu eius perfectionis oīs creatura eſt imperfecta. Et eſt perfectio patrie que a nobis in via haberi nō poteſt. de qua. j. Coꝛinth. xiij. Cum venerit quod perfectuȝ eſt. i. ſtatus gloꝛie. euacuabitur quod ex parte eſt. Et ad Phil. ait apoſtolus iij. Nō ꝙ perfectus iam ſim ꝛc. Perfectio vie de qua Matth. v. Eſtote vos pfecti. Et iſta etiā habet gradus tres ſicut et charitas in qua cōſiſtit. Et eſt perfectio naturalis: de qua Deutero. xxxij. Dei perfecta ſunt opera. Perfectio auteȝ ſtatus eſt certus modus viuēdi per quem quis obligat ſe ad quedam ſupererogationis opera propter perfectionem perſonalē facilius acquirēdam et melius cōſeruādam. vel in alios trāſfundēdam. Iſte autē ſtatus perfectionis eſt duplex ſm beatū Thom. ij. ij. Unus eſt ſtatus perfectionis acquirēde. Alius ſtatus perfectionis exercēde. Status perfectiōis acquirēde eſt ſtatus religioſoꝝ: qui ex hoc ſe obligāt ad quedā ſupererogationis opera agēda. vt perfectiōem perſonalem. vel acquirāt facilius: vel cōſeruēt acquiſitā ſecurius et melius. Nō enim opoꝛtet ꝙ religioſus ſtatim ſit pfectus: ſed ꝙ tēdat ad perfectionē et habeat ꝓpoſitum ad hoc ꝯſequēdum. Sed ſtatus perfectionis exercēde eſt ſtatus pꝛelatoꝝ. et ad hoc ſe obligāt vt perfectiōeȝ in alios trāſfundāt in eos actus hierarchicos exercētes. Habēt enim ſubditos purgare: perficere et illuminare. vt ait Dionyſi. de cele. hierar. Modo queſtio noſtra querit de perfectiōe perſonali: nō de perfectione ſtatus. ¶ Quarto notādūȝ ꝙ ſcriptura accipit perfectionē dupliciter. Uno modo ſm ꝙ cōpꝛehēdit id ſoluȝ qḋ facit eſſentialiter ad perfectionē: et nō id qḋ facit inſtrumētaliter ad perfectionē. vt ibi Gen. vj. Noe fuit vir iuſtus atq3 perfectus. Et Gen. xv. dixit dn̄s Abrahe. Ambula coꝛaȝ me: et eſto perfectus. Et bea. Aug. dicit in lib. de libe. arb. ꝙ nullus poteſt ſaluari niſi ſit pfectus. Et certū eſt ꝙ multi ſunt ſaluati et ſaluātur abſq3 conſeruatione ꝯſilioꝝ paupertatis: ꝯtinētie: et huiuſmodi. vt Abraam ſanctus Ludouicus. et alij. Scḋo modo accipit pfectionē nō ſolum ſm ꝙ includit eſſentialiter perfectionē: ſed etiaȝ ꝙ facit inſtrumētaliter ad perfectionē. vt ibi Matthei. xix. Si vis perfectus eſſe vēde oīa que habes: da pauperibus: et ſequere me. quod dictū fuit a xpo iuueni: qui dixerat ei ſe ſeruaſſe mandata. Unde patet ꝙ nō ſolum perfectio ibi cōpꝛehēdit pꝛecepta in quibus eſſentialiter cōſiſtit pfectio ſm bea. Tho. ij. ij. q. clxxxiij. ar. iij. ſed etiam cōpꝛehēdit ꝯſilia que ſunt inſtrumēta ad pfectionem. Queſtio igit iſta querit vtrū paupertas ptineat ad perfectioneȝ eſſentialem que ꝯſiſtit in virtutibus et actibus earuȝ. vt dictum eſt: pꝛincipaliter in charitate. Iſte eſt ergo intellectus queſtionis. ¶ Quātum ergo nunc ad ſcḋm. ſ. ad qōnem rñdēdo ponūtur ſex ꝯcluſiones: et pꝛobātur. Quarum pꝛima eſt: ꝙ paupertas ſm animi pꝛeparationē pertinet ad perfectioneȝ eſſentialiter. hoc ſic ꝓbatur. Quod eſt virtus vel actus virtutis pertinet eſſentialiter ad perfectionē: q2 vt oſtēſum eſt: perfectio cōſiſtit eſſentialiter in virtutibus et actibus earuȝ. Sed paupertas ſm animi pꝛeparationē eſt virtus ſi ſit habitualis vel actus vtutis. ſi ſit actualis talis pꝛeparatio animi ꝛc. Minoꝛ ꝓbatur ſ. ꝙ talis paupertas ſit virtus. Nam diffinitur virtus a phō. ij. Ethic. ꝙ virtus eſt habitus electiuus in medio ꝯſiſtēs determinato a recta ratione put ſapiēs determinabit. Sed inclinatio habitualis mētis ad tpalium abdicationē put ſunt īpeditiua charitatis eſt habitus electiuus vt de ſe patet. Et eſt cōſiſtens in medio ratiōis: q2 eſt ad abdicationem tpalium put ſunt impeditiua vite ſpūalis que eſt per charitatem. Et ſi put ſapiēs determinat: q2 quilibet ſapiens de/

terminaret bona minima abijciẽda ꝓpter ma/
xima. ſicut abijci‍tur merces in mari vt cõſer/
uetur vita hoium que eſt principalius eis mer
cibus. Cum ergo tẽporalia ſint minima bona
⁊ vita ſpiritualis per charitatem ſit maximum
bonũ: ſequitur ꝙ ſapiẽs determinaret tẽpora/
lia abijcienda inquãtum ſunt impeditiua vite
ſpũalis. cum vita anime ſit magis cõſeruanda
ꝙ̃ corporis. Ergo talis inclinatio ad abijciẽda
tẽporalia prout ſunt impeditiua charitatis eſt
virtus. Sed talis inclinatio ad huiuſmodi eſt
paupertas ſm̃ preparationem animi. ¶ Secũ
da cõcluſio eſt: ꝙ paupertas ſm̃ effectum exte/
riorem nõ pertinet ad perfectiõem eẽntialiter.
Hoc probatur autoritatibus ⁊ ratione. Autori
tate quidem ſic. primo cõſtitutionis ipſius Jo.
xxij. ad cõditorem vbi dicit ꝙ per temporaliuz
abdicationem ad perfectionez via diſponitur.
Quod autem ſe habet diſpoſitiue ad aliquẽ ef/
fectum: non pertinet eſſentialiter ad perfectio/
nem illius rei. cum diſpoſitio non ſit de eſſen//
tia rei ad quam diſponit. Secunda auctoritas
eſt abbatis Moyſi in collatio. patrum. quam
inducit beatus Tho. ſecunda ſecunde. queſtio.
clxxxiiij. articu. ij. dicens. Uigilie: ieiunia. me
ditatio ſcripturarum: nuditas: ⁊ priuatio om/
nium facultatum non perfectio: ſed perfectio/
nis inſtrumenta ſunt. Probatur eadez conclu/
ſio ratione ſic. Jllud ſine quo poteſt haberi eſ//
ſentialiter perfectio non pertinet eſſentialiter
ad perfectionem. quod patet. quia res non po/
teſt haberi ſine eo quod eſt de eſſentia eius.
Sed perfectio poteſt haberi ſine tali pauper//
tate. immo ⁊ cum multis diuitijs. vt patet in
Abraam. Job. Ludouico rege Francorum et
alijs qui fuerunt perfectiſſimi viri. qui tamen
non habuerunt paupertatem iſtam. ſcilicet ſm̃
effectum exteriorem. Probatur idem ſic. Per/
fectio eſſentialis ꝯſiſtit in virtutibus vt dictuz
eſt. Sed omnis virtus conſiſtit ſubiectiue in in
tellectu vel appetitu. Sed paupertas ſm̃ exte/
riorem effectuz in nullo horum eſt: quia nec in
intellectu nec in appetitu ſubiectiue. ergo ⁊c̃.
¶ Quod ſi arguatur contra quia inuenitur il/
le cui Chriſtus dixit. Si vis perfectus eſſe ⁊c̃.
Matth. xix. Obſeruauerat precepta vt ipſe di
xit chriſto in quibus ꝯſiſtit perfectio eſſentiali/
ter. vt dictũ eſt. ⁊ tamẽ chriſtus ei dixit. Si vis
perfectus eſſe vẽde oĩa ⁊ da paupibus loquẽs
nulli dubium de pauptate ſm̃ exteriorem effe/
ctum. Ex quo videt̃ ꝙ per obſeruationez precc/
ptoꝝ nõdum acquiſiuiſſet perfectionem eſſen/
tialem. Sed ſi vellet eam ꝯſequi oſtẽdit moduz
ꝯſequendi eam. ſ. per paupertatem exteriorez.
Ergo pauptas ſm̃ exteriorem effectuz videtur
neceſſaria ad pfectionez eſſentialẽ. Ad qđ etiã
vident̃ facere autoritates alique ſctõꝝ. vt Hie/
ronymi ad Demetriadem dicẽtis. Aplici faſti/
gij pfecteq; virtutis eſt vendere omnia ⁊ dare
paupibus. Et beatus Ambroſius. Summa iu/
ſtitia eſt vẽdere oĩa ⁊ dare paupibus. Sed ſum
ma iuſtitia eſt perfecta virtus. Et beatus Aug.
contra Fauſtum. Jlli ſunt perfecti que omnia
ſua dimittũt ⁊ ſequuntur chriſtum. ¶ Sed ad
hec reſpõdet̃. Primo de iuuene illo q: aliqui
doctores vt Origenes ⁊ Chryſo. dicunt illum
fuiſſe mẽtituz. Sed dimiſſa iſta rñſione que nõ
videtur multum ꝯgrua. cum euãgeliſta dicat.
Marci. x. Chriſtũ eum intuitũ dilexiſſe. qđ nõ
videt̃ feciſſe ſi fuiſſet fictus ⁊ trãſgreſſor prece/
ptoꝝ. Põt aliter rñderi. Nam ſuppoſito etiam
ꝙ verum dixerit cum ſit duplex pfectio. ſ. eſſen
tialis que ꝯſiſtit in virtutibus vt dictum eſt. ⁊
accidẽtalis que eſt quoddam inſtrumẽtum ac/
cõmodum ad acquirẽduz maiorem pfectionẽ
eſſentialem. q: ⁊ ipſa habet gradus. ⁊ ad con//
ſeruãdam quamcũq; acquiſitam. de accidẽtali
locutus eſt chriſtus. Si vis pfectus eſſe ⁊c̃. quã
adhuc ille nõ habebat. Uel poteſt ſic dici. ꝙ in
illa autoritate chriſti aliquid ibi ponitur vt via
⁊ inſtrumẽtum ad perfectionẽ acquirẽdaz vel
ꝯſeruãdam illud. ſ. vẽde oĩa ⁊ da pauperibus.
Aliquid vt id in quo eẽntialiter pfectio cõſiſtit
ſ. ſequela xpi. Unñ ⁊ Hiero[9]. ſup illud Matth.
xix. qđ ait Petrus. Ecce nos reliquimus oĩa ⁊
ſecuti ſumus te. qđ dicit. Nõ ſufficit relinque/
re oĩa. ſed adiungit quod perfectuz eſt. ſ. ſequi
chriſtuz. ⁊ bea. Ambro. ſup illud. Sequere me
ait. Jubet ſequi nõ corporis greſſu ſed mentis
affectu. quod ſit per charitatem. Ad autoritatẽ
etiam rñdetur. q: illud be. Hiero. intelligẽduz
eſt ꝙ relinquere oĩa ſit perfecte virtutis: ideſt
inſtrumẽtuz perfecte virtutis. que eſt charitas.
Ad illud beati Ambro. ꝙ relinquere omnia ſit
ſumma iuſtitia. eſt ibi predicatio non forma//
lis ſed cauſalis. Et eſt ſenſus ꝙ a perfecta iuſti/
tia que eſt per charitatem cauſatur hoc. ſ. relin/
quere oĩa. Ad illud bea. Aug. q: non in dimiſ/
ſione tẽporalium: ſed in ſequela chriſti quã ibi
adiũgit eſt pfectio eſſentialis. Relinquere aũt
tẽporalia eſt vt inſtrumẽtum accõmodum du/
cẽs ad ſequelam chriſti ⁊ perfectionez eſſentia
lem. Remanet ergo ꝯcluſio vera ꝙ paupertas
exterior nõ facit eſſentialiter ad perfectionem.
¶ Tertia cõcluſio eſt ꝙ paupertas exterior nõ
facit ad perfectionem. ſicut inſtrumẽtũ neceſſa
rio requiſitum ad perfectionẽ: q: cũ eius op/
poſito põt ſtare pfectio. qđ ꝓbatur ſic. Jmpoſſi/
bile eſt habere aliquid ſine eo qđ eſt neceſſariũ
ad ipſum habendum. Si enim poſſit haberi ſi
ne eo. iam nõ eſt neceſſarium ad ipſum haben/
dum. ſed ſine pauptate ſm̃ exteriorẽ effectum

poteſt haberi perfectio eſſentialis.imo cuꝫ op
poſito eius quia cum multis diuitijs.vt patet
exemplum in abraam ⁊ alijs multis in veteri
⁊ nouo teſtamento.Ergo pauptas exterior nõ
requiritur vt inſtrumentum neceſſariuꝫ ad ꝑ
fectionem eſſentialem.Joſeph etiam ab arima
thia fuit diſcipulus xp̄i.vnde ⁊ perfectus ꝑfe
ctiõe eſſentiali.Et tñ vt dicitur Matth.xxvij.
diues erat.Probat etiam quia ſtatus ep̄orum
qui exigit ꝑfectionē ꝑſonalē que cõſiſtit in vir
tutibus:põt eſſe cũ poſſeſſione diuitiarum.Si
ergo exproprĳatio temporalium requireretur
vt inſtrumentũ neceſſarium ad ꝑfectionem eſ/
ſentialem.ſequeret ꝙ epiſcopi etiaꝫ ſeculares
clerici prius non poſſent habere ꝓpria.quod
eſt abſurdum vt pꝫ.xij.q.j.manifeſta.⁊ in mul
tis alijs caplis.¶ Quarta cõcluſio eſt.ꝙ paup
tas ſm effectum exteriorē ſumpta cum abdica
tione oium tp̄alium ⁊ quoad dñium ⁊ quoad
vſum.non facit ad ꝑfectioneꝫ nobis in via poſ
ſibilem.Et hoc ꝓbatur faciliter ſic.Jllud quod
tollit vitam pñtem non facit ad perfectionem
nobis in via poſſibilem.Qui enim tollit ſu/
biectum:tollit accidens.Sed abdicare res tpa
les omnes quoad vſum ⁊ quoad dñium tollit
vitam:quia non vtendo cibo ⁊ potu homo mo
ritur demũ.Et ſic corrupto ſubiecto ꝑfectionis
in via quod eſt aĩa in corpore exiſtens.tollitur
⁊ accidens eius.ſ.ꝑfectio in anima in vita pre/
ſenti.Et ideo non eſt aliquis qui per quodcũꝗ
votum poſſit ſe reddere nõ capacem vſus in ta
libus rebus neceſſarijs ad vitam.¶ Quinta
concluſio eſt.ꝙ pauptas ſumpta pro abdicatio
ne oium temporalium qͣtum ad ius ⁊ domini
um:vſu ſolo nudo retento nõ facit ad ꝑfectio/
nem.Et hoc probatur faciliter ſic.Jllud quod
tollit ab aliqua re conditioneꝫ licitam:⁊ ponit
illicitam:non facit ad perfectionem.h̄ de ſe pa
tet.q2 ex licito facere illicitum non pertinet ad
perfectionem.ſed magis ad imperfectionem.
Sed abdicare a ſe ius ⁊ dominium in omni re
⁊ in eius vſu facit vſum illicitum.Hoc patet
quia vt oſtenſum eſt ſupra.in rebus que vſu
non cõſumuntur:impoſſibile eſt ſepare vſum
licitum a iure vtendi.Jtem in reb⁹ que vſu cõ
ſumunt impoſſibile eſt eſſe vſum licitum ſine
iure ⁊ dominio in re.ğ cum multarũ talium re
rum vſus ſit homini neceſſari⁹ in vita preſenti
ſequit ꝙ abdicare omne dominiũ ⁊ ius in re/
bus temporalib⁹ non facit ad perfectionem.ſꝫ
magis ad oppoſitum.¶ Sexta cõcluſio eſt ꝙ
Diuitia abdicare res temporales in proprio ſeu paup/
rũ abũ/ tas ſm exteriorem effectum facit ad perfectio/
dantia nem ſicut inſtrumentum valde accõmodum.
tria fa ¶ Ad cuius euidentiaꝫ eſt ſciendum.ꝙ abun
cit. dantia diuitiarum maxime in proprio nata eſt
reducere ad tria ſcꝫ inordinatum amorem ea/
rum.Unde bea.Aug.dicit ꝙ terrena ardenti⁹
amantur adepta q̄ꝫ concupita.Scdõ ingerunt
ſollicitudine in conſeruando ⁊ non perdẽdo.
Tertio nate ſunt mouere ad ſuperbiam:quãto
autem quis magis afficitur vel ſollicitatur ad
terrena:vel erigitur in ſuperbiam:tãto magis
retrahitur ab effectu ⁊ contemplatione diuino
rum.Sed tollere amorem inordinatum reruꝫ
ſollicitudinem ⁊ elationem facit inſtrm accom
modum valde:quia remouet prohibens perfe
ctionem vel impediens profectũ perfectiõis ſi/
cut remotio herbarum nociuaruꝫ facit ſicut in
ſtrumentum accõ modum ad profectum terre
naſcentium.ergo ⁊c̃.Jſta diffuſe declarat bea.
Tho.ij.ij.q.clxxxvj.ar.iij.Et habes etiaꝫ ſupra
in.ij.capi.huius titu.Et in.iij.par.tim.de reli/
gioſis.Et ideo alia omitto.

¶ Sextus arti/ .§.xiij.

culus eſt vtrum habere aliqua in cõmuni dimi
nuat de perfectione.Et quia ꝑfectio eſt ſub tri/
plici genere.q2 eſt perfectio perſonalis:perfe/
ctio regalis:⁊ perfectio prelidẽtialis.Jdeo ad
pleniorem declarationem concluſiue dicit.ꝙ
de nulla harum perfectionuꝫ diminuit:nec de
perſonali:nec de perfectione religioſoꝝ:nec ꝑ
fectõe prelatoꝝ.Et iſta omnia probant.¶ Sci
endum tamen prius ꝙ iſta queſtio non habet
locum in rebus vſu ↄſumptibilibus:q2 in illis
rebus vt oſtenſum eſt ſupra.eſt impoſſibile ſe/
parari vſum a iure ⁊ proprietate rei.Nec habꝫ
locum de iure in rebus que vſu non cõſumun
tur.quia habere ius in rebus quarum vſus eſt
pro ſtatu vite preſentis neceſſarius:⁊ ſine quo
vſus non poteſt eſſe licitus non diminuit de ꝑ
fectione poſſibili in vita preſenti.Rerum enim
vſus eſt vite preſenti hominum neceſſarius ita
ꝙ ſine eis non poteſt vita ſaluari.ergo habere
ius in talibus non diminuit de perfectione.
¶ De prima ergo perfectione ſcꝫ perſonali lo/
quendo notande ſunt tres concluſiones.Qua
rum prima eſt ꝙ habere aliqua in proprio vel
cõmuni non neceſſario impedit perfectionem
perſonalem.Et hec cõcluſio faciliter probatur
ſic.Jllud cum quo ſtat ⁊ ſtare poteſt perfectio ꝑ
ſonalis non neceſſario impedit perſonalem ꝑ
fectionem.Et hoc patet:quia oppoſitum eius im
plicat contradictionem.Sed perfectio perſona
lis ſtat ⁊ ſtare poteſt cum diuitijs in proprio et
in cõmuni.vt ſupra oſtenſum eſt de Abraam ⁊
Ludouico rege ⁊ alijs.ergo ⁊c̃.¶ Secũda cõ/
cluſio eſt iſta.habere in cõmuni neceſſaria ad vi
tam non eſt natum diminuere de perfectiõe ꝑ/
ſonali.Et hec probatur ſic.Quod non eſt natũ
diminuere de altiſſima paupertate:immo ſtat

cum ea

cum ea non eſt natum diminuere de perfectio
ne perſonali. Et hoc ſtatim pꝫ:q2 nõ ex alio ha/
bere tpalia dicitur diminuere de perfectione:
niſi q2 diminuit de paupertate. Sed habere in
cõmuni neceſſaria non diminuit de altiſſima
paupertate:ſed ſtat cum ea.prout expreſſe Joã.
in iſta ſua ↄſtitutione allegans Greg.ix. in de/
cretali.nimis praua.extra de exceſ.pla. vbi di/
cit. Fratres minores ⁊ predicatores in altiſſima
paupertate domino famulari. Sed conſtat fra/
tres predicatores habere aliqua in communi
quoad proprietatem ⁊ dñiuꝫ. Ergo hr̃e aliqua
in cõmuni non eſt natum diminuere de perfe/
ctione perſonali. Secunda ratio ad idẽ. Quod
non eſt natum diminuere de perfectione euan
gelica:non eſt natum diminuere de perfectio/
ne. Hoc pꝫ:q2 euangelica perfectio eſt perfectio
excellentiſſima. Sed habere aliqua in cõmuni
non diminuit de perfectione euãgelica.qđ pa/
tet ex iſta ↄſtõne. Jo.in qua allegat Alexãdrum
iiij.qui in condẽnatione libelli editi cõtra ſtatũ
predicatorum ⁊ minorum.dicit fratres predi/
catores ⁊ minores xp̄m pauperem imitari ⁊ p
fectionem euangelicam amplexari. Sed cõſtat
fratres predicatores habere aliqua in cõmuni
mobilia ſm eorum regulam ⁊ conſtitutiones.er/
go ⁊c̃. Poſſet etiam probari per hoc:q2 habe/
re aliqua in cõmuni non eſt natum induci ni/
mium amorem ad temporalia vel nimiam ſo/
licitudinem vel elationem.qđ totum per ratio
nes efficaces probat:ſed cauſa breuitatis omit
to. ¶ Tertia concluſio eſt q̄ habere aliqua tem
poralia in ꝓprio eſt natum aliqualiter impedi/
re d: perfectione pſonali.lꝫ non ſemꝑ actu im/
pediat.et hoc ſic probatur. Qđ natum eſt inge
rere ſollicitudinem ⁊ amorẽ recuruũ ad tpalia
⁊ ad elationem inducere natum eſt diminuere
de perfectione. Sed habere temporalia in pro
prio natum eſt inducere ad huiuſmodi amorẽ
ſuperfluum ⁊ ſollicitudinem ⁊ ſuperbiam. vt
oſtenſum eſt.s̃.in fine ꝓcedẽtis arti.ergo ⁊c̃.

¶ Quantũ ad ſe/ .§.xiiij.

cundam perfectionẽ nunc eſt videndum ſcilicꝫ
q̄ habere aliqua in cõmuni non diminuit de
perfectione ſtatus religioſorum. Ubi premittẽ
dum prius q̄ cum paupertas vt oſtenſuꝫ eſt ſo
lum inſtrumẽtaliter non eſſentialiter faciat ad
perfectionem.vt omnis ſtatus religioſus dica
tur perfectus.q2 ordinat ad perfectionem acq
rendam ⁊ conſeruandam.non ex hoc debꝫ dici
aliquis perfectior altero:q2 habet maiorẽ pau
pertatem q̄ꝫ alius. Sed debet dici habere iſtru
mentum magis accõmodum ad perfectionẽꝫ.
Et ideo ſicut fatue ſibi vſurparet excellentiam
ſuper alios artifices.artifex aliquis ex h̃ q̄ ha/
beret melius inſtrumentum.puta martellũ ad
operandum.ita inaniter gloriaretur de maiori
perfectiõe religioſus ſuper alios:ex hoc q̄ ha/
beret maiorem paupertatem. Sed poſſet dice/
re ſe habere magis accõmodum inſtrumentũ
ad perfectionem. Perfectior autem ille eſt ſim
pliciter qui habet maiorem charitatem nõ qui
habet maiorẽ paupertatem. Sicut ille perfecti
or faber qui facit meliorẽ cultelluꝫ non qui hꝫ
meliorem martellum. Charitas enim non in/
flatur.ait apl's. Et iõ nullus ſe debet alteri pre/
ferre. exemplo Pauli apoſtoli:qui ſe abortiuũ
dicit ⁊ minimũ apłoꝝ. Bene tamen ſtatus reli
gioſorum ille perfectior qui includit modum
viuendi importantẽ magis ea que promouent
melius ad charitatem dei ⁊ proximi habẽdaꝫ
⁊ conſeruandã. Et q2 vt dictuꝫ eſt ſtatus religio
nis eſt ordinatus propter perfectionem perſo/
nalem.ideo fruſtra gloriatur de ſtatu qui non
habet maiorem perfectionem perſonalem. Et
vtinam tales gloriationes ⁊ prepoſitiones in/
ter religioſos ceſſarent:q2 multorum maloruꝫ
ſunt cauſa:ſicut experientia docet. ¶ Circa iſtã
ergo materiam ſcilꝫ de perfectione ſtatus reli/
gioſorum q̄ non diminuitur per hoc q̄ habeã
tur tẽporalia in cõmuni.ponuntur tres conclu
ſiones.quaruꝫ prima eſt q̄ habere tpalia in cõ
muni inquãtum ſunt neceſſaria fini ad queꝫ re
ligio eſt inſtituta:non diminuit de perfectione
vite debite illi religioni. Scđa eſt q̄ habere do
minium in rebus tpalibus neceſſarijs ad vitã
non diminuit de ſtatu perfectionis religioſo/
rum. Tertia eſt q̄ habere etiam dñiuꝫ in bonis
imobilibus in cõmuni non diminuit de tali p/
fectione. ¶ Ad euidentiam prime cõcluſionis
ſcilꝫ q̄ habere tpalia in cõmuni inquãtuꝫ ſunt
neceſſaria fini ad quem religio inſtituta eſt nõ
diminuit de perfectione debita illi religioni.
Sciendũ q̄ diuerſe religiones ſunt ordinate
ad diuerſos fines:quedã ad militãdum cõtra
inimicos fidei.q̄dam ad hoſpitalitatem.q̄dam
ad opera vite actiue.q̄dam ad opera vite ↄtem
platiue. Et ſm diuerſos fines religionis diuer
ſimode ſunt neceſſaria tpalia in religionibus
Unde religio que ordinat̃ ad hoſpitalitatem.
vt religio ſancti Antonij nõ ſolum indiget tpa/
libus pro ſuſtentatione profeſſorum in illa.ſed
etiam ad hoc vt poſſint hoſpitalitatẽ ſeruare:⁊
hoſpites ſuſtentare. Et que ad militiã ordinat̃
indiget tpalibus.non ſolũ pro ſuſtentatione.ſꝫ
pro equis habẽdis ⁊ armis. Nec poſſent tales
religiones aſſequi finẽ ſuuꝫ:niſi haberent tpa
lia ⁊ in copia. Ubi talibus religioſis hr̃e in cõi
etiam multa tpalia.nõ derogat pfectioni ſtatꝰ:
debite illi religioni. H̃ probat̃ facilr̃ ſic. Habẽs
inſtrm̃ ordinatum ad aliquem finem:quanto

religioſorum ſtatꝰ q̄ perfe/ctior.

magis eſt illud accõmodum ad illum finẽ. tanto habens illud minus exorbitat ab illo fine ceteris paribus. ſicut in omnibus artibus. Nam quanto faber habet meliorem martellum tãto meliorem facit cultellũ ceteris paribus. Et rõ eſt: q2 cum inſtrm̃ queratur ad finẽ: quãto magis eſt ipſum accõmodum ad finem. tanto melius operatur. ſicut medicina tanto melior eſt: quanto magis operat̃ ad ſanitatẽ. Sed iſta tẽporalia ſunt inſtrumẽta neceſſaria ad vitã preſentem ꝛ ad finẽ cuiuſlibet religionis. vt que ſunt neceſſaria fini alicuius religionis ſunt accõmoda illi fini. Et intantũ accõmoda ex quo neceſſaria ſine illis non põt finis ille hri. nõ ergo derogat perfectioni religioni hr̃e temporalia in cõmuni. ¶ Scd̃a cõcluſio eſt que eſt difficilior ꝙ hr̃e temporalia in cõmuni: inquãtũ ſunt neceſſaria ad vitam: non diminuit de perfectione religionis: ita ꝙ religio non hñs niſi vſũ in aliquibus rebus nõ eſt perfectior religione hñte in illis rebus dñium in cõmuni. Et ad hanc ꝯcluſionem ꝓbandam deberet ſufficere auctoritas pape ꝛ romane eccleſie in iſta ꝯſtitutione ꝛ illa. Ad ꝯditorem. In hac enim ꝯſtitutione. q2 ita quorũdam vbi dicit. Nec hoc ſcilꝫ hr̃e in cõmuni etiam quoad ꝓprietatẽ aliqualiter derogat. iuxta dictum Grego. ix. altiſſime paupertati. Qui ſcilꝫ Grego. dicit in illa dcre. de exceſ. prela. Fratres ꝑdicatores ꝛ minores in altiſſima paupertate famulari xp̃o pauperi. Et tamen ꝯſtat fratres predicatores hr̃e aliqua in cõmuni quoad ꝓprietatem: qd̃ eorum regule ꝛ ſtatui non repugnat. Hec ẽt Alexander predeceſſor noſter in ꝯdemnatione libelli editi cõtra ſtatum predicatoꝝ ꝛ minorum ſenſiue videt̃. In qua de dictis fratribus que ſequunt̃ ſic ait. Cum inſup idem fratres oĩa propter deum reliquerint auxilia: vite ſubſidia mẽdicãtes chriſtumq́ꝫ imitent̃ pauperem: euãgelicam perfectionem amplexãdo propter qd̃ euidenter apparet eos non ſolum eſſe in ſtatu ſaluandorũ: ſed etiam ꝑfectorũ: ꝛ per ſue religionis obſeruantiam que ipſius quidem euangelice perfectionis tenet formam etiam retributionis premio precellentem gloriam ꝓmereri. vbi expͥſſe dicit fratres predicatores xp̃m pauperẽ imitari: ꝛ euangelicam perfectionẽ amplecti: ꝛ eẽ in ſtatu perfectorum: ꝛ ꝙ eorum religionis obſeruantia euãgelice perfectionis tenet formã. Et conſtat predicatores habere poſſe aliqua in cõmuni quo etiam ad proprietatẽ ſm̃ eorũ regulam. Hec omnia in dicta ꝯſtitutione. Ex quibus patet ſm̃ intentionem ꝛ auctoritatem triũ ſummorũ pontificum Gregorij. ix. Alexandri iiij. ꝛ Joãnis. xxij. ꝙ habere aliqua in cõmuni etiam quoad proprietatem non derogat perfectioni nec altiſſime paupertati: nec euangelice perfectioni que eſt ſumma. Q̃re patet cõcluſio. ¶ Et quãuis cuilibet fideli deberent ſufficere dicte auctoritates. tamen adducuntur ad hanc concluſionem probandam ꝛ alie auctoritates. Prima eſt auctoritas Bede ſuper illud Actuũ iiij. Erant illis omnia communia. Dicit enim ſic. Qui ſic viuũt vt ſint eis omnia communia in domo cõmuni Cenobite vocantur. que vita tanto felicior quanto ſtatum futuri ſeculi perfectius imitantur. vbi communia erunt omnia: q2 erit deus omnia in omnibus. Secunda eſt auctoritas Jo. Caſſiani in Colla. tractans idem verbũ ſic ait. Habebant aplĩ triplicem vnitatẽ. quam debent habere Cenobite. Unitatem affectionis: q2 multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ ꝛ anima vna. Unitatẽ habitationis. vt pꝫ Act. ij. ꝛ. iiij. Unitatem poſſeſſionis q2 erãt illis oĩa cõmunia: vita autem apl̃oꝝ fuit perfectiſſima. Tertia eſt bea. Augu. in regula. Nõ dicatis aliquid ꝓprium. ſed ſint vobis omnia cõmunia. Idem in lib. de opere monachoꝝ. Si aliqui vrgeantur ex euãgelio vt nil reponãt in craſtinũ. Rñdeat. Cur ergo dñs loculos habuit. vbi pecuniam collectam reponeret. Ex quo medio ꝓbationis bea. Augu. oſtenditur ꝙ xp̃s habuit aliqua in cõmuni nõ ſolum quoad vſum. ſꝫ ẽt quoad proprietatẽ ſeu dñium. Quarta auctoritas Baſilij dicentis in. iiij. c. ſue regule. Cõmunionem vite perfectiſſime hanc ego voco. in q̃ quidẽ poſſeſſionũ pulſa eſt proprietas omnia autem cõmunia. Quinta auctoritas eſt proſperi de vita contemplatiua. ꝛ habet̃. xij. q. j. Expedit facultates eccleſie poſſidere. ꝛ ꝓprias perfectionis amore contẽni. Et ponit exẽplũ ſancti Paulini epi. ¶ Probatur eadẽ concluſio rationibus pluribꝰ. Primo ſic. Iſte ſtatus nõ eſt perfectior alio qui non cõtinet modum viuendi magis promouentem ad perfectionem perſonalem acquirendã ꝙ̃ alius. patet hoc ſtatim. q2 ex hoc dr̃ vnus ſtatus perfectior alio. vt dictum eſt ſupra. quia continet modum viuendi importantem melius ea que promouẽt ad charitatem dei ꝛ proximi: in qua cõſiſtit perfectio perſonalis. Sed ſtatus renunciantium aliquibus in cõmuni. ſ. quoad dominium. vt ornamentis: paramentis libris. ꝛ huiuſmodi. non importat modum viuendi magis ꝓmouentẽ ad perfectionem perſonalem acquirendam vel cõſeruandam ꝙ̃ ſtatus habentium illa in cõmuni quoad dominium vel proprietatem. ſuppoſita in ceteris paritate. ¶ Nec enim ingerit magis amorem recurſum ad temporalia aut ſollicitudinem aut elationem. habere talia quo ad vſum ꝛ dominium ꝙ̃ habere ad vſum ſolũ dominio abdicato ꝛ romane eccleſie dimiſſo.

Cum enim ſint in cōtinuo vſu talium.ſ. domo
rum:eccleſiarū:librorum:ornamentorū eccle
ſie vaſorum ⁊ huiuſmodi.⁊ ſunt quaſi certi ꝙ
habent moleſtari in eis.nō apparet quomodo
ex hoc minus amare talia ⁊ ſollicitari ⁊ eleua/
ri ꝗ̄ ſi haberent etiam dominium talium rex.
Nam in vſu conſumptibilibus vt dictū eſt ſu
pra.neceſſe eſt dicere ꝙ ipſi minores habeāt nō
ſolum vſum:ſed ⁊ dominium.q̄ꝛ cum vnū nō
poſſit ſeparari ab alio in dictis rebus que vſu
conſumuntur.vt panis:vinum.⁊ huiuſmodi.
Si non haberent dominium illud:ſed nudum
vſum facti:tunc haberent illicitum vſū. qđ re
pugnat perfectioni. Item probatur idem alia
ratione ſic. Nunquā fuit eccleſia ſine ſtatu ha/
bente euangelicam perfectionem.⁊ amplecten
te xp̄i ⁊ apoſtolorum ſequelam. h̄ patet q̄ꝛ pre/
ſumptio videtur ⁊ erroneum ꝙ aliquo tempo
re eccleſia deciderit a perfecta ſequela chriſti ⁊
apoſtolorum totaliter Grego.etiā hoc dicit tra
ctans illud Cañ.j.c. Paſce hedos tuos iuxta ta
bernacula paſtorum.i.iuxta perfectionem apo
ſtolorum vt ipſe exponit. Sed a tempore Con/
ſtantini ⁊ beati Silueſtri vſqꝫ ad tempus beati
Franciſci non fuit aliquis ſtatus in eccleſia qui
non haberet aliqua in cōmuni.licet renuncia/
ret omni dominio in ꝓprio. Ergo habere in cō
muni non diminuit de perfectione ſtatus reli/
gioſorum. Confirmatur hoc. q̄ꝛ alſ ſequeretur
ꝙ tota perfectio euangelij eſſet in ſolo ſtatu fra
trum minorum:⁊ totum reſiduū eccleſie ceci/
diſſet ab illa.quod non videtur bene dictum.
¶ Ad idem tertio probatur. Si habere domi
nium in talibus que vſu non conſumunt. face
ret ſtatum minꝰ perfectū:⁊ profeſſores talis
ſtatus minus perfectos.tūc dominus papa re/
tinendo ſibi dominium talium rerū. prout fa/
cit circa ordinem minorum.faceret ⁊ redderet
ſe minus perfectum.qđ eſt abſurdum dicere.
cū quilibet in ſpiritualibus debeat plus ſe di
ligere ꝗ̄ aliū.⁊ per conſequens nō debet vel/
le a perfectione ſe elongare propter aliorū per
fectionem agendam. Multe alie rōnes indu/
cuntur.que ob breuitatem omittūtur. ¶ Ter/
tia concluſio eſt ꝙ habere dominium in cōmu
ni in bonis imobilibus.vt poſſeſſionibus:do/
mibus:redditibus.⁊ huiuſmodi.nō diminuit
de perfectiōe. Hoc probatur quadruplici ratio
ne. Primo ſic. Illud qđ eccleſia ſtatuit vtiliter
⁊ pro meliori ⁊ perfectiori:nō diminuit de per
fectione. Hoc ſtatim pꝫ.q̄ꝛ nullum lucrum quā
tumcūqꝫ magnū poteſt dici vtile:per quod re
ceditur a perfectiōe dicere chriſto Matth.xvj.
Quid enim prodeſt homini ſi lucretur vniuer
ſum mundū.anime vero ſue detrimentum pa
tiatur.⁊c. Detrimentum autem anime eſt cade
re ab euangelica perfectione. Sed eccleſia que
regitur a ſpūſancto in his que ſtatuit circa ſeq̄
lam chriſti ⁊ perfectione vite.pro meliori ⁊ vti
liori ordinauit ⁊ ſtatuit ꝙ haberet poſſeſſiōes
in cōmuni:non ſolum precia vt olim iudea.ſꝫ
⁊ predia.ſicut dicitur.xij.q.j.futuram.⁊.c.vidē/
tes. Ergo habere bona imobilia in cōmuni nō
diminuit de perfectiōe. Ad idē. Illud pro quo
aliquis laudatur.nō diminuit de perfectione.
Sed Conſtantinus imperator laudatur ꝙ de/
dit licentiam per vniuerſum orbem fabricādi
eccleſias:⁊ predia eis conſtituit tribuenda.er/
go ⁊c. Tertio probatur ſic. Quod fecerunt viri
perfectiſſimi ad cumulum perfectionis non di
minuit de perfectione. Sed viri perfectiſſimi
tam diuinarum ꝗ̄ humanarum litterarū do/
ctiſſimi poſſeſſiones pro eccleſia acceperunt et
ampliauerunt. Quinimo aliqui de ſuo pr̄imo
nio vt bea. Greg. plures eccleſias ⁊ monaſteria
dotauerunt:in quibus pro magna perfectione
degere elegerunt. Ergo dicere ꝙ habere imo/
bilia in cōmuni diminuat de perfectiōe abſur/
dum videtur. Eſt enim hoc dicere ꝙ beatꝰ Sil
ueſter ⁊ alij ſanctiſſimi romani pōtifices.⁊ epi/
ſcopi perfectiſſimi:⁊ abbates:vt beatus Greg.
Ambroſius: Hieronymus: Hylarius: Benedi
ctus: Antonius: Martinus: Egidius: Bernar
dus.⁊ ceteri innumerabiles ſancti abſqꝫ perfe
ctione euāgelica ⁊ ſequela chriſti vixerit. quia
ipſi omnes in cōmunitate eccleſie ſue res imo/
biles poſſederunt.xij.q.j. expedit. Quarto ſic
probatur ſm regulam generalem bea. Augu.
quā obſcuritas eſt in verbis euangelicis. preci/
pue circa precepta vel conſilia ex quibus dubi
um oritur:recurrendum eſt ad ſanctorū obſer/
uanti.i.ſ.quō illa ipſi ſancti ſeruauerūt. Et h̄ te/
nendum eſt qđ ipſi ſeruauerunt. Ergo vite perfe
ctio intelligēda eſt ⁊ tenēda.ſm ꝙ ſancti viri ⁊
pfectiſſimi verbo docuerūt eam ⁊ facto tenue/
runt. Sed oēs ſancti viri ⁊ pfectiſſimi a tēpore
ſilueſtri vſqꝫ ad tp̄s bea. Franciſci:ſic vite pfe/
ctionem ⁊ vbo docuerunt ⁊ facto tenuerunt.ꝙ
bona imobilia ⁊ mobilia habuerunt. Ergo in
cōi habere imobilia nō minuit de pfectiōe euā
gelica.videtur enim mihi abſurdum dicere ꝙ
ſanctiſſimi qui ſua propter pfectionem haben/
dam relinquebāt in proprio.ſi vidiſſent ꝙ ha/
bere in cōi eſſet detrimentum pfectionis. ꝙ in
cōi cum alijs bona poſſediſſent.ſed ſicut abdi/
cauerunt in proprio propter pfectionē. ita ab
dicaſſent in cōmuni.qđ nullus fecit an̄.b.Frā.

¶ Quantū ad ter/ .§.xv.

tiū articulū principalis huius qōnis. Hec eſt
cōcluſio.ꝙ hr̄e in cōi non diminuit de pfectio/
ne ſtatus platorū.imo qđ eſt fortius nō hr̄e de/

rogat ſtatui prelatiõis. ⁊ per conſequens perfectioni debite illi ſtatui. Hoc aũt faciliter probatur ſic. Illud non diminuit de pfectione ſtatus prelatiõis. qđ ipſa prelatio exigit ſm ſuam rõnem. Hoc pꝫ quia illud nõ repugnat alicui qđ ei conuenit ſm ſuam rõnem. Sed apoſtolus in duobus locis ſcripture. ſcꝫ. i. ad Timo. iij. ⁊ ad Tit. j. deſcribens prelationẽ epalem: inter cetera dicit ꝙ oportet epm eſſe hoſpitalem. Impoſſibile eſt aũt eſſe hoſpitalem: niſi habeat bona ſalutem in cõmuni. Ergo hr̃e in cõmuni non diminuit de pfectione ſtatus prelationis. ⸿ Secundo probaꝛ ſic. Illud non derogat perfectioni ſtatui debite ad qđ obligatur ratione ſtatus ſui. Sed prelatus obligaꝛ ratione ſtatus ad paſcendum gregem. non ſoluꝫ verbo ⁊ exemplo. ſed etiam tpali ſubſidio. quod fieri non poſſet. ſi aliq̃ bona eccleſie non haberet. quorum prelatus diſpenſator eſſe. Et ideo ſaluator committens gregem ſuum petro ⁊ ſucceſſoribus eius ſignãter dixit nõ ſemel: ſed ter ei. Paſce oues meas. vel agnos meos. Joh. vlti. ad innuenduꝫ ꝙ prelatus debet ſubditos paſcere verbo ⁊ exemplo ⁊ tpali ſubſidio. ⸿ Tertio ſic. Habere illa pro quibꝰ defendendis prelatus mortem patiens meretur aſcribi cathalogo ſanctoꝝ. non diminuit de ſtatu pfectionis. hoc quaſi patꝫ de ſe. quia non aſcribitur in numero ſanctoruꝫ niſi propter opera perfectionis. hoc quaſi patet de ſe. quia non aſcribitur in numero ſanctoruꝫ niſi propter opera perfectiõis. ſed prelatꝰ mortem patiens pro defenſione facultatuꝫ eccleſie meruit aſcribi cathalogo ſanctorum vt patet de ſancto Thoma cantuarienſi archiepo. Ergo habere bona immobilia non diminuit de ſtatu perfectionis prelatoꝝ. ⸿ Soluit ex ide multa argumenta facta in contrariuꝫ. Sed ſolum vnuꝫ pono in quo aduerſarij veritatis multuꝫ ſe fundant. Et eſt tale ꝙ xp̃s fecit cõdeſcẽdẽdo infirmis diminuit de perfectione. Patet hoc. ꝙ aliter xp̃s non ſumpſiſſet perſonam infirmorum in hoc. Sed xp̃s in habendo loculos ſeu aliqua in cõi: geſſit pſonaꝫ infirmoꝝ. quod patet in decretali nicolai. iiij. Exijt qui ſeminat. Et btũs Augꝰ. ſuper illud producẽs ſenum iumẽtis. Et in li. de ope monachorum dicit. Dñs noſter ieſus xp̃s more ſue mĩe infirmioribus cõpatiens: cum ei poſſent angeli miniſtrare loculos hr̃e dignatus eſt. ergo ⁊c̃. ⸿ Et confirmatur idem auctoritate beati Hiero. dicẽtis. Nudam crucem nudus ſequar. Sed qui habꝫ aliquid non eſt nudus. Sed ad hoc reſpõdet ſubtiliter ⁊ optime. ⸿ Dicit enim notandam eſſe triplicem infirmitatem ad ppoſitum. ſ. infirmitatem carnis: infirmitatem ſcie: ⁊ infirmitateꝫ affectiõis. Infirmitas carnis eſt ſꝫ quã corpus mortale indiget cibo ⁊ potu: veſtimentis ⁊ huiuſmodi. Et iſto modo ois homo in hac vita mortali eſt infirmus donec corpus iſtud corruptibile induerit incorruptionẽ: de q̃ infirmitate apoſtolus ad Ti. ait. Modico vino vtere propter ſtomachum tuum ⁊ frequentes tuas infirmitates. ⁊ Mat. xxvj. Spiritus promptus eſt. caro autem infirma. Talis infirmitas nõ eſt perfectionis mentis: ſed ſtat cum omnimoda mentis perfectione in preſenti poſſibili. Hanc chriſtus aſſumpſit cũ defectus corporales accepit: ſcꝫ famẽ: ſitim: frigus ⁊ huiuſmodi. Quia ergo chriſtus erat verus deus ⁊ verus homo. inquantũ deus habebãt ſibi angeli miniſtrare nec loculis indigebat. ſicut nec cibo vel potu. Sed inquantũ hõ ſm carnẽ erat infirmus indigens cibo ⁊ alimento ſicut alij hoies: ⁊ p cõſequens indiguit pecunia ⁊ loculis: quibꝰ mediantibus neceſſaria emerentur. *Et de illa infirmitate carnis que ſtat cũ ſumma perfectione* mentis põt intelligi dictũ. b. Aug. ⁊ decretalis Exijt. In hoc enim perſonã infirmoꝝ geſſit et infirmis cõdeſcẽdit ꝙ infirmitatẽ carnis aſſũpſit: ⁊ per conſequẽs neceſſarijs ad vitã eguit ⁊ loculis egere ſe oſtendit. Et certe illa videt eſſe intentio. b. Augu. Uult enim dicere ꝙ ille q deus erat ⁊ dominus oium: poterat abſq3 qualicũq3 puiſione ſibi de neceſſarijs q̃ñcũq3 ⁊ quocũq3 tẽpore prouidere: cum ei angeli miniſtrarent. tamẽ vt eandẽ infirmitatẽ carnis habentibus exemplum daret ꝙ nõ erat cõtra perfectionẽ pro carnis infirmitate ſupportanda cibis ⁊ neceſſarijs vti: ⁊ loculos habere: ideo in habẽdo loculos infirmis condeſcendit. quia vt dicit apoſtolus ad Heb. ij. Licet eẽt deus decuit per oia fratribus ſimilari: ⁊ per oia miſericors fieri: habendo ergo loculos geſſit perſonã infirmoꝝ. nõ infirmoꝝ infirmitate ſtatus. i. in perfectione vt iſti arguũt: ſꝫ infirmoꝝ infirmitate carnis. ⸿ Secũda infirmitas eſt ſcientie. de q̃ ait apoſtolus. i. ad Cor. viij. Cõſciẽtia coꝝ cum ſit infirma polluiꝛ. ⁊ ad Ro. xv. infirmum in fide ſuſcipite. Hec infirmitas ꝯſiſtit in hoc ꝙ aliquis ex ignorãtia vel ex neſciẽtia credit aliqđ malũ eẽ. qđ tñ nõ eſt ſicut aliqui tunc tẽporis credebãt eẽ peccatũ comedere imolatũ idolis qđ de ſe nõ eſt: niſi cũ fiebat in venerationem idoli. Et hac infirmitate laborabãt ꝙ reſeruare in craſtinũ eẽt ꝯtra pceptũ dñi. Et de illa infirmitate põt intelligi dictũ beati Aug. ⁊ decretalis. Exijt ſcꝫ ꝙ dñs ꝯdeſcẽdẽs vel cõpatiẽs infirmis loculos hr̃e dignatus eſt. Chriſtus enim q venit curare vulnera nr̃a: pcipue mẽtis. ne illi qui i futuꝝ poſſent ſcãdalizari: credẽtes ꝙ eẽt imperfectionis vel minoris perfectionis: ſi ſeruos dei viderent loculos habere: ⁊ de illis in

Argumentũ ꝫ. ſcꝫ ꝙ hr̃e in cõi aliq̃ diminuit perfectionẽ.

Triplex infirmitas.

cōmuni viuere: ipſe loculos habere voluit: vt eſſet alijs in exemplū. q̄ abſq̨ quocūq̨ impedimento vel diminutione pfectionis loculi cōes haberi poterant ad vite neceſſitatez. nō ad ſuperfluitatem. Et q̄ ppter tale exemplu hoc fecerit dominus dicit btūs Aug. ⁊ habetur. xij. q. j. ſic. Exemplum dn̄i accipite conuerſantis in terra. Quare loculos habuit cui angeli miniſtrabāt. niſi q2 eccleſia loculos habitura erat. Hoc etiaz expreſſius dicit in li. de ſmone dn̄i in monte. ¶ Tertia infirmitas eſt infirmitas affectionis ⁊ hec eſt duplex. Una qua quis ſic infirmat ſm affectum q̄ a deo auertitur. que infirmitas eſt ad mortem per culpā mortalem. De qua apl's ad Ro. v. Cum infirmi eſſemus xp̄s pro nobis mortu⁹ eſt. Quia ergo xp̄s ſciebat aliquos futuros in eccl'ia que obſtinata malicia dicerent. q̄ viris pfectionem euangelicam ſuantibus aliquid ſuare in craſtinum erat cōtra dei preceptum. ideo xp̄s his infirmis ꝯdeſcendēs vt eos a ſua malicia reuocaret facto ſuo ⁊ exēplo voluit hr̄e loculos: vt iam iſti blaſphemi cōtra eccleſiam loq̄ non poſſent cum viderent eaz loculos habere. Scd̄a infirmitas affectionis eſt qua aliqui non auerſi a deo per culpā mortalē. tñ detenti circa amorē tpaliū impediuntur a ſequela xp̄i p ſemitam cōſiliorū. licet non exeāt viam mādatorum. de qua pōt intelligi illud apoſtoli Ro. xv. Debem⁹ nos q̄ firmiores ſum⁹ imbecillitatez infirmorū ſuſtinere. Et in habēdo loculos xp̄s his infirmis cōdeſcēdit in duobus. ¶ Primo q2 cū xp̄s loculos haberet nō ad ſupfluitatem: ſed ad ſui ⁊ aliorum neceſſitatem egendorum vt btūs Aug. dicit. exemplū dedit talib⁹ infirmis: ne ad temporalia afficerētur ad ſupfluitatem: ſed ſolum ad neceſſitatez ea quererēt. Scd̄o quia xp̄s habuit loculos in cōi: non in proprio vt ergo talibus infirmis cōdeſcendat. Ex his quatuor modis expoſitiōis primus videt mihi magis eſſe de intentione. b. Aug. Quocūq̨ autez modo exponat de predictis. pz q̄ xp̄s non fecit opus impfectiōis in habendo loculos. immo videt mihi verbum valde blaſphemum dicere q̄ xp̄s in aliquo facto ſuo fecit opus impfectiōis cuius oīs actio noſtra eſt inſtructio. ¶ Ad auctoritatez Hiero: de ſequendo xp̄um nuduz. reſpondetur per id quod ait ipſe btūs Hiero. ad Nepotianum. ſcz q̄ ille nudus xp̄um nudum ſequitur ⁊ crucez nudam. qui omnia ſua aut pauperibus diſtribuens: aut parentib⁹ relinquens: aut facultatibus eccleſie adiungens. ad facultates eccleſie que ſunt bona cōmunia viuit de eis ⁊ de altaris oblationibus ſuſtentatur: ⁊ talem nuditatē ipſe ſuauit. quare habē in cōmuni aliqua non diminuit de pfectiōe pſonali; nec de pfectione

ſtatus religioſorum vel prelatorum. ¶ Ex predictis etiam poteſt patere error fraticellorum que habet in. vij. ca. libelli hereticalis eorum. vbi dicunt q̄ ligare in iudicio diminuit de pfectiōe euangelica. Et q2 Jo. xxij. determinauit contrarium dicunt eum hereticū: quia vt aiunt contradicit ſcripture ſacre dicente domino. Qui vult tecum in iudicio contendere ⁊ tunicam tuam tollere: dimitte ei ⁊ pallium. Math. v. Et ſic videtur fieri contra doctrinaz euangelicam litigare. Sed deberent iſti obſtinatiſſimi aduertere quod ait beatus Augu. in decre. quem librum ſepe allegant ⁊ male intelligunt in ca. Paratus. xxiij. q. j. Dicit eni q̄ iſta precepta ſunt magis intelligenda ſm preparationem animi. vt ſcilicet homo patienter ferat hoc. ⁊ paratus ſit etiam ad maiora ſufferenda: ſi oporteret pro ſalute ſua ⁊ proximorum q̄̄ ſz opus qd̄ in aperto ſit. non ergo diminuit de pfectione perſonali: nec de perfectione ſtatus litigare in iudicio. cū modeſtia pro iure ſuo tuēdo ſiue eccleſie ſiue monaſterij. Nec obſtat qd̄ ait apoſtolus. j. Corinth. vj. Si iudicia habetis inter vos omnino delictum eſt in vobis. quod illi heretici inducunt. quia vt dicit glo. loquit cum quis contra iuſtitiam litigat. vel non debito modo: quia cum mēdacijs ⁊ iniurijs verborum. vel cum apud infideles iudices. vt ibi ſubdit. Bene ergo determinauit Joānes. xxij. nec ꝯtradicit ſ ſcripture: ſz falſe eā exponunt.

¶ Septimus articulus .xvi.

culus declarandus eſt. Utrum chriſtus ⁊ apoſtoli habuerint aliquid in communi. Et iſta eſt principalis queſtio in materia iſta. ſed declaratio eius dependet ex declaratione precedentium dubiorum. Et q̄ habuerint patet. quia dicitur Jo. iiij. q̄ diſcipuli eius iuerant in ciuitatem ad emendum cibos. Emptio autem fit pecunia. ergo pecuniam habebant. non in proprio. ergo in communi. Jtem Joan. xij. ⁊ xiij. dicitur q̄ dominus habebat loculos quos portabat iudas. ideſt ſcarſellam ſeu burſam vbi in varijs locis eius diuerſe pecunie mittebantur puta argentee in vna ⁊ enee in alia ⁊ huiuſmodi. Sed illud quod reſeruebatur in illis loculis non videtur fuiſſe alterius q̄̄ collegij chriſti ⁊ apoſtolorum. ergo habebant aliqua in cōmuni. ¶ Pro quorum declaratione ſciendū q̄ certuz eſt q̄ chriſtus ⁊ apoſtoli bona que habuerunt in vſum vite humane de facto habuerunt. Certum eſt enim q̄ habuerunt indumenta quibus veſtiebantur: ⁊ cibos quibus nutriebantur. domum etiam quantum ad vſum dormiendi ⁊ quieſcendi. Nec vnquam de hoc aliquis dubitauit. Sed vtrum habuerit in talib⁹

rebus ſolum nudum vſuȝ facti vel ius ⁊ dominium in proprio vel in communi. de hoc fuit aliquando dubium. Sed nūc nulli ꝓbās eſt dubitare poſtquam Joā. xxij. edidit ⁊ promulgauit conſtitutionem. Cum inter nullos. quia ibi determinat ꝙ qui pertinaciter tenet ꝙ chriſt⁹ ⁊ apoſtoli nō habuerunt aliqua in cōmuni: hereticus ſit cenſendus. Hoc autē non pōt intelligi quantum ad ſolum nudum vſum facti: ſicut aliqui expoſuerunt: immo verius corrūpere voluerunt. quod pȝ: quia dominus papa Joan. illud quod viri ſcholaſtici in dubium reuocabant: voluit declarare. vt patet ex ipſo principio conſtitutionis vbi dicitur. Cum inter nonnullos viros ſcholaſticos ſepe contingat in dubium reuocari: ſed per viros ſcholaſticos nunquam fuit in dubium reuocatū quin xp̄s ⁊ apoſtoli habuerunt vſum facti in aliquibus rebus neceſſarijs ad vitam. Sed bene fuit in dubiuȝ reuocatum vtrum in illis rebus habuerit ius ⁊ dominium in proprio vel in communi. Cum ergo papa declarauerit ꝙ deinceps aſſerere ꝙ non habuerunt: hereticum ſit cenſendum. ſequitur ꝙ non de vſu ſolum: ſed de iure ⁊ dominio intellexit. ¶ Secundo ſciendum ꝙ cum declaratuȝ ſit. ō. in tertio dubio ꝙ impoſſibile eſt habere vſum licitum ⁊ iuſtum alicuius rei ſine iure vtendi illa re. ⁊ omnes concedūt ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli habuerunt vſum aliquarum rerum: ſequitur de neceſſitate ꝙ in illis rebus habuerunt ius vtendi: niſi quis diceret ꝙ habuerūt ſemper vſum non iuſtum: qđ blaſphemum eſt dicere. Sequitur ergo ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli nō potuerunt habere vſum facti denudatum iure vtendi. ¶ Tertio ſciendum ꝙ cum declaratuȝ ſit. ō. in quarto dubio ꝙ in rebus que vſu conſumuntur non poſſit ſeparari vſus licitus a iure in re ⁊ non ſolum in vſu rei. ⁊ clarum ſit ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli aliquas res vſu conſumpſerunt. vt panem ⁊ vinum quē comedebant ⁊ bibebant: ſequitur ꝙ in talibus rebus ius ⁊ dominiuȝ habebant non vſum facti denudatum etiam iure in re. ¶ Quarto ſciendum ꝙ cum viſuȝ ſit in ſexto dubio ꝙ habere in communi in rebus neceſſarijs ad vitaȝ non diminuit de perfectione perſonali: nec de perfectione ſtat⁹ religioſorum vel prelatorum: ſequitur ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli qꝛ ſummaȝ paupertatē vel ſummam perfectionem tenuerunt. ꝙ propter hoc non probatur ꝙ non habuerūt aliqua in communi. ¶ In iſta ergo queſtione aut queritur de chriſto ſeorſum: aut de chriſto ⁊ apoſtolis ſimul: aut de apoſtolis tm̄. vt poſt aſcenſionem chriſti. Si de chriſto ſeorſum cū in chriſto ſint due nature: diuina pariter ⁊ humana. dubium non eſt ꝙ de natura diuina locū non habet queſtio iſta. Sic enim chriſtus ſ'm omnes habet veriſimile ⁊ proprijſſime dominiuȝ omniū creaturarum. ſ'm illud ps. xxiij. Domini eſt terra ⁊ plenitudo eius ⁊c̄. Et Heſter. xiij. Dn̄s omniuȝ tu es. Intelligenda eſt ergo queſtio de chriſto ſ'm humanam naturam. ¶ Secundo notādū ꝙ dominium habere de aliqua re poteſt intelligi dupliciter. qꝛ aut infuſum: aut acquiſituȝ. ſicut dicimus de ſcientia infuſa vel acq̄ſita circa aliquam conclusionem. ⁊ iterum dn̄ium poteſt acquiri in aliqua re dupliciter. quia vel ex facto proprio: ſicut miles acquirit ex facto proprio: ſcilȝ ſui laboris dn̄ium in ſtipendio. vl' ex alieno dono: ſicut acquirit pauper dn̄iuȝ in elemoſyna ſibi liberalr̄ data. ¶ His ꝓſuppoſitis pono rn̄dendo ad q̄ōneȝ ſex ꝯcluſiones.

¶ Prima ꝙ chriſtus ab inſtanti ſue cōceptionis habuit dn̄ium omnium rerum.

¶ Secunda concluſio ꝙ chriſtus ex facto proprio habuit dn̄ium acquiſitum aliquarū rerū.

¶ Tertia concluſio ꝙ habuit dominium aliquarum rerum ex dono aliorum.

¶ Quarta concluſio ꝙ apoſtoli poſt emiſſionē voti de paupertate non habuerunt in proprio dn̄ium aliquarum rerum.

¶ Quinta concluſio ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli habuerunt dn̄ium aliquarum rerum in cōi.

¶ Sexta concluſio eſt ꝙ apoſtoli poſt aſcenſionem habuerūt dn̄ium aliquaȝ rerū in cōi.

¶ Prima cōcluſio .§. xvij.

Prima cōcluſio probatur ſic. ſ. ꝙ chriſtus ab initio ꝯceptionis habuit dn̄ium omnium reruȝ. Habēs ius habendi aliquam rem ⁊ vtendi iure proprio ꝓ libito voluntatis ⁊ alienandi eam: habet dominium in illa re. hoc pȝ ex declaratione tertij dubij. ō. Sed chriſtus ab initio ſue conceptionis habuit tale ius in omnibus rebus creatis. ergo ⁊c̄. Probatio minoris patet per id qđ habetur ad Hebre. ij. ⁊ ſumitur de ps. viij. Minuiſti eum paulominus ab angelis ⁊c̄. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In eo eni(ait apoſtolus) ꝙ ei ſubiecit oīa nihil dimiſit nō ſubiectum. Quod exponens glo. c. iij. ait. Ecce poteſtas chriſti oſtenditur vt enim a dn̄i opere nihil excipitur: ita nec a chriſti poteſtate. Unde ꝙ non ſimpliciter ait ſuper omnia opera: ſed addidit manuum tuarum. ſ. ſuper digniora eiꝰ opera. i. homines ⁊ angelos: que per excellentiam dicuntur opera manuum dn̄i. Et non ſolum conſtitutus ſuper opera vt digniora: ſed ⁊ omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. i. poteſtati eius ⁊ dn̄io poſſit enim eſſe ſuperior ⁊ non dominari omnibus. Sed dicit. Subieciſti oīa. nihil dimiſit non ſubiectum dn̄io eius. Ex qua auctoritate habetur ꝙ loquitur de chriſto ſ'm

Cꝛ ꝗo habuit dn̄ium omniū rerū

naturam humanam: ſm quam minoratus eſt paulominus ab angelis. Et loquitur de ſubiectione non ſolū minus digna ad digniorē: ſed de ſubiectione que eſt ſubditi ad habētē dn̄iuȝ ſuper ipſum. Probatur idē per glo. ſuper illō habens ſcriptū in veſtimento ſuo ⁊ in femore: Rex regum ⁊ dn̄s dominātium. Apo.xix. vbi glo. interlinearis. In veſtimento.i. in humanitate. In femore vt demonſtraret ſe de vera progenie p̄rm priorū proceſſiſſe. Rex regū.i. ſanctorum. qui ſe ⁊ alios v̄tutibus regunt. ⁊ dn̄s dominātiuȝ.i. eoꝝ qui dn̄iuȝ exercent ſup ſubditos. ℂ Tertio ꝓbatur idē per illud qō habeť Matth. vlti. q̄ dixit xp̄s reſuſcitatus apparēs diſcipulis. Data eſt mihi omnis ptās in celo et in terra. Ubi glo. de coeterna p̄ris diuinitate: ⁊ de aſſumpta dicit humanitate: in qua mīor angelis. Et eſt glo. Rabani. Idem Remigius. Et hoc ſciendū q̄ anteq̄ȝ dn̄s ſurrexiſſet: nouerāt angeli ſe ſubditos homini xp̄o. Volēs ꝗ chriſtus etiā hominibus notū fieri q̄ ſibi data eſſet omnis ptās in celo ⁊ in terra: miſit p̄dicatores in mundū vniuerſuȝ: qui hoc cūctis p̄dicarēt. Ad idem etiā bea. Augu. ps. ix. Donauit deus xp̄o ſm hoīem ſm carnē reſurgenti: vt in noīe Jeſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtrium ⁊ infernoꝝ.i. imperio eius oēs fateātur ſubijci angeli hoīes ⁊ demones. ⁊ ſubdit. Eo q̄ erat filius Dauid factus eſt dn̄s Dauid. Non obſtat q̄ xp̄s poſt reſurrectionem dixit ſibi datā poteſtatem hāc. Non enī tunc p̄mo ſibi fuit data: ſȝ a principio ↄceptionis: vt dictū eſt. Sed in reſurrectione fuit data manifeſtatio talis iā facte collationis ptātis. Unde exponūt doctores cōmuniter be. Aug. ⁊ magr̄ ſentē. in. iij. Data eſt mihi.i. manifeſtata eē iam data. Dicitur enim aliqn̄ aliquid fieri qn̄ innoteſcit ſcđm. Secūdo idē ꝓbatur ſic. Illud qō fuit cōmunicatū viatori nec repugnat fini incarnationis: nec īportat impfectioneȝ: ſed magis dignitatē ⁊ pfectiōeȝ. debuit cōmunicari xp̄o ſm humanā naturaȝ: qō nō repugnat fini īcarnationis. pro tāto dī: q: lȝ imortalitas qua potuit non mori fuerit cōmunicata ade. nec dicat impfectionē: ſed perfectioneȝ. tn̄ q: xp̄o repugnaſſet rōne finis incarnationis. qm̄ ad hoc incarnatus eſt vt pro hoībus moreref ⁊ moriēdo redimeret. ⁊ iō tale donuȝ nō debuit ſibi cōmunicari. Sȝ vbi iſta tria ↄcurrunt. ſ. q̄ non īportet pfectionē. Secundo q̄ non importet dignitatē. Tertio q̄ non repugnet fini incarnationis. magis debuit cōmunicari hoī xp̄o q̄ȝ cuicūq̄ȝ alteri. Sed dn̄iuȝ omnium iſtoꝝ inferioꝝ coīcatum fuit ade in ſtatu innocentie. vt pȝ per illud Ben. iij. Dominamini piſcibus maris volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. Ergo leta donū cum nō dicat impfectioneȝ ſed pfectionem: nec repugnat fini incarnationis: debuit xp̄o cōmunicari ſm humanā naturā. Tertio idem ꝓbatur ſic. xp̄o ab inſtanti ſue ↄceptionis coīcata fuit ſcientia oīuȝ. ergo ⁊ cōmunicari ſibi debuit potentia dn̄ij oīum rerū. Antecedens pȝ ſȝ oēs ſanctos: ſalteȝ de hijs que nouit deus ſciētia viſionis. ↄn̄a eſt clara. quia ſimile videť quantū ad xp̄m, de ſciētia ⁊ potentia reſpectu hoꝝ inferioꝝ. ergo ⁊c̄. ℂ Sed cōtra p̄dictā cōcluſioneȝ arguitur primo ſic. Qō importat imperfectionē nō debuit coīcari xp̄o ſm humanam naturā. Sed hr̄e dn̄ium in proprio importat impfectioneȝ: vt oſtenſum eſt: q: ad perfectionem ptinet renunciare rebus in ꝓprio. Ergo tale dn̄ium non debuit xp̄o coīcari. Secundo arguiť ſic. fruſtra eſt potentia que nō reduciť ad actū. ſed dn̄iuȝ tpaliuȝ q̄ritur ꝓpter vſum. xp̄s autem nō eſt vſus dn̄io tpaliū. ergo fruſtra ſibi fuiſſet collatum tale dn̄ium. Sȝ deus ⁊ natura nihil faciūt fruſtra: vt dicit ph̄s in lib. de celo ⁊ mundo. Tertio arguiť ſic. xp̄s poteſt cōſiderari vel vt caput eccleſie vl̄ vt perſona ſingularis. Sed de ipſo loquimur nūc vt pſona ſingularis. Et ſm hoc non habuit dominium. ergo ⁊c̄. ℂ Sȝ hijs nō obſtātibus firma ⁊ vera manet, ↄcluſio p̄ma. ſ. q̄ habuit dn̄iuȝ rerū ſibi a deo infuſuȝ ſeu collatū. Et ad argumentuȝ p̄mum r̄ndeť q̄ licet renūciare dn̄io rerum in ꝓprio ſit inſtr̄m accōmodū ad pfectionem. tn̄ hoc eſt illis in quibus hr̄e dn̄ium taliū rerū eſt natū inducere amorē recuruū ad tpalia vel nimiam ſollicitudinē ⁊ elationem. Sȝ in q̄bus hr̄e dn̄ium in ꝓprio nō eſt natū inducere talia in hijs hr̄e dn̄ium non derogat pfectioni. Alioquin cū deus habeat dn̄ium oīum hoc diceret in eo impfectionē. qō eſt abſurdum. Mō chriſtus ab initio ſue ↄceptionis fuit cōprehenſor ſm aīam. licet viator ſm corpus. Et iō poſſidere q̄ȝtacūq̄ȝ tpalia non poterant in eo inducere amorē recuruū. vel diſtrahi per hec ab hijs que ſunt dei. ℂ Sciendū igiť q̄ xp̄s in mūduȝ veniens paupertatem aſſumpſit: nō in bn̄ viuēdi ſubſidium: q: non egebat. cū impeccabilis eēt ſed ſolū in imitationis exēpluȝ ꝓpter nos qui nati ſumus inordinate affici ad tpalia ⁊ ſollicitari ⁊ eleuari in ſuperbiam ex eis. Et q: exēplū magis oſtenditur in vſu q̄ȝ in dn̄io. iō chriſtus q̄ȝtum ad vſum pauptatē pfectioni conuenientiſſimaȝ oſtēdit. licet q̄ȝtum ad dn̄ium eſſet dominus oīum. ℂ Ad ſecundū r̄ndetur q̄ potentia nō eſt fruſtra qn̄ ex cā non reduciť in actū ſicut in hoīe qui votū caſtitatis emiſit. potentia generandi non eſt fruſtra. Sicut etiaȝ in deo q̄ poteſt de hoīe facere vitulū: nō eſt illa potentia fruſtra. licet nunq̄ȝ reducatur ad actum. Quia ergo chriſtus venit ad dandum nobis perfe-

Contra q̄onem arguiť.

Rn̄ſio.

Xp̄s in mūduȝ veniēs paupta teȝ aſſūpſit q̄re et q̄ modo.

ctionis exemplum. ideo cum exemplum maxi
me ex vſu oſtendatur. noluit dominio tali inſu
ſo vti. Et ideo non ſequitur ꝙ in eo fruſtra fue
rit tale dominium. Et tñ ſorte aliquando vſus
fuit tali dominio. vt cum dixit Mat. xxj. Ite in
caſtellum ſoluite aſinū ⁊c̃. Dominus his opus
habet. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ iſta propo/
ſitio xp̄us inq̄ꝫtum caput eccleſie habuit domi
nium oīuꝫ rerum eſt propoſitio reduplicata af
firmatiua. Et ideo licet iſerre ſimpliciter. Ergo
xp̄us habuit dominiū omniū reruꝫ. diffuſe au
tem tractat de propoſitiōe reduplicata. ſꝫ omit
to: ⁊ ſubdit. Iſta ſimpliciter eſt cōcedēda. xp̄us
ratione humane nature habet dominium om
nium rerum. Uñ ſi iſta eſſet vera que tñ eſt fal/
ſa. vt infra videbitur. xp̄us inq̄ꝫtum geſſit pſo
nam perfectoꝝ non habuit aliquid in proprio
vel in cōi. tamen ex quo conceditur iſta. xp̄us
vt geſſit perſonam infirmorum aliqd in cōmu
ni habuit. nō debet concedi ſimplr̄ ergo xp̄us
non habuit aliquid in proprio vel in cōmuni.
immo magis ſua oppoſita. ſ. xp̄us ſimpliciter
habuit aliquid in proprio vl' cōmuni. ¶ Sciē
dum tñ ſm beatum Tho. in. iij. pte. q. viij. ꝙ ea
dem eſt gratia xp̄i inq̄ꝫtum caput eccleſie ⁊ in/
q̄ꝫtum perſona ſingularis. Unde non ſoluꝫ in/
q̄ꝫtum eſt caput eccleſie habet dñiuꝫ oīuꝫ ratio
nabilium ⁊ irrationabilium. ſed etiam inq̄ꝫtuꝫ
pſona ſingularis. Et ſic pꝫ prima concluſio. Ex
predictis pꝫ falſiſſimum eſſe quod dictum iſti
fraticelli in quodā ſuo libello qui incipit. Uni/
uerſis. ſ. in primo ca. ꝙ xp̄us inq̄ꝫtū homo non
habuit dominiū oīuꝫ tpalium: nec fuit verus
rex. Sed inq̄ꝫtum deus ⁊ inq̄ꝫtuꝫ homo habu
it dñium ſpirituale eccleſie non tempale. Et qꝛ
Ioh. determinauit contrariū prout eſt vitas.
ſ. ꝙ etiam inq̄ꝫtum homo habet dñiuꝫ omniū.
quod probatum eſt. ⁊ fuit verus rex. dicunt eē
hereticum. qꝛ determinauit contra veritatem
ſcripture dicentis Ioh. xix. Regnum meuꝫ nō
eſt de hoc mūdo. Et be. Aug. in ſmōe de epӯia
ꝙ xp̄us non venerat vt regnum terrenum pci/
peret. ſed vt celeſte donaret. ⁊ ſimilia. Ad que
reſpondetur ꝙ xp̄us. vt dictuꝫ eſt. ā. ⁊ ſi domi
nium habuit non tamen vſus eſt eo. quia non
vixit vt rex. ſed vt pauper propter exemplum
noſtrum: vt induceret ad vitandum honores.
⁊ hmōi. Et ſic regnū ſuum nō fuit de hoc mun
do. quia non modo mundani vſus. Sed ꝙ rex
fuerit ipſe ait pylato. Tu dicis qꝛ rex ſum ego.
Et zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi. ⁊ in ps. ij.
Ego conſtitutus ſum rex ab eo. Ipſi ergo ſunt
Xp̄us verus rex. heretici qui pertinaciter impugnant hanc veri
tatem. In. ij. c. illius peſtiferi libelli dicunt ꝙ
non habuit dominium omnium inq̄ꝫtum hō.
Sed oſtenſuꝫ eſt hoc eē falſuꝫ. qꝛ vtiqꝫ habuit.

etſi non ſit vſus. qꝛ non vt dñs ſꝫ vt paup vixit.

¶ Secūda con/ .§. xviij.

cluſio principalis eſt ꝙ chriſtus ex proprio fa/
cto habuit dominium acquiſitum quarundaꝫ
rerum. ⁊ hoc ſic probatur. Suppono ꝙ domi/
nus redimens aliquem de manu hoſtis acqui
rit ſibi dominium in illo ſicut in ſeruo. ⁊ in do
nis eius ſicut in bonis ſerui. ſicut probatur ex
tra de iudeis. c. j. ⁊ vl. ⁊ di. liiij. ex antiquis ⁊ c.
frequens ⁊. xij. q. ij. cum redemptor. Hoc ſup/
poſito ſic arguitur. Non maius acquirit redi/
mens aliquem hominem a morte corporis in
eum ⁊ in bona eius ꝙ̄ redimens eum a morte
corporis ⁊ anime ſimul. Sed chriſtus paſſiōe
ſua redemit genus humanum a morte corpo/
ris ⁊ anime ſꝫ illud. j. ad Cor. vj. c. Empti eſtis
precio magno ⁊c̃. ⁊ Apoc. v. redemiſti nos deo
in ſanguine tuo: ⁊ in alijs locis ſcripture. Er/
go ex proprio facto chriſtus acquiſiuit ſibi do/
minium ſupra totum genus humanum. ſicut
in ſeruos ⁊ in omnibus bonis eorum ſicut in
bonis ſeruorum. Secundo probatur ſic. Acq/
rēs de condigno ius aliquos iudicandi: acqui
rit dominium aliquod ſuper eos. Hoc patet p
apoſtolum ad Ro. xiiij. Tu quis es qui iudicas
alienum ſeruum. ſuo enim domino ſtat aut ca
dit. Sed chriſtus ſm humanam naturā ex pro/
prio facto acquiſiuit ſibi ius iudicādi viuos ⁊
mortuos: ſicut apparet in pluribus locis ſcri/
pture. ipſe enim conſtitutus eſt a deo iudex vi/
uorum ⁊ mortuorum Actu. x. ⁊. b. Tho. dedu/
cit in. iij. parte. ergo ⁊c̃. Sed contra. qꝛ quod
eſt alicuius non poteſt ſibi acquirere: qꝛ quod
acquiſitum eſt non reſtat vlterius acquirendū:
ſed chriſtus ab inſtanti ſue conceptionis habu
it dominium omnium. vt oſtenſum eſt in pre/
cedenti concluſione. ergo ex proprio facto non
habuit dominium acquiſitum. Reſpondetur
ꝙ habere aliquam rem contingit diuerſis mo
dis. Nam poteſt quis habere dominium in
aliqua re directum vel vtile. ſicut etiam poteſt
habere ius in aliqua re vel ratione ſucceſſionis
vel ratione donationis vel emptionis vel hu/
iuſmodi. Unde non repugnat in eadem re ha/
beri diuerſa iura ſm modos alterius ⁊ alteri⁹
rationis. Modo dominium infuſum ⁊ domi
nium acquiſitum non ſunt eiuſdem rationis
ſed alterius ⁊ alterius. Et ideo non repugnat
ꝙ chriſtus reſpectu eiuſdem rei habuerit do/
minium infuſum ⁊ dominium acquiſitum. Et
hoc ſatis patet in ſimili. Nam chriſtus ab in/
ſtanti ſue conceptionis habuit ſcientiam infu/
ſam omnium. ⁊ tamen poſtea habuit earūdeꝫ
rerum ſcientiam acquiſitam. vt patet Lu. ij. Ie
ſus proficiebat etate ſapientia ⁊ gratia apud de

um ⁊ homines. Ex quo poteſt ſic argui. Non
magis repugnant dominium infuſum ⁊ dn̄iū
acquiſitum reſpectu eiuſdem rei ꝙ̃ ſcientia in
fuſa ⁊ ſcientia acquiſita. Sed non obſtante ſcié
tia infuſa quam habuit de omnibus ab inſtan
ti ſue conceptionis. habuit de eis etiam ſcien/
tiam acquiſitam. ergo non obſtante dominio
rerum infuſo potuit habere etiam dominium
acquiſitum de eiſdem rebus: vt duplici iure ſit
dominus: ſcilicet infuſo ⁊ acquiſito. Quod er/
go dictum eſt in ar. quod eſt habitum non pōt
acquiri. Reſpondetur verum eſt eodem modo
quo eſt habitum. ſed habitum. Uno modo pōt
haberi vel acquiri ⁊ alio modo. Sicut ⁊ quod
ſcitum eſt vno modo ſciri poteſt ⁊ alio modo.
¶ Ex his patet falſitas tertij capituli illius li//
belli heretici. in quo dicunt concluſiue ꝙ chri/
ſtus in proceſſu tempoꝛis nō acquiſiuit ſibi do
minium in ſpeciali aliquarum rerum. Et con/
trarium dicunt eſſe hereſim: quia contradicit
ſcripture dicenti. Niſi quis renunciauerit oī/
bus que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipu
lus Lu.xiiij. Fecit autem chriſtus quod docu/
it. Sed declaratum eſt quomodo aliqua ſibi ac
quiſiuit ⁊ auctoꝛitas inducta quantum ale intel
ligunt non obſtat. Nam renunciauit chriſtus
perfectiſſime omnibus plus ceteris quantum
ad affectum in qua conſiſtit perfectio eſſentiali
ter. Quo autem ad affectum renunciauit etiaꝫ
quoad effectum in pꝛopꝛio omnibus etiā om/
nibus mobilibus: quia omnia habuit cōmu//
nia cum apoſtolis. In communi autem non re
nunciauit ipſe nec apoſtoli mobilibus ſed im/
mobilibus. nec per hoc diminuitur de perfe//
ctione. nec augeretur ſi renunciaſſet in cōmu/
ni etiam immobilibus.

¶ Tertia cōclu/ .§.xix.

ſio eſt ꝙ chriſtus habuit dominium acquiſitū
aliquarum rerum ex dono alterius ⁊ hoc pro/
batur ſic. Cui datum eſt aliquid per intenden/
tem transferre dominium illius rei in illum: ⁊
nihil ſibi retinentem de dominio illius rei. et
ille cui data eſt res: ſi capax dominij. ſtatim ha/
bet illius rei dominium. Quero enim cuiꝰ erit
illa res. Certum eſt ꝙ non dantis: quia ille ni/
hil retinet ſibi in re: ſed transfert eam ⁊ tranſ//
ferre intendit. Nec alicuius alterius ꝙ̃ eiꝰ cui
datur. cum dans in alium ꝙ̃ in eū cui dat tranſ
ferre non intendat. Nec talis res vagatur in//
certa: quia tunc occupanti cōceditur. Ergo res
quantum ad dominium eſt eius cui data eſt.
¶ Itē ad hoc ꝙ res transferatur in dominiuꝫ
alterius. nō videt̄ requiri niſi tranſlatio cū in/
tentione ex parte dantis. ⁊ capacitas ex parte
recipientis. vbi illa duo ꝯcurrunt: dominium
transfert̄ in recipientē. Sed pꝫ Mat.ij. ꝙ ma/
gi venientes ab oriente obtulerunt xp̄o mune
ra: auꝝ: thus: ⁊ myrrhā. ⁊ claꝝ eſt ꝙ in ipſum
transferre intendebant dominiū. Un̄ textus di
cit. Procidentes adoꝛauerunt eū. ⁊ apertis the
ſauris ſuis obtulerunt ei munera ⁊c̄. Ergo in/
tenderunt transferre dominiū in eū taliū mu/
nerū. ¶ Itē xp̄s erat capax talis dominij. Si
enim hoc nō eſſet. Aut hoc erat ratione voti
emiſſi. ſed hoc dici nō pōt: q2 adhuc votū non
fecerat. Aut ratione diuinitatis vnite humani
tati. Sed nec hoc: q2 humane nature. nō repu/
gnat ratione vnionis ad diuinitatē dominiuꝫ
habere reꝝ: imo magis ꝯuenit. Aut q2 ante il/
lā oblationē habebat in illis rebus dn̄ium in/
fuſum. Nec hoc dici pōt: q2 etſi habebat illarū
rerū: ſicut oīum dn̄ium ante infuſum. tamen ⁊
oſtenſum eſt in precedenti ꝯcluſione eiuſdem
rei pn̄t haberi diuerſa dn̄ia alterius ⁊ alterius
rationis. Aut rōne etatis infantilis. nec hoc di
ci pōt. q2 paruulus bene eſt capax dn̄ij. imo ve
re ē dn̄s. lꝫ vſqꝫ ad tēpus ſtatutū a iure ſit ſub
tutoꝛibus ⁊ curatoꝛibus. vt dicit apl̄s ad Gal.
iiij. Capax ergo erat illius dn̄ij. Et ſic pꝫ ꝯclu//
ſio vera ꝙ habuit in illis rebus dn̄ium acquiſi
tum ex dono alterius. Et ſi dicat̄ ꝙ Joſeph erat
pater adoptiuus xp̄i. Sed peculiū nō caſtrenſe
ſed aduentitiū acquiſitū filio acquiritur patri
adoptiuo. Et ſic videtur ꝙ nō xp̄s ſed Joſeph
habuerit dn̄ium eaꝝ reꝝ donataꝝ. Reſpōdeo
ꝙ Joſeph nō fuit pater adoptiuus: eo mō quo
loquunt̄ iura de p̄re adoptāte ⁊ filio adoptiuo.

¶ Quarta cōclu/ .§.xx.

ſio eſt ꝙ apli poſtꝙ̃ emiſerūt votū paupꝛtatis.
qd̄ Aug. in lib. de ciui. dei. dicit eos feciſſe. qn̄
Petrus dixit in pſona oīum. ecce nos reliqui/
mus oīa ⁊ ſecuti ſumus te Mat.xix. nihil po/
ſtea habuerūt in ꝓpꝛio. Hec ꝯcluſio ſic ꝓbatur
faciliter faciēs ꝯtra votū moꝛtalr̄ peccat. qd̄ pꝫ
ex eo qd̄ dr̄ i ps. Uouete ⁊ reddite dn̄o deo vo
ta vr̄a. Ubi dic̄ glo. Uouere eſt ꝯſilij ſeu libere
volūtatis: ſed reddere votū eſt neceſſitatis ſeu
ꝓcepti. ⁊ Eccl̄s. v. dr̄. Si qd vouiſti dn̄o redde.
Diſplicet. n. ei infidelis ⁊ ſtulta ꝓmiſſio. Infide
lis dr̄ nō ſeruata ꝓmiſſio. Sꝫ apli ī habēdo illa
tꝑalia nō legunt̄ peccaſſe moꝛtalr̄. ergo poſt vo
tū emiſſum nō habuerūt aliqd in ꝓpꝛio. Nā ſi
habuiſſent: feciſſent ꝯtra votū ⁊ peccaſſēt moꝛ
taliter. Hr̄e enim aliqd in ꝓpꝛio particulariter
eſt ꝯtra votū paupꝛtatis. Abdicauerūt ergo apli
oībus tꝑalibus in cōmuni: ſiue tūc qn̄ vocati
a xp̄o relictis oībus ſecuti ſunt eū. Siue cū pe/
trusꝰ ꝓ oībus dixit. Ecce nos reliquimus oīa vt
dictū eſt. Siue qn̄ xp̄s dixit. Nolite poꝛtare au
rū ⁊ argētū ⁊c̄. Mat. x. Et ex his pꝫ falſitas q̄rti

capituli illius venenoſi libelli. vt dicũt Jo. xxij. determinaſſe ꝙ apoſtoli habuerũt in ſpeciali nõ ſolũ in cõmuni poſtq̃ facti ſunt apoſtoli ꝓprietatẽ reꝝ tẽporaliũ. ⁊ ꝙ nunq̃ abrenũciaue runt eis. Et ꝙ chriſtus nunq̃ eis hoc ꝯſuluit vel mandauit. Nec votũ huius abdicationis fecerunt. Mentiunt̃ iſti: q2 Jo. hoc nõ declara uit vel determinauit. Sed iſtud bene declara uit ꝙ in rebus vſu ꝯſumptibilibus nõ abdica uerunt dñio taliũ reꝝ cũ eis dabantur retento nudo vſu facti nõ iuris. ⁊ in rebus que vſu nõ cõſumuntur ſtatim nõ potuerunt habere vſuz ſine iure vtendi. vt in veſtibus ⁊ domo ⁊ huiuſ modi. q2 talis eẽt vſus illicitus. Uñ nec voue runt hoc. ſ. ꝙ in huiuſmodi haberent nudum vſum facti denudatũ omni iure vtendi. nec ẽt vouerunt nõ habere aliquid in cõmuni. q2 ha buerunt vtiq3 ſcz mobilia. vt patet in loculis Jo. iiij. ⁊ Jo. xiij. falſuz ergo dicunt.

Quinta cõcluſio. §. xxi.

Quinta cõcluſio eſt ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli habuerũt aliqd in cõmuni quãtũ ad ius ⁊ dñium. Et hec concluſio ſic probatur primo. Suppono enim ꝙ apoſtoli vendebant ⁊ emebant aliqua. Et iſta ſuppoſitio trahit̃ ex multis locis ſcripture. vt Jo. iiij. diſcipuli iuerant in ciuitatẽ. vt cibos emerent. Unde cũ adduxiſſent cibos quos emerãt dixerunt chriſto. Rabbi manduca. Jtẽ Jo. vi. vbi chriſtus dixit Philippo. Unde ememus panes vt manducẽt hi. ⁊ Jo. xiij. dicitur ꝙ quidam putabant ꝙ dixiſſet. Eme que ſunt nobis neceſſaria ad diẽ feſtũ. ⁊ Actu. xx. dicit paulus ad ea que mihi opus erãt miniſtrauerũt man9 iſte. Ad litteram enim vendebat ea que opat̃ manib9: ⁊ inde viuebat. Hoc ſuppoſito argui tur ſic. Habẽs ius licite ⁊ noĩe ꝓprio ⁊ pro ſe alienãdi aliquã rem totaliter a ſe habet ius in re nõ ſolum in vſu rei. hoc patet ex his q̃ ſuerunt declarata in tertio articulo ſupra. Nullus enim põt alienare aliquã rem totaliter nomine proprio ⁊ pro ſe niſi qui habet ius in illa re ⁊ nõ ſolum in vſu rei: ſed per venditionẽ res totaliter trãſfertur in ementẽ ⁊ alienat̃ ab ipſo vendente. Apoſtoli aũt pro ſe ⁊ nomine ꝓprio aliqua vendiderũt ⁊ emerũt. Ergo in illis reb9 nõ ſolum vſum: imo ẽt ius ⁊ dñium habuerũt ſed nõ in proprio. vt deductũ eſt in ꝓcedẽti cõcluſione. ergo in cõmuni. ¶ Et ꝯfirmat̃ hoc q2 cũ apoſtoli vendebãt: aut transferebat̃ ius ⁊ dñium rei vendite in emptorẽ aut nõ. Si nõ ergo emptores nõ habebãt ius ⁊ dñium in illa re. ⁊ ſic decipiebant̃: q2 credebant ſe habere ius in illa re ⁊ tamen nõ habebãt. Et ſic apoſtoli erãt deceptores: quod eſt abſurdũ dicere. Si aũt ius ⁊ dñium transferebatur in emptorem: tunc aut apoſtoli vendentes transferebant: aut aliquis alius noĩe eoꝝ. aut deus aut aliquis alius. Si apoſtoli habet̃ ꝓpoſitum. Nullus. n. põt transferre in aliũ ius qḋ nõ h3. Si ergo apoſtoli transferebant ius ⁊ dñium in aliũ: ergo de neceſſitate ipſi habebant ius ⁊ dñiuz in illa re vendita ab eis: ſed nõ in proprio: ergo in cõmuni. Jtẽ ſi transferebatur ius ⁊ dñium per aliũ noĩe eoꝝ adhuc habet̃ propoſitum. Nullus enim põt transferre dñium alicui9 nomine alterius niſi ille cuius noĩe transfert̃ habeat ius ⁊ dñium eius. Si ergo aliquis transferebat ius ⁊ dñium in alium noĩe apoſtolorũ. ſequitur ꝙ apoſtoli habebant ius ⁊ dñium in illa re tranſlata. Nec põt dici ꝙ deus transferret: tunc eniz de9 aliquid ſpeciale feciſſet in emptionibus ⁊ venditionibus apoſtoloꝝ. qḋ nec experientia demonſtrabat: nec ratio nec auctoritas ꝯfirmat. Jtem q2 deus ius h3 equalr̃ in omnibus rebus: nec põt dici ꝙ aliquis alius transferret. q2 nõ videt̃ ꝙ ille eẽt aliquis alius a dante apoſtolis illas res. Nõ enim alius a dãte habebat vel habuerat ius ⁊ dñium in illa re vel ſi habuerat deſierat habuiſſe. Nemo enim põt trãſferre in alium dñiuz ⁊ ius de re in qua nihil habet. Nec põt dici ꝙ ille dans transferret propter duo. Primo q2 ẽt apoſtoli vendebant aliqua que nõ erant eis data. vt illa que operabant̃ manibus. ⁊ forte illos piſces quos ceperant Lu. v. ⁊ Jo. vlti. ¶ Scḋo q2 ille q dabat apl'is dãdo intẽdebat ſe ſpoliare oĩ dñio q habebat in illa re. Jtẽ qui dederat apl'is poterat eẽ mortu9. ⁊ per ꝯſequẽs nihil poterat trãſferre. Sequit̃ ergo ꝙ apl'i in rebus quas vẽdebant habebãt nõ ſolum vſum: ſed ius ⁊ dñiuz ¶ Et ſimilr̃ põt argui de pecunia: cũ de ea emebant eis neceſſaria: vt cibos ⁊ hmõi. Queri. n. põt vtrũ in vendentes apoſtolis neceſſaria trãſferebat̃ illa pecunia data ab apoſtolis. Si non ergo vendentes eis decipiebant̃ ab eis: ⁊ ſic diſcurrendo per alia vt dictũ eſt de rebus venditis ab apoſtolis. Nec põt dici ꝙ dñiuz talis pecunie vel rei vẽdite ab apoſtolis eẽt alicuius perſone ſolẽnis auctoritatis ⁊ officij: vſu penes xp̃m ⁊ apoſtolos remanẽte. ſicut hodie eccleſiaꝝ dñium ⁊ oratorioꝝ ⁊ vaſoꝝ ⁊ ornamentoꝝ ſacriſtie fratrũ minoꝝ hodie manet penes papam ⁊ eccleſiã romanã: vſu tñ fratribus cõceſſo. q2 tũc nõ erat aliqua perſona idonea pter xp̃m ⁊ apoſtolos in quã trãſferret̃ tale dñium. Nec põt dici alicuius alterius. Ergo ius ⁊ dominiũ illius pecunie qua emebant ſibi neceſſaria erat collegij xp̃i ⁊ apoſtoloꝝ in cõmuni. ſicut ⁊ reꝝ aliaꝝ que vſu ꝯſumunt̃. ¶ Poſſ3 ſic breuiter argui. potẽs exercere licite oẽm vſuz qui natus eſt h'ri circa rem noĩe ſuo ⁊ ꝓ ſe ha

bet ius ꝛ dn̄ium in illa re ſed apoſtoli habebāt
talē ſacultatē in rebus quas vēdebāt: ꝛ in pe-
cunia qua emebāt.ergo habebant in eis ius ꝛ
dn̄ium. ¶ Un̄ ſequitur ↄcluſio principalis: ſcꝫ
licet ꝙ apoſtoli quātū ad ius ꝛ dn̄ium habebāt
Apl'i aliqua in cōmuni. ¶ Sed forte ad iſtos rōnes
oia ha- reſpondebit ꝙ xp̄s ꝛ apoſtoli habuerunt in o-
bebant bus talibus rebus oēm vſum quē haberet do
i n cōi minus rei.nō tamē habebāt ius ꝛ dn̄iū ex eo
quo ꝙ xp̄s ꝛ apoſtoli per votū ſe reddiderāt nō ca-
paces cuiuſlibet iuris ꝛ dn̄ij in rebus. Et lꝫ cō
cedens quantū erat in ſe intenderet tranſferre
dn̄ium: tamē qꝛ nō erāt capaces nō trāſfereba
tur in eis dictū dn̄ium. Sed iſtud nō valet: qꝛ
nō eſt verū ꝙ apoſtoli per votū qḋ fecerūt ſe nō
capaces cuiuſlibet iuris ꝛ dn̄ij reddiderūt in
rebus. Primo quidē: qꝛ votū cū ſit de meliori
bono nō pōt eē de re illicita: ſed vt probatū eſt
ſupra.ij. ar. vſus denudatus iure vtēdi eſt illi
citus. Ergo cū apoſtoli neceſſe habuerint vti re
bus tēporalibus neceſſarijs ad vitā ſequitur ꝙ
nō potuerūt vouere ſe nō eē capaces cuiuſcūqꝫ
iuris in rebus tēporalibus. Scḋo qꝛ cū ius in
rebus tēporalibus ſiue quātū ad vſuꝫ ſiue quā
tū ad ſubſtātiā rei nihil aliud ſit ꝙꝫ poteſtas li-
cite vtēdi talibus: ſequit̄ ꝙ ſi apoſtoli vouiſ-
ſent ſe nō poſſe habere ius in illis tēporalibus
vouiſſent vtiqꝫ ſe nō poſſe habere poteſtatem
licite vtēdi tēporalibus. qḋ eſt abſurdū. Tunc
enim vel facerent ↄtra votū vel ſemper illicite
vterent̄. cū impoſſibile ſit ꝙ aliqs habeat actū
licite vtēdi ſine poteſtate licite vtēdi. cū actus
egrediat̄ a potētia. quare patet ꝙ nunꝙꝫ tale
votū emiſerūt. ¶ Preterea nō eſt verū qḋ illi
dicūt. ſ. ꝙ in rebus datis xp̄o ꝛ apoſtolis eī' ius
ꝛ dn̄ium remaneret penes dātem: ꝛ m̄ apoſto
li p actū ſuū emēdo ꝛ vēdēdo trāſferebāt ius
ꝛ dn̄ium in eos quibus vēdebāt ſeu quibus
pecunias dabāt cū emebāt. qꝛ vt dictū eſt. ꝛ ha
bet̄ in regu. iur. lib. vj. Nemo pōt plus iuris
trāſferre in aliū ꝙꝫ ſibi cōpetere dinoſcat̄. vn̄ ſi
nō habebāt apoſtoli ius ꝛ dn̄ium in illis reb'
vel pecunia nō poterāt in alios trāſferre. vnde
hō implicat ↄtradictionē. ¶ Scḋo ↄcluſio iſta
ꝛ huius articuli ſcꝫ ꝙ xp̄s ꝛ apoſtoli habuerūt
in cōmuni aliqua quoad ius ꝛ dn̄ium mobilia
probat̄ ſic. Quibus cōpetit iure ordinario ꝛ ex
officio ſeminare ſpiritualia: ipſis debent̄ de iu
re ſtipendia neceſſaria ad vitā. ita ꝙ habēt ius
et poteſtatē accipiēdi neceſſaria ab eis quibus
ſpiritualia ſeminant. hoc patet. j. Cor. ix. Ubi
apoſtolus ait. Si ſpiritualia vobis ſeminamus
nō eſt magnū ſi carnalia vr̄a metamus. Quis
enim militat ſuis ſtipēdijs ꝛc̄. Etiaꝫ hoc patet
ex multis iuribus. vt. xij. q. j. §. is ita. ꝛ extra
de deci. cū ↄtinget. Sed chriſto ꝛ apoſtolis cō
petebat iure ordinario ꝛ ex officio ſeminare ſpi-
ritualia. De xp̄o patet Eſa. lxj. Spiritus domi-
ni ſup me ꝛc̄. ad euāgelizādū pauperibus mi-
ſit me. De apoſtolis oſtendit̄ Mat. x. Eūtes do
cete oēs gentes baptizātes ꝛc̄. Mar. vlt. Pre-
dicate euangeliū omni creature. Et cū diſcipu
los miſit xp̄s ad predicandū dixit Lu. x. Eden
tes ꝛ bibentes que apud illos ſunt. Dignus eſt
enim operarius mercede ſua. Cū ergo chriſtus
ꝛ apoſtoli haberēt ex officio ſeminare ſpiritua
lia: habebāt ius in recipiendis vite neceſſarijs
ſed in eis que debentur alicui de iure hꝫ ius ꝛ
dn̄ium. ergo ꝛc̄. ¶ Qḋ ſiquis huic rationi vel
let opponere dicendo videlicet ꝙ cum ſit du-
plex debitum. iuris ꝛ gratitudinis. apoſtolis
non ex debito iuris de quo loquimur: ſed ex de
bito gratitudinis debebantur temporalia ne-
ceſſaria ad vitam. Reſpondetur primo quidē:
quia. b. Aug. dicit ꝙ debebantur apoſtolis il-
la ſicut ſtipendia militantibus. Sed ſtipendia
huiuſmodi debentur ex debito iuris. Secūdo
quia dicit idem. b. Aug. ꝙ cum paulus non re
ceperit iſta ſtipendia a corinthijs ſibi ↄſocijſqꝫ
victum procurans de labore manuum receſſit
a iure ſuo. Ergo talis poteſtas erit poteſtas iu-
ris. Tertio quia Chryſo. dicit illis fuiſſe ꝛ eſſe
debita ſicut merces mercennarijs. ſed clarum
eſt ꝙ mercēnarijs non ex debito gratitudinis
ſed iuris debetur merces. Sequitur ergo con-
cluſio principalis: ꝙ chriſtus ꝛ apoſtoli habue
runt non ſolum nudum vſum facti: ſed ius ꝛ
dominium in cōmuni in aliquibus mobilib'.
¶ Qḋ ſiquis adhuc obijciat: videlicet ꝙ apo-
ſtoli ſicut ꝛ alij prelati haberent ius in huiuſ-
modi ex officio: tamen ex voto fecerant ſe non
capaces huiuſmodi iuris. Item cum eēnt pre-
lati ꝛ religioſi inquātū religioſi nō licebat eis
habere tale ius. Reſpondetur ꝙ iſte rationes
nō valēt. Primo quidē: qꝛ eſt ↄtra intentioneꝫ
Pauli apl'i q dicebat. j. ad Cor. ix. ſe hr̄e hāc po
teſtatē: ſꝫ nolebat ea vti ꝗ̄ m̄ ptāte alij apl'i vte-
bant̄. Sꝫ ſi vouiſſent ſe nō habituros tale ius
ſeu ptātē: nō potuiſſent hr̄e ꝛ vtētes ea. ſicē faci
ebat Petr' ꝛ alij apl'i feciſſēt ↄ votū ſuū: ꝛ mor
taliter peccaſſent. qḋ eſt falſum. Quātū ad ſecū
dū reſpondet̄ ꝙ ex quo inquātū p̄lati apl'i ha-
buerūt ius ꝛ dn̄iuꝫ ſequit̄ ꝙ ſimplr̄ habuerūt
dn̄iū. qꝛ vt dictū eſt. ſ. in ꝓpoſitiōib' reduplica
tis affirmatiuis ꝙcūqꝫ pdicatū ↄuenit cum
ſubiecto cū reduplicatōe: ↄuenit ei ſimplr̄. ſic
ſi hō inquātū eſt aīal eſt ſenſibilis ſeqt̄ ſimplr̄.
ꝙ hō ē ſenſibilis. Un̄ ſimplr̄ ↄcedēdū ē ꝙ apl'i
habuerunt ius ꝛ dominium in cōmuni in hu
iuſmodi. Preterea cum ſtatus prelatorum ſit
perfectior ſtatu religioſorum: quod conuenit
alicui ſm ſuū eē potiſſimū cōuenit ei ſimplr̄.

¶ Tertio concluſio principalis probatur ſic.
Chriſtus ⁊ apoſtoli habuerunt loculos in qui/
bus pecunia ſeruabatur. vt patet ex euangelio
in diuerſis auctoritatibus .ſ. inductis. Illaȝ er
go pecuniam aut habebant vt propriaȝ: aut vt
cõmunem. non vt ꝓpriam vt oſtenſuȝ eſt. ergo
vt cõmunem. igitur aliqua habuerũt in cõmu
ni. Sed aduerſarij veritatis rñdebunt duplici
ter. Primo quidem qꝛ xp̃s in habẽdo loculos
geſſit perſonã infirmorũ: vt dicit beatus Aug.
⁊ tangit decreta. Exij. Scdo qꝛ xp̃s ⁊ apoſtoli
habuerunt loculos non pro ſe: ſed pro egenis
⁊ pauperibus. quare illã pecuniã non habebãt
vt propriam: nec vt cõmunem. Sed iſte rõnes
non valent. Et prima quidẽ qꝛ vt dictum eſt in
vj. ar. xp̃s in habendo loculos ꝙ geſſiſſe dicat
perſonam infirmorꝝ. non ſic eſt intelligendũ ꝙ
egerit aliqđ opus imperfectum cum fuerit in
omnibus actibus ſuis exẽplar totius perfectio
nis: perfectis ⁊ imperfectis. nec ꝙ illud quod
egit ſcilȝ habẽdo in cõmuni aliqua ptineat ad
ſtatum imperfectorꝝ. vt exponunt iſti heretici.
Sed cum infirmitas multipliciter dicat in ſcri
ptura. de qua infirmitate intelligatur .ſ. in. vj.
arti. declaratum eſt ⁊ principaliter ꝙ dictũ Au
gu. intelligitur de infirmitate carnis: qua vide
licȝ ſubiecti ſumus: fami. ſiti: ⁊ indigẽtijs mul
tis: quibus ⁊ xp̃s ſubditus fuit ⁊ non infirmita
te imperfectionis vite: cũ non ſit ſtatus minus
pfectus hr̃e aliqua in cõmuni quãtum ad ius
⁊ dñium ꝙ̃ non ea habere quãtum ad dñium:
ſed tñ ad vſum: vt oratoria domus vaſa. para/
menta: ꝑut habent minores ſcilȝ tñ ad vſum.
Nam vſu cõſumptibilia vt panis ⁊ vinuȝ ⁊ hu
iuſmodi habẽt minores ſicut ⁊ vſum in his q̃
eis dantur ſm̃ ius ⁊ dñium. ⁊ idem de pecũia
data chriſto ⁊ apoſtolis. Quod auteȝ chriſtus
in habendo loculos non fecit opus impfectio/
nis. vt iſti heretici exponũt. i. pertinens ad per
fectionem eorũ qui loculos hñt in cõmuni põt
multipliciter ſuaderi. Primo quideȝ. qꝛ dicit
bea. Augu. xij. q. j. Habebat dominus loculos
a fidelibus oblata conſeruans ⁊ ſuorꝝ neceſſita
tibus ⁊ alijs indigentibus tribuebat. Tũc pri/
mũ eccleſiaſtice pecunie forma eſt inſtituta ⁊c̃.
Si ergo ex hoc ꝙ chriſtus habuit loculos eſt
tradita forma eccleſiaſtice pecunie habende. er
go chriſtus ex hoc non fecit opus imperfectio/
nis. Abſit enim ꝙ a ſponſa ſua immaculata ſpe/
cioſa forma ⁊ vnica: ſe xp̃s imitandum volue/
rit in hoc qđ eſt imperfectionis. Preterea tota
eccleſia primitiua non erat imperfecta. ⁊ tamẽ
ipſa maxime ſecuta eſt formam loculorꝝ chriſti
oblata a fidelibus cõſeruans. vt pȝ Actuũ. iiij.
Preterea ſi loculos hr̃e eſſet forma quoad im/
perfectos ⁊ non quoad perfectos. Paulus per

fectiſſimus ⁊ perfectionis xp̃i imitator hãc for
mam in ſe non ſuſcepiſſet. nec ad hanc formaȝ
aliquos maxime perfectos induxiſſet. ſȝ Pau/
lus gaudenter in ſe oblata a fidelib⁹ ſuſcepit
⁊ pro ſuis ⁊ ſuorum neceſſitatibus ſeruauit. vt
pȝ. ij. ad Corin. ij. Et fecit fieri collectas: vt mit/
terentur hieroſolymam. Preterea inter opera
perfecti prelati ⁊ ad perfectionem eius pertinẽ
tia eſt ꝙ ſubditis ⁊ filijs ſpũalibus prouideat.
non ſolum ſpiritualia ſed ⁊ temporalia egenti/
bus. prout poteſt exemplo chriſti qui turbas ⁊
verbo paſcebat ⁊ corporali cibo. vt patet de pa
nibus multiplicatis. Joã. vj. ⁊ Mar. viij. Sȝ
conſtant ꝙ non poſſent temporalia miniſtrare
prelati niſi haberent aliqua ſaltem in commu/
ni. Ergo nec prelati. nec chriſtus fecit opus im
perfectionis habendo loculos. Preterea dice/
tur ꝙ tota eccleſia ceciderit a perfectione chri/
ſti ⁊ apoſtolorum excepto ordine minorum: et
ꝙ dominus papa ⁊ ceteri prelati eccleſie ⁊ reli
gioſi in habendo bona eccleſie in cõmuni: imi
tentur chriſtum inquãtum fecit opus imperfe
ctionis. ⁊ ꝙ nullus ſanctus antequã fuerit bea
tus Franciſcus in hoc ꝙ fuit perfectionis fue/
rit chriſtum imitatus: videtur irreuerenter di/
ctum. ¶ Item ꝙ ſecundo dicunt xp̃m habuiſ/
ſe loculos cum apoſtolis non pro ſe ſed pro in/
digentibus. manifeſte contradicit textui euan
gelij. Joan. xiij. vbi dicit euangeliſta. Quod cũ
dominus Jeſus dixiſſet iude. Quod facis. fac
citius. ſubdit ꝙ nemo intellexit ad quid illa di
xerit: ſed credebãt ꝙ diceret ꝙ emeret que ei
opus erant ad diem feſtuȝ. aut vt egenis aliqđ
daret. Ex quibus verbis patet ꝙ ad duo deſer/
uiebant loculi. ideſt contenta pecunia in eis vi
delicet vt prouiderent xp̃i ⁊ apoſtolorũȝ neceſ/
ſitatibus: ⁊ ad ſubueniendum pauperibus. Et
hoc dicit bea. Auguſti. in illo. c. Habebat. ſ. al/
legato. Preterea vnde fuit accepta illa pecunia
qua emerent cibos edendos. Jo. xiij. niſi de lo
culis eorum. Ergo non ſolum pro pauperib⁹ ſȝ
ſed etiam ſuis neceſſitatibus tenebant loculos
⁊ pecunias expendebant. Preterea modus ha
bendi cõmunia in eccleſia deſcendit ſicut a for
ma exẽplari. a mđ habendi loculos xp̃i ⁊ aplo/
rum. ſicut dicit be. Aug. xij. q. j. Exẽpluȝ dñi ac
ris. Fit autem in ſalutem actus fortitudinis nõ
ſolum ſibi ſed etiam plurimis. Multi eniʒ pu/
gnantes fortiter pro patria & morti ſe exponen
tes:liberauerũt populos ſuos:vt Judith & ma
chabei. Et beatus Ambro. etiaʒ dicit in lib. de
off. Fortitudo que bello a barbaris d̃fendit pa
triam vel domi defendit infirmos:vel a latro/
nibus ſocios plena eſt iuſtitia ideſt v̄tute.xxiij.
q.iij. Fortitudo. Correſpondet autem huic do/
no beatitudo quarta. vbi dicitur Math.v. bea
ti qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. quoniam ipſi Fortitudinis dono correſpondet eſuries & ſitis iuſticie.
ſaturabuntur. Et hoc ſatis conuenienter: quia
ſicut fortitudo in armis conſiſtit. ita etiam eſu/
ries & ſitis iuſtitie. quod patet ex eo:quia val/
de virtuoſum eſt q aliquis non ſolũ faciat ope
ra virtuoſa que cõmuniter opera iuſtitie dici/
tur:ſed q ea faciat cum quodam deſiderio in
ſatiabili:quod poteſt ſignificari per famen & ſi
tim iuſtitie. Et glo. ibidem dicit q eſuries iuſti
tie ſpiritu fortitudinis fulcitur. ne in via laſſe/
ſcat. Sicut enim de fortitudine corporali pro/
cedit eſuries naturalis:& econtra ex debilitate
corporis faſtidium. ſic de fortitudine ſpiritua/
li. Et ſicut ex fortitudine corporali ẽ eſuries cer
taminum. ſic & de dono fortitudinis eſt eſuries
iuſtitie in preſenti:& ſatietas in futuro. Eſurien
tibus & ſitientibus ſaturitas eſt:quaſi laboran
tibus & certantibus refectio. Juſtitia autẽ ſua
vnicuiq̃ reddit deo ſibi & proximo. Que iuſti/
tia non plene in nobis implebitur donec ſit de
us omnia in nobis. Et hic poſſumus eſurire.
ſatiari autem in futuro:vbi hoc donum habe/
bitur a ſanctis. ¶ Non quidem ad illum actũ
qui eſt in preſenti ſcilicet patiendi. ibi eniʒ nul
la penalitas:vnde nec difficultas. Sed quoad
hunc actum ſcilicet inniti perfectiſſime virtu/

ti diuine: ſeu ſm beatum Thomam in.iij.di/ſtinctione.xxxiij.pfrui plena ſecuritate ab om nibus laboribus ⁊ malis. Et ſic dominus erit factus in ſalutem perfectam.

ℭ De triplici fortitudine. Cap.ij.

PRo ampliatiōe huius materie fortitudinis licet multa ſint dicta ſupra de ipa ⁊ de ptibꝰ eius ſupra in ti.de fortitudine: per totum.⁊ in capitu. de patientia: que hic non oportet replicare. Alia adhuc ponentur per alium modum. Et qꝛ in ſcripturis frequenter agitur de fortitudine. ſciendū ꝙ triplex eſt fortitudo.

ℭ Fortitudo que eſt temporalis.
ℭ Fortitudo que eſt virtus ſpecialis.
ℭ Fortitudo que eſt bonitas generalis.

ℭ De prima dici/ .§.i.

tur Hieremie.ix. Non glorietur fortis in forti/tudine ſua. Infirma huius mundi elegit deus vt confundat fortia. Sed que fortitudo temporalis cum omnis caro fenum ⁊ omnis gloria eius quaſi flos feni. Eſa.xl. Homo enim natus de muliere breui viuens tempore quaſi flos egreditur ⁊ conteritur ⁊ fugit velut vmbra ⁊ nūquam in eodem ſtatu permanet. Job.xiiij. Sꝫ ⁊ hec fortitudo temporalis triplex.

ℭ Fortitudo actionis criminalis. ⁊ hec dete/ſtanda.
ℭ Fortitudo dominationis mundialis. ⁊ hec non affectanda.
ℭ Fortitudo vigoris corpalis. ⁊ h̄ edomāda.

ℭ De fortitudine criali dicit Pſal.liij. Fortes quesierunt animam meam ſcilicet auferre. Siue homines ſiue demones fortes ad vitia perpetranda: qui nullis laboribus vel difficultatibus dimittunt quin mala faciant. Unde de diabolo dicitur Job.xl. Uirtꝰ eius in lumbis eiꝰ ⁊ fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Qꝛ enim vt dicit beatus Gregorius. Seminariuꝫ luxurie eſt viris in lumbis: vnde ſcilicet decidi tur ſemen. ⁊ in mulieribus in vmbilico. cū diabolus magis laboret diuerſis vijs ⁊ fraudibꝰ ad inducendum viros ⁊ mulieres ad luxuriaꝫ ꝙ̄ ad alia vitia. Sanctos enim viros quos per alia vitia non potuit deijcere per iſtud proſtrauit. ideo precipue fortitudo eius dicitur eſſe in lumbis ⁊ in vmbilico. Et Eſa.v.dicitur. Ue hꝫ potentes eſtis ad bibendum vinum: ⁊ viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et in quibus cō ſiſtat fortitudo vitioſa malorum: oſtendit beatus Gregorius in libro moral. tractans illud Job.vj. Que eſt fortitudo mea. vbi ait. Reproborum fortitudo eſt tranſitoria ſine ceſſatione diligere. contra flagella conditoris inſenſibiliter perdurare ab amore temporalium nec aduerſitate quieſcere. ad inanem gloriam cuꝫ detrimento vite peruenire. malitie augmēta querere. bonorum vitam non lingua ⁊ moribus ſed etiam gladijs impugnare. In ſemetipſis ſpem ponere. inquietateꝫ quotidie ſine vllo defectu perpetrare. An non ſunt fortes reprobi qui ad preſentis vite concupiſcentiam tot laboribus currunt: tot periculis ſe audacter obijciunt pro lucris libenter contumelias ferunt. Ab appetitus ſui libidine nulla victi contrarietate deſiſtunt percuſſionibus decreſcunt. ⁊ mala mundi tolerant. pro mundo ⁊ eius vt ita dixerim gaudia querentes perdūt. nec tamen hoc perdentes fatigātur vnde ⁊ quaſi in abſinthio inebriantur. Hec beatus Gregorius ⁊ ſic fortes ſunt ad miſcendam ebrietatem nō vini ſuauis: ſed abſinthiatici amariſſimi. Thren. quarto. Inebriauit me abſinthio. Deteſtanda eſt ergo iſta fortitudo ⁊ euitanda. ℭ De fortitudine dominij temporalis que conſiſtit in lato dominio ⁊ magno exercitu dicitur Geneſ. decimo ꝙ Nembroth cepit eſſe potens in terra robuſtus venator coram domino ideſt extinctor ⁊ oppreſſor hominum per tyrānidem: qui primo per fortitudinem ſuaꝫ voluit dominari. de quo dicit Joſephus ꝙ fecit homines elatos ad iniuriam dei ⁊ contemptum. Nembroth filius Cham: cum eſſet ceteris audacior: ceteriſqꝫ fortiſſimus manu. ſuadebat non eſſe attribuendū deo: ſed proprijs viribus ꝙ hominibus felicitas eueniret. Suadens hominibus a timore dei recedere: ⁊ in proprijs viribus ſpem ponere. quod eis fuit cauſa turris edificande vſqꝫ ad celum. Sed confuſi linguis deſtiterunt. Et ille Nembroth fulmine perijt: vel in bello occiſus ſm alios. De Attila rege hunorum legitur ꝙ cum viciſſet ⁊ ſubiugaſſet orbem ⁊ occidiſſet Theodoricum regem vvandalorum et Methium patricium Romanorum: qui habebant in exercitu ſuo quinquies centum milia pugnatorum: qui confederati erant contra eū. ⁊ ſubiugaſſet ⁊ depopulatus fuiſſet romam et aquilegiam ⁊ italiaꝫ ⁊ multas alias regiones. Cum victor ad terram ſuam rediſſet ⁊ nuptias celebraſſet in ipſa nocte vino ingurgitatus incaleſcens: ſanguinem per nares emittens a vino victus ⁊ occiſus cum eo animam euomuit. Omnis potentatus (inquit ſapiēs) vita breuis quod patuit in Alexādro magno: qui poſtꝙ̄ fortitudine ſua ⁊ exercituum ſuorum totuꝫ orbem ſubiugauit: modico veneno extinctus eſt in.xxxu. anno etatis ſue. Unde hmōi fortitudo non affectanda: ſed contēnenda. qꝛ vt dicit bea. Grego. Omne qḋ hic eminet plus meroribus afficit ꝙ̄ honoribꝰ gaudet. xi.xiij. morali.

¶ Fortitudo corporalis ad vſum bonum exercenda eſt ſm illud ps. lviij. Fortitudinem meã ad te cuſtodiam. i. conſeruabo. ea vtendo ad tuum honorem. Adeo eniȝ corpore fortis fuit dauid ꝙ adoleſcens cum gregem ouium patris cuſtodiret: vrſum vel leonem rapientẽ ei oues capiebat ⁊ occidebat. Et ea fortitudine vſus eſt ad dei laudem: bellando totus inermis cũ funda contra golliath gygantem fortiſſimũ. ⁊ quẽ lapide ex funda iactato proſtrauit ⁊ gladio ei⁹ caput amputauit. nec tamen de iſta gloriandũ: quia cito ſuperatur. Judas machabeus fortiſſimus dicitur. ij. Machab. xv. qui ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis. j. Mach. ij. De leone dicitur. Prouer. xxx. Leo fortiſſimus beſtiaruȝ ad nullius pauebit occurſum. Qui tandeȝ poſt multa prelia glorioſe inita ⁊ plurimas hoſtiuȝ ſtrages ⁊ victorias: in bello occiſus eſt. Hercules fortiſſimus corpore a quartana febre correptus ꝓpter impatiẽtiã in ignẽ ſeipſuȝ piecit. Sanſon fortiſſim⁹ fuit: ſȝ tñ vict⁹ a dalida fuit.

¶ Secundum .§. ij.

genus fortitudinis que eſt virtus ſpecialis põt tripliciter aſſignari. quia vel eſt ex acquiſitione vl' ex infuſione: vel ex doni actiõe. De prima loquitur phs in lib. ethi. ⁊ Tulli⁹ ⁊ Seneca: ⁊ alij ethnici in libris ſuis. Sic eaȝ diffinit Tullius. Fortitudo eſt rationalis terribilium aggreſſio ⁊ eorum conſtans perpeſſio. Macrobius autẽ ſic. Fortitudo eſt animum ſupra metum periculi agere: nihilqȝ niſi turpia timere: vel aduerſa vel proſpera vel fortiter tolerare. Et ſm Papiã dicitur fortitudo a fero fers: quia facit omnia equanimiter ferre. vel a ferro: quia ipſa facit hominem ferreum ⁊ durum ad frangendũ: ſicut ferruȝ domat alia metalla: ita fortitudo ea que ſunt dura vincit ⁊ emollit. Cauſatur autem iſta fortitudo ex actibus ſicut ⁊ alie virtutes morales. Sicut enim ex frequentibus actibus caſtitatis ⁊ abſtinẽtie generatur virtus que dicitur caſtitas vel abſtinentia: ita ex frequenti aggreſſione arduorum ⁊ toleratione aduerſorum generatur fortitudo. Hac claruerunt antiqui romani qui pro bono reipublice multa pericula ſuſtinuerunt ⁊ aduerſa. vt Marcus regulus ⁊ ſcipiones: qui tamen ex hmõi premium glorie nõ ſunt ꝯſecuti. q2 nec fidẽ nec gratiã habuerũt.

¶ Secunda fortitudo eſt ex infuſione. Ubi notandum ꝙ ſm Tullium nomen virtutis ꝗuis ſit cõmune ad omnem virtutem: per quandaȝ tamen excellentiaȝ attribuitur. ⁊ dicitur de fortitudine: quia virum tuetur. ne propter aduerſa que frequẽter accidunt deficiat. Unde ⁊ Sap. vi. d. ꝙ ſapientia diuina que gratiam infundit ſobrietatem. i. temperantiam ⁊ prudentiaȝ docet. iuſtitiam ⁊ virtutem quibus nil melius in vita eſt hominibus. Appellat autem virtutẽ fortitudinem. Docet autem hãc virtutem. i. fortitudinem nõ humana ſapientia ſed diuina. Et in hoc differt a fortitudine acquiſita. Secũduȝ enim materiam circa quam verſatur. i. aggreſſum difficiliuȝ ⁊ tolerãtiam maloꝝ conueniũt. Sed in cauſa ⁊ fine differunt. Nam prima cauſatur ex actibus multiplicatis ꝓcedentibus ex lumine rationis. Sed fortitudo infuſa nõ cauſatur ex actibus humanis primo ſed ex gratia infuſa ⁊ diuino lumine. Sed bene augetur ex actibus poſtea multiplicatis. Unde ⁊ multi recepta baptiſmi gratia: immediate exponebant ſe ad omnia ardua. etiam ipſam mortem nõ ſolum viri ſed ⁊ tenere puelle. In fine differũt: q2 fortis ex virtute acquiſita: fortia agit ꝓpter ciuilitate ſeu rempublicam terrenam. ſed fortis ex gratia infuſa: ardua aggredit̃ ⁊ tolerat propter ciuilitateȝ celeſtem principaliter. ⁊ ſic etiã propter bonuȝ reipublice aliquãdo. Et ſine iſta quis ſaluari nõ poteſt. vnde ⁊ neceſſaria eſt cuicũqȝ. Unde ⁊ Bern. in quodam ſermone. Ueritate charitate ⁊ fortitudine me multum egere fateor. Deficit enim ratio mea pre ignorãtia veritatis. Languet volũtas pre inedia affectionis. Caro infirmatur pre inopia fortitudinis. Nam ratio minus intelligit que agenda ſunt. volũtas minus diligit intellecta. Et corpus qḋ corrũpitur aggrauat animam. vt nõ que volumus illa faciamus. hec ille. Sicut ergo veritas perficit intellectum: charitas volũtateȝ ſeu affectum: ita ⁊ virtus fortitudinis ſenſualitatem ſeu affectũ: precipue iraſcibilem ⁊ actũ. ¶ Ad hanc multum hortatur deus in ſcripturis. vt Deut. xxxj. dicitur. Uiriliter agite: cõfortamini ⁊ nolite timere neqȝ paueatis ad cõſpectum inimicoꝝ. Et merito multuȝ cõmendabilis eſt quia ipſa de ſeruitute peccati liberat. ps. lxvij. Qui educit vinctos. i. peccatis ligatos. in fortitudine. Ipſa de diabolo triũphat. Judicuȝ vj. Dixit angelus gedeoni. Uade in hac fortitudine tua: liberabis iſrael de manu madian. i. demonuȝ. Ipſa deum letificat ⁊ pacat. Eſdre. viij. Gaudiuȝ enim dñi fortitudo veſtra. Sicut rex quilibet multum amat ⁊ gaudet de milite qui viriliter pugnat ⁊ dura vulnera ſuſtinet. Unde beatus Andreas dixit tyrãno. Egee minare tormẽta. Tanto regi meo ero acceptior: quãto grauiora tormẽta pro eo fuero perpeſſus. Ipſa enim animam bonis ſpiritualibus ditat. Prouer. x. ⁊ aliquãdo etiam tẽporalibus. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. manus autem fortium diuitias parat. Ipſa hominem cõfortat: vt quaſi mala nõ ſentiat. Unde ſtephanus plen⁹ gratia ⁊ fortitudine orabat pro lapidantibus quaſi

percuſſiones non ſentiret. Et propterea de eo cantatur. Lapides torrentis illi dulces fuerũt. Et Seneca. Si magnanimus fueris nunꝗ̄ iudicabis tibi cõtumeliam fieri. De inimico tuo dices. non nocuit ſed nocendi animũ habuit. ⁊ cum illum in poteſtate tua habueris: vindictam putabis vindicari potuiſſe. Nec maiꝰ genus vindicãdi ꝗ̄ ignoſcere. hec ille. Hec eſt fortitudo vincere ſeipſum. Ipſa dominium pſtat. Prouer. xij. Manus fortium dominabit. ⁊ ſupernum regnum intrat. Eſa. lxj. Uocabuntur in ea fortes iuſtitie: plãtatio domini ad glorificãdum. Quãuis autem iſta fortitudo cauſetur primo ⁊ principaliter a gratia dei: multa tamẽ alia cooperantur ad actũ eius. Et primo fides. ad Hebre. xj. Sancti per fidẽ vicerũt regna ⁊c̃. Fortes facti ſunt in bello temporali ⁊ ſpirituali. j. Io. v. Hec eſt victoria que vincit mundũ id eſt aduerſa mundi. fides noſtra. ¶ Secũdo ſpes. ad Hebre. vj. Fortiſſimum ſolatiũ habemus qui cõfugimus ad tenendam propoſitã nobis ſpem. Et Eſa. xl. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem. quia ſcilicet vbi prius erant fortes pro mũdo: poſtea erunt robuſtiores pro deo. ¶ Tertio dilectio. Cant. vlti. Fortis vt mors dilectio. quia ſcilicet facit hominẽ fortem vt omnia vincat ardua. quia ſm beatũ Augu. omnia difficilia ⁊ aſpera leuia ⁊ prope nulla facit amor. ¶ Quarto timor dei. Prouerbiorũ. xiiij. In timore domini fiducia fortitudinis. Iob. iiij. Ubi eſt timor tuus: ibi fortitudo tua. ¶ Quinto caſtitas. Iob. xvij. Mundis manibus addet fortitudinẽ. Et de Iudith xv. d. Feciſti viriliter ⁊ confortatũ eſt cor tuũ eo ꝙ amaueris caſtitatẽ. Narrat in lib. de ſeptẽ donis: ꝙ cũ Gottifridus de Bullione qui pmus de francis regnauit in Hieruſalẽ cepiſſet armis Antiochiam: Hieruſalẽ: ⁊ ſyriam: occiſis ⁊ expulſis ſaracenis cum mirarentur omnes eius fortitudinem eo ꝙ nullus ſaracenus poterat ei reſiſtere: nec ictum manus eius ſuſtinere: tẽpore treuge turchorum admirati miſerũt ei munera viſitantes eum ⁊ querentes vnde tãta eẽt manibus eius fortitudo. qui coram eis enſe ſuo ſcindebat equi caput: ⁊ dicerent quidã ꝙ erat virtute enſis ſui: accepto ipſe Gottifridus alio enſe a ſaracenis tradito: idẽ fecit de alio equo. Et tunc cum quererent vnde hec ei virtus cũ non eſſet maior alijs hominibus. ait ꝙ nunꝗ̄ manus ſue contrectauerãt carnes meretricias: nec luxuria fuerant inquinate. Et ſic patet ꝙ caſtitas cooperatur ad fortitudinem ⁊ corporalẽ ⁊ virtualem. ¶ Sexto eſt exhortatio maiorũ. Unde ⁊ dñs mandauit in veteri lege. Deuter. xx. ꝙ appropinquante hora belli exercendi cõtra inimicos: ſacerdos ſtaret ante aciẽ ⁊ ſic loqueretur: Nolite timere nec formidetis eos: quia dominꝰ deus veſter in medio veſtri: ⁊ ipſe dimicabit contra aduerſarios veſtros. Sic Iudas machabeus. ij. Mach. xv. exhortando ſocios ad bellum contra inimicos qui erãt incomparabiliter plures cum Nicanore fortiſſimo. dicitur ibi ꝙ ſingulos eorum armauit nõ haſta ⁊ clypeo: ſꝫ ſermonibus optimis quibus fortificati victoriam habuerũt. Egiſippus etiã narrat de cladibus iudeorum. ꝙ Tytus cũ obſideret Hieroſolymã: hortabatur romanos milites ad viriliter dimicandum. ne ſubijcerẽtur victi populo iudeorum in confuſione romane probitatis. ⁊ ne victi ⁊ occiſi mitterentur in infernum. Propoſuitqꝫ eis exemplum Leonide qui cum eſſet in pugna cum trecẽtis lacedemonijs quibus preerat contra infinitam multitudinem perſarum bellaturus ait ſuis. Prandeamus ante pugnam in terris: quia ſi victi fuerimus cenaturi ſumus in inferis. Que exhortatio tãtũ valuit ꝙ ipſi pauci pſas vel occiderũt vel fugauerũt. ¶ Septimꝰ eſt vt conſideratio exẽplorum eorum qui fortiter egerũt inter que precipuum eſt meditatio chriſti paſſionis. Apoſtolus ad Hebre. xij. Recogitate eum qui talẽ ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum contradictionẽ: vt nõ fatigemini animis veſtris deficiẽtes. qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione cõtempta. Grego. Si paſſio chriſti ad memoriam reuocetur: nil eſt tam aſperũ qd̓ equo animo non toleretur. Et Iaco. v. dicitur. Exemplum accipite exitus mali. i. dure mortis ⁊ longanimitatis: laboris ⁊ patiẽtie prophetarum. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerũt. patientiam Iob audiſtis ⁊ finem dñi vidiſtis.

¶ Tertia fortitu- .§.iij.

do eſt ex donis ſpiritusſancti opatione. de qua dicitur in ps. Spiritu oris eius ois vtus. i. fortitudo corum celorum videlicet apoſtolorum ⁊ ſanctorum virorũ procedit. Et dicitur ſpũs oris dei. quia a filio dei miſſus ipſe ſpũs. Filius autẽ dei dicitur os patris. quia ipſe nobis manifeſtauit ſecreta eius. Quãuis enim per fortitudinẽ virtutem infuſam quis valeat aggredi ardua ⁊ ſuſtinere ingruentia aduerſa: tamen adhuc per iſtud donum fortitudinis magis roborat. Unde dicitur de conſecra. diſtin. j. omnes fideles. Cum ſpiritusſanctus infunditur. ſ. per donum eius cor fidele per prudẽtiam ⁊ conſtãtiam dilatatur. vt etiam ad ea que non ſunt neceſſaria ad ſalutem deſudãdo vſqꝫ ad mortem ſe exponat. nõ quidem irrationabiliter: ſed cum prudentia. vt ad honorem dei ⁊ zelum ſalutis aliorum. In quibus autem differat fortitudo virtus moralis a fortitudine que eſt donum: ha-

ad actũ fortitudinis cooperantur hec virtutes.

bes. ō. iſto ti. §. j. ¶ Et q: fortitudo hec donuȝ inducit ad contemptum vite ob amorem dei ⁊ ad martyrium appetēdum ⁊ ſuſtinēdum: ideo aliqua ad huiuſmodi que ponit Cyprianus adyciam. In lib. de mortalitate ſic ait Cyprianus. Eius eſt mortē timere qui ad chriſtum nō vult ire. Et eius ad chriſtum eſt nolle ire: qui nō credit ſe cum chriſto incipere regnare. Contēnenda eſt omnis iniuria preſentium malorū: fiducia bonorum futurorum. Mori timeat qui ad ſecūdam mortem de hac morte tranſibit. Mori timeat cui hoc more longiori pfertur. vt cruciatus ⁊ gemitus interim differatur. Mortalitas iſta chriſti hoſtibus peſtis eſt. Eius autē ſeruis ſalutaris exceſſus. Martyrium incipimus libenter appetere dum diſcimus mortem non timere. Sed forte opponat aliquis. hoc me in preſenti mortalitate contriſtat: q: qui ad tolerātiam paſſionuȝ tota me virtute deuouerā. martyrio meo preuor dum morte preuenio. Verū non eſt in tua poteſtate: ſed in dei dignatione martyrium. Nec potes te dicere perdidiſſe: qđ neſcis an merearis accipere. Deinde ſcrutator cordium deus: qui proſpicit apud te paratam fuiſſe virtutem: reddet pro virtute mercedem. quod ſequitur habetur de pe. diſt. j. nunquid. Apud quem martyriuȝ mente concipitur: animus ad bonum deditus deo iudice coronatur Aliud eſt enim martyrio animum deeſſe: aliud animo defuiſſe martyrium. hec ibi. Nec deus querit ſanguinem noſtrum: ſed fidem. Nā nec Abraam nec yſaac nec Jacob occiſi ſunt: qui tamen iuſtitie ⁊ fidei meritis honorari inter patriarchas primi eſſe meruerūt. Non ſunt lugēdi fratres noſtri acceſſiōe dñica de ſeculo liberati cum ſciamus eos non amitti ſed premitti: ⁊ occaſionem non eſſe dādam gētilibus vt nos merito ac iure reprehendant. illi quos viuere apud deum dicimus vt extinctos ac perditos lugeamus. Nihil enim prodeſt verbis profiteri virtutem: ⁊ factis deſtruere veritateȝ. Quod ergo interim morimur: ad immortalitatē morte tranſgredimur. nec poteſt vita hēri niſi hinc contigerit exire. Non eſt exitus iſte: ſed tranſitus. ⁊ temporali itinere decurſo ad eterna trāſcurrere. Eius eſt in mundo diu velle manere: quem mundus oblectat: quem ſeculum blandiens ac decipiens illecebris terrene voluptatis inuitat. Porro cum mundus oderit chriſtianū quid amas? qui te odit. ⁊ non magis ſequeris chriſtū qui te diligit ac redemit. hec ille. ¶ In epiſtolis autem ſuis idem Cypri. ad martyres ſic ait. O quantuȝ vos martyres diuina dignatio honorauit vt ex vobis iaȝ pars martyrij in conſūmatione ad coronam preceſſerit pars ad huc in carcere clauſtris ⁊ vinculis demoret ad meritorum titulos ampliores: tormentorum tarditate proficiens habitura tot mercedes in celeſtibus premijs quot nunc dies numerātur in penis. Poſuerūt cōpedes pedibus veſtris: ⁊ membra felicia ac dei tēpluȝ infamibus vinculis ligauerunt. Sed ornamenta ſunt iſta nō vincula: nec pedes veſtros copulant ad infamiam: ſed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti. qui non a fabro ſed a dño reſoluuntur. ⁊ itinere ſalutari ad paradiſum dirigunt. O pedes in ſeculo ad pſens ligati vt ſint ſemper apud deum liberti ⁊ celeriter ad chriſtum glorioſo itinere curſuri. O martyres fortiſſimi quibus vos laudibus prediceȝ. quibus vos vocis preconijs exorneȝ. Non ceſſiſtis ſupplicijs. ſed potius ſupplicia vobis ceſſerunt. Steriſtis voce libera mente incorrupta virtute diuina. armis quidem ſecularibus nudi. ſed armis fidei armati. Steterūt ſerui dei torti: tortoribus fortiores ⁊ pulſantes ac laniantes vngulas pulſata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem vitam ſuam ſuperare non potuit ſeuiens diu plaga repetita: quāuis rupta compage viſcerum torquerentur in ſeruos dei nō iam mēbra: ſed vulnera. Fluebat ſanguis qui incendium perſecutionis extingueret. qui flammas ⁊ ignes gehēne glorioſo cruore ſopiret. Exempla glorioſa fortitudinis doni ſpiritusſancti in veteri teſtamento. Tolerantia paſſionuȝ illius venerabilis ⁊ fortiſſime mulieris. tempore machabeorum que ab antiocho rege non ſolum mortem in ſe ſuſtinuit. ne contra legem dei carnes porcinas ederet: ſed ⁊ ſeptem filios videns per varia ⁊ aſpera tormenta cruciari: eos ad conſtantiam animabat. vt habetur. ij. Macha. vij. ibi vide. Cui ſatis rñdet in nouo teſtamento martyrium ſancte felicitatis cum ſeptem filijs: que fuit romana. ⁊ ibi paſſa martyrium cum filijs. Quid de beato Vincētio qui aſſumpt⁹ ex eculeo atq; ad patibulum raptus. moras carnificū arguendo ad penaȝ alacriter properabat. Et in tormētis ad datianum tortoreȝ aiebat. hoc eſt qđ ſemper optaui ⁊ votis omnibus exquiſiui.

¶ Oſtendit Augustinus .§. iiij.

guſtinus in. v. lib. de ciui. c. xvij. q: cum multi ex romanis antiquis infidelibus ſuſtinuerunt multa aduerſa. ⁊ ipſam morteȝ fortiter pro gloria mundi: multo magis fideles omnia tormēta debent ſufferre pro vera gloria celeſti dicēs. Conſideremus quanta cōtempſerunt: que pertulerint. quantas cupiditates ſubegerint pro humana gloria. qui eam tanq̄ mercedeȝ taliū virtutum accipere meruerunt. Et valeat nobis hoc ad opprimēdam ſuperbiam. vt cum illa ciuitas in qua nobis regnare promiſſum eſt tātū

ab hac diſtet quātum diſtat celum a terra a tē/
porali leticia vita eterna. ab inanibus laudibꝰ
ſolida gloria: a ſocietate mortaliū ſocietas an
gelorum a lumine ſolis et lune lumen eius qui
ſolem fecit et lunam: nihil ſibi magnum feciſſe
videantur: tante patrie ciues. ſi pro illa adipi/
ſcenda fecerint boni operis aliquid. vel mala
aliqua ſuſtinuerint cum illi pro hac terrena tā
adepta tanta fecerint: tanta perpeſſi ſint preſer/
tim. q: remiſſio peccatoꝝ que ciues ad eternā
colligit patriam habet aliquid cui per vmbrā
quādam ſimile fuit aſilum illud romuleū. quo
multitudinem qua illa ciuitas cōderetur quo/
rumlibet delictorum congregauit impunitas.
Pro eterna vita oīa fortiter ferenda ſi pro hac
temporali vita fortes viri in ſe et in filios impē
derūt. c. xviij. Et omnia aduerſa tolerāda ſunt
pro deo. Quid ergo magnū pro illa eterna ce
leſtiqꝫ patria cūcta ſeculi huius quelibet iocū/
da blandimenta contēnere: ſi pro hac tempora
li ac terrena filios brutus et occidere potuit: qḋ
illa facere neminē cogit. Sed certe difficilius
eſt filios interimere ꝙ quod pro iſta faciēdum
eſt ea que filijs cōgregāda videbantur atqꝫ ſer
nanda. vel donare pauperibus. vel ſi exiſtat tē/
tatio que id pro fide atqꝫ fieri iuſtitia cōpellat
amittere. Felices enim vel nos vel filios nr̄os
non diuitie terrene faciunt: aut nobis viuenti/
bus amittēde. aut nobis mortuis a quibus ne/
ſcimus: aut certe a quibus nolumus poſſiden/
de. Sed deus felices facit qui eſt mētium vera
opulentia. Bruto autem qui filios occidit inſe
licitatis perhibet teſtimonium poeta laudator
ait enim. natoſqꝫ pater noua bella mouentes.
Ad penam pulchra pro libertate vocauit. Inſe
lix: vt cūqꝫ ferent ea facta minores. Sed verſu
ſequēti ꝯſolatur infelicem. Vicit amor patrie:
laudūqꝫ immenſa cupido. Nec ſunt duo illa li
bertas et cupiditas laudis humane. que ad fa/
cta compulit mirāda romanos. Si ergo pro li/
bertate morituroꝝ et cupiditate laudū que
a mortalibus expetūtur: occidi filij a patre po/
tuerunt. quid magnum eſt ſi pro vera libertate
que nos ab iniquitatis et mortis diaboli dn̄atu
liberos facit: nec cupiditate humanarum lau/
dum: ſed charitate liberandoꝝ hominum non
a Tarquinio rege. ſed a demonibus et demonū
principe non filij occiduntur. ſed chriſti paupe
res inter filios computantur. Si alius etiā ro
manus princeps cognomine torquatus. filiū
non quia contra patriam propriam. ſed etiam
pro patria. tamen quia contra imperium ſuū
ideſt contra id quod imperauerat pater impe/
rator ab hoſte prouocatus iuuenili ardore pu/
gnauerat. licet viciſſet: occidit ne plus malo eſ
ſet in exēplo imperij ꝯtēpti ꝙ boni in gl'ia occi

ſi hoſtis. Ut quid ſe iactēt qui pro īmortalis
patrie legibus oīa que multo minus ꝙ filij di/
ligunt bona terrena ꝯtēnunt. Si furius camil/
lus etiam ingratā patriam a cuius ceruicibus
acerrimoꝝ hoſtium vehientium iugum depu
lerat dānatuſqꝫ ab emulis fuerat a gallis iterū
liberauit. q: nō habebat potiorē vbi poſſit vi/
uere glorioſius. Cur extollatur velut grāde aliqḋ
fecerit qui forte in eccleſia dei ab inimicis car/
nalibus grauiſſimā exhonorationis paſſus in
iuriam: nō ſe ad hoſtes eius hereticos tranſtu/
lit. aut ꝯtra illam hereſim aliqua condidit. ſed
eam potius ꝙtum valuit ab hereticoꝝ pnitio/
ſiſſima prauitate defendit cū alia nō ſit vbi vi/
uat in hoiū gl'ia. ſed vbi vita acquirat eterna.
Si mutius vt cū porſenna rege pax fieret. qui
grauiſſimo bello romanos pmebat. q: porſen/
nam ipm occidere nō potuit. et pro eo alterum
deceptus occidit in ardētē iram ante eius ocu
los dexterā extēdit. dicēs. multos ſecum tales
qualē eum videret in exitiū eius ꝯiuraſſe. Cu/
ius ille fortitudinē et ꝯiurationē taliū phorre
ſcēs: ſine vlla dubitatione ſe ab illo bello facta
pace cōpeſcuit. qs regno celoꝝ īputaturus eſt
merita ſua. ſi pro illo nō vnam manū neqꝫ hoc
ſibi vltro faciēs: ſed pſequēte aliq̄ patiēs totū
flāmis corpus impenderit. Si curtiꝰ armatus
equo ꝯcito in abruptū hyatum terre ſe pcipitē
dedit: deoꝝ ſuoꝝ oraculis ſeruiēs: qm̄ iuſſerāt
vt illuc id qḋ romani haberēt optimū mitterēt
nec aliud intelligere potuerunt ꝙ viribus ar/
miſqꝫ excellē. Unde videlꝫ oportebat vt deoꝝ
iuſſis in illum interitū vir pcipitaret armatus
Quid ſe magnū pro eterna patria feciſſe dictu
rus eſt. qui aliquē fidei ſue paſſus inimicū. nō
ſe vltro in talem mortē mittēs. ſed ab illo miſ/
ſus obierit. qn̄quidē a dn̄o ſuo codēqꝫ ſuo re/
ge patrie certius oraculū accepit. Nolite time/
re eos qui corpus occidunt. aīam aūt occidere
non pn̄t. Si ſe occidēdos certis verbis quodā/
modo ꝯſecrādos Decij deuouerūt vt illis cadē
tibꝰ et irā deoꝝ ſanguine ſuo placātibus roma
nis liberaret exercitus nullo modo ſuperbiāt
ſancti martyres tanqꝫ dignū aliquid pro illius
patrie participatiōe fecerint vbi eterna eſt et ve
ra felicitas ſi vſqꝫ ad ſui ſanguinis effuſionē:
et nō ſolum ſuos fres: pro quibus fundebat ve
rum et ipſos inimicos a quibus fundebat ſicut
eis pceptū eſt diligentes charitatis fide et fidei
charitate certātes. Si Marcus puluillus dedi
cās edem Jouis Junonis Minerue falſo ſibi
ab inuidis morte filij nūciata. vt illo nūcio per
turbatus abſcederet. atqꝫ ita dedicationis glo
riam collega eius cōſequeretur: ita contēpſit.
vt eum etiam proijci inſepultum iuberet. ſic in
eius corde orbitatis dolorē gl'ie cupiditas vi/

cerat quid magnū ſe pro euangelij ſancti predicatiōe qua ciues ſuperne patrie de diuerſis liberant͛ ⁊ colliguntur erroribus feciſſe dicturus eſt. cui dominus de ſepultura patris ſui ſollicito ait. Sequere me ⁊ ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Si marcus regulus ne crudeliſſimos hoſtes iurando falleret ad eos ab ipſa roma reuerſus ē. quoniā ſic Romanis eū tenere volentibus reſpondiſſe fertur poſteaꝙ̃ aphris ſuierat dignitatem illic honeſti ciuis habere non poſſet. eūqꝫ carthaginenſes qm̄ contra eos in romāo ſenatu egerat grauiſſimis ſupplicijs necauerunt qui cruciatus non ſunt pro fide illius patrie contemnēdi. ad cuius beatitudinem fides ipſa perducit. Aut quid retribuetur dn̄o pro omnibꝰ que retribuit ſi pro fide eue illi debetur talia fuerit homo paſſus qualia pro fide quā pernicioſiſſimis inimicis debebat paſſus eſt regulus. Quomodo autem ſe audebit extollere de voluntaria paupertate xp̄ianus: vt hui9 vite peregrinatione expeditor ambulet viam que perducit ad patriam vbi vere diuitie deus ipſe eſt cū audiat vel legat Lucium valeriū. q in ſuo defunctus eſt conſulatu vſqꝫ adeo fuiſſe pauperem: vt nūmis a populo collatis eius ſepultura curaretur. Audiat vel legat quintū cincinatum cum quattuor iugera poſſideret: ⁊ ea ſuis manibus coleret eſſe ab aratro abductuꝫ vt dictator fieret: maior vtiqꝫ honore ꝙ̃ ꝯſul. victiſqꝫ hoſtibus ingentem gloriam conſecutuꝫ in eadem pauptate manſiſſe. Aut quid magnū ſe feciſſe predicabit qui nullo premio mūdi huius fuerit ab eterne illius patrie ſocietate ſeductus. cum fabritium didicerit tantis muneribꝰ pyrrhi regis epyrotarum promiſſa etiam quarta parte regni a romana ciuitate nō potuiſſe diuelli. ibiqꝫ in ſua paupertate priuatum manere maluiſſe. Nam ipſi lꝫ rempublicam haberēt tam opulentiſſimaꝫ atqꝫ ditiſſimam iſti tamen in ſuis domibus pauperes erant vt quidaꝫ eorum qui iā conſul bis fuiſſet ex illo ſenatu pauperum hominem pelleretur notatione cenſoria ꝙ decem pondo argenti in vaſis habere cōpertus eſt. Ita ijdem pauperes erant quorū triumphis publicum ditabatur erarium. hinc omnes xp̄iani qui excellentiori propoſito diuitias ſuas cōmunes faciunt. ſm̄ id quod ſcriptū eſt in actibus apoſtolorum vt diſtribuatur vnicuiqꝫ ſicut cuiqꝫ opus eſt: vt nemo dicat aliqd ꝓpriū. ſed ſint illis omnia cōmunia. ītelligant ſe nulla ob hoc ventilari oportē tact. iria id faciēdo: pro obtinenda ſocietate angelorum cuꝫ pene tale quid illi fecerint pro conſeruanda gloria romanorum. hec ⁊ talia ſi qua hmōi reperiuntur nil aliud erat niſi romanum imperium longe lateqꝫ porrectum magnificis ſucceſſibꝰ augeret. pinde per illud imperiū tam preclarū tātorūqꝫ viroꝝ virtutibus glioſum ⁊ etiā illoꝝ intentioni merces quā querebant eſt reddita ⁊ nobis ꝓpoſita neceſſarie cōmotionis exempla vt ſi virtutes quas iſti pro ciuitatis terrene gloria tenuerūt pro dei glorioſiſſima ciuitate non tenuerimus pudore pungamur. Et ſi tenuerimus ſuperbia nō extollamur. Quoniam ſicut dicit apls. Indigne ſunt paſſiones huius ſeculi ad futuram gl̄iam que reuelabitur in nobis. Hec Aug. Maxime aūt debemus eſſe fortes in fide: ⁊ nullatenus dubitare. ſm̄ illud Petrꝰ in can. Aduerſarius veſter diabolus tanꝙ̃ leo rugiens circuit querens que deuoret. cui reſiſtite fortes in fide. Maximus in ſermone ait. Nouerimus ꝙ nō ſine magno diſcrimine de religionis veritate diſputamus. quā tātoꝝ ſanguine confirmatā videmus. Magni periculi reus ſi poſt prophetarū oracula poſt aplorum teſtimonia: poſt martyꝝ vulnera: veterē fidem q̄ſi nouellam diſcutere preſumas. ⁊ poſt tam manifeſtos duces in errore permaneas. ⁊ poſt ſudores morientiū oſtenſa diſputatione contendas. Et pauloante idē ait. Quanta circa nos dei noſtri eſt ſollicitudo dum nobis fidem verā duro agone martyrum cōmendat affictionum precedētium inſtructionem efficit poſteroꝝ. Illos examinat vt nos erudiat. Illos conterit vt nos acquirat: eorum cruciatos noſtros vult eſſe profectus. Hec ille.

Maxīe in fide fortes eē debemꝰ: ⁊ ꝯo ponit.

Tertia fortitu/ .§. v.

do ſeu tertio mō accipiſ fortitudo pro v̄tute generali. i. quodā vigore mētis ad reſiſtendū impugnationi cuiuſlibet vitij ⁊ aggrediendūꝫ laborem actuū virtuoſoꝝ. Et ſic canit eccl̄ia. Eſtote fortes in bello ⁊ pugna. cū anti. ſer. ⁊ accipietis reg. eter. Non enim coronabiſ ait apl̄s: niſi qui legitime certauerit. ita ſcꝫ ꝙ victoriam habet de oībus vitijs. Et ps. xxvi. Expecta dominum viriliter age: ⁊ conſortetur cor tuum: ⁊ ſuſtine dominum. Ubi nota quattuor regulas.

Quatuor regule ſpūalit bellanti necīa.

- Prima eſt preſumptionis excluſiua. expecta dominum.
- Scdā ē fatigationis aggreſſiua. viriliter age.
- Tertia eſt debilitationis remotiua. conſortetur cor tuum.
- Quarta eſt profectionis continuatiua. ſuſtine dominum.

Quia militia eſt vita hominis ſuper terraꝫ. In hoc bello vt quis viriliter dimicet. oportet primo vt excludat a ſe preſumptionem non cōfidendo de ſenſu ſuo vel viribus ſuis vel operibus bonis. Leo papa in ſermone. Nemo de cordis ſui puritate confidet quia peruigil ille hoſtis acrioribus pulſat inſidijs: q̄s maxime

nouit abſtinere peccatis. Et beatus Antonius. Non ↄfidas de tua iuſtitia. ⁊ hoc eſt quod dicitur. Expecta dñz.ſ. vt te iuuet ꝑm illud ps.cxx. Auxilium meum a dño non a mea virtute. Itē Non egrediaris viam cōmunem viuēdi traditam a ſanctis. Trita gradiemur via dixerūt antiqui iſraelite. In opibus eniz ſingularibus extra cōmunez legem nō ſunt ſancti imitādi. ſm illam regulaz. Que a iure cōi exorbitant: in cōſequētiam nō ſunt trahēda. de reg. iur. li. vj. niſi quis eſſet certus de diuina inſpiratione ad illa ſe vocatum. Nō enim qꝛ quidaz ſanctus pater acceſſit ad domū meretricis: vt eam ↄuerteret: qđ ⁊ fecit. debet quilibet idez agere. nec qꝛ vnus audiēs ſocium ſuū in fornicationem lapſum vt reduceret eum ad pñiam quaſi deſperatum mētitus eſt dicēs ſe etiam in illud pctm̄ incidiſſe: exhortāſ vt ſimul irent ad patres pro penitētia recipiēda: lz mentiri ⁊ ſeipſum infamare. Nec qꝛ Arſenius vna tm̄ hora dormiebat in die naturali. aut qꝛ Joānes baptiſta comedebat locuſtas. i. radices herbaꝝ. a vino abſtinēs: debet quis talem auſteritatez aſſumere. Sed expecta dñm vt ꝑus te vocet ad huiuſmodi ſingularia agēda. Item ſi petis aliquid a domino vel liberali vel adiuuari in aliqua tribulatione vel tētatione. ⁊ nō ita cito exaudiris vt velles expecta dñm. Abac. ij. Si moram fecerit expecta eum: qꝛ veniēs veniet ad adiuuādum.

¶ Secūda regula eſt vt fortiter agat laborioſa opa. Uirtus enim ⁊ ſciētia circa difficilia ingtpbs. ⁊ chriſtus Matth. vij. Arta eſt via. ſ. bonorum opum que ducit ad vitam. Et ideo viriliter age. Uir dicit a virtute: ⁊ virtus eſt fortitudo: que inq̄ſtum generalis virtus eſt: habz pugnare ↄtra oīa vitia. Quelibet enim virtus hꝫ ſuum inimicū. ſ. vitium ſibi oppoſitum: imnio duos inimicos. vnū a dextris per exceſſum: aliū a ſiniſtris per defectum. Et ideo apoſtolus ait. ij. Corinth. vj. Per arma iuſtitie v̾tutis dei a dextris ⁊ ſiniſtris exhibeamus noſmetipſos vt dei miniſtros. Qualis aūt dñs. talis ⁊ miniſter eius. inquit ſapiens. Et qui mihi miniſtrat me ſequaſ. ait ipſe dñs. Joā. xij. Dñs autez fortis ⁊ potens ait ps. xxiij. dñs potens in prelio. Cum enim diabolus fortis v̾tute nature armatus malitie multiplicitate teneret atrium ſuuz ſ. mūdum pacifice: quia nullus huiuſmodi tentatori reſiſtebat. Superueniens fortior eo dñs Jeſus vicit eum. vt dicit Luce. xj. exquo expectatus venit dñs ⁊ bellans fortiter vicit. Ergo viriliter age. a dextris contra infidelitatez. a ſiniſtris cōtra ſuperſtitionem. per arma virtutis dei fortis fidei. j. Pe. v. Cui ſcilz diabolo reſiſtite fortes in fide. Contraria enim adinuicez bellant ⁊ mutuo ſe expellunt. Uiriliter age a dextris preſumptionis ↄtra diabolum eam ſuggerētem: ⁊ a ſiniſtris deſperationis. per arma virtutis dei. ſ. ſpei. Eſa. iij. In ſpe erit fortitudo veſtra. ſ. ad vincēdum diabolum contra deſperationem vel preſumptionē. Uiriliter age a dextris inordinate dilectionis: a ſiniſtris inuidie ⁊ rācoris. Uiriliter age per arma virtutis charitatis. Gen. xxxij. figuratiue dicitur. Si cōtra deuz fortis fuiſti. ſ. tu charitas. quanto magis contra hoīes preualebis. Charitas enim fortis dicitur ↄtra deum: qꝛ eum traxit ad terram: ⁊ ad mortē induxit. Uiriliter age a dextris gule ⁊ luxurie: ↄtra eas dimicando. Et a ſiniſtris inſenſibilitatis a neceſſarijs abſtinēdo. per arma virtutis dei tēperantie. Prouer. xxx. Accinxit fortitudine lumbos ſuos. Uiriliter age a dextris iniuſtitie ⁊ ſiniſtris nimij rigoris ⁊ ſeueritatis per arma v̾tutis dei. ſ. fortis iuſtitie. Prouer. xv. Domus iuſti plurima fortitudo. Uiriliter age a dextris prudentie nimie. ſ. ſuo ſenſui innitēdo. Contra illud. Ne innitaris prudētie tue. Prouer. iij. Et a ſiniſtris imprudētie ⁊ ſtoliditatis. Uir ſapiēs. i. prudēs fortis. Prouer. xxiiij. Uiriliter age a dextris nimie audacie et a ſiniſtris indebite timiditatis. Prouerb. xxxj. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius. ſ. anime virtuoſe. Tūc decora eſt fortitudo ſeu aīam decorat: cum nec precipitanter ſe quis ingerit ad pericula: nec timiditate ab eis cum oportet retrahitur. Et qꝛ in bellando homo laborat. ne ex ipſa fatigatione deficiat. ponitur tertia regula que reparat debilitationē cum ſubdiſ. Cōfortetur cor tuum. apoſtolus ad Epheſi. iij. Cōfortamini in dño ⁊ in potentia virtutis eius. Cōfortari in dño eſt ex his que ſunt dñi: vt in verbis eius. Sicut enim cibus corporalis ↄfortat corpus ⁊ corroborat. ita ⁊ panis doctrine ſpiritualis. Act. ix. de Saulo ↄuerſo dicitur accipiens cibum ↄfortatus eſt. Sacramētoꝝ frequētatio cōfortat ⁊ roborat precipue eucharīſtie. Unde eccl'ia in collecta dicit de eucharīſtia. Sit fortitudo fragilium: ſit ↄtra oīa mundi pericula firmamētum. Cōfortatur cor vino ſpūalis leticie. qꝛ vt dicitur. ij. Eſdre. viij. Oēm mentem facit ſecuram vinum: nec aliquid timet. Ita inquit beatus Antonius in vitaſpatrum. Nil ita facit mētem fortem ad oīa aduerſa intentamēta: ſicut leticia ſpūalis. Manus chriſti cōfortat infirmum cor. vnde ⁊ dicitur cordiale. hec autez eſt meditatio paſſionis chriſti. In eius figuraz Helyas ambulauit in fortitudine ſubcinericij panis eſt. ſignātis chriſti paſſionē: vſqz ad mōtem dei ſuperne patrie. iij. Reguz. xix. Sed nō ſufficit bene inchoaſſe ⁊ bene ad tempus proſequi. niſi ad finem vite conuerſatio ſancta teneatur. Et ideo ponitur quarta regula ad vidēduz

bona dñi in terra viuētium. pro quo cõſequendo hec regula datur. ſ. Suſtine dnm. nõ ſolum ſuſcipe per grãm ſed ſuſtine. vt ſi te grauet vel grauis videaſ in cõtinuando labores ꝛ aduerſa: nõ deponas eum grãm pdendo. Nunq̃ ab hoie recedit dñs cuz gratia ſua: niſi quis repellat eum a ſe. Unde dicitur. Qui aũt ſuſtinuerit vſq̃ in finem: hic ſaluus erit. Ueh his qui perdiderũt ſuſtinētiam diciſ Eccĩ. ij. ideſt pſeuerãtiam. Hinc ꝛ be. Aug. de pe. diſt. iij. Inanis eſt penitētia quam ſequēs vita cõmaculat. i. carēs fructu vite eterne: ſi nõ reuertatur ad deuz. Et ſequitur. Eſto in patiētia fortiter ꝯfirmatus. vt tam bona quaz cepiſti tenere nõ deſeras: bonũ propoſitum conſerua iugiter. Hec bea. Augu.

¶ Tentationes inſurgunt hominibus a diuerſis. Capitulum tertium.

Uia ad fortitudinē put eſt virtus generalis ptinet bellare ꝯtra vitia ꝛ tentationes quaſlibet vincere: omittendo de fortitudine put eſt virtus ſpecialis. q: multa dicta ſunt de ea ꝛ partibus eius in materia de ỽtutibus in iſta eadem parte ti. ij. ſolum agemus hic de tētationibus que vincunſ donis ꝛ gratia ſpiritusſancti. Et lʒ in pma parte in ti. de cauſis peccatoꝝ multa dicta ſint de tentationibus. hic tñ per alium modum. Et ad hoc põt induci illud. ps. xvij. Precinxiſti me virtute ad bellũ. ꝛ ſupplantaſti inſurgētes in me ſubtus me. precinxiſti. i. preparaſti adaptaſti reſtringēdo lumbos cordis abſtinentia ꝛ caſtitate. ꝛ veſtimenta temporalium rerum ad neceſſitatem ſtringēdo: nõ ad latitudinem ꝛ ſupfluitatem: precinxiſti. ſ. tu dñe a quo omne datum optimum ꝛ omne donum pfectuz. virtute. i. fortitudine interiori inducēte me ad talem reſtrictionem. Ad bellum ſpũale tentationũ. Omnis enim qui in agone ꝯtendit inquit apoſtolus. j. ad Cor. ix. ab omnibus ſe abſtinet. ſ. impedientibus virtutem eius contra hoſtes. Et ſupplãtaſti inſurgētes in me ſubtus me. eos ſuperãdo. Iſti aũt inſurgentes contra nos in bello tentationum ſunt.

tētationes ſũt vj.

¶ Homo malus.
¶ Mundus vanus.
¶ Exterior ſenſus.
¶ Carnalis appetitus.
¶ Diabolus varius.
¶ Peſſimus antichriſtus.

¶ Sumimus autem hic tentationem put cõmuniter ſumiſ pro quadam. ſ. inſtigatione ſeu impulſione alicuius ad peccatum vel ad nocēdum vt dimittamus de tētatione qua tētat deus hominē vel magiſter diſcipulum vel homo deum ſicut Chriſtus Philippum Joã. vj. vel homo deum. vt illi iſraelite qui tētauerunt deum in cordibus ſuis. in ps. Contra qḋ dicitur Deut. vj. ꝛ Matth. iiij. Non tētabis dnm deuz tuum ꝛ de hac de qua loquimur tētatione incitationis ad malum loquitur ſaluator cum docuit nos dicere in oratione dñica. Et ne nos inducas in tētationem. Matth. vj. Ubi non petitur vt non tētemur: q: meritũ perderemus ꝛ coronam: ſed vt non ſuccũbamus ꝛ vincamur a tentatione. Ad qḋ maxime iuuat. ſ. ad victoriam tētationum oratio. Unde ipſe dñs Joannes ait diſcipulis Matth. xxvj. Uigilate. ſ. reſiſtendo. ꝛ orate ne intretis in tētationem. ſ. vt inueniamini ab ea. ¶ Tentat igiſ homo malus cuz quis ſuo verbo vel facto querit alium decipere inducendo ad peccatuz vel nocumētum. Et ſic diſcipuli phariſeoꝝ cum herodianis tentauerunt chriſtum. vt caperent eum in ſermone vt poſſent calũnioſe accuſare eum ex aliquo verbo incaute dicto. vnde ꝛ Chriſtus eis interrogantibus tentatiue de cenſu dando vel negando ceſari. Reſpondit. Quid me tentatis hypocrite? Matth. xxij. Sicq̃ in ſua tentatione preualere non potuerunt. Similiter fecerunt cum adduxerũt adulteram ante eum. Joã. viij. ꝛ in pluribus alijs vitijs. ſed ſemper confuſi remãſerunt ꝛ ſupplantauit deus inſurgētes in eum Fili accedens ad ſeruitutem dei. Eccleſia. ij. ca. Sta in iuſtitia ꝛ timore ꝛ prepara animam tuam ad tētationem. Cuʒ enim quis ſe reperit in aliqua ſocietate in ſeruitio dei vel in ſeculo diſponit virtuoſe viuere. vnde ꝛ deo ſeruire. multi etiam aliquando ſub ſpecie boni reperiũtur tētatores. ij. Corinth. xj. periculum in falſis fratribus. ꝛ Ezech. ij. dicitur. increduli ꝛ ſubuerſores ſunt tecũ ꝛ cum ſcorpionibus habitas. ſcorpio palpat ꝛ cauda pingit venenum infundit. Augu. Si fratri tuo male perſuades hunc occidis. de pe. di. j. noli. ¶ Tentat nos mũdus vanus inſurgens contra nos ſuis vanitatibus vt bonis nos amabilibus alliciens vt ei inhereamus. Sap. xiiij. creature facte ſunt in odium ꝛ tētationem ꝛ muſcipulam pedibus inſipientium. Sicut enim in muſcipula ponitur lardum circa quod eſt laqueus capiēs. ꝛ dum mus tractus appetitu lardi dum capit capitur. vnde occiditur. Similiter piſcis hamo adeſcato trahitur. ꝛ auis laqueo. ita inſipientes ideſt peccatores qui non habent guſtum nec veram noticiã de vltimo fine attendentes dulcedinem in cibis: pulchritudinem in feminis: vtilitatem in pecunijs: non aduertunt quomodo illa querãtur. Sed inordinate affecti dum ea aſſumunt: indebite incurrunt laqueuz peccati: ꝛ damnationis eterne. Unde ꝛ beatus Anto. vidit totuz mundum plenum laqueis ſibiinuicem anne

oro vilet ad vincendũ tētationes

xis: ⁊ cum clamaſſet quis iſtos euadet. Audiuit humilitas beatus Auguſti. in ſermone. Duplicem contra nos mundus aciem mittit: ſcilicet ad bellandum. contra nos ⁊ tentandum: demulcet proſperis: deterret aduerſis. Non te terreat aliena crudelitas: nō te vincat propria voluptas. ⁊ victus eſt mundus. Eccleſia. xxvij. Uaſa figuli probat fornax. ⁊ viros iuſtos tentatio tribulationis. Et iterum: non laudes virum. Hec enim tentatio hominum: ſcilicet incitans eos ad elationem. ¶ Tentat tertio exterior: ſcilicet ſenſus inſurgēs contra nos. Can. primo. Filij matris mee pugnauerunt contra me. Mater prima hominum eſt ſenſualitas. qua quilibet primo regitur ⁊ nutrit ante vſuz rationis. Iſti ſenſus exteriores multipliciter pugnant contra nos ſua curioſitate. Nam vt dicitur Eccleſiaſtes primo. Non ſatiatur oculus viſu: nec auris auditu. ⁊ ſic alij ſenſus curioſi ſūt circa ſua oblecta ⁊ inſatiabiles. ſ; niſi quis pugnet viriliter refrenando cito interficiunt animam. Hieremie. ix. mors ſcilicet peccati introiuit per feneſtras noſtras: ſcilicet ſenſuum. ingreſſa eſt domos noſtras: ſcilicet conſcientiarū. ſed fidelis deus qui non permittet vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum. Nam ſi oporteat quemlibet vti ſenſibus: inordinate delectatiōes ſuas querere non tamen iuuat precipue cum quis intendit mortificationi eorum. In cuius figuraz Joſue quinq; reges qui bellum inierunt contra iſraelitas idest fideles eos deuicit: ⁊ crucibus affixit. Qui ſm Origenem ſignificant ſenſus quinq; exteriores quos bellantes ꝯtra nos veri fideles Jeſu mandato cruci mortificationis affligunt ſm illud apoſtoli Galath. v. Qui ſunt chriſti carnem ſuam cum vitijs ⁊ concupiſcentijs crucifixerunt vt terram promiſſionis obtineaut. ¶ Tentat quarto carnalis concupiſcentia. interioribus paſſionibus concupiſcibilis: iraſcibilis: amore: deſiderio: delectatione: odio: abominatiōe: triſtitia: audacia: ſpe: timore: deſperatiōe: ira. Unde Jacobus. Unuſqſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus. Unde Gregor. de peni. diſtinctio. ij. inter hec ſciēdum. Aliud eſt quod de tentatione carnis animus patitur aliud cum per conſenſum delectationis obligatur plerūq; enim cogitatione praua animus pulſatur. ſed renititur. plerūq; peruerſum quod concipit intra ſemetipſum etiam per deſiderium voluit. Hinc ⁊ predicator egregius ait. Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Humana quippe eſt tentatio qua plerūq; turpi cogitatione tangimur: etiaz nolentes. quia vt nōnunq; illicita ad animum veniunt. Hoc vtiq; in nobiſmetipſis ex humanitatis corruptibilis pōdere habemus. Jam vero demoniaca eſt ⁊ non humana tentatio. cum ad hoc q̄ carnis corruptibilitas ſuggerit per conſenſum ſe animus aſtrīgit. Hec ille. Hec caro ſenſualitas ſiue cōcupiſcentia carnis que concupiſcit aduerſus ſpiritum. eſt illa Eua figuratiue que viro ade: idest ſpiritui ſeu rationi ſuadet edere lignum vetitum: vt ſenſualis cum ea delectetur in malo. Sed audienda non eſt: quia ad mortem inducere querit: ⁊ a paradiſo excludere. Sed arguenda dicendo diſſenſu quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es.

Quib⁹ aſſilaſ ſenſualitas ſiue cōcupiſcentia

Job ſecundo capitu. Hec eſt illa egyptiaca mulier que pulchrum anima ⁊ corpore ac prudentem adoleſcentem Joſeph: frequenter ſtimulat ad oblectandum ſecum. ſed relicto pallio ſecularis conuerſationis non attendenda: ſed fugienda eſt. Geneſis. xxxix. Hec eſt thamar. que depōſita veſte lugubri ſcilicet penitētie ⁊ compunctionis: induta teriſtro apparentis boni ſedet in biuio quieſcens in vanitate ⁊ voluptate vt mulier ornata in habitu meretricio ad capiendas animas Judam qui interpretatur cōfitens: idest virum ſeu ſpiritum deo confitētem. fide penitentia ꝑconijs inducit ad illegitimuz actum. Gene. xxxviij. Sicut ⁊ Berſabee Dauid deo deuotum. Hec eſt Jahel que ſyſaram: idest ſpiritum fugientem de prelio tentationū inuitat ad quieſcendum in tabernaculo: idest ad curam carnis habendam in concupiſcentia. ⁊ oblato vtre lactis: idest delectationis carnalis dormientem ab actu rationis occidit. Judicum quarto. Hec eſt illa dalida que interpretatur ſitula: que Sanſonem fortiſſimum: qui eius importunis inueſtigationibus acquieuit reuelando ſecreta. ⁊ in gremio eius dormiuit: idest nimis curam eius habens crine virtutuz ſpoliauit. ⁊ Philiſteis idest demonibus excecandum: illudenduz tradidit. ⁊ ideo aſpere increpanda. Judicum. xvj. Nec etiaz ſatiat: quia ſitula eſt. ſ; duas filias habet ſanguiſugas. que ſemꝑ dicūt affer. affer. Prouer. xxx. idest auaritiam ⁊ luxuriam. In ſicco autez diete ſeu abſtinentie tenenda eſt vt moriatur. Hec eſt herodias copulata herodi. i. diabolo inceſtuoſo: que pro ſaltatione filie ſue: ſcil; imaginationis vel delectatiōis carnalis grata mūdanis facit amputare caput Joā. baptiſte. qui interpretat̃ gr̄a quaz facit amittere. Marci. vj. Hec eſt deniq; ancilla oſtiaria: que ſi cuſtodiaz habeat ſenſuū. facit Petrum. i. ſpūm xp̄m negare factis. Joā. xviij. Eſt ergo caro nō delitijs fouēda ne vigor ſue tentationis accreſcat: ſed caſtigāda exēplo apoſtoli. Caſtigo corpus meum ⁊ in ſeruituteʒ redigo. j. Cor. ix. Sic Sara dn̄a Agar ancillam ſibi rebellantem verberibus ſubijciebat: ⁊ ſu

glenti ab ea ab angelo dictum eſt ei vt reuerte
retur ꝛ dñe ſue ſubijceretur. Geñ. xvj. Qui deli
cate pauerit ſeruum. i. corpus in fine ſentiet eũ
contumacem. Prouerb. xxix. Sicut ſiba ſuus
miphiboſeth ꝯtempſit dñm ſuum ꝛ impedi/
uit ne ſequeretur dauid. ij. Reg. xix. q: nimiũ
Fabula ſed moralitate notabili — dominiuꝫ ſibi permiſerit in rebus ſuis. ℂ Fa
buloſe narrat Eſopus ſed moralitate notabili:
ꝙ cum quidam ruſticus per deſertuꝫ tranſiret
inuenit ſerpentem frigore afflictum iacentem
in terra quaſi mortuum. Cui compatiens col/
legit ꝛ in ſinum ſuum poſuit ꝛ calefecit: qui re
ſumptis viribus intoxicauit eum. Cũq; ille ar
gueret eum de ingratitudine: q: quaſi mortuũ
fouerat. Reſpondit. Tu ſcis ꝙ natura mea eſt
ꝙ non noceam niſi calefactus: ꝛ cum incalue/
ro venenum neceſſe eſt effundere. Nõ ergo in/
culpes me ſi proprietatem nature mee ſeruaui
ſꝫ tibi imputa qui me calefeciſti ꝛ fouiſti. Sic
ꝛ caro cum ꝛ delicate fouetur venenum cõcu/
piſcentie qḋ in ſe habet effundit. Et iḋ ait apo/
ſtolus ad Ro. xij. Exhibeatis corpa veſtra ho/
ſtiam viuentem ſanctam deo placẽtem. hoſtiaꝫ
dicit in qua animal mactatur: q: corpus ſenſu
alitati animali mactanda eſt. Uiua tamẽ rema
net vt ſcꝫ ita mortificetur caro ꝙ exercere vale
at que ſibi incumbunt agenda. Ego dñs inqt
odio habens rapinam in holocauſtum quod
fit dum indiſcrete corpus maceratur vigilijs:
abſtinentijs ꝛ hmõi. vt dicit Hiero. de conſe.
di. v. non mediocriter. ℂ Quintum tẽtans eſt
diabolus. ꝛ iſte ſuper omnes tentat ꝛ decipere
querit. ꝛ hoc eſt eius officium. vnde ꝛ antono/
matice dicitur tentator. Matth. iiij. Accedẽs
tentator dixit. Loquitur autẽ vl ſenſibiliter in
forma humana quam aliquãdo aſſumit: vt cõ/
muniter dicitur quãdo chriſtum tentauit: vel
inſenſibiliter diuerſis modis mala menti ſug/
gerendo. Unde Johã. papa. xvj. q. ij. viſis. ait.
Uerſutus hoſtis mille nocendi habet modos:
nec ignoramus aſtutiam eius. Conatur enĩꝫ a
principio ruine ſue vnitatem eccleſie reſcinde
re ſcꝫ per errores charitatem vulnerare. quod
fit per quodlibet mortale ſanctoꝝ operum dul
cedinem inuidie felle inficere: ꝛ omnibus mo
dis quibus põt genus humanuꝫ euertere ꝛ ꝑ/
turbare. Dolet enim ſatis ꝛ erubeſcit charitatẽ
quam in celo nequiuit habere homines ꝯſtan/
tes ex lutea materia in terra tenere. Unde opꝫ
quãtum fragilitati noſtre ꝯceditur: vt omnes
aditus nocendi verſutie eius muniamus ne
mors ſcꝫ peccati ĩgrediatur per feneſtras no
ſtras ideſt potentias. Hec omnia ibi. ℂ Narra
tur in lib. de ſeptem donis. ꝙ magiſter Jorda
nus ordinis predicatoruꝫ ſanctus homo cum
quẽdam obſeſſuꝫ a demone ſibi preſentatũ ad

iuraret: vt demon diceret ei nomen ſuum. Re
ſpondit ꝙ mille artifex vocaretur: quia mille
modos ꝛ artes habebat ad decipiẽdum homi
nes. Et vt ſcias ꝙ veritatem dico. Ego ſuꝫ qui
decipio magnos theologos ꝛ decretiſtas ꝛ le/
giſtas: ꝛ phiſicos: barones: milites: prepoſi/
tos: mercatores ꝛ alios. ꝛ cepit ſinguloꝝ ver/
ba geſtus ꝛ modos ꝛ officia pſentare vſq; ad
domicellas dñarum que ſeruiunt eis in came/
ris eaꝝ blandiẽdo eis adulando ꝛ molliter lo/
quendo. puta vt diceret. Theologos tento ꝛ de
cipio. vt ſcientifice ꝛ ſubtilia ꝓdicent: vt videã
tur acuti nõ vt populorum ſalutẽ querãt. Que
runt eſſe magiſtri cum non adhuc ſint diſcipu/
li: predicationes ſibi procurant. vñ plus pecu/
nie vel glorie hauriant. Celebrare frequenter
erubeſcere facio. retineo eos a ꝯfeſſione vt ma
gis boni habeant occultatis eoꝝ nequitijs. Re
fectiones pingues ſibi ꝓcurare ſuadeo. vt ſint
fortes ad predicandũ: ad acqrendas ꝛ augen/
das pecunias inſtigo: ſub pretextu libroꝝ emẽ
dorum pro ſtudio ꝛ neceſſarijs prouidẽdis pã
nos ſeu cappas ſumptuoſas eos habere ſugge
ro vt ſint in reuerentia apud magnates ꝛ popu
los. Uiſitare moniales vel viduas ſub pretextu
pietatis admoneo frequenter vt demũ non ſo/
lum ad amorem ſed ad cõmixtionẽ adducam.
Jn audientia ꝯfeſſionum principũ ꝛ diuitum
admitto: vt bonum ſoꝝ eis faciant ne diſplice/
ant: ꝛ ſic vterq; in foueã cadant. Queſtiones ꝛ
opiniones nouas inutiles ꝛ populi ſcãdalizati
uas inter ipſos magiſtros inuenire laboro: vt
ſibi inuicem mordeant ꝛ inuideãt. ꝛ vt ſcriptu
ras ſacras vt ſimplices litteras dimittãt: ꝛ phi
ſica ꝛ poetica vt magis audita in mediũ addu
cant allicio. ꝛ ſic diſcurrere per alia exercitia.
Sed ſupplantaſti ait propheta. inſurgentes in
me. i. demones ſubtus me dando mihi fortitu
dinem ad vincendũ. ℂ Hic diabolus tentator
eſt ille obſtinatiſſimus Pharao. qui iſraelitas — Diabolus tentator quibus aſſimilatur.
ideſt fideles egredi affectantes de ſeruitute eiꝰ
tyrãnica magis grauat in operibus luti lateris
ꝛ palearum. tentationibus ſcꝫ concupiſcentie
auaritie ꝛ leuis ſuperbie. Sed dei virtute egreſ
ſos in manu forti. adhuc perſequens in mari
penitentie ſubmerſus eſt. Exo. xiiij. Hic tenta/
tor eſt Nabuchodonoſor potentiſſimus q; for/
nacem malitie incendere fecit per ſuos mini/
ſtros demones ſeptẽpliciter ideſt per ſeptem vitia
capitalia. ꝛ ad incedendum ponens naptã ma
larum cogitationum: ſtupam prauarum locuti
onum aliorum picem fetentem malorum exẽ/
plorum in opere aliorum: malleolos excuſatio
num vel tribulationũ. Sed in hanc miſſi tres
pueri ideſt omnes in tribus virtutibus puros
rore celeſtis gratie ignis non leſit. Daniel. iij.

Hic eſt

Hic eſt ille callidiſſimus herodes qui non patiens chꝛiſtum regnaturum: multos pueros in bethleem occidit. que interpꝛetatur domus panis. i. in eccleſia. vt xp̄m occidat ne ſibi auferat regnum. Sed lȝ corpoꝛa ſanctoꝛum multipliciter afflixerit vſqȝ ad moꝛtem. xp̄m tamē. i. gratiam eius extinguere non valuit Matth. ij. Sȝ grauiſſime dei iudicio punitus eſt. De calliditate eius ſeu malicia. dicitur Gen̄. iij. Serpens callidioꝛ erat cunctis animantibus terre. Et tñ ſubditur. Ipſa mulier. i. ratio ɔteret caput tuū. Caput draconis eſt initium tentationis. qđ cuȝ conteritur reſiſtendo ⁊ ipſe diabolus fugatur Iac̄. iiij. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis. beatus Amb. in libꝛo de paradiſo. Nemo noſtrum tenetur ad culpam: niſi pꝛopꝛia voluntate deflexerit: voluntarium ſibi militem elegit xp̄s: voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionaꝶ. xv. q. j. non eſt. De poteſtate eius dicitꝛ Job. xlj. Non eſt poteſtas ſimilis ei ſuper terraȝ. Et de obſtinatione eius dicitur. Coꝛ eius indurabitꝛ quaſi lapis. Ad bellandum ⁊ eum vincendum xp̄s hoꝛtatur ſuo exemplo. Unde apoſtolus ad Hebꝛe. v. Non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris tentatum per omnia pꝛo ſimilitudine abſqȝ peccato. In quo enim paſſus eſt ipſe ⁊ tentatus: potens eſt ⁊ his qui tentantur auxiliari. Docuit ⁊ modum reſiſtendi.

Secundum autē .§. i.

quatuoꝛ ſtatus hoīum ſic quadrupliciter tētat. de quibus in p̄s. Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconeȝ. Aſpis eſt quoad peccātes. Baſiliſcus quoad pficientes. Leo quoad permanētes. Draco quoad pꝛeſidentes. Sed qui habitat. i. cōtinue mane in cōfidentia diuini adiutoꝛij: ambulat ⁊ cōculcat cōterens ſathan ſub pedibꝰ ſuis. ¶ Eſt ergo aſpis diabolus quoad peccātes. poſtquā enim ad peccatum induxit malignus. ipſe conatur ⁊ inſtigat hoīem ad permanendū in eo ⁊ non audiendum vocem incantātis. ſ. remoꝛdentis conſcientie vel ſcripture diuine talia arguentis vel pꝛedicatoꝛis. Sed diuerſas excuſationes ſuggerit vel longitudinem vite. vnde adhuc habeat tempus penitendi ⁊ benefaciendi. In cuius figuram dicitur Geneſ. xxxiiij. ꝙ Sichen poſtquam violauit Dinam filiam Jacob triſtem effectam. blandicijs deliniuit vt ſecum permaneret. Sic diabolus animam virginem et innocentem vitijs varijs: eius integritatem auferens cum conſcientia remoꝛdēs eā contriſtat: quia omnis malus impletur penitudine. inquit ph̄s in lib. Ethic̄. diabolus ei blanditur vt non recedat ab eo. vel q: multi alij faciunt ſimilia ſm̄ illud Eccli. xxxij. Peccatoꝛ vitabit coꝛreptionem. ⁊ iuxta voluntatem ſuā inueniet comparationem. i. ſimileȝ ei in malis. Sȝ vt dicit beatus Augu. non propterea minus ardebunt q: cum multis ardebunt mali homines ij. q. j. multi. Uel q: dei miſericoꝛdia eſt magna ad parcendum peccatis. Sed dicitur Eccli. v. Ne dicas miſericoꝛdia dei magna eſt peccatoꝛum meoꝛum miſerebitur. Adijcit enim exempla ſanctoꝛum magnoꝛuȝ qui ⁊ ipſi lapſi ſunt. ſed aliqui etiam non redierunt ad gratiā. Uel quia penitebit in futurum: ſicut multi fecerūt. ⁊ ſic promittit ſibi vitam longam. Cum tamen dicatur Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dn̄m: neqȝ differas de die in diem. Subito enīȝ tibi veniet ira eius: ⁊ in nouiſſimo diſperdet te. Per iſtas igitur ſuggeſtiones ⁊ ſimiles quibus conatur peccantem detinere in malo. dicitur diabolus aſpis: quia facit peccatoꝛem ſimileȝ aſpidi que dicitur ſurda. q: dum incantaꝶ in vnaȝ aurem ponit caudam ne audiat incantantem ſuadens. ſ. longam vitam. aliā figit in terraȝ. ſ. ad occupatiōes terrenas ita imerſus vt nīl cogitet de ſalute: vl̄ ſe terrenis excuſationibꝰ palpando vt dictum eſt. Sed non declines coꝛ meum (ait p̄s.) in verbā malicie. i. non permittas me declinare: ad excuſandas excuſationes in peccatis. q: augetur inde peccatū. Uel etiaȝ ſic ſuggerit excuſationem ſub occaſione neceſſitatis vite quaſi non poſſit aliter viuere: ſi reſtitueret vel dimitteret artem illicitā. Et ſic videꝶ ſibi ꝙ deus habeat eum excuſatum cum velit vt viuat. Unde ⁊ diabolus vt aſpis ſe habuit in tentatione xp̄i cum ait. Si filius dei es dic vt lapides iſti panes fiant. Matth. iiij. perſuadens ei vitiuȝ gule ſub pꝛetextu neceſſitatis. Et ſic ſuadet peccatoꝛi: vt q: filius dei eſt per creationeȝ ⁊ adoptioneȝ gratie baptiſmalis. lapides. ideſt duras ſnīas ſcripturarum que mandant reſtōnes fiendas vſqȝ ad mendicitateȝ ⁊ peccata oīa dimittenda. ɔuertat in panes molles mēte opinando ſcripturas mitius īterpꝛetādas. ¶ Secundo diabolus eſt vt baſiliſcus tentando quoad pꝛoficientes in bono. Dicit beatus Bernardus ſuper p̄s. Qui habitat. ⁊ ſuper dictum. v̄. ꝙ baſiliſcus ſignificat vanam gloriam ⁊ inuidentiam. Et ſecundū cōmuniter procedit a pꝛimo. Nam ex hoc ꝙ aliquis eſt auidus glorie temporalis: cum videt aliquem queȝ ex aliqua ſua virtute eſtimat magis ſe laudari inuidet ei. Circa iſta tentat diabolus pꝛoficientes in virtutibus: vt querāt. ſ. ab hominibus laudari. Unde Sene. Nulla eſt tam excelſa virtus que dulcedine gloꝛie non tangatur. Unde bea. Bern̄. vbi ſupꝛa. Baſiliſcus vana glīa eſt. Uidete (ait chꝛiſtus) ne iuſtitiam veſtram faciatis coꝛam

Proſicientes tētat ſic

hominibus vt videamini ab eis. ac ſi dicat. Ca
uete oculos baſiliſci. Nocet enim baſiliſcus ei
qui prius videtur a baſiliſco ꝗ̄ ipſe videat ba
ſiliſcum: ⁊ tunc ſolo aſpectu ſuo baſiliſcus vene
no inficit ⁊ occidit. Sed ſi homo prius videt
eum: ipſe baſiliſcus moritur. Videtur ergo quis
primo a baſiliſco: cum oculus intentionis ſue
mouetur in bonis operibus ob vanā gloriam:
vt. ſ. laudetur ab hoībus ex eis. ⁊ tunc ſpiritua
liter occiditur. q: mortuum eſt opus illud. Sz
tunc primo videt ipſe baſiliſcum cuꝫ ſibi cauet
ab intētione glorie temporalis. ⁊ ſic occiditur
baſiliſcus. i. tale vitium. Qḋ tali vitio tētet dia
bolus proficiētes. habes figurā in Loth Geñ.
xix. cui ſue filie ſignificant (vt exponit Orige
nes) ſuperbiam ⁊ vanā gloriam. inebriauerūt
in monte. ſ. virtutum: ⁊ cognite ſunt ab eo. exē
pla habes plura in Dauid faciente populuꝫ di
numerare. ij. Reg. vlti. vbi etiam ponit̄ ſathā
eum cōmouiſſe ad hoc. Dicit etiam bea. Ber
nardus vbi. ſ. ꝙ baſiliſcus ſignificat inuidiaꝫ.
Sic ei ait Baſiliſcus venenum gerit in oculo.
Noſſe cupis oculum venenatū nequā oculum
faſcinantem inuidiā cogitato. Quid enī eſt in
uidere: niſi malum in alio videre. hoc enim cu
pit inuidus. Si non fuiſſet ille baſiliſcus. ſ. ſer
pens antiquus inuidia eius mors non introiſ
ſet in orbeꝫ terrarū. Sed veh miſero homini q
baſiliſcum inuidum primo nō vidit. ſed viſus
ab eo occiſus eſt. Quod ſpūales tentētur: de h
habes exemplum in maria ſorore Aarō Num.
xij. ⁊ alia exempla in collatione ⁊ in vitaſpſm.
Tentauit baſiliſcus iſte xp̄m de vana gloria cū
ait Math. iiij. Mitte te deorſum: vt. ſ. gloria
Diabolus per manentibus ē leo ⁊ q̄re. retur ex laude hominum inde ſibi ſecuta non leſo
Leo dicitur diabolus quoad permanentes in
bono diuerſis afflictionibus. j. Pet. v. Aduer
ſarius veſter diabolus tanquā leo rugiens cir
cuit querens quem deuoret. Rugitu clamat p
terrores ⁊ cōminationes. Vnguibus dilaniat
per diuerſa flagella. dentibus dilacerat p mor
tis tormenta. Sic apoſtolos in bono permanē
tes ⁊ predicantes Jeſum cōminati ſunt princi
pes ſacerdotuꝫ ne amplius in nomine eius lo
querentur. Sed propter minas non deſtiterūt
quin predicarent Actuū. iiij. Quaſi vnguibus
leo iſte dilacerauit Job. dum egreſſus ſathan a
facie domini ope ſuo diuitias ei abſtulit: igneꝫ
de celo ſuper oues mittendo: ⁊ ſabeos ⁊ chal
deos ad auferenduꝫ boues ⁊ aſinas ⁊ camelos
inducendo: ventum concitādo in aere: quo di
rutum edificium domus filios ⁊ filias opprime
ret. Demum percutiendo corpus vlcere peſſi
mo: vt eum ad impatientiam induceret et ad
blaſphemiam concitaret. Sed in omnibꝰ illis
non peccauit Job. c. j. Sicut ⁊ apoſtolus Pau
lus ait de ſeipſo. ij. Corin. ij. Datus eſt mihi ſti
mulus carnis mee angelus ſathane qui me co
laphizet. quem ſtimulum bea. Aug. ⁊ Remigi
us dicunt fuiſſe infirmitatem corporis capitis:
vel illionem ſm aliquos. Secundum aūt Gre
go. in moral. ⁊ Bedam: tentationem carnaleꝫ.
Sed quodcunqꝫ eſſet: diabolus per hoc tenta
bat inſtigando ad malum vel retrahere curan
do a bono per tedium. Vnde ⁊ ipſe dicit alibi.
Grauati ſumus ſupra modum. ita vt nos tede
ret viuere. Sic ⁊ beatum Antonium proficien
tem in magno feruore verberibus ſenſibiliter
affecerunt. Quaſi dentibus leo iſte deuorauit
cum inſtigauit tyrannos ad occidendum ſan
ctos: vt exēplo eorū alios terreret ⁊ a fide auer
teret propter mortem crudeliſſimam eorū que
de ſe eſt vltimum terribilium ſm phm. Sꝫ con
culcant ſancti Leonem iſtum contēnendo vitā
iſtam: ⁊ mortem libenter ſuſtinendo in dei adi
utorio: ſcuto fidei protecti. Ita ait ipſe Petrus
v. c. Leoni reſiſtite fortes in fide. Siſr Paulus
ad Hebreos. xj. ſancti fortes facti ſunt in bello
per fidem: obturauerunt ora leonum: extinxe
runt impetum ignis: effugarunt aciem gladij.
Alij diſtenti ſunt non recipiētes redemptionē.
ideſt euaſionem mortis. Alij ludibria ⁊ verbe
ra experti. inſuper ⁊ vincula ⁊ carceres lapida
ti ſunt. ſecti ſunt. tentati ſunt. Dicit Bernar. ſu
per. Qui habitat: in dicto. ꝟ. ꝙ nō defuit chri
ſto iſta tentatio. Vnde ⁊ Lucas dicit. ca. iiij. ꝙ
conſummata omni tentatione. ſcilicet trina in
deſerto: diabolus receſſit ab eo vſqꝫ ad tēpus.
ſcilicet paſſionis. Nam tunc iterum acceſſit vt
leo rugiens vocibus dicentium. Crucifige. et
rapiens manibus gētilium crucifigentiū. Vn
de dicit̄ in ps. xxj. Salua me ex ore leonis. Sꝫ
vicit leo de tribu iuda. Nam vt ipſe ait Joan.
xiiij. Venit princeps mūdi huius: ⁊ in me nō
habet quicquam. quia patienter et conſtanter
omnia aduerſa: contumelias: flagella: irriſio Preſidentes tētat ſic
nes ⁊ ignominiaꝫ crucis tulit. ¶ Demū quar
to diabolus vt draco accedit ad preſidentes.
Draco dicitur per aera volitare ⁊ in arena ab
ſconſus ſuo ſibilo ſeu flatu venenoſo aues de
ſuper volantes inficit ⁊ occidit. Dicit Beatus
Bernar. Draconem eſſe cupiditatem vel iracū
diam. Hec vtiqꝫ latitans in terrenis inficit etiā
celeſtia. ideſt ſacramenta ſpiritualia per ſymo
nias vel per munera. His ſcilicet auaritia ⁊ ira
cundia draco infernalis preſidentes vexat et
multos occidit. Et de auaritia clarum eſt. quia
a ſacerdote vſqꝫ ad leuitam a maiori ſcilicet re
ctore vſqꝫ ad minores: omnes auaricie ſtudent
ait Hieremi. non curantes de ſalute ouium. ſꝫ
lana ⁊ lacte. ⁊ quia multa referūtur mala recto
ribus: ⁊ non ab omnibus obeditur. hinc exur

gunt motus ire. ſed vt dicit Grego. xi. q. iij. ca. Illa reſtringenda eſt ſub ratione poteſtas. nec quid agendum priuſquam concitata mens ad tranquillitatem redeat. Nam cõmotionis ſue tempore iuſtum putat omne quod fecerit. Temptauit draco chriſtum de auaritia cũ ait. Mat. iiij. Hec omnia tibi dabo ſi cadens in terram adoraueris me. Eſt enim auaritia idolorum ſeruitus ſm apoſtolum. His quatuor beſtijs correſpondent ſm bea. Bernar. vbi ſupra quatuor anime paſſiones. que ſunt principia vitiorum. Triſtitia aſpidi obſtinationis cũ triſtetur deſerere vitia. Baſiliſcus ſpei. Sperat enim conſequi laudem vane glorioſus. Leo rugiens per tribulationes timori qui de eis habetur. Draco cupiditati ſeu amori. Sꝫ ſꝫ Bernardum vbi ſupra ambulat ⁊ conculcat omnia iſta iuſtus per quatuor virtutes. Triſtitiam et obſtinationem per temperantiam. baſiliſcum inuidie ⁊ vane glorie per iuſtitiam. que reddit deo que dei ſunt. leonem timoris et tribulationis per fortitudinem. Draconem ire ⁊ auaritie per prudentiam.

¶ De decem mo- .§. ij.

dis tentationis diaboli põ. ciij. Draco iſte quẽ tu formaſti ad illudendum ei ſupple eſt in iſto mari magno: de quo. ſ. dixerat. ideſt in ſeculo. Iſte diabolus inquit Job dicitur Leuiathan. i. cete maximum piſciũ ſuper alios: ⁊ beemoth ideſt elephas maximum animalium terre draco maximum per aera diſcurrentium. Formauit ſiquidem deus hunc maximum dignitate ſuper omnes puros homies ⁊ angelos. Unde dicitur Job penulti. principium viarum domini. ideſt maximum creaturarum que dicuntur vie domini. ideſt operum ſuorum. ⁊ Ezechiel. xxviij. Tu ſignaculum ſimilitudinis dei. Formauit ſiquidem eũ quia nil de materia in eiꝰ natura poſuit ſicut in homine ⁊ alijs. ſed purã formam. ideſt ſpiritum formauit. quia plenũ formis. ideſt ſpeciebus ſeu ſimilitudinibus rerum creaturarum edidit. quas intellectui eius impreſſit. vnde dicitur Ezechi. xxviij. Cherub plenus ſapientia ⁊ perfectus decore in delitijs paradiſi dei fuiſti. Iſtam autem ſcientiam per peccatum non amiſit: ſed ex longa experientia malicie adauxit noticiam modorum ad decipiendum ſuis tentationibus. ¶ Quod autẽ tentet ⁊ de quibus tentet diabolus. ⁊ quibus modis tentat notatur. Apoc. xij. vbi dicitur de iſtius draconis forma ⁊ actione. Signum aliud apparuit in celo draco magnus ⁊ rufus habẽs capita. vij. ⁊ cornua decem ⁊ ſuper ipſa decem diademata. ⁊ poſuit ſe draco iſte ante mulierẽ quam prius viderat Joan. amictã ſole ⁊ luna ſub pedibus habentem ⁊ in capite coronã ſtellarum. xij. Hec eſt eccleſia amicta ſole iuſtitie ⁊ mundi contemptum ſignificat per lunam ſub pedibus habentem affectum cum corona. xij. ſtellarum. ideſt. xij. articulorum fidei. Peperit hec mulier maſculũ. quia de ea natus eſt chriſtus totus virilis. qui recturus omnes gentes in virga ferrea ideſt rectitudine inflexibili. ipſum ei Jeſuꝫ dedit ait apoſtolis. caput eccleſie. ſcilicet ad regendum eam. Queſiuit autẽ draco iſte deuorare eum per mortem corporalem. per Herodem in infantia. ⁊ per iudeos in virili etate eius intendens etiam deuorare animã eius. ideſt in inferno detinere per peccatum. Sed non potuit quinimo raptus eſt poſt mortem corporalem: ante thronum dei in aſcenſione. Mulier autem ipſa eccleſia eo priuata quantum ad preſentiam corporalem fugit: vitans ſcilicet in electis dei. malicias draconis tentantis. ⁊ hoc in ſolitudine. ideſt in penitentia ⁊ auſteritate: vite ⁊ ſecreto conſcientie: ⁊ ibi paſcit cibo gratie: factumqꝫ exinde (ſubditur) preliũ magnum in celo militantis eccleſie. Et michael princeps eccleſie ⁊ angeli eius preliabantur cum dracone: ⁊ draco cum eis. ⁊ angeli eiꝰ mali adiutores eius. In prelio enim iſto eccleſie. plures ſunt pro nobis in adiutoriũ angeli boni. q̃ꝫ ſint angeli mali cum dracone: ad nos decipiendum. vt in figura oſtenſũ fuit Giezi per orationem heliſei. vt habetur. iiij. Regum. vj. Et draco quidem pugnat cum Michaele ⁊ ſocijs: ⁊ ecõuerſo quãdo videlicet demones ſuggerentes diuerſa vitia in tentationibus perſuadent ad aſſenſum. Sed angeli boni pugnant pro nobis cum inſtigant ⁊ illuſtrant mentem tentati ad reſiſtendum diuerſis modis. Demũ dicitur ꝙ draco ſuperatus angelis bonis. quo ſcilicet ad electos proiectus eſt in terram ⁊ deuictus ⁊c̃. Draco igitur ſerpens antiquus qui et ſathanas: eſt vtiqꝫ magnus potentia naturali. Nam omnis materia elementaris eſt naturaliter ſibi ſubdita ad motum localem. vnde magnas et mirabiles mutationes facere poteſt in elementis ⁊ elementatis: etiam circa corpora hominum. Ruſus dicitur malicia ⁊ auiditate nocendi: vt ſanguinolentus querit mortem hominum corporalem et ſpiritualem. Septem capita ſunt ſeptem vitia quibus mordendo in tentando mortem anime inducit. Unde et dicitur Luce ſecundo ꝙ immundus ſpiritus aſſumit ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe: ⁊ intrant in homine ſcilicet vacate a bonis. Decem autem cornua quibus ferit ſeu percutit. ſunt decem modi tentandi quibus vtitur. quinqꝫ quidem quoad ſenſus exteriores. ⁊ quinqꝫ quoad ſenſus interiores. videlicꝫ in imagina-

ſtus in memoria: in intellectu: in rōne: in appetitu ſenſuali. ¶ Quantum autem ad viſum exteriorem diabolus tentat rem videlicet que viſui obycitur faciendo apparere pulchriorez. vel inſtigando inſpiciendum rem pulchram ⁊ delectabilem: vt eam inordinate concupiſcat. Sicut inſtigauit dauid ad aſpiciēdū pulchrā berſabee. ex quo aſpectu eum ad adulteriuʒ induxit. ij. Reg. xj. Similiter vt legitur de beato Antonio. ꝙ ad heremuʒ tendenti diabolus diſcum argenteum in terra poſuit: vt eo viſo acciperet ⁊ ad ciuitatem rediret: ſaltem pauperibꝰ diſpenſandum Sed dicens beatus Antonius figmentum tuum hoc diabole eſt: ſed animum meum nunq̄ poteris reuocare. Quo dicto diſcus vt fumus euanuit. Habes etiam exempluʒ in legenda beati Andree. de illo ſancto epiſcopo deuotiſſimo. b. Andree. ad quem diabolus in ſpecie pulcherrime puelle aduenit. dicēs ſe a patre magno domino fugiſſe: q̄r contra voluntatez ſuam voluit eam nuptui tradere: cum virginitatem ſuaʒ domino dedicaſſet. vnde ad eū vt ſanctum virum dei ſeruuʒ confugerat: vt ab eo protegeretur ⁊ inſtrueretur. Et poſt multa ſedentibus ad menſam in prandio ipſa poſita ei ex oppoſito ad ſedendum diabolus inſtigans ad aſpiciendum faciem eius cōtinue magis ac magis pulchriorem apparere faciebat. vt iam epiſcopus captꝰ eſſet ad concupiſcentiaʒ eius. Se beatus Andreas in forma pegrini apparens ⁊ ad oſtium pulſans eum de periculo liberauit poſt tres queſtiones ſolutas. declarās euʒ fore diabolum ⁊c̄. Unde ⁊ glo. ſuper illud. Aduerſarius veſter diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit querens quem deuoret ait. Circuit hoſtis antiquus quem deuoret. Nā offert oculis formas illicitas ⁊ facile incitat ad voluptatem: vt viſu deſtruat caſtitatem. ¶ Quantum ad auditum tentat inſtigando ad audiendum auide ⁊ delectabiliter fabulas poetarum ⁊ ornatum verborum in ſmonibus magis q̄ vtilitatem. Contra quos apoſtolus ad Timoth. iiij. Erit tēpus cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebunt prurientes quidez auribus a veritate auditū auertent ad fabulas autez conuertentur. Unde legitur in vitaſpatrum ꝙ cum quidaʒ pater ſanctꝰ aliquos qui ad ſe venerant gratia edificatiōis animarum ſuaruʒ: de ſpūalibus admoneret in proceſſu ſermonis dormitare ceperunt. Quod ille perpendens intermiſſa locutione diuinorū dixit aliquid fabuloſum. ad quod ſubito excitati ridere ceperunt. ex quo facto oſtendit ille vir ſanctus quomodo illud erat tentatio ⁊ opus diaboli vt ad ſpūalia dormitare faceret: ⁊ ad fabuloſa auide attendere. Per ſonoras etiam voces canticorum ſeu cantionum ⁊ inſtrumentorum muſicorum tentat nimiam in his delectationem procurans. Unde glo. Aduerſarius veſter diabolus. Aures per canora tentat vt emolliat chriſtianum vigorem. ⁊ hoc etiam in canticis eccleſie ⁊ organis. Unde ⁊ beatus Auguſtinus in libro confeſſionum ait. Cuʒ accidit mihi vt me plus cantus q̄ res que cantatur delectat: idest ſenſus verborum tunc me penaliter peccare confiteor. ⁊ tunc nollem audire cantantem. ¶ Quantum ad odoratum tentat vt in huiuſmodi nimis homo delectetur. vel quod ſubtilior tentatio eſt. vt ex hoc ad ſui ſanctitatis reputationem inclinetur. Sicut legitur in vitaſfratrum de. b. iordane ſancto viro. ꝙ quodam tempore ſentiebat maximum odorez de manibus ſuis prodire. ⁊ cum ipſe miraretur. vnde hoc procederet ad altare celebrando cuʒ diceret. Lauabo inter innocentes manus meas receſſit omnis ille odor: cognouitq̄ ꝙ tentatio fuerat diaboli. vt illum odorem aſcriberet ſanctitati ſue eximie ⁊ inde ſuperbiret.

¶ Quantum ad guſtum. vt cum homo ponit ſe ad comedendum ⁊ bibendum propter ſuſtētationē in ipſa comeſtione. nō iam propter ſubuentionē corporis. ſed propter ipſam complacentiā cibi ⁊ potus in guſtu contentetur. Uel ꝓpter famē aliquid inordinatū agat. vt ieiunia debita ſoluēdo ⁊ hmōi. Sic diabolus xp̄m tentauit de gula cū ait. Si filiꝰ dei es dic vt lapides iſti panes fiāt Mat. iiij. ⁊. b. Aug. dicit in libro ↄfeſſionū. Sic me docuiſti dn̄e. vt tanq̄ ad medicamēta: ſicut ad alimēta accedā. Sed dū ad quietem ſatietatis ex indigentie moleſtia trāſeo in ipſo trāſitu inſidiaſ mihi laqueꝰ ↄcupiſcentie. Ipſi enim tranſitus voluptas eſt ⁊ non eſt aliud quo tranſeaſ et quo tranſire cogit neceſſitas. Et cū ſalus ſit cā edēdi ⁊ bibēdi: adiungit ſe tanq̄ pediſſequa piculoſa iocunditas. ⁊ plerūq̄ preire conaſ. vt eius cā fiat. qđ ſalutis cā me facere. vel dico vel volo. Hec ille ad quod facit quod dicit Job. vij. ſm aliam litterani. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram idest illud vnde viuit ⁊ ſuſtentatur. ſ. cibus ⁊ potus. Aliqñ ſpūales viros tentat de ↄtrario: vt mortificādā talē delectationē guſtus. vel tentationem carnis: ſducit diabolus ad vitiū inſenſibilitatis ⁊ indiſcretiōis: neceſſaria ſubtrahē et quodo. vnde ⁊. b. Ber. ſe accuſabat de indiſcretione propter quam incurrit frequentes infirmitates. Et in vitaſpatrum legitur ꝙ abbati Johāni cum propter nimiam abſtinentiam foret debilitatus: apparuit ei diabolus dicens. Indulge mihi abba q̄r te nimis fatigaſ feci. ¶ Quātum ad tactum vt inordinate delectetur in eo quod Eccli. xiij. Qui tetigerit picem. idest aliquod incitans ad fetorez luxurie inquinabitur: idest

Tētat p̄ viſuʒ.

Per auditum.

Guſtuʒ

Spiritu- ales tentat

Tentat tactum

maculabitur ab ea. Et ideo dicit apoſtolus. Co//
rinth.vij. Bonum eſt homini mulierem nõ tã-
gere. ſ. extra matrimonium. Malum eſt ergo
tangere. quod verum eſt: cum ſit cauſa delecta
tionis. Et cum ſemel quidam frater accuſaſſet
ſocium ſuum ꝙ tetigiſſet manum mulieris. et
ille ſe excuſaret. quia mulier ſancta eſt. Reſpõ
dit beatus Jordanus coꝛam quo fuerat ille in/
culpatus. repꝛehendendo eum. Terra bona ẽ.
⁊ aqua bona eſt. ⁊ tamen vtraqꝫ cõiuncta ſit lu/
tum quod turpe eſt. Sanctus Leo papa cum ⁊
manus oſculata fuiſſet a quadam vidua ob de
uotionem: incidit in maximam tentationem
carnis qui zelo caſtitatis accenſus manum ſcã/
dalizantem abſcidit. Sed miraculoſe ei beata
virgo Maria cui deuote ſe commendauerat
reſtituit. Et ſubtiliter diabolus aliquando deci
pit perſonas ſpirituales. pꝛecipue iuuenes.
Nam aliquando ob quandam familiaritatem
⁊ amiciciam ſpiritualem oſculatur vel ample//
xatur alter alterum. vir mulierem vel iuuenis
iuuenem: ⁊ amplectitur vel ſolaciãdo. Aliquã
do peruenitur ad contactum pudendoꝝ: qđ
raro eſt abſqꝫ moꝛtali. etiã ſi nõ ſequatur nefa/
ria cõmixtio. Cauenda igitur ſunt iſta. ⁊ in ſe//
ipſo abſqꝫ neceſſitate. ⁊ cum alio extra mꝛimo/
nium. Legitur in lib. de miraculis bea. Hiero
em// ny. qui intitulatur Cyrillo. ꝙ cum quidam iu/
um. uenis ſeculo abꝛenuncians deo ſe deuouiſſet.
audita infirmitate patris eum viſitauit. Et cuꝫ
vna dierum crura patris fricaret cum germa/
na ſua. Nam ⁊ qualitas infirmitatis tales frica
tiones exigebat de conſilio medicine. caſu con
tigit manum fratris contingere manum ſoꝛo/
ris ſue. Indeqꝫ illi tanta tentatio carnis ſecuta
eſt. ꝙ illi non repugnans non multo poſt vſqꝫ
ad inceſtum cum germana deuenerit.

¶ Tentat quoqꝫ ⁊ .§.iij.

ventilat animam coꝛnibus. v. interioꝛum ſen/
ſuum ſeu potentiarum. ¶ Et pꝛimo imagina/
tiuam. impꝛimendo imagines ⁊ ſimilitudineꝫ
diuerſoꝛum que ad vitia tendunt. Unde ⁊ be.
Auguſti. in lib. de diuinatione demonum ait.
Demones terrenoꝛum amatoꝛibus malefacta
ſuadens miris ⁊ inuiſibilibus modis per ſub
tilitatem coꝛpoꝛum ſuoꝛum coꝛpoꝛa hominuꝫ
non ſentiẽtia penetrando a ſe cogitationibus
eoꝛum per quedam imaginaria viſa ſe immi/
ſcendo ſiue vigilantium ſiue doꝛmientiũ. Hec
ille. Unde ⁊ de beata Katherina de ſenis legit
ꝙ cum poſtulaſſet ſibi a domino dari donum
foꝛtitudinis reuelatum ſibi fuit ꝙ perfectiſſi/
me ſibi conferetur: ſed per experientiam graui/
um certaminum cum viciſſet. poſt que cuꝫ vir
go puriſſima foꝛet per plures dies magnas tẽ/
tationes luxurie paſſa eſt: magis per imagines
ſeu repꝛeſentationes ſibi factas a demone: ꝙ̃
per carnis ſtimulos. Nam repꝛeſentabat ima/
ginationi omnis actus immundicie: ac ſi vide//
ret virum ⁊ mulierem pariter cõmiſceri. etiam
cum in oꝛatione perſiſteret adeo impoꝛtune vt
quaſi eſtimaret dominũ a ſe receſſiſſe: nec poſ
ſe habitare in menteꝫ tam turpibus cogitatio/
nibus occupatam. Sed viriliter reſiſtẽti domi
nus apparens conſolatus eſt eam: declarans ſi
bi mentem non cogitationibus inquinari quã
tumcũqꝫ turpibus. cum non aſſentit nec eoꝛuꝫ
cauſa exiſtit. ¶ Aliter etiaꝫ diabolus tentat in
imaginatione: cum videlicet per ludificationẽ
ſeu pꝛeſtigia maleficoꝛum facit apparere quod
in veritate non eſt. Sicut magi pharaonis per
ſuas incantationes fecerunt apparere: ſerpẽtes
qui non erant veri ſerpentes ſm̃ vnam expoſi/
tionem: ſed apparẽtes pharaoni ⁊ ſeruis ſuis:
vt per hoc diabolus induceret ad obſtinatio//
nem.

Tenta t ⁊ aggre dit ima ginatio nem.

Et in lib. de ſeptem donis refert ille ſe au
diſſe ꝙ quidam incantatoꝛ adiurabat ſic dẽmo/
nes ꝙ ipſe impꝛimebat in fantaſia hoꝛuꝫ ꝙ vi/
debatur eis ꝙ vnus gallus qui filo trahebat fe
ſtucam traheret maximum trabẽ cuꝫ maximis
funibus. Et ꝙ incantatoꝛ modicam ligaturam
feni diuideret per plures particulas videretur
aſpicientibus ꝙ diuideret equũ ſuum per fru/
ſta cũ mitteret eis fruſta dicta per hoſpitia eis
receptis. poſt ea recedente illuſione nihil inue
niebant niſi modicas ligaturas feni. Et ſic poſ
ſent induci multa alia exempla. vt de illa iuuẽ/
cula que arte malefica viſa eſt cõuerſa in equã.
Sed beatus Macharius deſtructe virtute ma
leficij oꝛatione ſua apparuit omnibus muli/
er vt pꝛius. Ad hoc etiam facit quod habetur.
xxvj. q. v. epiſcopi. ⁊ capi. nec mirum. ibi vide.
¶ Secundo inuadit ſenſum ſeu potentiã me/
moꝛie dum ad mentẽ facit reducere mala que
egit vel vidit aut audiuit pꝛecipue turpia: vt
in eis delectetur.

memo/ riam.

Sic diabolos ad memoꝛiam
reducebat multis ex egypto egreſſis de carni/
bus ⁊ piſcibus: ⁊ alleis ⁊ peponibus: quibus
guloſi veſcebantur in egypto. ⁊ tunc eis caren/
bant. Unde ⁊ dicebant Exod. xvj. Utinam eſſe
mus moꝛtui in egypto: quando ſedebamus ſu
per ollas carniũ ⁊c. Et Nume. xj. Recoꝛdamur
piſcium ⁊c. Sic ⁊ beato Benedicto in ſolitudi
ne apparens in ſpecie merule diabolus ipſa di/
ſparente ad mentem ei reduxit quandaꝫ iuuẽ/
culam foꝛte ſic vocatam quã amauerat. ex qua
recoꝛdatione ſecuta eſt magna tentatio carnis.
Sed ad ſe reuerſus nuduꝫ ſe in ſpinis iaciẽs:
doloꝛe punctionum vicit ſtimulos carnis. Si/
militer ⁊ confeſſoꝛibus ad mentem reducit (cũ
ſunt ocioſi) turpia audita. vt ex curioſitate re/

cogitent & delectentur. vt & beatus Grego. di/
cit ꝙ plerunqȝ fit vt rector audita tentatione al
terius & ipſe tentetur. Sed vt ſubdit: citius li-
beratur a ſua duȝ fatigatur aliena: ſi tamē cau/
tus & timoratus ſit. Sed & peccatoribus volen
tibus recogitare & memorari peccata ſua vt do
leant: & confiteantur: diabolus inſtigat vt in ip
ſa recordatione delectentur. quod figuratum
fuit in percuſſione & morte Aſaelis qui inſeq̄/
batur Abner ducem exercitus Saulis. Nam
haſta auerſa retrorſum in inguine percuſſus &
occiſus eſt. Sic peccator perſequens diaboluȝ
ſeu peccatum intendens extinguere eum: ali/
quando auerſa haſta percutitur: dum. ſ. pecca/
ti delectatione quod deſtruere nitebatur occi/
ditur. Et ideo caute procedendum nec multuȝ
immorandum. quod locum habet in peccatis
Intellectum.
carnalib9. ¶ Tertio accedit tētator ad intelle/
ctum. & hoc vel per nature ſubtilitatem cum. ſ.
intellectum ſuum plenum formis ſeu ſimilitu
dinibus omnium rerum applicat humano in/
tellectu. quod tanquam ſpeculū eſt ſuſceptiuuȝ
omnium formarum. Sicut enim de duob9 ſpe
culis ſibi ex oppoſito reſpondentibus forma q̄
eſt in vno reſultat in alio: ſic forte eſt in anima
humana ꝙ forma & ſpecies quā diabolus vult
ei preſentare exhibet in ſua intellectiua: & ali/
quādo applicat intellectui eam humano vt ſi/
bi reſultet ita ſubtiliter ꝙ videatur homini ꝙ
ſint cogitationes ſue non diaboli. Et hoc for/
tan agit diabolus quando tentat de rebus īcor
poreis ſeu ſpiritualibus que non deprehendū
tur in imaginatione corporali. Dicit eniȝ alga
zel phs de anima ꝙ anima eſt tabula breuis cō
tinens ſummam omniuȝ que in mundo ſunt:
in qua inuenitur exemplum omnis rei ſȝ quā
ſit poſſibile recognoſcere vniuerſa. Et iſto mo/
do videtur fuiſſe tentatio angelorum maloruȝ
a principio. propter quod dicitur Apoc. xij. ꝙ
draco ille rufus traxit cauda ſua terciam partē
ſtellarum de celo. i. angelorum. Nam vidētes
angeli inferiores mali in intellectiua draconis
ſeu luciferi: ſpeciem ſeu ſimilitudinem illius
ſuperbe cogitationis qua appetijt & eſtimauit
ſua propria virtute peruenire ad gloriaȝ: inde
allecti eius exemplo in ſimilem ſuperbiam la/
pſi de celo ceciderunt. ¶ Vel etiam aliter acce
dit tentator ad intellectum non quidem dire/
cte: ſed indirecte. Nam qꝛ ſm phm neceſſe eſt
quēcūqȝ intelligentem fantaſmata ſpeculari.
Fantaſma autem eſt potentia affixa in organo
Aggreditur intellectū multiplicit[er].
corporeo. vnde & fantaſmata eius. i. ſimilitudi
nes rerū apprehenſarum per alios ſenſus non
ſunt niſi rerum corporalium. ¶ Poteſt diabo
lus varia fantaſmata ſuggerere, incitatiua ad
mala a qbus intellect9 capiat cognitionē. Tū

quia peccatū conſiſtit in conſenſu voluntatis
non in apprehēſione intellectus. etſi voluntas
inclinetur ad aſſentiendū ex obiecto facto per
intellectum: non tamē cogitur. Propterea dicit
Jac. apoſtolus. Reſiſtite diabolo & fugiet a vo/
bis. Et ad hoc facit qd̄ ait apl's. Ipſe ſathanas
transfigurat ſe in angelum lucis. qd̄ agit nō ſo/
luȝ per corporales ſpecies quibus apparet ſub
ſimilitudine ſanctoꝝ angeloruȝ vel ſanctoruȝ:
vt intellectu apprehendente eum vt angelū bo
num reuerentiam exhibeat: & demū voluntas
aſſentiat ad aliquod malum: ſed etiā cum tētat
de aliquo vitio ſub ſpecie virtutis. ſm illd̄ be.
Grego. diſt. xlv. Sepe vitia ſe ingerunt: & virtu
tes ſe eſſe ſimilant. Quo hoc operet diabolus
ponit practicam per multa exempla bea. Gre/
go. lib. xxxij. moral. ſuper illud. Cartilago eius
quaſi lamine. ¶ Vel etiam & tertio accedit ten
tator ad intellectum: qꝛ vt dicit in coll. abbatis
ſereni. Diabolus aliquando intellectu ſe appli
cat quadam obſcuritate & deformi vt obſcuret
mentem humanam & obnubilet claritatem in/
tellectus: vt in mētis triſtitiaȝ maximam veni
at: vel accidiam vel vanum timorē vel bonorū
obliuionem. cōtingit hoc pro corporis debili/
tate: cum. ſ. in illis membris in quibus vigor
animi cōtinetur: imundus ſpiritus inſidens:
eiſqȝ importabile pondus imponēs obſcurita
te teterrima intellectualis ſenſus aie inuoluat.
¶ Vel quarto accedit ad intellectum per ſom
nia & viſiones. Cum enim per ſubtilitatē natu/
re multa ſciat nobis ignota & ex diſpoſitiōe ele
mentorū vel corpoꝝ noſtroruȝ plura valeat no
bis occulta noſſe: vt dicit bea. Aug. xxvj. q. iiij.
ſciendum. Prenūciat aliqua futura aliquib9 vt
illis ſic euenientib9 aſſueſcant tales eis demo/
nijs credere: & tandem in interitū ducunt. & idō
non multum credendum ꝓphetis modernis.
Egrediar (ait diabolus) & ero ſpiritus mendax
in ore omniū ꝓphetarum. iij. Regū. xxij. Et ſic
deceptus fuit Achab rex iſrael. Legitur ꝙ qdā
heremite venerunt ad ſanctum Antoniū vt cō
ferrent cum eo de ſuis reuelationibus. Beat9
autem Anto. predixit ſeu expreſſit quedā q̄ eis
acciderant in via ſibi a quocūqȝ homine nō in
timata. & inter cetera de morte aſini eoꝝ in via.
Cūqȝ illi quererēt vnde hoc habuiſſet. Rn̄dit ſi
bi hoc a dēmonibus reuelatū vt ex hoc illi diſce
rent reuelationibus non de leui acquieſcēdū.
cum hoc aliquādo ꝓcedat a diabolo vt tandeȝ
decipiat. ſicut de quodam legitur in vitaſpꝛm
ꝙ cum aſſuetus eēt hmōi reuelatiōibus crede
re: tandem reuelauit ei ꝙ pater ſuus veniebat
ad eum ꝓpter quod occurreret ei. Et addidit.
Ipſe venit vt occidat te iratus contra te. Et in ſi
gnum accedit cū bipenni in manu: vt te cū ea

percutiat.Unde tu eũ prius percute:ne te occi/
dat.Quod ille miſer credens occurrit patri:et
cum viderit bipẽnem in manu quem a caſu de
tulerat:nõ vt eũ pcuteret:exiſtimauit verũ eſſe
qͦd ſibi releuatum fuerat.vnde gladio queꝫ tu
lerat patrem occidit.⁊ diabolus in eũ poteſtatẽ
ggre accipiens ſubito ſuffocauit.❡ Accedit quarto
ur ⁊ tẽtator ⁊ draco iſte ad rationẽ que facit diſcur/
neꝫ ⁊ ſum de vno ad aliud.vt cum ſuggerit rõni eſſe
o. falſum vel impoſſibile qͦd predicatur de articu/
lis fidei ⁊ ſacramentis.adducens rõnes natu/
rales in contrariũ.vel cum inducit rationẽ ad
perplexitatem.de quo exempla habes ⁊ practi
cam diſt.xiij.nerui.ibi vide.Uel cũ inducit ra/
tiones ex ſcripturis ad perſuadendũ malum.ſi
cut diabolus cum xp̃m tentauit in deſerto: vt
mitteret ſe deorſum de pinnaculo templi:idu/
cens auctoritatem pſalmiſte ad oſtendendum
ꝙ non lederetur.Scriptum eſt enim.Quia an
gelis ſuis deus mãdauit de te vt cuſtodiãt ⁊c̃.
Matth.iiij.intendens ex illa ſui deiectione ad
ſuperbiam inducere.Sic ⁊ ſanctam Juſtinã tẽ
tauit.Nam accedens ad eam ſub ſpecie puel/
le:ex adiuratione Cypriani tunc magici:obtu/
lit ſe ad manendum ſecuꝫ ⁊ in perpetua virgi/
nitate deo ſeruiendum.Una autem dierum ce
pit ſibi dicere.Timeo ſoror mea ne ex iſta virgi
nitate noſtra amittamus p̃miuꝫ celeſte qͦd que/
rimus.ex eo ꝙ facimus ꝯtra diuinum p̃ceptũ
Geñ.ix.Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete ter
ram.Qͦd mandatum oẽs antiqui ſancti imple
uerunt Abraã Dauid ⁊ ceteri.Sed virtute ora
tionis Juſtine innotuit deceptio eius.Unde fa
cto ſigno crucis ſubito euanuit.Siſr de filio re
gis Joſaphat.conuerſo ad fidem per Barlaaꝫ
dicit Joã.dama.qui eius hyſtoriam ſcripſit.ꝙ
cum conſilio Teocle peſſimi viri miſſe fuiſſent
ad eum ſeducendũ ⁊ auertendum a propoſito
caſtitatis ⁊ a fide pulcherrime puelle.⁊ iter alis
filia cuiuſdam regis ſpecioſiſſima ei promitte/
bat ſe futuram xp̃ianam:ſi matrimonium cuꝫ
ea vellet contrahere.Et diabolus loquebaᷣ per
os eius per auctoritatẽ veteris ⁊ noui teſtamẽ/
ti:oſtendens ħ laudabile vt ad Hebre.xiij.Ho/
norabile connubium thorus imaculatus.cum
ille renueret ſubintulit ipſa vel ſaltem ſemel co
gnoſceret ⁊ ipſa cõuerteretur ad fidem ⁊ cã eẽt
ſue ſaluationis: diabolo viriliter reſtitit. Per
hanc viam accedit tentator cũ aliquos ad here
ſim trahit.perſuadens errorem per auctorita/
tes ſcripture male ⁊ falſe expoſitas. vt qr chri/
ſtus dixit Jo.xiiij.Pater maior me eſt.Hinc Ar
rius cum ſequacibus ſumpſit ſibi occaſionem
erroris dicens filium dei minorẽ patre ſm dei
tatem:cum chriſtus ibi loqueretur de ſe ſꝫ hu
manitatem.Unde ne quis decipiatur in hmõi

recurrendum eſt ad expoſitionem eccleſie non
proprio ſenſui.❡ Tentat ⁊ de fide ſubtilr̃ vel Tentat
de deſperatione.ratione oſtendens hominem ⁊ de fi/
non poſſe ſaluari propter multitudineꝫ vel ma de.
gnitudinem peccatorum ſicut ⁊ tentauit bea/
tum Bernardum in infirmitate graui cõſtitu/
tum cui viriliter reſtitit ei reſpondendo tentan
ti ſe non ſuis meritis vel operibus:ſed miſeri
cordia ⁊ liberalitate Jeſu chriſti poſſe ſaluari.
⁊ hoc ſperare.Et in lib.de ſeptem donis refert
auctor ſe vidiſſe pium ⁊ deuotum religioſum
tentatum.Utrum mundus eſſet aliqͩ vel ſom
nium tm̃.Et vtrum animaꝫ haberet.Et vtrum
deus eẽt ⁊ de hoc vſqꝫ ad mortẽ dolebat:adeo
vt in procinctu erat deſperationis niſi ſaniori
vſus fuiſſet conſilio.ſcilicet ꝙ non curaret: qꝛ
culpa ei non erat:ex quo diſplicentiã habebat.
Refert idem ꝙ cum eſſet in quadaꝫ ciuitate in
quiſitor contra hereticos acceſſit ad eum muli
er nobilis innocens ⁊ deuota:offerens ſe vt cõ
bureretur tanquam heretica:cuꝫ cogitaret peſ
ſima de articulis ⁊ ſacramentis.Et cũ interro
garet eam ſi eis cogitationibus aſſentiret:vl̃ eſ
placerent.Reſpondit cum lachrymis ꝙ potiꝰ
vellet mori ⁊ cõburi ꝗꝫ illas habere cogitatio/
nes.Tunc ille conſolatus eſt eam ⁊ confortauit
ꝙ non curaret de eis ſed contemneret quia nõ
peccabat ex quo ei diſplicebant.Unde conſola
ta remanſit:⁊ tales tentationes euanuerunt. Aggre
❡ Accedit quinto tentator ad ſenſualitateꝫ ſeu ditur ⁊
appetitum ſenſitiuum.Sicut enim in primo/ appeti/
rum parentuꝫ tentatione ſerpens antiquus ac tũ ſenſi
ceſſit primo ad euam ⁊ ſeduxit.⁊ per eam virũ tiuum.
in eſu ligni vetiti delectantis. Ita vt dicit ma/
giſter ſenten.in ſecundo libro.diabolus in ten
tando accedit ad ſenſualitateꝫ vt delectetur in
aliquo modo quod diabolus ſuggerit. ⁊ eam
complacentiam in re prohibita porrigat viro.
ideſt rationi ſeu ſpiritui vt aſſentiat. et licet in
ſenſualitate non inueniatur mortale peccatuꝫ.
ſm beatum Tho.in prima.ꝗ.tamen per eaꝫ p/
uenitur ad mortale:cum ratio aſſentit obiecto
crimini vel etiam cũ ratione occupata ⁊ diſtra/
cta circa alia: pcurante diabolo non repellit ta
lem delectationẽ ſenſualitatis in criminalibꝰ.
vel reprimere negligit precipue aduertens pe
riculũ.ſicut accidit in delectatione moroſa vbi
eſt mortale.Propter quod dicitur Hieremias
iiij.Uſqꝫquo morabuntur apud te cogitatiões
noxie.❡ Hec tentatio figurata fuit ſm Orige
nem in lupo Hiſmaelis cum Jſaac.quem apo/
ſtolus ad Gal.iiij.appellat perſecutionem.Di/
cit enim ꝙ is qui ſm carnem natus eſt.ideſt ap
petitus ſenſualis:perſequebatur eum qui ſm
ſpiritum natus erat.ideſt appetitũ rõnaleꝫ.Et
quoad iſtam dicitur ꝙ Hiſmael iocando ita ſe

habebat tanꝗ̃ vellet ei dominari: vel q: facie/
bat imagines luteas inducens illũ ad adoran
dum ſeu venerãdum. Sic appetitus ſenſualis
diabolo inſtigante vult dominari rationali ap
petitui ⁊ terrena querere: colere ⁊ venerari. Sȝ
ſarra .i. ſapientia hoc perpendẽs ſuadet abrae
viro .i. homini virtuoſo. vt eyciat eum cũ agar
matre ſua .i. appetitũ ſenſualem cũ apprehen/
ſione ſenſitiua que ipſum generat .i. eos coerce
at ne dominentur rationi. ¶ Permaxime aũt
conatur diabolus inclinare appetitum ſenſiti//
uuȝ ad venerea tanꝗ̃ quid naturale. Et vt ma
gis inclinet. aliquando etiam motus carnis ex
citat. qui poteſt eſſe peccatum ſi ratio aſſentiat
vel reprimere: ⁊ ad petram allidere negligit. Ali
quando etiam arte diaboli per aliqua viſa vel
audita. vel imaginata: tentatio vel modus illi/
citus procuratur. Et inexperti quadam curioſi
tate incitati vt experiantur delectationẽ. vt q̃d
maximum bonum quod turpiſſimuȝ eſt. vnde
⁊ maxime erubeſcibile. Propter quod legitur
de quadam virgine deo ſeruiente. ꝙ cuȝ ex ni.
mia familiaritate incidiſſet in peccatum cum
quodam ſacerdote etiam deuoto: in tantuȝ do
lorem ⁊ confuſionem incidit de illa miſeria ꝙ
pre triſtitia mortua eſt. Ignũtas vel incognitas
carnis tentationes: diabolus immittit etiam in
ſuos dei. Unde ſanctiſſimꝰ Hiero. de ſe ait ad
Euſtochiuȝ. Quotiens in heremo conſtitutus
in illa vaſta ſolitudine que exuſta ſolis ardore
horridum monachis preſtat habitaculuȝ puta
ui me romanis delitijs intereſſe. Horrebãt ſac/
co membra deformia. Squalida cutis ſitum
ethiopiſſe carnis adduxerat. Quotidie lachry/
me: quotidie gemitus. ¶ Et ſi qñ repugnantẽ
ſomnus iminens oppreſſiſſet. vnde humo vix
oſſa coherentia collidebam. De cibis ⁊ potu ta
ceo cum languentes aqua frigida vtãtur. ⁊ ac/
cepiſſe aliquid coctum luxurie ſit. Et tamẽ ſcor
pionum ſocius ⁊ ferarum ſepe choris intererã
puellarum: ⁊ in frigido corpore ⁊ carne ꝑmor
tua ſola libidini incendia pullulabãt. Hec ille.
Unde dicitur de diabolo Job penul. ꝑ: ꝛis eius
in lumbis. ⁊ virtus eius in vmbilico terre. i. ꝑ
maxime tentat ⁊ ſepe ſuperat per vitiũ luxurie
tam viros ꝗ̃ mulieres. Incitatiuuȝ enim libi/
dinis in viris dicitur in lumbis. q: inde ðcidit
ſemen ab eis: quoad mulieres dicit in vmbili/
Exẽpla. co. q: ex eo loco in eis deciditur ſemen. ¶ Exẽ
pla hẽs multa in vitaſpatrum. Spẽaliter de il/
lo patre qui quendam iuuenẽ multum de hoc
vitio tentatum non eſt conſolatus. nec confor/
tauit: ſed dure arguens in deſperationeȝ miſit.
Quem cum euntem ad ſeculum abbas Apollo
inueniſſet: ⁊ cauſam audiſſet conſolatus eſt eũ
dicens ⁊ ſe hmõi tentationibus impugnari. ⁊
ſic reduxit ad cellam. poſt quod acceſſit ad il//
lum ſenem qui illum ita in deſperationem in/
duxerat: ⁊ rogauit deum vt tentationes illius
iuuenis ipſe pateretur. Quo facto cum in cellã
eius intraſſet. inuenit ita eum turbatum ⁊ qua
ſi amentem effectum a tentatione carnis vt vel
let ad ſeculum redire. Sed ille admonuit eum
⁊ dixit hoc ei accidiſſe vt diſceret compati ten//
tatis. ⁊ non inducere in deſperationem. Et orã
te pro eo ceſſauit tentatio. Exempla patent bea
torum Benedicti. Bernardi ſe imergentis in
aquam gelidã. Franciſci poſt flagellum diſci/
pline in niuibus permanentis in nuditate. ⁊ in
vitaſpatrum de eo qui cuȝ ex compaſſione mu
lierem meretricem ab alijs miſſam. vt illum ad
peccandum induceret in cellam recepiſſet de
nocte ne deuoraretur a beſtijs. dum tentaretur
vehementer poſuit digitos manus ſingulos
ſingillatim ad lumẽ lucerne. vt dolore combu/
ſtionis ignem tentationis extingueret illa vi//
dente ex horrore mortua eſt: ſed poſtea ab eo re
ſuſcitata. ¶ Nota etiam exemplum notabile
in legenda ſancti Baſilij de quadam puella vir
gine quam pater deuotus patri deo vouerat.
In cuius amorem quidam iuuenis de ſeruis
patris exardeſcens procurauit per opera dia//
boli ipſo fidem abnegante ꝙ illa puella ita ac/
cenſa eſt in amorem ſui ꝙ langueret ad mortẽ
Unde rogauit patrem obnixe ꝙ daret ei illum
in virum alſs moreretur. quod ⁊ factum eſt. Sȝ
Baſilius illum reduxit ad penitentiam. Terri
biliter diabolus tentat per vitia carnis ⁊ peri/
re multos facit. Narratur in li. de ſepteȝ donis
de quadam muliere ſic ſeducta a diabolo. Ce//
pit iſta apud ſe cogitare: ꝙ eſſet munda ⁊ pura
mulier: ⁊ talis ꝙ eſſet digna ꝙ dominus face//
ret ei aliquas conſolationes viſibiles. Et cũ ali
quando eſſet in camera ſua ſola de hoc cogi//
tans. viſus eſt ei fulgor maximꝰ in camera ſua
intrare. ⁊ cum eo quidam rex pulcherrimus cõ
ſtipatus multitudine plurimorum hominum
dicens ipſi timenti ꝙ non expaueſceret: q: eẽt
chriſtus cum diſcipulis ſuis veniens ad ipſaȝ
conſolandam. Cui cum multa blanda dixiſſet.
⁊ multa ei promiſiſſet ſi in eius amore perſeue
raret ⁊ ipſa hoc ſe facturam promitteret receſ/
ſit promittens ei ꝙ eam ſepe viſitaret. veniens
ſimiliter ſecunda vice ſollicitauit eaȝ ad ample
xus ⁊ fedam cõmixtionem. Qua conſentiente
fecit eam iurare ꝙ non reuelaret alicui familia
ritatem ſuam. ſed occultaret ex humilitate plu
rima promittens. Tertia nocte in ſpecie nõ ita
ſpecioſa apparuit. deinde in forma militis. alia
vice in forma clerici. Alia in forma ruſtici. alia
in forma monachi. Poſtea in forma golliardi.
Demum mulier perpendens ſe deceptaȝ a dia

bolo acceſſit ad confeſſorem totum negocium referans cum contritione. Veniens autem ad eam diabolus ſequenti nocte fere inſanire videbatur. ⁊ cōminans ei cum non poſſet eaꝫ opprimere volebat extinguere: ſed non poterat. Quotiens auteꝫ peccabat etiam venialiter diabolus eam magis terrebat. Quando auteꝫ cōfeſſa erat ⁊ cōmunioneꝫ recipiebat: a longe ſtabat. nec poterat appropinquare vel ita ea turbare. ¶ In vitaſpatrum etiam legitur ꝙ quidam ſacerdos idolorum vidit in quodam templo caſu nocte ibi dormiens ſathan aduenire cum maxima multitudine vt iudex ⁊ cum poſito throno ei ab aſſiſtentibus demonijs exigeret rationem a ſingulis de malis ad que induxerant quos tentabant. vno referente ꝙ fecerat quandam nauim ſubmergi in mare: ⁊ inde multos ſuffocari: fecit eum ſathan rex flagellare vt inutilem ſeruum qui tam paruum mali ꝓcuraſſet. Alio vero referente ꝙ in quibuſdam nuptijs ſe reperiens inter conuiuas ſuſcitauerat rixas: adeo ꝙ multus eet eo ſanguis effuſus eſſet: ⁊ ſponſus ⁊ ſponſa occiſi. Hunc etiam iuſſit vapulare tanꝗ remiſſum ⁊ negligentem. Surgens e medio tertius dixit ſe per .lxx. annos tentaſſe quendam anachoritaꝫ in heremo de fornicatione. ⁊ illa nocte obtinuiſſe victoriã illo collapſo. Hunc ſathan amplexatus eſt: ⁊ coronam capitis ſui ei impoſuit: multum collaudans de ſtrennuitate ſua ſuper omnes. Multa exempla ad idem induci poſſent. Et quos in vigilia inquinare non valet: in ſomnis illudit. Nam etſi non imputetur ad culpam qđ in ſomnis accidit: imaginaria cōmixtio quantũcunqꝫ feda tamen poteſt eſſe culpa. cum videlicet ex crapula: vel precedenti turpi cogitatione cum delectatione: vel mentis relaxatione ſm beatũ Tho. in .iiij. ⁊ diſt. vj. teſtamentum. Tamẽ diabolus ſic illud in ſomnio: vt in talium recordatione expergefactus delectetur: vel vt inducat accidiam ſeu triſtitiam inordinatam. vel vt perceptionem eucariſtie impediat. Sicut legitur in collatione theone de quodam qui in feſtis cum debebat cum alijs cōmunicare talem illuſionem patiebatur. ⁊ cum perpenderent p̄ſes illum non eſſe in caſua huius conſuluerunt ꝙ propter hoc non abſtineret a cōmunione. quo facto ceſſauit illuſio talis. Et ſic oſtenſum eſt ꝙ ex opere diaboli procedebat.

¶ Viſo de corni- .§.iiij.

bus huius draconis modis: ſcilicet quib⁹ tentat declarandum eſt quomodo illudatur. quib⁹ ſcilicet ſuffragijs ⁊ modis deijciatur. Dicitur enim draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: id eſt vt ei illudatur. Tenetur autem hꝫ vt cōſecutiue non cauſatiue. vt illud ps. l. Malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis. Nō peccatũ dauid cauſauit iuſtificationẽ dei: ſꝫ ex pctō dauid hoc ↄſecutũ eſt vt de⁹ inueniat iuſtus. i. verax i ſermonib⁹ ſuis. illo vꝫ ps. cxv. Ois hō mẽdax. vel illud Ezech. xviij. In quacũqꝫ die pctōr ↄuerſus fuerit oium iniqtatum ei⁹ nō recordabor. Et tũc hꝫ vt: refert ad illud a delicto meo mũda me. Sic ad ꝓpoſitũ. Nō. n. deus creauit angelos ſeu draconẽ vt tẽtet. qr vt dr Ja. j. Deus intẽtator maloꝝ eſt: ipſe nemi nẽ tentat. ſ. ad ſeducendum. Sed cum preſciret deus eum conuertendum eẽ in draconem malicia ſua. ⁊ cupientem ex eo inficere ⁊ occidere hoies ſicut ipſe deus ex oib⁹ malis elicit maiora bona. ita de malicia draconis hoc elicit ex tẽtationibus eius vt hoies ꝓficiãt gratia eius reſiſtentis. Sic ergo illuditur cũ ſupabat ab hoib⁹. Illudit cũ ei inſultat ⁊ deridet. Illuditur cũ ex eius ipugnatiōib⁹ dũ intẽdit bonũ virtutis electis ſubtrahere eis auget. vñ btūs Amb. Illudit ergo diabolus vt ſeipſum morſu ſuo vulneret: ⁊ contra ſe armet quem debilitandum putauit de pe. di. j. fieri poteſt. Primo ergo videamus de modis ⁊ auxilijs quibus draconi illudamus: id eſt tentationes eius vincendo. Et primum quidem ⁊ principale eſt dei gratia ſine qua nihil fit ſm illud ps. xciij. Niſi quia dominus adiuuit me: ſcilicet per gratiaꝫ paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Et illud. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Et apoſtolus ij. Cor. xij. Cum ter oraſſet vt ab eo auferret ſtimulus carnis: id eſt tentatio. ſibi fuit reſponſuꝫ Suffic̃ tibi grã mea. In quocũqꝫ minimo gradu gratia habeatur ſufficit ad reſiſtenduꝫ omni tentationi ſiquis velit ſequi inſtinctum eius. Unde ⁊ Job. xvij. Pone me iuxta te. ſ. ꝑ grãm ⁊ cuiuſuis manus pugnet contra me. Sicut auteꝫ diabolus. vt dictũ eſt. hꝫ multos modos ad tentandũ. ita ⁊ grã dei ⁊ eccleſia docet multos modos ad illudendum ei ⁊ ſuperandũ. vnde ⁊ Cant. iiij. dicitur. Naſus ſponſe. id eſt diſcretio eccleſie quo diſcernit odores virtutum a fetoribus vitiorum ſicut turris dauid que edificatur cũ ꝓpugnaculis: mille clypei pẽdẽt ex ea ois armatura fortiũ. i. vigor eccleſie q eſt ex gratia qui dicitur vt turris: qr a remotis videt inſidias diaboli propugnacula ſunt auxilia angelorum: mille clypei ſunt auctoritates ſcripturarum. ois armatura fortium ſunt virtutes et exẽpla ſanctoꝝ. ¶ Scdm adiutorium ad illudẽdũ diabolũ ⁊ ſuperãdũ eſt oro Mat. xxvj. Vigilate ⁊ orate ne intretis in tentationẽ id eſt per orationeꝫ nō ſuccũbetis: ſed vincetis tẽtatorẽ. In huius figurã legit Exod. xvij. ꝙ

Moyſes dum perſeuerabat in oratione manibus erectis ad celum exercitus eius vincebat Amalech. dum dimitteret manus vincebatur ab Amalech. vt exponit. b. Hiero. di. xxxvi. Si quis vult. Amalech interpretatur lingens ſanguinem. et ſignificat demones qui delectantur in peccatis noſtris deſignatis per ſanguinem. dum ergo mens orat exercitus potentiarū anime vincit tentationum pugnam. Dum relaxatur et ab oratione ceſſat deycitur. Et in vitaſpatrum dicebat abbas Joannes: quod monachus: immo et quilibet debet eſſe ſimilis ſedenti ſub arbore. qui cum non poteſt effugere malas beſtias occurrentes ſibi: aſcendit arborem. ita homo aſcendens ad deum per orationem vitat morſus demonum. Eſt enim oratio ſecundum Damaſcenum: aſcenſus intellectus in deum. ¶ Tertiū eſt humiliatio ps. cxiiij. Cuſtodiens paruulos dominus: ideſt humiles: ne ſcilicet ledantur a multis leſiuis occurrentibus. Et ſequitur humiliatus ſum et liberauit me: ſcilicet a periculis inferni. de quibus locutus fuerat cum inueniſſe. i. tentationes. Legitur de. b. Antonio quod cum in oratione poſitus vidiſſet mundum plenum laqueis ſeinuicem connectentibus et clamaſſet. O quis iſtos euadet? Reſponſuz eſt a deo. Sola humilitas. Jta enim connexa ſunt ad inuicem vitia: vt dum quis vnum querit euitare incidat in aliud. Cum enim quis vult vitium gule domare: incidit ad inſenſibilitatez. Et ecōuerſo cum querit vitare indiſcretionem. incidit in gulam. Cum triſtitiaz vult remouere: incidit in diſſolutionem et vanam leticiam. et ecōuerſo. Cum ſemel diabolus in angelum lucis transformatus apparuiſſet cuidam: et diceret ſe eſſe gabrielem archangelum: ille ſe humilians ait. Vide ne mittaris ad alium. Ego enim non ſum dignus vt angelus mittatur ad me. qui ſubito euanuit. De alio legitur in vitaſpatrum: quod cum demones vellent decipere euz: dixerunt. Vis videre chriſtum? Reſpondit Anathematizo vos et eum de quo dicitis: quia chriſto meo credo dicenti. Si dixerint vobis hic eſt chriſtus: nolite credere. et ſubito diſparuerunt ¶ Quartum eſt velocitas reſiſtendi ps. Beatus qui tenebit ne ſcilicet vltra procedant. et allidet mortificando paruulos ſuos primos motus tentationum: ad petram conſtantie ſeu reſiſtentie de pe. di. ij. in ſalicibus. Poeta ſcilicet Ouidius. Principijs obſta: ſero medicina paratur. Cum mala per longas conualuere moras Hiero. Interfice hoſtem cum paruulus eſt. ¶ Jn huius figuram dictum fuit antiquo ſerpenti Gen. iij. Inimicitias ponaz inter te et mulierem: ideſt animam et ſemen tuum. quod eſt ſuggeſtio peccati. et ſemen illius quod eſt naturalis inſtigatio ad bonum. Ipſa conteret caput tuum: ideſt ex hoc te ſupabit. ſi caput: ideſt principium tentationis abhorreat et extinguere conetur. Contritus in capite inſidiatur calcaneo: ideſt fini operis boni per aliquam elationem: vel incircunſpectionem: vel fini vite. Unde in vitaſpatrum legitur de quodam qui vexabatur ab inmundis cogitationibus a diabolo: quod cum ad quendam ſanctum virum recurreret exponens ei tentationes ſuas vt pro eo oraret. Cuz pluries ad eum rediret pro ſimili cauſa et ille pro eo pluries oraſſet: admirans quod non exaudiret vt a tentationibus ille liberaretur ne eis ſuccumberet. oſtenſum eſt ei diuinitus quod ille erat in cauſa: quia non ſubito imundis cogitationibus reſiſtebat: ſed in eis moram faciebat et iocabatur cum eis. Unde reuertentem ad eum admonuit oſtendens ei defectum ſuum per exemplum poſuit enim ſuper humerum eius inclinatum ſaccum plenum terra vt portaret. Et cum ſurgere vellet ille pater retinebat et deprimebat ex parte poſteriori. Cui pater ait. Quare non ſurgis vt portes. Reſpondit ille non valeo: quia tu impedis et deorſum trahis. ſic et tu inquit pater negligentia et deſidia tua impedis deſectum orationis mee pro te. Exinde ſenex cū nō deorſum traheret: ſed iuuaret ſurſum eleuari. de facili ſurgebat et portabat. ¶ Quintum eſt ſacre doctrine frequentatio. Prouer. xxx. Omnis ſermo dei clypeus ignitus ps. Scuto circundabit te veritas eius ſcilicet ſcripture. non timebis a timore nocturno tentationum ſcilicet. Sed non ſolum eſt ſermo dei armatura defenſiua vt ſcutum: ſed vt offenſiua demonis vt gladius. Unde apoſtolus ad Eph. vi. poſtquam dixit. Sumite armaturam dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. ſubdit inter cetera arma ſpiritualia. Et gladium ſpiritus accipite quod eſt verbum dei. Ut enim idem dicit. Ad Heb. iiij. Uiuus eſt ſermo dei et penetrabilior omni gladio ancipiti etc. Sic dominus noſter princeps exercitus eccleſie in deſerto tentatus cum auctoritate ſcripture ſe defendens diabolum ſuperauit Mat. iiij. prout in figuram dauid in prelio ſingulari cuz lapide ſcripture occidit imanem goliath. vt habetur. j. Reg. xvij. Et etiam pene omnia prelia que habentur in ſacra ſcriptura figurant prelia tentationum. et in ipſa ſcriptura habentur remedia contra omnia tentamēta. vt ait. b. Gre. in moral. ¶ Sextum remedium ad vincendas tentationes eſt ſ. ti. xi. ca. iij. reuelatio tentationum patri ſpirituali: et proximme in confeſſione. Unde in figuram dicitur Judicum. j. quod iudas qui interpretatur confeſſio factus eſt dux belli tanquam ſcilicet precipuus ad ſuperanda bella tentationum. Ad hoc facis

quod dicitur in Prouer. Qui reuelat ſecreta. ideſt occultas tentationes perdet fidem amici ideſt diabolus qui erat amicus eius per peccatum conſentiendo: non confidit de eo timens ne reuelet in confeſſione. vel patri ſpirituali occultas tentationes: ⁊ ſic remaneat ipſe confuſus. Quidam etiam patrum dicebat ꝙ nihil ita elidit virtutem demonum ſicut ſi quis reuelet ſecreta malarum cogitationum ſanctis patribus. Naꝫ reuelare ſocijs niſi ſint bene timorati. hoc eſt ſibi augere certamen ⁊ alteri periculum. In collatione patruꝫ habetur credo abbatis moyſi de abbate Joanne adoleſcentulo. ꝙ cum ſimularet ſe cum alijs ieiunare: occulte accipiebat panem: quem in ſecreto comedebat Cum autem quidam veniſſent ad viſitandum patrem eius ſpiritualem cauſa edificationis ⁊ doctrine contigit eum loqui de hac materia: ſcilicet tentationum aperiendarum patri ſuo ſpirituali ꝙ hoc multuꝫ vtilitatis afferret. quibus ſermonibus preſens Joannes prefatus cōpunctus coram eis manifeſtauit deceptionem ſuam ⁊ furtum: ponens in medium panē quē iam acceperat occulte ad comedendum. pater autem ſuus conſolatus eſt eum: quia non tam ipſe ꝗ̄ diabolus ex hoc confuſus erat. ⁊ ſic liberatus fuit a malo illo. ⁋ Septimum remedium eſt eucharistie deuota frequentatio pſal. xxij. Paraſti in conſpectu meo menſam. ideſt eucharistiam in menſa altaris. Ponitur enim continens pro contento: aduerſus eos qui tribulant me vt ſcilicet non preualeāt. hinc Chryſo. Velut leones flāmam inſpirantes ſic ab illa menſa dn̄i diſcedimus diabolo terribiles effecti. In cuius figuram helyas labore fatigatus ⁊ tedio ex perſecutione ieſabelis. cum dormitaret expergefactus ab angelo ⁊ confortatus ſubcinericio pane ſignificante venerabile ſacramentum: ambulauit in fortitudine cibi illius vſqꝫ ad montem dei. iij. Reg. xix. ⁋ Octauū remedium eſt paſſionis chriſti deuota meditatio ⁊ crucis ſignatio Eſa. xiij. dicitur. Sup mōtem caliginoſum leuate ſignum ſcilicet crucis. ideſt contra diabolum. Per ſignum crucis de inimicis libera nos deus noſter. In cuius figuram vt habetur Numeri. xxj. Illi qui in deſerto erant a ſerpentibus venerati: ſi aſpiciebant in ſerpentem eneum ſanabantur: alij moriebātur. Ita qui tentationibus vrgentur ſi ad chriſtum crucifixum reſpiciunt ſanantur a tentationibus. ⁋ Nonum eſt in aliquo bono occupatio. Sicut enim ocium. vt dicit. b. Bern. eſt mater nugarum nouerca virtutum: omnium tentationum ⁊ malarum cogitationum nutrix. Propter quod dicit ſapiens. Omnia mala docuit ocioſitas. Et poeta. Variam dant ocia mentem. Ita econtra dicit magiſter ſententiarum: in. iiij. diſtinctio. j. Non facile capitur a tentatore qui alicui bono vacat exercitio. Et ideo ait Hieronymus de conſecra. diſtinctione. v. Semper aliquid boni facito vt te diabolus inueniat occupatum. Unde ⁊ venerabilis Joannes Caſſi. narrat in tractatu de octo vitijs. Exēplū
Quod cum quidam ſanctus vir tranſiret ante cellam cuiuſdam anachorite. vidit diabolum aliquando intrantē. ⁊ aliquando exeuntē. ⁊ ingreſſus ad illū queſiuit ab eo ope ſua que agebat tūc: ⁊ inuenit ꝙ cū ſtabat bene occupatus: diabolus recedebat a tentatione eius. ⁊ foris cellā manebat. Cū aūt ſtaret ocioſus tūc diabolus intrabat ⁊ eū tentabat. ⁋ Decimū ⁊ vltimū eſt vitatio ⁊ fuga occaſionū. Qui eni amat periculū ait Salomon in illo peribit. Non. n. eſt fortitudinis ſed preſumptionis ⁊ temeritatis exponere ſe ad pericula: vbi poteſt quis bene declinare. Fugite ait apl's. j. Cor. vj. fornicationē. Non. n. melius vincit iſtud viciū ꝗ̄ fugiendo ſcilicet occaſiones eius. vt cogitationes ⁊ locutiōes de ea: qꝛ Corrūpūt bonos mores colloqa praua ait Terentius. Similiter et malas ſocietates. Dicit. n. xxviij. q. j. Sepe malorꝫ conſortia ad crimen inducūt innocentes. quanto magis eos q ad vitia proni ſunt. Sicē enim vt dicitur in pſal. xvij. Cum viro innocēte innocens eris. ita cum peruerſo peruerteris. Petrus apoſtolus cum ſocijs apoſtolis confeſſus eſt chriſtum cum iudeis malis conſociatus in domo cayphe chriſtum negauit. ⁊ Iſid. ait diſtin. lxxxj. Valet ꝙ congruum eſt inde corporaliter euelli vbi quis illecebris deſeruiuit. Et in figuram Loth educto de ſodomis mandatum fuit vt in ciuitate non maneret: nec in omni circa regione. Non enim ſufficit peccatum dimittere. ſed ⁊ circūſtantias ⁊ occaſiones malorum. Unde ⁊ abſtinere ab aſpectu vano ⁊ cibis ſuperfluis. vj. q. j. Ex merito dicitur. Officium ſingulorum chariſſimi: non ſolum habere oculos caſtos: ſed ⁊ linguam ⁊ cor. Hiero. inquit. Sine cerere ⁊ baccho friget venus. His decem cornibus iuſti confringuntur cornua peccatorum. quibus draco iſte infernalis percutit tentando. Ad hoc etiam ſcilicet vincendū tentationes. vt habetur in libro de ſeptem donis. ponitur talis figura pro diuerſis remedijs. Fuit quidam cecus qui volens euadere tyrannidem domini ſui. aſcendit equum ruſum. pretermiſſis omnibus bonis ſuis ad locum tutum puerum equo ſuperpoſuit: cuius ducatu dirigeretur vt effugeret. Cumqꝫ incederent per viam: clamauit puer dicens. Ecce quidam inſequitur nos cum equo nigro. quo audito vrgens cecus equum ſuum calcari-

bus euaſit. Poſtea mittitur alius a domino
cū equo albo ad eū capiendū. Clamat puer inſi
nuans inſecutionem eius cū equo albo. Et ce/
cus ſimiliter vrgens equum ſuum calcaribus
euaſit. Cū aūt paululū pceſſiſſet clamauit puer.
Ecce alius cum equo ſimili noſtro.ſ.ruſo venit
poſt nos. Tunc cecus valde timuit: ⁊ cum mul
tum eum inſequeretur. vt pene attingeret ad
eum. clamauit cecus ad puerum. dirige me p
viam lapidoſam. ſi forte equus nos inſequens
dſerratur ⁊ fatigetur. Quo facto ⁊ illo equo ru
ſo fugato. cum alius euȝ ſimili equo ruſo inſe/
queretur dixit cecus puero. vt ſumeret viaȝ lu
toſam: ⁊ euaſit tutus. Iſte cecus eſt animus nr̄
ſatis obſcurus. Hic ſi vult euadē tyrānidē dia
boli: cuius ſerui naſcimur ⁊ tentationes eius
vincere: debet aſcendere equum charitatis. ⁊
puerum. i. ratione ſumere ducem itineris ſui.
i. operum. Inſequens eum equo albo. eſt dia/
bolus tentās in proſperitate. In equo nigro.
eſt tentās diabolus in tribulatione. Calcaria q
bus debet quis ſe vrgere ad vitandum tētatio
nes: eſt timor ſupplicij. ⁊ amor premij. In pro/
ſperitate enim tentat de ſuperbia inuidia aua
ritia. ⁊ hmōi. In aduerſitate de accidia: triſti/
tia. ⁊ ira. Sed amor glorie: ⁊ timor īferni: om/
nia facit ſuperare. Equus ruſus eſt amor carna
lis. ⁊ ardor concupiſcentie. qui perſequitur ve
hementer ⁊ qſi capit. Sed ad reſiſtendū hmōi
tentationibus. incedendum eſt per viam lapi/
doſam. i. aſperitatis ⁊ abſtinentie. Quartꝰ equ
us eſt tentatio vane glorie de ſimulata charita
te. Sed ad euadendum hanc: incedendum eſt
per aliam viam lutoſam. i. conſiderando ſe vi/
lem terram ⁊ cinerem ⁊ peccatorem.

¶ Ultimo viden/ .§.v.

Tētatio nis vtili tates ſunt. x. — dum eſt de multis fructibus ſeu vtilitatibꝰ tē/
tationum propter quas diabolus illuditur. vt
cum querit detrimēta hoī p tētamēta inferre p
Prima — fectuȝ ſuū inducat. ¶ Et primo qdeȝ tentatio hu
miliat ſeu ab elatione preſeruat. Unde apſus.
ij. Cor. xij. Ne magnitudo reuelationum extol
lat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis mee an
gelus ſathane qui me colaphizet. Btūs Greg.
Dum vitia nos tentant proficiētes in nobis
virtutes humiliant. Hinc eſt qꝫ iſrl iebuſeuȝ to
lerat: vt humana mēs de ſe humilia ſentiat. In
vitaſpatrum quidam ad hoc dabat exemplum
dicens. Quod niſi velaret piſtor oculos aīalis
molentis ad molaȝ verteret ſe animal: ⁊ come
deret ſuos labores. Si deus permittit cogi
tationes ſordidas in mente noſtra exurgere: ⁊
tentationes que mentem noſtram obnubilāt:
Secunda. — bona noſtra videamus ⁊ ea per ſuperbiam tē/
damus. ¶ Secundo tentatio hominem hono
rabilem reddit vnde dicitur. j. Mach. ij. Abra
am in tentatione ſua inuentus eſt fidel. Et ideo
reddidit ei deus gloriā in gente ſua. Magna
vtiqꝫ fuit tentatio quādo tentauit deus Abraā
mandans vt immolaret filium ſuum. Geneſ.
xxij. Bellabat enim paternus affectus et pro/
miſſio prius ei facta cū precepto diuino. j. Pe.
j. Modicum ſi oportet nunc contriſtari in va/
rijs tentationibus: vt probatio fidei veſtre in/
ueniatur in laudem gloriam ⁊ honorem. Legi
tur in vitaſpatrum de beato Antonio qꝫ cuȝ vi
riliter dimicaſſet contra tentamenta demonū.
qui etiam vſqꝫ ad mortem pene eum verbera/
uerant ⁊ proſtratum ex dolore ad maiora certa
mina eos prouocantem in diuerſas animaliuȝ
ferocium formas viſibiliter apparentes diſcer
perent: cum ſenſiſſet diuinam adeſſe preſentiā
in radio lucis emiſſo clamauit. Ubi eras bone
Ieſu ⁊c̄. Cui reſpondit dominus. Antoni hic
eram ⁊ certamen tuum expectabam. Nunc au
tem qꝛ viriliter dimicaſti: faciam te in toto or/
be nominari. quod patet de ſe. ¶ Tertio bona Tertia.
multiplicat ſpiritualia ⁊ temporalia. j. Corinh.
x. Faciet cum tentatione prouentum. Grego.
Multum adijcit ſibi virtus laceſſita. In cuius
figuram Job multipliciter tētato. adaucta ſunt
ei: ⁊ duplicata bona ſua. vt patet Job vltimo.
Unde in vitaſpatrum cum diſcipulus cuiuſdā
ſenis grauiter tentaretur: ⁊ vt reſiſteret graui/
ter ſe affligebat. Ait pater. Uis fili vt rogem
dominum vt auferat a te hanc tentationem.
Reſpondit. Non pater: quia ſentio in animo
meo ex eo profectuȝ: quia huius occaſione am
plius vigilo: ieiuno. ⁊ oro. Tantū ora pro me
vt det mihi deus fortitudinem. De quo eum
commendans gauiſus eſt. ¶ Quarto in mul/ Quarta.
tis docet ⁊ illuſtrat. Eccleſia. xxxiiij. Qui tenta
tus non eſt: qualia cognoſcit. q. d. pauca. Et in
figuram dicitur Judic. ij. Has igitur gentes
chananeorum dereliquit deus. ſcilicet in iſra/
el vt ex toto non delerentur: ſed aliquando im
pugnarent vt erudiret iſraelē in eis: vt ſcirent
artem pugnandi. Dum enim tentatio inſtigat
ad malum: docetur homo qꝫ ſi magna operat
et ſuperat. hoc non a ſe ſed dei virtute ageret:
cum experiatur ſepe in minimis quaſi defice/
re etiam ſi nolit. Unde Gregori. Tentari per/
mittit deus. vt dum per tentationem homo cō
cutitur: imbecillitate cognita fortius ſolidet.
Poteſt etiam talis expertus aliter alios doce/
re: ⁊ cautos reddere. Experientia enim eſt ma/
giſtra reruȝ. Unde ⁊ de chriſto dicit apoſtolus
ad Hebreos. iiij. Non enim habemus pontifi
cem qui non poſſit cōpati infirmitatibus nr̄is
tētatū p oīa p ſimilitudine abſqꝫ pctō: quia ſcȝ in
nullo ceſſit. In quo eni tētatus ē: potēs ē ⁊ his

lt a qui tentantur auxiliari. ¶ Quinto conſolatio
nem ⁊ refectionem ſpiritualem cauſat. In cui⁹
rei exemplum. poſtꝙ chriſtus tentationes ſu/
perauit in deſerto. dicitur Mat. iiij. Ecce acceſ
ſerunt angeli ⁊ miniſtrabant ei. ⁊ Hiero. ad eu
ſtochium de ſe ait. cum tentaretur tentatione
luxurie. Ipſaꝫ quoqꝫ cellulam meam quaſi co/
gitationum conſcientiam pertimeſcebaꝫ: ⁊ mi
hi iratus ⁊ rigidus ſolus deſerta penetrabaꝫ
⁊ vt mihi teſtis de⁹ eſt. poſt multas lachrymas
nonnunꝙ videbar mihi intereſſe agminibus
angelorum. Hinc ⁊ Sara vxor Tobie iunioris
aiebat. Non delectaris deus in perditionibus
noſtris: ſed poſt tempeſtatem tranquillum fa/
cis. ſcꝫ poſt tentationes quietem mentis: poſt
lachrymationem ⁊ fletum: exultationē infun/
dis Tobie. iij. dicitur a naturalibus de ceruo.
ꝙ prelians cum dracone vel ſerpente poſtꝙ oc
ciderit quaſi infectus ex flatu eius. ad fontem
currens in aquam ſe proijciens: totus refrige/
ratur ⁊ iuueneſcit. Sic ſeruus dei preliatus cū
dracone infernali. ⁊ quaſi infectus ex tentatio/
ne mala ad fluuium paradiſi recurrens: totus
cta confortatur ⁊ vigoratur. ¶ Sexto maliciam
demonum debilitat ps. Cadēt a latere tuo mil
le: ſcilicet demones tentantes in aduerſitate ſi
gnificata per ſiniſtram. ⁊ decē milia a dextris:
ideſt proſperitatem tentantes: tibi autem non
appropinquabit: ſcilicet aliquis eorum qui vi/
ctus a te cecidit. Dicit enim Origenes vt alle/
gat magiſter in. ij. Senten. ꝙ viri ſancti debel/
lantes cum demonijs: ſcilicet in tentationibus
⁊ ſuperantes diminuunt numerum eorum. vt
ſcilicet tales victi non amplius valeant tentare
Quod intelligit. b. Tho. in ſcripto quoad illuꝫ
qui vicit ⁊ perfecte vicit tentationes. Sed quo
modocunqꝫ ſit manifeſtuꝫ eſt ꝙ ſancti viri vin
cendo tentationes diaboli aſſumunt magnas
vires contra eos. vt eis illudant ne valeāt alijs
nocere ad petitionem eorum. Sic. b. Marga/
retha victo demone qui apparuerat ei ſub ſpe/
cie hominis compatientis ei de tormentis ſibi
illatis ad perſuadendum vt aſſentiret olibrio
prefecto. proiecit eum ad terram. pede ſuo euꝫ
calcans ⁊ dicens. Sternere ſuperbe demon ſb
pedibus femine. Cui ille. Dimitte me obſecro.
ſatis illuſiſti mihi. Sanctus vero baſilius pro
eo qui fecerat cyrographum ſua manu diabo
lo ſe ei tradens. reuertenti ad penitentiaꝫ orās
cum populo: coegit diabolum ad reddendum
publice inſtrumentum talis obligatiōis: ⁊ li/
ptia berauit illum de manibus eius. ¶ Septimo
alios confortat. vnde dicitur Tob. ij. Hanc ten
tationem dedit illi deus. vt poſteris daret exē/
plum patientie eius. ſicut ⁊ ſancti Job. Cū eniꝫ
quis conſiderat ſanctos etiam tentatos cōfor/
tatur: ⁊ non deſperat: quaſi ſolus ipſe: vel pec/
catores ⁊ imperfecti tentētur. Et aduertens ēt
ꝙ illi homines erant. ⁊ tamen dei adiutorio ſu
perabant tentationes. inde etiam confortatur
⁊ animatur ad fortiter dimicandum. Et ſi titu/
bat datur ſibi occaſio recognoſcendi debilitatē
ſuam. Unde ⁊ ps. xxv. Proba me domine ⁊ tē
ta me: ideſt tentando proba me. non quidem vt
tu cognoſcas me quaſi prius non cognoſceres
cum omnia noueris: ſed vt cognoſcam meipſꝫ.
¶ Octauo premiorum merita augmentat. nō Octaue
enim quis meretur ex hoc ꝙ non furatur vel
mechatur: vel nō odit: cū ſuper his nō impu/
gnet. Sed cū tentat de his ⁊ reſiſtit. tūc meritū
augetur Ja. j. Beatus vir qui ſuffert tentatio/
nē qm̄ cū probatus fuerit recipiet coronaꝫ vite
¶ Nā in vitaſpatrū legit. ꝙ cū quidam adole Exēplū
ſcens diſcipulus cuiuſdā ſancti ſenis ſemel cū
eo diceret officiū ⁊ pater propter vigilias pre/
cedentes dormitaſſet. pre reuerentia nō aude/
bat eū excitare. ſed tentatio cogitationis irrep
ſit ei. vt recederet ad cellā ſuā vadens. ⁊ poſt tē
pus aliquod rediret. Sed ſibi vim faciēs reſpō
debat ꝙ licentiam nō habuerat a patre ſuo. ſic
qꝫ ſepties ſuper hoc tentatus fuit. Exīde pater
euigilans illum videns aſtare miratus eſt. Et
poſt officium dictum cum eo miſit ad cellam.
Poſt quod in oratione ſe tradens vidit in ce/
lis ſedem paratam cum ſeptem coronis deſup
Et cum ille miraretur. ⁊ quereret cui illa para/
ta ſedes eſſet. dictum eſt diſcipulo ſuo. Et cum
interogaret quare ſeptem corone ſuper eā poſi
te erant dictum eſt. quia illa nocte ſeptem vici/
bus reſtiterat tentationi inſtiganti euꝫ ad re
cedendum. Et ideo pro qualibet vice ſibi meru
erat vnam coronam. ¶ Nono tentatio pecca/ Nona
ta purgat. Sap. iij. Deus tentauit illos: ideſt p/
miſit tentari. ⁊ inuenit illos dignos ſe. Tanꝙ
aurum in fornace probauit illos. aurum auteꝫ
in fornace ignis purgatur a mixtura vili. Hinc
⁊. b. Greg. ait. Ab electis ſuis temporali affli/
ctione maculas iniquitatum curat abſtergere.
quas in eis in eternum non vult videre de pe.
di. j. ſi peccatū. In tentatione enim homo affli
gitur. dum ſibi vim infert ne aſſentiat. in quo
magis frequenter anxiatur ꝙ̄ per afflictioneꝫ
corporalem. Unde patienter ferendo moleſtiā
⁊ reſiſtendo: purgant peccata quoad penam
debitam: ſcilicet per modum ſatiſfactionis. et
ad hoc facit quod legitur in vitaſfratrum. ꝙ Exēplū
cum quidaꝫ ſanctus religioſus ad extrema ve
niens: timorem ⁊ horrorem multum oſtendiſ/
ſet ex tentationibus quas patiebatur. defunct⁹
apparuit cuidam ſibi familiari. in ſtatu glorie
ſe eſſe affirmans. Et cum ille quereret quare tā
tum horrorem ⁊ afflictioneꝫ habuiſſet in fine.

Reſpondit. Neſcis ſcriptuȝ eſſe ſcilicet in Job

Decima xlj.c. quia territi purgabuntur. ¶ Decimo et vltimo in celo coronat Lu.xxij. ait chriſtus diſcipulis. Uos eſtis qui permanſiſtis mecuȝ in tentationibus meis ⁊ ego diſpono vobis regnũ vt edatis ⁊c. Non coronabitur ait apoſtolus. ij. Ti.iij. Niſi qui legitime certauerit. Certat legitime qui reſiſtit et vincit in prelio tentationum. vnde Apoc.ij. dicitur Uincẽti dabo edere de ligno vite quod eſt in paradiſo dei mei. Hec eſt fruitio diuinitatis. Et ex his illuditur draco iſte ⁊ ſerpens antiquus: ⁊ demum ꝓycitur in terram inferni. vt dicit Apoc.xij. Adaucta ſibi pena ex accidentali malicia tentationũ ⁊ ſancti liberati ab eo gratias agunt omnipotenti deo de victoria habita eius gratia. de materia tentationum habes etiam multa ſupra in prima parte titu.vj.

¶ De tribulatione maxima que erit tempore antichriſti. Capitulum.iiij.

Quia tentatio maxima fiet hominibus tẽpore antichriſti: ideo nunc de ea. Et quia locuti ſumus de diabolo tentatore ſub nomine draconis Jo. Apo.xx. de dracone loquens ait. Uidi angelum deſcendentem de celo habentem clauem abyſſi ⁊ cathenaȝ magnam in manu ſua: ⁊ apprehendit draconem ſerpentem antiquũ qui eſt diabolus ⁊ ſathanas: ⁊ ligauit eum per annos mille. ⁊ miſit eum in abyſſum: ⁊ clauſit ⁊ ſignauit ſuper eum. Et ſubditur. Poſtꝗ cõſũmati fuerint mille anni. ſoluetur ſathanas: ſcilicet draco iſte de carcere ſuo: ⁊ exibit ⁊ ſeducet gentes. Et de eo etiam dicitur. c.xij. ꝙ draco iſte cauda ſua traxit de celo tertiam partem ſtellarum. Quis ſit iſte draco ipſe Joãnes inſinuat: quia ſathanas angelus deſcendens de celo ⁊ deyciens ⁊ ligans eum in abyſſum. poteſt dici eſſe magni cõſilij angelus ſcilicet chriſtus qui paſſus ⁊ ad inferos anima eius deſcendẽs cum deitate patres de lymbo eduxit ligans in inferno inſatiabilem homicidam diabolū idest potentiam ſuam ⁊ maliciam ſuam debilitans virtute ſue paſſionis: ne quantum cupiat nocere preualeat in animabus. In corporibus autem ſeuiendo per tyrannos infideles contra chriſtianos: precipue videtur fuiſſe ligatus tẽpore ſiluestri imperio ad fidem conuerſo. Unde ⁊ in ſignum huiuſmodi ſilueſter papa alligauit draconem materialem inficientem ⁊ occidentem populum rome in foueaȝ profundiſſimam. dicit autem. b. Greg. xxxij. moral. tractãs illud Job.xl. Stringit ſcilicet beemoth caudam quaſi cedrum. ꝙ millenario numero ratione ſue perfectiõis ſignificat omne tempus eccleſie quantũcunqȝ ſit vſqȝ ad finẽ eius idest tempus antichriſti. vnde ponitur numerus determinatus pro indeterminato. poſt quod dicitur ſolui draco ſathanas de carcere ſuo qui tẽpore antichriſti permittet amplius ſeuire corporaliter ⁊ ſpiritualiter per illum peſſimuȝ hominem antichriſtum. Et hoc eſt cauda vbi maxime eſt veneuȝ draconis: ⁊ beemoth ſcilicet antichriſtum qui in fine eccleſie erit quaſi beemoth qui ad litteram eſt elephas: quia diabolus ipſum antichriſtum valde eleuabit in potẽtia ⁊ temporali dignitate ſuper omnes. ſicut cedrus eſt altiſſima arborum: ⁊ ſtringet duricia ⁊ feritate. Unde ⁊ tertiam partem ſtellarum dicitur draco iſte deycere cauda: q2 per antichriſtum multos qui valde reſplendebant in eccleſia doctrina ⁊ vita deyciet. Uel proſternendo per mortem ad terram quoad ſanctos. vel proſternendo multos ſpiritualiter inducendo ad terrena. Quantum autem ſit diabolus tunc tẽtationibus ⁊ tribulationibus ſeuiturus dominus noſter ieſus inſinuat di. Mat.xxiiij. Erit tunc talis tribulatio qualis non fuit ab initio mundi vſqȝ modo nec fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro. ⁊ vnde ſit grauitas huius tentationis tunc. b. Grego. vbi ſupra ſcilicet. xxxij. li. moral. ſic oſtẽdit di. Uidendum valde eſt cum beemoth iſte caudam ſuam vt cedrum ſubleuat in quo tũc atrocioꝛ ꝗ̄ nũc ſe erexerit ſurgat. Que enim penarum genera nouimus que non iam vires martyrum exercuiſſe gaudemus. Alios enim improuiſo ictu: immerſos gladio ſtrauit. Alios crucis patibulo affixit: i quo ⁊ mors prouocata repellitur ⁊ repulſa prouocatur. Alios hirſutis ferra dentibus attriuit. Alios armatos ferro inſulcans vngula ſparſit. Alios beluina rabies morſibus detruncando cõminuit. Alios ab intimis viſcerum per cutem preſſa vis verberuȝ rupit. Alios effoſſa terra viuos operuit. Alios demerſos in morte precipitium fregit. Alios in ſe proiectos aqua replẽdo abſorbuit. Alios edax flãma vſqȝ ad cineres depaſta compoſuit. Cum ergo beemoth iſte caudam ſuam in fine mundi amplius dilatat. quid in illis tormẽtis tunc atrocius exurgit niſi illud quod in euangelio dominus dicit. Surgent pſeudo ꝓphe: ⁊ dabunt ſigna magna ⁊ prodigia: ita vt in errorem mittantur ſi fieri poteſt etiam electi. Nũc enim fideles noſtri mira agunt cum peruerſa patiuntur. Tunc autem beemoth huius ſatellites ſcilicet antichriſti etiam cum praua ingerunt mira acturi ſunt. Penſemus igitur que erit illa humane mentis tentatio. quando plus martyr ⁊ corpus tormentis ingerit. ⁊ tamẽ ante oculos eius mira tortor facit. Cuius tũc vir/

tus nõ ab ipſo cogitationũ fundo quatitur. qñ
to qui flagris cruciat ſignis coruſcat. Sic ergo
beemoth ſtringit caudã ſuã quaſi cedrũ q: ni/
mirũ ⁊ altus tunc erit ueneratione prodigij. ⁊
durus crudelitate tormenti. Hec. b. Greg. Et in
antichriſto fuit ⁊ erit fortitudo temporalis. In
ſanctis qui uincent tentationes ⁊ tormẽta erit
fortitudo ſpiritualis. Multa reperiuntur de
antichriſto prenunciata in ſacris ſcripturis et
per doctores declarata. Sed permaxime de eo
agit Dañ. c. vij. vt exponunt oẽs doctores. Un
de ⁊ chriſtus loquens ⁊ prenunciãs de exter//
minio ⁊ tribulatione maxima hieroſolyme: ac
etiã afflictione eccleſie duriſſima per antichri/
ſtum: que poſtea cito habitura ad finẽ. inquan
tum militãs per finẽ mundi: ⁊ finale iudicium
dixit Mat. xxiiij. Cũ videbitis abominationẽ
deſolationis ſtantẽ in tẽplo que dicta eſt a da//
niele ꝓpha. Tunc qui legit intelligat: ſcȝ tunc
impleri illã ꝓphiam. hec ꝓphia habef Dañ. ix.
in fi. Unde poſtq̃ danieli fuit reuelatũ tempus
determinatũ future incarnatiõis in. lxx. hebdo
madibus annorũ. ⁊ de paſſione chriſti ⁊ fructu
eius. ⁊ deſtructione hieroſolyme per tytũ cum
romano exercitu dicit poſt finẽ belli ſtatuta de
ſolatio ſcilicet hieroſolyme ⁊ paulopoſt. In tẽ
plo erit abominatio deſolationis: ⁊ vſq; ad cõ
ſũmationẽ ⁊ finẽ perſeuerabit deſolatio. vt di/
cit Nico. de ly. Abominationẽ appellãt hebrei
idola ſeu idolatriã: que inter vitia maxime eſt
abominabilis. Abominatio ergo deſolationis
eſt idolũ poſitum in templo deſolato. i. deſtru//
cto. quod fuit factum ſm quoſdam de imagi//
ne tyberij imperatoris quã pilat᷒ poſuerat in
templo. Sed hoc iam factum fuerat. Unde alij
dicunt de imagine Gay imperatoris. hoc quã
mandauit poni in tẽplo vt adoraretur. quod
fuit factum poſt decennium a paſſione domini
Sed melius videtur exponendũ. vt dicit pe.
come. in hiſtoria ſcholaſtica de eo quod geſtũ
eſt per euerſionem hieruſalem. per titum ab
adriano imperatore qui poſuit ſtatuã ſuã in tẽ
plo deſolato ⁊ euerſo vbi arca ſteterat. Ueſti//
gia enim adhuc quedam ciuitatis remãſerant
⁊ iudei qui vndecũq; venientes ad locum ſan
ctum redibant ⁊ multiplicati remouerunt ſta//
tuam. Et hoc adrianus audiens poſuit manuȝ
ſuam extremam. ⁊ funditus euertit vrbẽ ⁊ mã
dauit artiſſime ne quis iudeorum remaneret
in terra illa. Nam ciuitas que poſtea fuit edifi
cata ⁊ dicta helya. non fuit ſita vbi prius erat.
ſed iuxta. De hac ergo abominatione: ideſt ido
lo abominabili poſito in templo deſolato: vide
tur intelligenda auctoritas danielis inducta a
chriſto que fuit data in ſignum propinquiſſi//
me totalis euerſionis hieruſalem. Et in figurã
euerſionis quaſi eccleſie ⁊ finis mundi cuȝ vi/
delicet antichriſtus reedificata hieruſalem et
templo. vt ait apoſtolus. ij. Theſſal. ij. In tẽplo
ſedeat tanq̃ ſit deus. faciens ſe pro deo ⁊ vero
meſſia iudeorum adorari. Et hoc erit ſignum
propinquiſſimum deſtructionis totalis hieru/
ſalem ſpiritualis. ideſt eccleſie. Non ꝙ eccleſia
deficiat ex toto tempore antichriſti. Licet tunc
multi recedent ab ea ⁊ ruent ſpiritualiter. Sed
quia poſt mortem antichriſti cõmuniter credi
tur ꝙ parum durabit mundus: ſed finem ha/
bebit. Chriſto veniente ad iudicium: ⁊ tunc de
ficiet eccleſia inquantum militans tranſlata in
triumphantem. Hec igitur deſolatio templi ⁊
ciuitatis durabit vſq; in finem. ideſt circa tem
pus antichriſti qui erit circa finem mundi.

De ipſo antichri/ .§. i.

ſto ⁊ aduẽtu xpi ad iudiciũ qui ſequef habenf
in dicto. c. vij. danielis. Ubi prius fit mentio.
de quatuor monarchijs mũdi: ſucceſſiuis que
notãf per quatuor beſtias exeũtes de mari ma
gno vbi pugnabant quatuor venti. i. angelice
ptãtes ex quatuor mũdi ptib᷒ ꝓ regnis vel cõ/
tra. Mare magnũ ẽ mũdus. vel moralr. qua//
tuor vẽti quatuor hoium paſſiões. Gaudium
ſeu delectatio icludẽs in ſe amorẽ ⁊ deſideriũ.
Dolor ſeu triſtitia icludẽs odiũ ⁊ abominatio/
nẽ. Spes icludẽs in ſe audaciã ⁊ irã. Timor in
cludẽs in ſe deſpationẽ. His. n. paſſiõib᷒ homi
nes dediti ad inuicẽ pugnẽt. Quatuor beſtie
exeũtes de mari vna poſt aliã: ſignificant mo/ Quatuor be//
narchias q̃ habuerũt ꝑncipale dñium mundi ſtie q̃d ſignifi/
tpib᷒ ſuis q coiter: beſtialr. ⁊ tyrãnice vixerũt. cent.
Haruȝ prima dr̃ ſimilis leene hñti alas aquile
cui ale auulſe ſunt. ⁊ datũ ẽ ei cor ⁊ ſtetit vt hõ. Prima
ſignificat regnũ aſſyrioꝝ qđ fuit primũ in mo/
narchijs. Aſſ. laf aũt leene pp violẽtiã ⁊ libidi
nẽ talis gẽtis. Nã leena eſt aial violẽtũ ⁊ luxu
rioſum. Due ale ſunt due gẽtes. i. aſſyri ⁊ chal
dei qb᷒ ꝑcipue ꝑfuit. Ale iſte dicuntur aqle pp
diuturnitatẽ talis regni. Aqla. n. diu viuit. In
cepit. n. illud regnũ ſub ſaruch pauo abrae fo
te a nembroth. vel ſaltē a nino qui regnauit
in niniuem: ⁊ durauit vſq; ad Balthaſar q ſe/
dem regni tenebat in babylone: vbi interfect᷒
fuit. vt patet Dañ. v. Quod auulſe ſunt ei ale ⁊
poſtea datum eſt ei cor: refertur ad Nabucho/
donoſor: magnum auum vel proauum Bal//
thaſaris: cui ad tempus ſublatum eſt imperi//
um. cum ſcilicet propter ſuperbiam conuerſus
eſt in beſtiam: ſed poſtea reſtitutus: vt patet
Dañ. iiij. ¶ Secunda beſtia egreſſa de ma//
ri ſimilis. dicitur vrſo habenti tres ordines Scda
dentiuȝ in ore. eiq; dicebatur. Surge comedẽ
carnes plurimas. hec deſignat monarchiã pſa

rum ⁊ medoꝝ que ſimilatur vrſo ꝓpter patientiaꝫ laboris ⁊ victus parcitatē. Nā pro pulmento ſal vtuntur ⁊ cardamomo. Cepit hec monarchia in dario ⁊ cyro nepote eius poſtq̄ occiderunt balthaſar capta babylone. ⁊ durauit vſq̄ ad darium arſani huius nominis quartuꝫ. deuictum ab alexandro magno per ſucceſſionem. xiiij. regum medorum ⁊ perſarum. Dicitur autem in parte ⁊ nō in toto ſimilis vrſo huic beſtie. quia ita parca fuit in victu hec monarchia ꝙ nil tamen crudele fecit in opere erga populū dei. ſ. iudeorum ſibi ſubditū. Tres ordines dentium ſunt tria genera principum ſibi aſtantiū. ſ. medorum: perſarum: ⁊ chaldeorūꝫ. Et quod ei dicebatur. Comede carnes plimas. refertur ad regem aſſuerum. cui perſuaſuꝫ fuit ab amā amiciſſimo: ⁊ iam littere deſtinate erant vt certa dei occiderentur omnes iudei vbicūq̄ inuenirentur. ſed reuocatum totuꝫ fuit. vt pꝫ in hyſtoria heſter per totum. ⁋ Tertia beſtia dr̄ ſimi-

Tertia. lis pardo habenti alas auis: ⁊ quattuor capita ⁊ ptās ei data ē. Hec ſignificat monarchiā grecorum que aſſimilatur pardo que eſt varij coloris. ſicut propter varietatem regnorum ſiue propter varietatem doctrinarum. Naꝫ ſub iſta monarchia multum claruerūt phī. Ariſtoteles enī dicitur fuiſſe magiſter alexandri. Alas dicitur habuiſſe auis propter velocitatem adeptionis dominij. Nil enim velocius victoria alexādri: vt non videatur bellaſſe ſed volaſſe ad acquiſitionē dominij. In. xij. eniꝫ ānis ſubiugauit ſibi regna orientis. Et cuꝫ moreretᷣ allate ſunt epl̄e de regnis occidentis. Poteſtas ei dicitur data quia non a ſe ſed a deo habuit tantum dominium ad punitionem malorum. Quattuor capita fuerūt quattuor reges q̄ ei ſucceſſerūt in dominio macedonie. Nā in oriente regnauit Seleuch⁹ in babylonia ⁊ ſyria ab occaſu. Philippus in grecia. Ptolomeus in egypto v̄ſus meridieꝫ. Antigonus in aſia ⁊ pōtho verſus aquilonem. paulatiꝫ autē defecerunt. ⁋ Quarta be-

Quarta ſtia diſſimilis ceteris. licet non ponatur ſimilitudo eius: tamen hebrei dicunt ſimilem apro. ſm̄ illud ps. lxxix. Exterminauit eam aper de ſilua. Hec beſtia terribilis habēs dentes ferreos comedens ⁊ cuncta cōminuēs ⁊ reliqua pedibus conculcans. eſt monarchia romanorum que omnia ſibi ſubiecit regna ferro armorum. Habebat autēꝫ hec beſtia cornua. x. quod reſpicit ad finem mundi. Nam incepit hec monarchia a iulio ceſare que prim⁹ ſibi vſurpauit imperium. ſed perfecta eſt in octauiano auguſto ſub quo natus eſt xp̄us. Et iam durauit ab ipſa domini natiuitate per ānos. m̄. cccci. Sed circa finem mūdi diuiditur in deceꝫ partes. Nouem enim regna recedent a xp̄iano imperio. ⁊ maior pars horum etiam ab obdedientia eccleſie vt regnum indoꝝ. regnum turchoꝝ. regnū ſaracenorum. regnum tartaroꝝ. regnuꝫ armeniorum. regnum georgianoꝝ. regnum grecorum. Licet enim impator eoꝝ cum patriarcha ſuo redierint ad fidē romane eccleſie: tamē nō recognoſcit imperatorē romanorum ſibi ſuperiorem. Regnum boemoꝝ qui iaꝫ. xxxv. annis elapſis receſſerunt a ſinceritate fidei: necdū reducti ad vnitatem eccleſie. Regnum francorū etſi fideliſſimum ſit: non tn̄ recognoſcit ſupiorem impatorem romanoꝝ. Decimum regnum ſeu decima pars imperij diuiſi eſt romanum impium qḋ figuratum eſt per decē soles ſm̄ vaticiniuꝫ ſibylle. ⁋ Inter iſta decē cornua vidit Daniel oriri cornu paruulū. ⁊ tria euulſa ſunt de prioribus cornib⁹ a facie eius. Hoc cornu ē antixp̄s de tribu dan ignobilis. cum dan nat⁹ ſit de ancilla. tria cornua euulſa de priorib⁹ (vt dicitur in hyſtoria ſcholaſtica) ſunt tres reges. ſciliꝫ aphrice: egypti: ⁊ ethyopie. quos interficiet. Alij ſeptem colla ei ſubijciētur vt victori. Oculi quaſi hoīs quos vidit Daniel in cornu illo paruulo: eſt ſubtilis ⁊ alta eius ſciētia ⁊ malitia. Os autem ingentia loquetur: q2 deuꝫ ſe dicet ⁊ meſſiaꝫ ⁊ in lege promiſſum. Quō iudei credentes ꝯfluent ad eū. Qui reedificare faciet templum dei. Et in eo ponet ſoliuꝫ ſuum vt deus. Et ad ſe trahet hoīes terrore tormētoꝝ. promiſſione terrenoꝝ ⁊ donatione operatione falſorum miraculoꝝ: vt dicetur plenius. ſ. ⁊ interficiet Enoch ⁊ Heliā. Et ſbdit Daniel. Aſpiciebam donec poſiti ſunt throni. ſ. aſſeſſoruꝫ. ⁊ antiquus dierū ſedit. ſ. de maieſtate ſua iudicium faciet. Et ponitur diſpoſitio eius ibi: vide. Et libri aperti. ſ. ꝯſcientie ſinguloꝝ tunc patebūt. Et vidit ꝙ beſtia illa quarta perijſſet: ⁊ corpus eius traditum eſſet igni: ⁊ ptās aliarū beſtiarum etiam ablata: q2 omnis principat⁹ mūdi ceſſabit. Et ecce in nubibus celi filius hominis veniebat: ⁊ obtulerunt eum vſq̄ ad ad antiquum dierū ⁊ data eſt ei poteſtas honor ⁊ regnum: ⁊ omnis populis tribus ⁊ lingua ſeruiet ei ⁊c̄. Et ſubdit de cornu illo paruulo. ſ. antichriſto. ꝙ faciebat bellum aduerſus ſanctos et preualebat donec venit antiquus dierū. Et putabat. ſciliꝫ antichriſtus ꝙ poſſit mutare tempora ⁊ leges ⁊ iudicium: ſedit vt auferatur potentia eius ⁊ conteratur.

⁋ In ſequenti capi. §. ij.

tulo Dañ. viij. ponitur alia viſio Danielis quā habuit anno tertio Balthaſar qui regnabat in babylone monarcha vltimo aſſyriorum. Aliaꝫ quam expoſuimus in. §. precedenti habuerat anno primo regni eius. Et tangit de duabus monarchijs.

monarchijs.ſcꝫ Perſaruꝫ ⁊ Medoꝝ:⁊ de monarchia grecoꝝ. Et monarchia medoꝝ oſtenſa eſt ſibi in ariete habente duo cornua quibꝰ ventilabat contra omnes partes mundi:⁊ nullus poterat reſiſtere. Monarchiam vero grecoꝛuꝫ vidit in hyrco caprarū qui habebat cornu magnum in fronte:quo efferatus in arietem occidit eum. Iſtud cornu fuit Alexander magnus qui percuſſit arietem illum cornua habentem duo:qꝛ deuicit ⁊ occidit Darium vltimuꝫ monarcham medoꝝ ⁊ perſaruꝫ. Illo cornu fracto idest Alexādro mortuo:orta ſunt quatuor cornua in capite hyrci:quia diuiſum eſt imperiū Alexandri in quatuor regna. In egypto regnauit Ptolomeus filiꝰ Lagi. In macedonia Philippus frater Alexandri:que eſt ad occidentē. Syrie ⁊ Babylonie:⁊ ſuperioribus locis ad orientem Seleuchus. Nicanor imperauit Aſie ⁊ Pontho:⁊ prouincijs illis regionis. Antigonus ad ſeptentrionem.⁊ hoc ſm orbis totius plagas. Cornu aūt modicum quod egreſſum eſt ex vno de his quatuor cornibus ⁊ factū eſt grande:hic eſt Antiochus epiphanes deſcendens a Seleuco:qui dum eſſet Rome obſes fugiens inualuit in regnum ⁊ magnificatus eſt contra meridiem.i.contra egyptios ⁊ contra orientem.i.eos qui in perfide moliebantur nouas res. ⁊ contra fortitudinem celi.i.filios iſrl' ⁊ deiecit de ſtellis in terraꝫ.i.de iudeis:⁊ vſqꝫ ad principem fortitudinis magnificatus eſt.i. contra deum.quia ab eo abſtulit iuge ſacrificium:⁊ deiecit locum ſanctificationis:quia poſuit in templo ſtatuam iouis. ¶ Ubi ſcienduꝫ ꝙ iſte peſſimus antiochus qui martyrizari fecit matrem cum ſeptem filijs:⁊ multos alios propter obſeruantiam legis dei:figura fuit antichriſti veri. Unde que dicūtur de ipſo ſignato per illud cornu paruum:exponuntur pene omnia ⁊ aptiſſime de antichriſto ⁊ magis proprie. Unde ⁊ Gabriel dixit Danieli declarans ſibi viſionem de cornu paruo. Ego oſtendam tibi que futura ſunt in nouiſſimo maledictionis:quoniam habet tempus finem ſuum. hoc autem non erit niſi in fine mundi. Et poſt explanationem arietis ⁊ hyrci ⁊ quatuor cornuum eius:exponens de alio cornu paruo exorto inter illa ait. Cum creuerint iniquitates:cōſurget rex impudens facie:ſcꝫ antichriſtus ⁊ intelligens propoſitiones:ideſt magnam ſciētiam. Et roborabitur fortitudo eius:ſed nō in viribꝰ ſuis.ſ.qꝛ in malicia diaboli ⁊ arte magica qua vtetur. Et ſupra ꝙꝫ credi poteſt vniuerſa vaſtabit:vt ſcꝫ ſubyciat ſibi omnes. Et proſperabitur ⁊ faciet. Et interficiet robuſtos ſcilꝫ Enoch ⁊ Helyam:⁊ populum ſanctorum ſcdꝫ voluntatem ſuaꝫ.i.veros fideles. Et dirigitur dolus in manu eius.i.fraus.⁊ fallacia in miraculis faciendis. Et cor ſuum magnificabit: vt ſcilicet faciat ſe ab omnibus venerari. Et in copia rerum omnium occidet plurimos:ſcilicet promittendo ⁊ donando diuitias credentibus ſibi. Et contra principem principum cōſurget ideſt contra chriſtum dicendo non illum:ſed ſe eſſe chriſtum in lege promiſſum. Et ſine manu conteretur:quia ſcilicet dum dicet ſe celum aſcenſurum:fulminabit. Et paulo ante dicit ꝙ auferet a deo iuge ſacrificium ſcꝫ celebrationem chriſtiani cultus ⁊ ſacramentorum eccleſie. Et proſternetur veritas in terra: qꝛ non erit qui audeat predicare veritateꝫ. Qđ vero ſubditur:hanc tribulationem duraturaꝫ diebus duobus milibus trecētis:⁊ poſtea mūdandum ſanctuariū.refertur ad ipſum Antiochum:qn̄ hieruſalem cepit ⁊ violauit templuꝫ dei multis immundicijs. Que prophanatio durauit tanto tp̄e ideſt circa ſeptem annos.⁊ poſtea mundatum eſt templū a Juda machabeo cum ſuis. ¶ In.c.etiā.xj.Daniel plura dicuntur de iſto Antiocho peſſimo ⁊ antichriſto.quedam que ꝯueniunt antiocho:⁊ quedam antichriſto.cuius figura extitit:vt dicit magiſter in hyſtoria ſcholaſtica. ¶ Et in.ca.xij.ponitur de Michaele pugnante pro eccleſia. Et de tempore quantum durabit talis tribulatio. Et de tempore poſtmodum dando.

¶ De antichriſto .§.iij.

loquitur Pſalmiſta cū ait ps.ix. Conſtitue dn̄e legiſlatorem ſuper eos:vt ſciāt gentes qm̄ homines ſunt. Ut qđ dn̄e receſſiſti lōge.deſpicis in opportunitatibus in tribulatiōe.dum ſuperbit impius:incendit pauper. Glo.exponit hoc de antichriſto. ¶ Iſte antichriſtus venturus eſt antixp̄s
ſm docto.⁊ ſcripturas in fine mūdi. Qui(vt di q̄ tp̄e vē
cit Uincentius in ſpeculo hyſtoriali)circa fineꝫ turꝰ ſit
naſcet in babylone de tribu Dan:ex viro ⁊ mu ⁊ vbi na
liere.ſed concepto ⁊ animato(vt dicit magiſter ſcetur.
in hyſtoria ſcholaſtica) deſcendet diabolus in vterum mr̄is:ad implendum cū omni malitia vt vaſe ſuo. Et ꝙuis angelus bonus nō ei ſubtrahatur ad cuſtodiaꝫ:ſicut ⁊ datur alijs ex vtero matris natis.vt dicit beatus Tho.in prima parte.tamen poſtꝙꝫ incipiet malitia vti:nulluꝫ effectum cuſtodie in eum exercebit eo obſtinato. Hic antichriſtus(vt dicit Methodius martyr:qui multa predixit de futuris nouiſſimis) apparebit corozaim:que.eſt ciuitas vicina iudee.nutrietur in Nazareth. regnare incipiet in capharnaum.demū(vt dicit Uincētius vbi ſupra)veniet in hieruſalem:⁊ ibi faciet ſe circūcidi:vt oſtendat ſe conformē patribus iudeoꝝ ⁊ dicet ſe meſſiam in lege eis promiſſuꝫ. Et in

dei in eum credent: ⁊ vt meſſiam ſuum ſuſcipi
ent ⁊ venerabūtur. Et hoc eſt qḋ chꝛiſtus dixit
eis Joan. v. Ego veni in nomine patris mei ⁊
non me recepiſtis. alius veniet in nomine ſuo:
ſcʒ antichꝛiſtus: querens gloꝛiam pꝛopꝛiaʒ ⁊ il
lum accipietis. ſcʒ vt verum chꝛiſtum. Ipſe igi
tur antichꝛiſtus foꝛtis in malitia ⁊ potentia tē
poꝛali: bellabit contra foꝛtes virtualiter: ſcilicet
fideles. Et inde ſequet̄ maxima tentatio. ¶ Et
in dictis v̄bis Pſal. poteſt notari quadruplex
modus tentādi quomodo vtetur antichꝛiſtus
ad deceptionem hominum.

quadruplici mō antixp̄us homines tētabit.
¶ Pꝛimo per pꝛolationem fallaciuʒ doctrina/
rum. Ps. Conſtitue domine ⁊c̄.
¶ Scḋo per oblationem plurium diuitiaruʒ.
Sciant gentes ⁊c̄.
¶ Tertio per illationem multiplicium pꝛeſſu/
rarum. Ut quid domine re.
¶ Quarto per patrationē rerum pꝛodigioſa/
rum. Dum ſuperbit impius ⁊c̄.
¶ Quantum ad pꝛimū ponitur ibi pꝛeſens i/
peratiui pꝛo futuro indicatiui. qḋ frequent̄ fa/
ciunt pꝛophete. Juxta illud Hier. xvij. Duplici
contritiōe ꝯtere eos domine deus noſter ideſt
conteres. Non enim pꝛopheta optat vel impe/
trat malum populo ſuo: ſed pꝛenunciat. Conſti
tue ergo dicit ideſt conſtitues legiſlatoꝛē ſuper
eos peccatoꝛes. videlicet qui legiſlatoꝛ erit an/
tichꝛiſtus: vt dicit glo. Dicitur aūt deus illum
conſtituere non faciendo: ſed permittendo. Ut
enim ait. b. Aug. in enchiridion. Nihil in mū
do fit niſi oīps fieri velit: vel permittendo fieri
ſcʒ quoad mala que nō impedit. Uel ipſe facie̅/
do. quo ſcʒ ad bona quoꝝ eſt actoꝛ. Antichꝛiſt⁹
igitur dicens ſe eſſe meſſiam pꝛomiſſum iude/
is in lege ſua moſayca. dicet ad ſe ſpectare con/
dere nouā legem ſm̄ q̄ pꝛedixit per Hieremiā
dominus. dabo leges meas in coꝛdibus eoꝛuʒ
ſcʒ ⁊c̄. Et Dan. vij. dicitur de antichꝛiſto q̄ pu/
tat q̄ poſſit mutare tempoꝛa ⁊ leges. Et legem
quidem moyſaicā nō repꝛobabit: ſed que in ea
habentur de meſſia. vt illud. Pꝛophetā ſuſcita
bit deus de fratribus tuis. ipſum tanq̄ me au
dietis. Deut. xviij. ⁊c̄. Dicet de ſe pꝛonunciata
⁊ in ſe impleta. Unde ⁊ multa occulta alijs vel
futura. diabolo reuelante pꝛenūciabit. vt oſten/
dat ſe magnum pꝛophetam. Chꝛiſtum autem
quem adoꝛant xp̄iani dicet per ſe ⁊ ſuos pꝛedi/
catoꝛes fuiſſe deceptoꝛem. ⁊ ideo pꝛopter ſcele
ra ſua ſeu ſuperbiā fuiſſe crucifixū: ⁊ a deo dere
lictum. Que aūt in veteri teſtamento habentur
de paſſiōe eius. exponet falſo: diuerſis apparē/
tibus veritatibus. vt etiā nunc exponūt iudei.
Moꝛalia legis male interpꝛetabitur. vt de vſu
ris: libello repudij perſecutiōe inimicoꝝ. ⁊ hu
iuſmodi. que omnia cōcedet. Legales cerimo/
nias vt datas a deo dicet obſeruandas. Et vt di
citur a Gre. vij. de ꝯſe. di. iij. peruenit. Ipſe faci
et celebrari a ſuis diē ſabbati vt placeat iudeis
cum hoc ſit in lege eoꝝ. ⁊ diem dominicam in
veneratione̅ ſue non chꝛiſti reſurrectionis. Di
cit enim ſe moꝛituꝝ ⁊ tertia die reſurrecturuʒ.
Unde ibi dicitur q̄ feſtinātes ſabbatum ⁊ dn̄i
cam ſunt pꝛedicatoꝛes antichꝛiſti qui vtrunq̄
faciet celebrari. Locus reſidentie antixp̄i dicit̄ Loc⁹ reſidētie antixp̄i
foꝛe Hieroſolyma. Sed pꝛedicatoꝛes ſuos mit/
tet per oꝛbem: ſicut xp̄s miſit apoſtolos ad euʒ
pꝛedicandum ⁊ manifeſtandum eſſe chꝛiſtum
Unde ⁊ ait xp̄s Matth. xxiiij. Multi pſeudo
pꝛophete ſurgent: ⁊ multos ſeducent. Et paulo
poſt. Si dixerint vobis. ſcʒ pſeudo pꝛophete. i.
pꝛedicatoꝛes. Ecce in deſerto eſt chꝛiſtus. noli/
te exire. ſcʒ ad videndum eum. Ecce in penetra
libus. nolite credere. Exponēt autem eius pꝛe
dicatoꝛes ſcripturas fallaciter. ⁊ cū magna elo
quentia ⁊ verſutia verboꝛū. Pꝛedicatoꝛes aūt
eccleſie tacebunt: vel timoꝛe paſſionis: vel amo
re terrenoꝛum: vel ignoꝛantia ſcripture ſacre p
pter quam neſciēt confutare expoſitiōes erroꝛ
tas illoꝛum. Et ſic implebitur illud ſignuʒ pꝛo/
pinqui iudicij datum a xp̄o Matth. xxiiij. ca.
Stelle cadent de celo ideſt doctoꝛes decidēt ab
intellectu ⁊ ſtudio ſcripture. Dicitur eniʒ Dan.
xij. Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos qua/
ſi ſtelle. Scriptura dicitur celum. Unde zephe/
rinus papa di. xxxviij. ſic ait. Mentes fideliuʒ
inherentes ſacre ſcripture firmamento ideſt ce
lo. non obſcurabit mundana iniquitas. Nō ta
men ex toto ceſſabunt pꝛedicatoꝛes veritatis. ⁊
permaxime de paradiſo terreſtri mittentur in
mundum Enoch ⁊ Helyas quo fuerunt trāſla/
ti. vt habetur de pꝛimo Geñ. v. De ſecūdo. iiij.
Reg. ij. Hi pꝛedicabunt contra antichꝛiſtū. de/
tegentes eius fallaciam. ¶ De quibus exponi
tur cōmuniter illud Apoc. xj. Dabo duobus te/
ſtibus meis ⁊ pꝛophetabunt ideſt pꝛedicabūt
diebus mille ducentis ſexaginta ideſt annis tri
bus cum dimidio. quanto etiam tempoꝛe dura
bit pꝛedicatio antichꝛiſti ⁊ perſecutio. Amicti
erunt ſaccis. vt dicitur ad inducendum exem/
plo ad penitentiam. Hi ſunt due oliue ſcʒ ple/
ni miſericoꝛdia: ⁊ duo candelabꝛa lucentia ſcʒ
doctrina in conſpectu dei. Hi habent poteſtatē
claudendi celum ne pluat: ⁊ poteſtatem ſuper
aquas conuertendi in ſanguinem ⁊ percutere
terram omni plaga. ¶ Opinio etiā eſt aliquo
rum vt Joannis dominici ⁊ Theophili. q̄ Jo/ De Jo. euāgē.
annes euangeliſta non ſit adhuc moꝛtuus. ſm̄
illud Joan. vlt. Sic eum volo manere donec ve
niam. ſcʒ ad iudicium chꝛiſtus ait. In paradi/
ſum ergo terreſtrem ⁊ ipſe tranſlatus veniet. ⁊
ipſe pꝛedicaturus contra legeʒ antichꝛiſti ⁊ ſu/

am doctrinam. Satis enim videtur iſtis ↄgru
um. q ſi de tempore legis nature mittet vnus
teſtis pro chriſto contra antichriſti fallacē do/
ctrinā ſcʒ Enoch ⁊ vnus de tempore legis moy
ſaice ſcilicet Helyas et lex euangelica que ē di/
gnior ceteris habeat ſuum teſtē qui erit Joan/
nes euangeliſta. vt ſit numerus plenus teſtiuʒ
ſcʒ ternarius. Et tunc cum eis bibet calicē paſ
ſionis ab antichriſto occidendi. Etenim dictū
fuit Mat. xx. ſicut ⁊ Jacob fratri ſuo. Calicem
meum bibetis. Quod nondum videtur plene
impletum in Joanne cum martyrio non lega/
tur migraſſe. ¶ Secundo bellabit antichriſt⁹
contra fideles per diuitiarum donationē. vn/
de dicit. Ut ſciant gentes qm homines ſunt. il/
li ſcʒ qui ſuſcipient hunc legiſlatorem ſeu legē
eius. homines enim tales dicunt prout hō de/
riuatur ab humo. ideſt dediti terrenis diuitijs
¶ Et ly vt ponitur conſecutiue non cauſatiue.
Ex hoc enim q pmittet deus illū antixp̄ʒ dare
legem. ⁊ multi eam recipient. q: terrena cū ea
percipient. ſcient gentes q tales ſunt hoīes: nō
viri rōne vtentes ⁊ virtute. ſed terrenis deſer/
uientes ⁊ ea querentes. vnde ⁊ Dan. viij. dicit
q in copia rex oīum occidet plurimos. vt di/
ctum eſt ſupra. Et Dan. ij. dicit. q diuidet terrā
gratuito. ⁊ theſauri copioſi ſibi manifeſtabun/
tur. Et deſcēdendo ad practicam. Beatus Uin
centius maximus predicator dicit in ſermoni/
bus ſcʒ q predicatores ſui diſcurrentes per or
bem: facient populos ↄgregari. vt zelantes ſa/
lutem eoꝝ dicētes. Ut clare percipiatis: q: non
querimus veſtra bona. vt fecerūt predicatores
xp̄i: ſeductores mundi: qui vt ſcitis non vaca/
bant ad aliud niſi vt acciperent bona vr̄a: petē
tes decimas ⁊ primitias ⁊ oblationes ⁊ elemo/
ſynas auaritie dediti. ¶ Non hoc querimus a
vobis. ſed vt mandauit nobis magiſter noſter
verus xp̄s ſalutē querimus veſtrā. ⁊ ex charita
te volumus vobis ſubuenire qui indigetis. ve
niant pauperes in tali loco ⁊ eis prouidebitur.
Certe attenta cupiditate hoīum qui nō querūt
niſi terrena. iſta via eſt ſufficiens ad ſeducendū
innumerabiles populos. Si enim quotidie vt
videtur clare homines pro vno floreno: imo ⁊
argenteo negant chriſtuʒ opere. q: mendacia
multa dicunt: ⁊ periuria addunt. quāto magis
cum eis magna quātitas pecunie offeret. Un/
de be. Greg. in penultimo moraliū tractans il/
lud Job. xl. Sub ipſo leuiathan erunt radij ſo/
lis: ⁊ ſternent ſibi aurum quaſi lutum. dicit q
diabolus tunc per callidas ſuggeſtiones. tunc
ſcilicet in fine mundi per damnatum illum ho
minem ſcilicet antichriſtum. queʒ replebit. ſci/
licet malitia ſolis radios ſibi ideſt doctos quoſ
qʒ ⁊ ſapientes ſubijciet. Uel aurum ſcilicet vi/
ros ſanctitate vite fulgentes quaſi lutum viti/
is ſibi ſubſternet ſcilicet ad terrena querenda
inducens. Et habetur hoc de peniten. diſtincti.
ſecunda. capitu. multi. Jn Apoca. etiam capi.
xiij. dicitur q beſtie aſcendenti de mari haben
ti ſeptem capita ⁊ decem cornua ſimili leopar
do. ſed pedes ſimiles vrſo: os autem ſimile leo
ni: dedit poteſtatem magnam draco. ſcilicet ſa/
thanas qui faciet omnes puſillos: ⁊ magnos
habere characterem in dextra manu aut in frō
te. ⁊ q nemo poſſit emere vel vendere niſi qui
habuerit characterem. Beſtia iſta antichriſtus
eſt beſtialis de mari mundi exiens: ſeptem ca/
pitalibus vitijs plenus: ⁊ cornubus decem. ſci
licet tranſgreſſionibus preceptoꝝ: ad que cū
ctos inducere conatur: ⁊ cuʒ eis vulnerare ani
mam. leopardo variato in coloribus ſimilis eſt
propter maximam eius hypocriſim qua ſancti
tatem ſimulabit vrſo ⁊ leoni propter crudelita
tem. Hic faciet vt characterem ideſt imaginē
ſuam ⁊ cultum eius quibus habeat in manu
dextera ideſt in operibus ſpiritualibus vt ieiu
nijs: elemoſynis: orationibus. ⁊ huiuſmodi.
Per hoc intendens eius venerationem aut in
fronte ideſt ſaltem in apparentia. vt ſaltem ab
extra conformet ſe cum alijs in cultu ⁊ venera
tione ſui quia cor hominum non poteſt videre
alſ non poſſit cum alijs negociari. vnde nec lu
crari tanquam excommunicati infideles pu/
tandi propter quod terrena amantes et obedi/
ent ⁊ peribunt. Et ex hoc ſcient gētes: quia ho
mines. ideſt humo inherentes ⁊ terram que/
rentes erunt qui recipient hunc antichriſtum
⁊ legem eius. Neqʒ enim iudei qui ipſum vt
meſſiam expectant aliud ſperant ab eo habere
propter quod ei adhereant niſi terrenam pa/
triam hieroſolyme. Libertatem a ſeruitute ⁊ di
uitias ⁊ gloriam. ¶ Tertio preliabitur contra
chriſticolas per preſſuram ideſt tormentorum
illationem ⁊ tribulationum. vnde Pſal. ix.
Ut quid domine receſſiſti ⁊c. in tribulatione
per exceſſum. Erit enim tunc inquit talis tribu
latio: qualis non fuit ab initio mundi vſque
tunc. vt dicit a chriſto. Matthei. xxiiij. Daniel
etiam capitu. xij. dicit q veniet tempus quale
non fuit ab eo quo gentes eſſe ceperunt vſque
ad tempus illud. Et Apocalip. decimotertio di
citur. q datum eſt beſtie de qua ſupra dictum
eſt bellum facere cum ſanctis ⁊ vincere illos.
Et data eſt ei poteſtas in omnem tribum popu
lum: linguam: ⁊ gentem. Quod in bello vin
cat ſanctos viros: intelligitur quoad corpus
quia preualebit ⁊ occidet eos. etiam Enoch
⁊ Helyam faciet occidere in platea hieruſa/
lem. dicitur Apocalipſis. xj. Et ad terrorē ali/
orum faciet corpora eorum iacere ibi ſepulta.

Titulus tredecimus

Et quia tunc fideles veri non habebũt quaſi ali
quod exterius adiutorium. nec predicationũ:
nec miraculorum: nec confortantium ſacramẽ
torum. dicitur deum receſſiſſe longe ⁊ deſpice
re ſuos in tanta neceſſitate ſm apparentiã. Sz
non vſq̃qq̃ deſerens eos ſpe pmij confortãs.
Exercebit igitur antixp̃s omnia genera tormẽ
torum in xp̃ianos ad flectendum eos etiam in
audita. Hanc autem preſſurã inſinuauit iacob
patriarcha cũ ait Gen̄. pen͞l. ⁊ c. xlix. Fiat dan
coluber in via ceraſtes in ſemita mordens equi
vngulas: vt cadat aſcenſor eius retro. Saluta/
re tuũ expectabo domine. btũs Greg. exponit
in moral. iſta de xp̃o prenunciata. De tribu dan
dicitur antixp̃s naſciturus. ⁊ interpretaƚ cauſa
vel iudicium: quia vt caput cauſa erit innume
rabilium malorum: ⁊ iudicium ſequitur eum.
Natus eſt dan de ancilla in ſeruitutem generã
tu: qua omnes ſequaces eius ſerui ſunt diaboli
Et in numero ſignatorum. cxliiij. miliũ ex om
ni tribu iſrael. ſ. in libro vite non ponitur trib᷒
dan. qz eius ſequaces reprobi ſunt. Dicit ergo
fiat. i. fiet. dan. i. antixp̃s deſcendens. vel ſigna
tus in dã. coluber viã. i. incedentes per viã mã
datorum. vel per viam latam vitiorum vt colu
ber colens vmbram per affectum: ⁊ veneno pſi
die occidens. Sed in ſemita. i. incedentibus p
obſeruantiam conſiliorum: vt viam artam vir
tutum. Fiet ceraſtes qui vt dicit beatus gre. eſt
ſerpens cornutus: quia hos pſequetur cornu
potentie torquens eos: ⁊ occidens. mordẽs eq
vngulas vt cadat aſcenſor eius retro. Equus ſz
beatum gre. hic ſignat mundum currentẽ ad
occaſum ſumans per ſuperbiam: hinnitum fa
ciens in luxurie manifeſtationem: fodiens vn/
gula terram ⁊ fodiens per auaritiam. Ungula
que eſt vltima pars corporis huius equi eſt fi
nis mundi. Aſcenſor ipſius equi. eſt qui mũdo
inheret: ⁊ a mundi defertur hincinde amore.
Mordet ergo dan: vt ceraſtes cornutus. vngu
lam equi. i. antixp̃s vexat in fine mundi exiſten
tes. Ad quid. Ut cadat aſcenſor eius amator
mundi retro: vbi nõ videt ⁊ ſenſũ amittat vt
ſ. non videant perditionem ſuam in quam ca
dunt. Sancti tam fortiter reſiſtunt expectantes
ſalutare domini in gloria. ¶ Quarto certamẽ
aſſumet contra fideles per miracula: ſed falſa.
Et iſtud erit periculoſius ceteris. propter quod
dixit xp̃s Math. xxiiij. Et dabunt pſeudo pro/
phete. i. predicatores antixp̃i prodigia magna
ita vt ſi fieri poteſt in errorem inducantur etiã
electi. Et hoc innuitur cum ait ps. Dum ſuper/
bit impius antixp̃s antonomatice. quia extra ⁊
contra omnem pietatẽ veri cultus diuini. Su
perbit etiam intantum. vt dicit apoſtolus. ij.
Theſſal. ij. q̃ extollitur ſuper omne quod dicit

aut colitur deus. ita vt in tẽplo ſedeat tanq̃ ſit
deus. Et ad oſtendẽdum ſuã dignitatẽ vt ado
retur. Dicit ibidem idem apoſtolus. Cuius ad
uentus eſt ſm operationem ſathane in oibus.
ſciliʒ virtute ⁊ ſignis ⁊ prodigijs mendacibus
in omni ſeductione. Et Apoc. xiij. dicitur. q̃ da
ta eſt ei poteſtas facere ſigna ⁊ prodigia. ita vt
ignem faciat deſcẽdere in terram in conſpectu
hominum vt ſeduceret gẽtes. Eliget enim ali/
quos pre ceteris fautores ſue malitie quos vt
apoſtolos ſuos mittet per orbem ad predican/
dum. ſuper quos opere diaboli faciet deſcẽde/
re ignem de celo vt quaſi ſpiritũſanctum acce/
perint. Qui ⁊ ipſi opere diaboli pdigia faciẽt.
Et deſcẽdendo ad practicam beati Uincentij.
Poſtq̃ ſui predicatores pnunciauerint doctri
nã antichriſti vt veri filij dei dicent. Ut nõ du
bitetis de veritate doctrine noſtre. ecce miracu
lis cõfirmabimus. Accedant infirmi aliqui ſcʒ
in quos diabolus immittet infirmitates. quaꝝ
ſcit curationem: ⁊ eos publice ſanabunt. Et ſi
quos ſanare nõ potuerint: dicent ex defectu fi/
dei eorum procedere. vel quia male vtentur
ſanitate. Et quod plus eſt. accedẽt ad tumulos
⁊ facient eos aperiri. ⁊ oſtendẽt ſe aliquos ſuſci
tare de notis populo. nõ q̃ vere reſuſcitentur:
quia hoc diabolus non pot̃ facere: ſed aſſumet
diabolus ipſe corpus aereum illius talis noti.
⁊ loquetur vt ille. dicens ſe eſſe illum ⁊ virtute
meſſie. falſi tamẽ ſuſcitatũ. Et de alia vita mul
ta dicet diabolus in ſpecie illius. ⁊ chriſtũ quẽ
coluerunt chriſtiani vt ſeductorem ⁊ dãnatum
⁊ antichriſtum verum deum. Dum ergo ita ſu
perbit impius antichriſtus incẽditur pauper:
fidelis illuminatur interius a chriſto: incendi/
tur zelo veritatis: dolens ⁊ lachrymãs pro per/
ditione ⁊ ſeductione tantorum. Hec tentatio
vtiq̃ maxima erit. quia vt dicit Gregor. in mo
rali. Uidebit martyr pro veritate ſe extorqueri
ſine operatione alicuius miraculi ad probãdũ
veritatem ſue fidei. Et econtra tortorem ſuum
ad oſtẽſionem ſue falſitatis miracula facere. O
qualis tẽtatio. Certe vt dicit Chriſtus Math.
xxiiij. Niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret
ſalua omnis caro. Non enim durabit niſi per
tres annos cum dimidio. quanto etiam tempo
re predicauit chriſtus. vt habet Dan̄. xij. ⁊ Apo
calyp. xij. ⁊. xiij. Poſtq̃ autẽ antichriſtus aſcẽ/
derit in tantam ſuperbiam i vt poſt ſimulatio/
nem ſue mortis ⁊ reſurrectionis: dicat ſe publi
ce in celum aſcenſurum ſuper montem oliueti
ſtãs fulminabitur. vt dicit Magiſter in hiſto.
ſcholaſtica. ⁊ Uincẽtius. Et ſi nõ de modo mor
tis eius. tamẽ de morte eius expreſſe habetur.
Dan̄. vij. ⁊ xj. ca. in fine plenius. Et. ij. Theſſa.
ij. ⁊ Apocalyp. xvij. Ante mortẽ antichriſti re/

ſurgent Enoch ⁊ Helyas tertia die poſt occiſionem eoꝝ ⁊ publice vocati in celum aſcēdēt. Mortuo aūt antichriſto quātum mundus ſit duraturus: incertum eſt nobis. Uidetur tamē ꝙ ad minus .xlv. dies dentur hominibus ſeductis: vt reuerti poſſint ad penitētiam. Ex eo quod dicitur Dan. xij. Beatus qui expectat ad dies. M.cccxxxv. Et ante iſta ponitur tempus perſecutionis antichriſti: quo auferetur iuge ſacrificium chriſti. numerus videlȝ dierū mille ducenti nonaginta. i. tres anni cuȝ dimidio quibus addendo .xlv. fiunt. M.cccxxxv.

Titulus .xiiij. De dono timoris. Quomodo ad timorem multa inducunt. Capitulum primum.

Timor domini eſt donum ſpiritusſancti. qđ Eſaias enumerando ipſa dona ponit in ſeptimo loco. Sed hͨ ponit̃ in quinto. Et licet multa dicta ſint de timore inquantū eſt paſſio. in .j. parte. in tit. de paſſionibus. diffuſius tamen hic agetur. ⁊ per alium modum: ⁊ de multiplici timore. Sciendum aūt ꝙ ad timorem domini multipliciter inducimur ex ſeptem. Primo ex ſcriptura theologicali. Secūdo ex rōne internali. Tertio ex figura ſpūali. Quarto ex creatura vniuerſali. Quinto ex actione ſupernaturali. Sexto ex punitione diuinali. Septimo ex vtilitate plurimali.

ad timendū deū multa inducunt

¶ Pro primo dicitur Deutero. x. Quid petit dn̄s a te niſi ꝙ timeas dn̄m deum tuum ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ diligas eum: ac ſeruias ei in toto corde tuo ⁊ in tota anima tua: ⁊ ſerues mandata eius. Ps. xxxiij. Uenite filij audite me timorem dn̄i docebo vos: quis eſt homo qui vult vitā ſcȝ gratie ⁊ glorie. diligit dies videre bonos ſcȝ in gloria. q. d. timor dn̄i eſt initiuȝ huius. Et ſigna eius ſunt. declina a malo: quia timor domini expellit peccatum. Eccl. j. Et fac bonum: quia qui timet deum faciet bona. Inquire paceȝ: q: timor domini quaſi paradiſus Eccli. xxvij. qui eſt locus quietis ⁊ pacis. Xp̄us in euangelio. Timete eum qui poteſt animam ⁊ corpus perdere in gehēnam. Matth. x. Princeps apoſtoloꝝ ait. Deuȝ timete. j. Pe. ij. Bernar. ſuper canti. In veritate comperi nihil eē ita efficax ad gratiam promerendam: retinendam: recuperandam ꝙ ſi omni tempore coraȝ deo inueniaris: non alta ſape ſed timere. Beatus Hiero. in epiſtola. Timor cuſtos eſt virtutuȝ.

¶ Secūdo ratio interna nobis ſuadet deum ſumme eſſe timendum multipliciter. Dictat enim ratio vt timeatur qui ſuperior eſt: qui nocere ſeu flagellare poteſt: nec valet ei reſiſti. Deus igitur cum ſit ſummus dominus dominorum nec poſſit aliquis reſiſtere poteſtati vel voluntati eius. ideo merito timendus eſt ſuper omnes. Hanc rōnem tangit Moyſes Deuteronomio. x. Qui cum admonuiſſet populum: dominum deuȝ timere. ſubdit quaſi pro ratione. Ipſe eſt deus deorum ⁊ dominus dominantiū deus magnus potens ⁊ terribilis. vnde ⁊ Malach. j. dicitur. Si ergo dominus veſter ſuȝ vbi eſt timor meus. ⁊ Hiere. x. Quis non timebit te o rex gentium. Si demones contremiſcunt vt aſſerit Jacobus in canonica ſua ad poteſtatē eius. cui non eſt poteſtas ſimilis ſuper terram quantum debet timere plenus fragilitate. Alia ratio eſt: quia pater naturaliter timetur a filio cum ratio doceat ꝙ habeat poſt deum eē ab eo. Sed nunquid ipſe deus nō eſt pater tuus. qui poſſidet fecit ⁊ creauit te. a quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominat̃. Neqȝ enim ego ſpiritum ⁊ animam donaui vobis ⁊ vitā ⁊ ſingulorum membra non ego ipſa cōpegi: ſȝ creator omnium qui formauit hominis natiuitatē inquit illa ſancta mulier filios hortata ad martyrium. ij. Macha. vij. multo ergo magis deus debet timeri. Docet etiam ratio timere multuȝ cum oporteat eum reddere rationem coram preſidente que omnia nouit. ⁊ nil inultum permittit ⁊ precipue cum conſcientia remordeat multa mala feciſſe: ⁊ multa debita cōtraxiſſe ex iniquitate perfecta. vnde be. Greg. in mora. Juſti omne quod agunt metunnt: dum caute conſiderant ante quem iudicem ſtabunt.

¶ Tertio ex figura ſpirituali volens deus inducere populum ſuum ad timorem domini anteꝙ daret legem decalogi ſcȝ per angelū ſuum terruit eos. quia mons ſynai videbatur ardere corruſcationibus. ⁊ audiebatur ſonitus buccine propter quod cum populus eſſet exterritus dixit moyſes. Ut probaret nos dominus venit cum terrore. vt terror eius eſſet in vobis ⁊ non peccaretis. Exo. xx. Ubi innuitur ꝙ per metum inducuntur homines ad ſeruandum leges. Unde Iſido. in li. ety. Facte ſunt leges vt earuȝ metu humana coerceatur audacia: tutaqȝ ſit inter improbos innocentia. diſ. iiij. facte. Et quia permaxime oportet ſeruare legem decalogi ad quod inducit timor domini. ideo per ea que a deo precedunt timorem incuſſit ſcȝ corruſcationes: voces buccine ⁊ alia terribilia. Item mādauit dominus Deut. xxiiij. Non accipietis loco pignoris molam ſuperiorem ⁊ inferiorem in quo figurabatur ꝙ ſicut ſemper quis debet ſecuȝ habere ſpē ita ⁊ timorem. nam mola ſuperior figurat timorem: quia ſicut mola ſuperior deprimit materiam molendam ne eleuetur: ita mola inferior retinet ne in imum deſcendat ⁊ pe-

reat. Unde figurat ſpē. Timor ergo dñi depꝛi/
mit mentem ne in bonis operibus que facit ele
uetur ⁊ de ſe pꝛeſumat. Et ſpes ſubleuat: ne de/
ſperatione in infernū cadat. Non ergo iſta duo
ſunt alteri locanda: ſed ſemper ſecum poſſiden
da. Uñ bea. Grego. dicit ꝙ penitens mouetur
inter timoꝛem ⁊ ſpem. Nec eſt contra quod ait
Boetius de phica cõſola. ſcꝫ Pelle timoꝛem:
ſpem ꝙ fugato: loqtur enim de ſpe vana. ⁊ ti/
moꝛe inoꝛdinato. Item in huius figurā habet
Geñ. xij. ꝙ Abꝛaam tetendit tabernaculū ſuū
⁊ habitauit. habens ab oꝛiente bethel: ⁊ ab oc/
cidente hay. Et figurat ꝙ homo iuſtus debet ti
moꝛem habere in pꝛoſperis ⁊ ſpeꝫ in aduerſis.
Bethel enim interpꝛetatur domus vel habita
culum dei. ⁊ ſignificat patriam ſupernā quam
quis debet contēplari in aduerſis ad ſpem ha/
bendam vt roboꝛet. hay iterpꝛetatur vita val/
lium vel abyſſus ⁊ ſignificat vitā peccatoꝛuꝫ. ⁊
abyſſus ſignificat infernū que quis debet reco
gitare in pꝛoſperis ne eleuetur in ſuperbiaꝫ. ſꝫ
timeat futuꝝ iudicium ⁊ infernum. ¶ Quar/
to inducimur ad timoꝛem domini ex creatura
vniuerſali. Sicut oīa inuitant nos ad amandū
deum. qꝛ omnia ſunt facta in obſequiū noſtruꝫ
ſicut beneficium inuitat beneficiatū ad dilligē/
dum benefactoꝛeꝫ. ita ⁊ omnia creata inducūt
nos ad timendum deum. Celum ⁊ terra inquit
bea. Aug. in li. ꝯfeſ. ⁊ omnia que in eis ſūt mi/
hi vndiqꝫ clamant ⁊ clamare nō ceſſant. vt amē
te domine. qꝛ cum bonum ſit quod omnia ap/
petunt ⁊ amant ſm phm. ⁊ omnis creatura bo
na eſt. nec aliunde habet ſuam bonitatem niſi a
deo pꝛima cauſa omniū. Omnis aūt virtus et
bonitas cuiuſcunqꝫ effectus ſit in ſua cauſa eſt
perfectioꝛi modo. qꝛ nemo dat quod nō habet
⁊ potioꝛ eſt cauſa effectu. ideo omnis bonitas ⁊
perfectio eſt in deo. ⁊ hinc creature indicando
nobis ſummā dei bonitatem ad amanduꝫ euꝫ
ſup omnia inuitant ⁊ per conſequens ad timē/
dum. Nam omnis amans eſt timens. ⁊ quāto
quis plus amat aliquid: tanto plus timet illud
amittere. vt patet de ſubſtātia tpali ⁊ filijs ⁊ ali
js rebus. Sicut ergo inuitant creature ad amā
dum pꝛopter ſuam imenſam bonitateꝫ. ita ⁊ ti/
mendum ne cum offendamus ⁊ amittamus tā
infinitum bonum. Inuitant etiam per aliū mo
dum ad timendū deum creature. qꝛ omnia eli/
menta ⁊ que in eis ſunt punita ſunt in peccato
pꝛimi hominis ꝑpter quod dixit deus ei. Ma
ledicta terra in opere tuo ſpinas ⁊ tribulos ger
minabit tibi. Geñ. iij. Et multa animalia bꝛuta
facta ſunt nociua homini. vel rebellia pꝛopter
peccatum: ⁊ fructus terre minus boni. Nec eti
am tantam lucem ⁊ pꝛofectū ex coꝛpoꝛibus ce/
leſtibus habemus. Si ergo pꝛopter offenſam

dei etiam punita ſunt que nō peccauerunt. quā
to magis quis debet deum timere ne offendat
tam ſeuerum mali vltoꝛem. Inducunt etiaꝫ ad
timendum: qꝛ ipſe deus. vt dicitur Sap. v. Ar/
mabit creaturaꝫ ad vltionē inimicoꝛum eius.
Et cū omnia paueant ⁊ obediant ad nutū eius
multo magis homo hoc agere debet. qui plus
recepit ⁊ ratione fulcitur. Unde angelus clama
bat omnibus gentibus dicens. Timete domi/
num ⁊ adoꝛate eū qui fecit celū ⁊ terram ⁊ om/
nia que in eis ſunt Apocal. xiiij. ¶ Quinto ex
operatione ſupernaturali ſcꝫ miraculoꝛuꝫ ps.
lxiiij. Turbabuntur gentes ſcꝫ ad penitentiam
⁊ timebunt qui habitant terminos a ſignis tu/
is ſcꝫ miraculoꝝ qui habitāt terminos ſcilicet
vſqꝫ ad habitantes vſqꝫ in extremis terre. Cuꝫ
enim viderent homines fieri opera que nullus
hominum facere poteſt: nec dij gentiuꝫ demo/
nia: nec tota virtus nature create ſcꝫ cecos illu/
minari: demones effugari: moꝛtuos ſuſcitari:
⁊ coꝛpoꝛa celeſtia a ſolito curſu imutari: ad pe/
titionem Joſue ⁊ Ezechie varias infirmitates
ſubito curari. Ipſi etiam reges terre videntes
ſic admirati ſunt: turbati ad penitentiam: com
moti ſunt ab infidelitate ad fidē: tremoꝛ appꝛe
hendit eos ad venerandū ⁊ colendū ⁊ ad timē
dum tātā maieſtatē que pꝛedicabatur a ſanctis
que inuocabatur in cuius virtute totuꝫ ageba/
tur. Cum enim illi qui nauigabant cum Jona
tempeſtati in mari oꝛta. ſolum circa nauim eo
rum poſt miſſionem eius in mare vt iuſſerat:
mare ſedatum: fluctus miteſcere: timuerūt de/
um verum. vt ſcribitur Jone. j. c. Cum vidiſſet
rex darius Danielem pꝛophetam miſſum in la
cum leonum. quia verum deū celi adoꝛabat il/
leſum permanſiſſe. nec ab eis in minimo leſuꝫ
timuit ipſum deum ac publice mādauit. paue/
ant omnes deū Danielis ⁊ cōtremiſcant. quia
ipſe eſt verus deus qui liberauit Danielem ⁊c.
Dañ. vj. c. Chꝛiſto ieſu domino noſtro cuius mi
racula ſunt. vt ait Chꝛyſo. Pelagus imenſum
reſuſcitante adoleſcentem filium vidue accepit
omnes pꝛeſentes ibi timoꝛ: ⁊ magnificabāt de
um. Lu. vij. Uidentes turbe paralyticuꝫ ſana/
tum timentes gloꝛificauerunt deū. Math. ix.
Sed ⁊ centurio ⁊ qui cum eo erant gentiles in
paſſiōe chꝛiſti: viſo terremotu ⁊ his que fiebāt
timuerunt valde dicentes. Uere filius dei erat
iſte. Mat. xxvij. quis enarrat miracula omnia.
¶ Sexto inducit ad timoꝛē domini multiplex
puniſtio eius. hier. ij. Arguet te malitia tua. ⁊
paulopoſt. Scito ⁊ vide qꝛ malū eſt tibi ⁊ ama/
rum te dereliquiſſe deū tuū. ⁊ timoꝛem eius nō
eſſe apud te Deut. v. Deum tuū timebis. Et in/
fra nequando iraſcatur furoꝛ eius contra te et
auferat te de terra. Eccl. j. Unus enim eſt altiſſi

mus eſt rex potens ⁊ metuendus nimis quis enim non timeat conſiderando q̄ʒ terribiliter flagellauit peccatores. Angelos ſuperbientes de celo precipitauit in infernum ⁊ in demones cōmutauit. primos parentes de paradiſo terreſtri propter inobedientiā expulit. genus humanum propter luxuriā diluuio perdidit. Sodomitas cōbuſtos igne ⁊ ſulphure ſubuertit. Iſraelitas peccantes incredulitate ⁊ murmure in heremo proſtrauit. Dauid propter inanē gloriam ⁊ populū ſuū propter coniurationem cum abſolone contra eum peſte percuſſit. lx. milia ī triduo infectione illa peremptis. Ezechiaȝ propter ingratitudinem vſq̄ʒ ad mortē infirmum reddidit. ⁊ ſic de alijs. Et iō merito ſancti clamant Apoc. xv. Mirabilia ſunt opera tua dn̄e quis te non timebit. Et bea. Grego. Si placere deo veraciter cupimus. poſtq̄ʒ ſubegimus peruerſa: etiam in nobis bene geſta timeamus.

¶ Septimo ⁊ vltimo ad timorē inducit vtilitas copioſa ex ipſo timore proueniens. Deute. v. c. Quis det eis talē habere mentē vt timeāt te domine. ⁊ bene ſit eis in ſempiternuȝ: obſtetrices egyptie hebreoꝝ. quia timuerunt deum ob reuerentiam eius non occidentes mares. vt mandauerat Pharao. dicit Moyſes q̄ edificauit eis domos. Exod. j. c. Siue ſpirituales ſm̄ bea. Hiero. infundendo virtutes ⁊ gratiaȝ. Siue temporaliter ſm̄ bea. Greg. dando diuitias. vt. xxij. q. ij. ſi quelibet. Et Eccl̄i. xxxiij. Timenti deum non occurrent mala ſcȝ peccatorum. ⁊ in temtatione deus liberabit illum p̄s. Timentes dominum non minuentur omni boni.

¶ De timore mundano. Capi. ij.

Timor mūdanus ē quo quis timet tēporalia amittere: vt diuitias: dignitates ⁊ hmōi. propter quod vitandum deū offendit contra eius mandata faciendo: quod eſt mortale peccatum vel cū eſt ad hoc mente diſpoſitus: cū cogitat ſibi poſſe accidere. Inde procedunt multa mala. Unde bea. Aug. ſuper illud p̄s. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa ab increpatione vultus tui peribunt inquit. ¶ Omnia peccata procedūt aut ab amore male inflāmante idest inordinato aut a timore male humiliante idest deijciente. Per amorem inordinatū dicitur anima ſeu opera eius incenſa. per timorem mundanū dicitur ſuffoſſa. Timor enim deijcit ⁊ ad ima ſubmittit. Sed iſta cū criminalia ſunt: vtiq̄ʒ peribunt ab increpatione vultus dei idest in futuro iudicio. Ad perditionem enim ducunt quod teſtatur Jo. Apocalyp. xxj. Timidis autem ⁊ incredulis homicidis ⁊ veneficis. fornicarijs: mēdacibus: pars eorum in ſtagnū ignis ⁊ ſulphuris. Quod ad

ex timore mundano mlʼta mala pcedūt

multa ⁊ grauia ſcelera inducat talis timor mūdanus patet per exempla. ¶ Nā Pharao rex egypti: quia ex multiplicatione filiorū iſrael in egypto: timebat regnum ſibi auferri. mādauit occidi ⁊ ſubmergi mares hebreorū cum naſcerentur. Exo. j. Herodes rex timens ne puer natus nunciatus a magis rex iudeorū: auferret ſibi regnum turbatus eſt. ⁊ necē innocentuȝ procurauit. Mat. ij. Hieroboam rex iſrael timens de acceſſu populi iſrael ad hieroſolymā vt adorarent ⁊ hoſtias offerrent in templo iuxta legē domini. populus ipſe iſrael amicicia iungeretur cum tribu iuda: vnde ſe ſubderet regi iuda ⁊ ipſe regnum amitteret. fecit fieri vitulos aureos in Dan: ⁊ Berſabee terminis regni iſrael: precipiens populo vt illos colerent ⁊ immolarent. iij. Reg. xij. Pontifices iudeorū timentes ne forte venirent romani ⁊ tollerent coruȝ locum ⁊ gentem Joan. xj. Conſilio decreuerūt chriſtum occidi. Sed timentes amittere tēporalia ⁊ propter hoc iniuſtitiam committentes: amiſerunt temporalia ⁊ ſpiritualia: animam ⁊ corpus. De his ergo qui propter timorē amittendi tēporalia: vt diuitias: honorem famam ⁊ ⁊ huiuſmodi offendunt deum poteſt apte dici illud p̄s. xiij. Illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor: idest vbi non erat ratio timendi. ita videlicet q̄ propter hoc peccarent. ¶ Et propter ſeptem rationes ſeu conditiones terrenorum. Quia vilia ob conditionem. Quia defectibilia ad permanſionē. Quia ſquinabilia ad tranſgreſſionem. Quia impendibilia ad perfectionem. Quia obligabilia ad rationem. Quia nocibilia ad felicitationem. Quia deceptibilia ad conſeruationem.

Septeȝ rōnes q̄re nō debemus timere amittere bona tē poralia

¶ Primo igitur .§. i.

Prima

non eſt timenduȝ tp̄alia amittere: vt propter h̄ cōmittatur peccatum: quia ipſa ſunt vilia: nullus enim curat vel timet amittere vilia. ⁊ precipue cū ex hmōi amiſſione ꝯſeruet precioſa. ſicut patet in nauigantibus qui non timēt vel curant proijcere merces precioſas in mare: vt cōſeruent vitā que precioſior eſt. Temporalia bona vocant̄ ſtercora in diuino eloq̄o ꝓpter ſui vilitatem. Dicit̄ enim Eccl̄i. xxij. De ſtercore bouȝ lapidatus eſt piger. Piger eſt qui ob timorem alicuius laboris omittit facere bonuȝ quod debet. Talis lapidatur ſpiritualiter ⁊ occidit̄. Sȝ vnde de ſtercore boum idest ob iſta temporalia que timet amittere vel non habere. que ſtercus dicuntur boum: quia ſcilȝ ſancti doctores qui agros mentium ſcindunt vomere verbi dei ſtercus ea reputāt. idest viliſſima. Audi paulū egregiū predicatorem quid dicat de hmōi ad Phil. iij. Omnia arbitror vt ſtercora: vt xp̄m

lucrifaciam ⁊ inueniar in illo. ¶ Cõſideremꝰ conditionem eoꝛum ⁊ videbimus vilitatẽ pꝛecipue attenta precioſitate ſpiritualium bonoꝝ. Quid eſt aurum ⁊ argentũ ⁊ alia metalla. Certe ſpuma terre. in viſceribus terre naſcitur. nullam vitam habet: non rationalem vt homo. nõ ſenſibilem vt animalia bruta. etiam viliſſima vt foꝛmica: muſca: ⁊ vermes. nõ vegetabilẽ vt arboꝛes. ⁊ quecũqꝫ herbe viliſſime. Quid ſericum. Nonne ſtercus vermium viliſſimoꝛum. Quid veſtes lanee. Nonne vellus pecoꝛum. Quid palacia. Nõne lapides īſenſibiles. Quid agri. Nõne terra quid gloꝛia tempoꝛalis. Nõne ventus. Unde Boe. de phica conſo. O gloria gloꝛia quid es aliud q̃ȝ in milibus hominũ inflatio quedam auriū. Sed ⁊ in comparatione precioſitatis ſpiritualium bonoꝛum adhuc magis vilia apparent. Propter quod dicit ſapiens de ſapientia ſeu gratia loquens. Propoſui illam regnis ⁊ ſedibus: ⁊ diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. nec comparaui illi lapidem precioſum: quia omne aurum in comparatione illius: arena eſt exigua: ⁊ tanq̃ȝ lutũ eſtimabitur argentũ in conſpectu illius. Sap. vij. Cum ergo ſpiritualia bona vt virtutes ſint precioſiſſima: ⁊ tempoꝛalia reſpectu eoꝛum viliſſima: contra omnem rationem eſt. vt non curet quis amittere bona ſpiritualia propť timoꝛem mundanum ne amittantur tempalia. Hoc timoꝛe mundano ducti ananias ⁊ ſaphyra. timendo videlicet ne totum precium ſue poſſeſſionis vendite ab eis petro aplo aſſignantes vt debebant: nõ poſſent ſibi prouidere de aliquo cum ſuperuenirent neceſſitates. ⁊ non prouideretur eis de cõmunitate propter paupertatem vel aliam cauſam: quia retinuerunt ſibi fraudulenter facientes contra preceptum apoſtoloꝝ: nȝ ad imprecationem vel increpationem petri ſubito moꝛtui ceciderunt. Actuum. v. Quod accidit quotidie quoad religioſos qui retinẽt proprium. timentes ne eis prouideatur ī neceſſitate. ideo incurrunt moꝛtem ſpiritualem. xij. q. j. ſcimus. Hoc timoꝛe mundano ducta nobilis illa matrona romana Lucretia. timens. ſ. ne filiꝰ tarquinij vltimi regis romanoꝛum infamaret eã de adulterio: prout ille cõminabatur ei: aſſenſit in adulteriũ peſſime faciẽs. Nã vt dicit btũs Aug. de ea loquens in pꝛimo de ciui. dei. Ita ne aliqueȝ polluat aliẽa libido metuit. Sȝ non polluit. ſ. quoad animam ſi aliena erit. Si polluet aliena non erit. Uirtus omnia mala tolerare potius q̃ȝ pctõ conſentire decreuit. Hec beatus Augu. xxxij. q. v. ita ne. Illi ergo trepidauerunt timoꝛe vbi non erat timoꝛ.

Scd̃a ¶ Secundo nõ · §. ij.

eſt timẽdum amittere tempoꝛalia: q: deceptibilia ſunt ad felicitationem. Nam videntur promittere felicitateȝ vt quietem: ⁊ quaſi oia. quia vt dicitur Eccẽs. x. Pecunie obediunt oia. Sed decipiunt hoiem preſtãtes miſeriam ⁊ anxietatem. Unũ chꝛiſtus appellat diuitias fallaces cuȝ ait Luce. viij. Sollicitudo huius ſeculi ⁊ fallacia diuitiarum ſuffocãt verbum. Ecce fallacia: q: dicunt hoies in ſe. Si habereȝ diuitias ego eſſem quietus in mente nõ haberem tãtam ſollicitudinem laborandi: ſoluẽdi creditoribus ⁊ huiuſmodi. Sed ſi cõtingat ꝙ habeat maioreȝ curam ⁊ anxietatem habet q̃ȝ pꝛius in cogitando quomodo nõ amittat: quomodo ipſas adaugeat in quibus expendat ⁊c̃. Et ſic pũgitur ⁊ inquietatur mens eius continuis ſtimulis ſollicitudinum. Et ideo ibi aſſimilat eas ſpinis: quia pungũt mentẽ ⁊ tollunt quietem: cum adaugeant ſemper deſideriũ ad plura. Et ideo dicitur Eccẽs. v. Auarus nunq̃ȝ impletur pecunia: ſicut nec potibus hydꝛopicus. nec arditate. i. lignis focus. Hinc ⁊ beatus Ambꝛo. Nec finis nec ſatietas vnq̃ȝ aderit cupiditati. diſt. xlv. ſicut hi. Ibi vide pulchꝛa. Falſiſſimũ autem eſt ꝙ pecunie obediunt oia. quod tamen dicũt ⁊ videtur mundanis. in quoruȝ perſona ibi loquitur Salomon. Nam nec ſapiẽtia nec ſcientia nec virtus moralis: nec ſanitas: nec pulchꝛitudo: nec foꝛtitudo coꝛpoꝛis: pecunia haberi pñt. Sed etiam ⁊ multa tẽpoꝛalia ea ꝯſequi nõ poſſunt. Simon magus non potuit ab apoſtolis pecunia magna oblata obtinere poteſtatẽ dandi ſpiritũ ſanctum. Achab rex iſrael non potuit pecunia obtinere a naboth ſubdito ſuo vineaȝ ſuã. Iſraelite non potuerũt pecunia ſua a ſancto rege amoꝛreoꝝ obtinere eis neceſſaria ad victuȝ Balach rex moabitarum nõ potuit conſequi a Balaam ariolo magna pecunia vt maledicere populo dei. ¶ Quod tollãt tẽpoꝛalia quietem mentis nota exẽplum in lib. de ſeptem donis. Erat quidam artifex ſatis pauper ſuſtẽtãs ſe ⁊ familiam ſuam de labore manuuȝ ſuarum propter quod die noctuqꝫ eum operari opoꝛtebat. Inter labores autem ſuos frequenter cantabat ob ſolatium: quia modicã anxietatem habebat ⁊ quaſi nullam de tẽpoꝛalibus: quia eis carebat. Iuxta domum eius habitabat diues multum: qui ita curis ⁊ ſollicitudinibus vexabatur vt nedum canere: ſed vix ridere vel letaȝ faciem oſtẽdere cuiq̃ȝ valeret. Unde quaſi inuidens quieti ⁊ leticie pauperis imaginatus eſt ⁊ executus: quomodo poſſet eius leticiaȝ interrũpere ⁊ inquietare. Accepit ergo quendã ſacculum plenum aureis. ⁊ mane quodam cadeȝ hoꝛa qua ſolitus erat egredi domum pauper. pauloante inde tranſiens: permiſit ante domũ

pauperis cadere ſacculum illuz:⁊ certo loco ſe
firmans vt videret quis illum recolligeret.
Itaqꝫ paupei cum domum egrederetur inuen
to ſacculo ſurſuz leuat ſibi retinens.Cepitqꝫ co
gitare quid agere de tanta pecunia deberet:ti/
mens ne illud ſciretur.vel ſi emeret aliqua ma
gni pꝛecij contra eum ſuſpitio de furto oriret.
Uel ne ſibi auferrent vel quid vtilius emeret.
Sicqꝫ mentem eius anxietas timoꝛ ⁊ varia co
gitatio deuaſtabant.vt amiſſa omni quiete ⁊ le
ticia mentis non vltra cantaret vel iocundita/
tem oſtēderet.Quod cum percepiſſet diues in
tentum:ſcilꝫ ſuum conſecutum.noluit pꝛopte/
rea amittere pecuniam ſuaz. Sed poſt aliquos
dies dicit ei diues.His diebus per viam ince/
dens:habens mecum ſacculum aureorum ſeu
burſam:neſcio quomodo cecidit circa domuz
tuam ⁊ meam inaduertenter. Si ſcires vel au/
diſſes aliquid quis inueniſſet vteret bona diſ/
cretione : alˀs non inueniendo intendo fieri fa/
cere non ſolum excōmunicationem:ſed etiam
inquiſitionem per poteſtatem ciuitatis.Reſpō
dit ille.Non opoꝛtet aliquid facere.ego inue/
ni tali die vnum ſacculum aureoruz.Ex quo di
cis tuum eſſe ⁊ ſigna ſufficientia huius tradi/
diſti:accipe quod tuum eſt. Deus autez parcat
tibi:qꝛ omnibus his diebus quibus ipſam pe
cuniā tenui:pꝛiuatus fui quiete ⁊ gaudio meo
ſolito.dediſtiqꝫ mihi multos malos dies ⁊ ma/
las noctes:nec quieſcere potui pꝛe tumultu co
gitationum.Reddita igitur pecunia:cum ſua
paupertate reuerſus eſt ad quietem ſuaz ⁊ can/
tus ſuos. Cuz ergo tēpoꝛalia ſint fallacia:quia
pꝛomittūt quietem ⁊ non pꝛeſtāt:ſed anxietatē
⁊ appetitum eaꝝ augent.ſm̄ illud Chꝛyſ. Ipſa
appoſitio diuitiarum auget flammaz ⁊ maioꝛ
ſit cupido.Ideo qui timent trepidauerūt timo
re vbi non erat timoꝛ.

¶ Tertio non eſt .§.iij.

tertia timēduz tēpoꝛalia amittere:ita ꝙ pꝛopter hoc
deus offendat:qꝛ ipſa ſunt defectibilia ad per/
māſionem.pꝛopter qđ dicit Magiſter verita/
tis.Matth.vj.Nolite vobis theſaurizare the/
ſauros ſuper terrā vbi erugo ⁊ tinea demolit:
⁊ fures effodiunt ⁊ furātur.q.d.Ideo nō debe/
tis reſeruare ⁊ multiplicare tēpoꝛalia iſta bona
⁊ ſollicitari circa ipſa timendo ne deficiant vo/
bis.qꝛ defectibilia ſunt in ſe.Naz ſi ſunt metal
la:erugo ⁊ rubigo ꝯſumit.Si panis vel victua
lia:tinea rodit ⁊ deſtruit. Si pecunia numera/
ta vel gēme : fures poſſunt occulte rapere. Si
poſſeſſiones ⁊ agri ⁊ domus : dn̄i tempoꝛales
qui(vt dicit Eſa.j.ſunt ſocij furum)effodiūt.i.
diuerſas occaſiones inueniūt.vnde ea auferāt.
ſed qꝛ homines non curāt quomodo tempoꝛa
lia multiplicent per phas ⁊ nephas:nec faciūt
elemoſynas ſubueniendo indigentibus vt de/
berent timendo ne ſibi deficiant:deus ſuſcitat
bella:immittit penurias:infirmitatibus vexat
quibus homines tēpoꝛalia conſumant. Unde
beatus Aug.xvj.q.j.decime. Quod nō accipit
chꝛiſtus:accipit fiſcus. Dabis impio militi qđ
non vis dare chꝛiſto. Ueruz etſi certus ſit quis
vt tēpoꝛalia ei in vita nō deficiant:nunquid in
moꝛte que non tardat aliquid de his ſecum de
feret?certe non.Et ideo inquit ps.xlviij. Ne ti
mueris cum diues factus fuerit homo : ⁊ cum
multiplicata fuerit gloꝛia domus eius.Ne ti/
mueris.ſ.amittere tēpoꝛalia.quia ⁊ diues quī
habet ea tandem amittit. Et idem firmat Job
xxvij.c.qđ tamen experientia docet.diues ait.
cuz doꝛmierit nihil ſecum affert:aperit oculos
ſuos ⁊ nihil inuenit.Diues hic doꝛmit mente
alienus a conſideratione dei ⁊ periculi ſui. Et
pꝛopꝛie accidit ei ſicut doꝛmienti:qui cū ſom/
niet ſe habere multas pecunias ⁊ in conuiuijs
letari ⁊ epulari:ſubito expgefactus nihil ſe ha
bere eoꝝ cernens:triſtatur ſe illuſum.Ita qui
inherent tempoꝛalibus quaſi ſomniant . cum
enim eſtimant ſe permanere in eis:ex impꝛoui
ſo ſubito ſuperuenit moꝛs que doꝛmitio dicit.
quia reſurrecturus eſt in fine mundi.Moriēs
autē aperit oculos mentis quos hic culpa clau
ſit:⁊ nihil inuenit de tempoꝛalibus hic poſſeſ/
ſis.ſed inuenit nihil quod cōmiſit ideſt pecca/
tum.Nam etſi actus peccati aliquid ſit inquā/
tum actus:tamen inquantum peccatum nihil.
nulla natura eſt.ſed defectus rationis.ſicut te/
nebꝛa defectus luminis.¶ Exemplum notabi
le ponit Saluatoꝛ noſter in euangelio vt refert
Luce.c.xij.de quodam diuite qui cum ager ſu
us vberes fructus attuliſſet:cepit mēte eſtuare
⁊ timere ne ſibi deficerent loca ad reponēdum
tantos fructus.Sed ſubito cogitatio malitie ſi
bi ipſi reſpondit dicens.Scio quid faciam.de/
ſtruam hoꝛrea mea ⁊ maioꝛa faciam:⁊ illuc cō
gregabo omnes fructus meos.⁊ dicaz anime
mee.Anima mea habes multa bona repoſita ī
annos plurimos.comede:epulare:⁊ quieſce.
Cūqꝫ iſta diceret:dixit illi deus.Stulte:animā
tuam hac nocte repetent a te.ſ.demones. Que
autem paraſti cuius erunt?quaſi dicat.nō tua.
non tecum poꝛtabis : ſed omnia tibi deficient.
¶ Ponit Joannes Damaſce.ſimilitudinez in
hiſtoria Joſaphat.videlicet ꝙ in quadam ciui
tate erat iſta conſuetudo.Ciues illius eligebāt
quendam ex ea rectoꝛem ⁊ dominuz ipſius ci/
uitatis cum omni libertate ⁊ poteſtate:vt poſ/
ſet facere quod ſibi liberet ⁊ vti omnibus bo/
nis ad placitum.ſed tranſacto anno regni ſui
mittebatur ad quandam inſulam ſolus ⁊ ſine

aliquo ſubſidio bonorum: vbi nil erat ad eum ſuſtentãdum. vnde opoꝛtebat euꝫ deficere ⁊ cito. Cum autem quidam ſagax ad tale regimen fuiſſet aſſumptus: conſiderans quid ſibi futurum erat. quia mittendus ad illam inſulã: prudenter ſibi prouidit. nam infra illum annũ plu-ries miſit ad inſulam multa ⁊ varia bona ⁊ victualia: ⁊ qui ea cuſtodiret. quo facto poſt annũ illic directus ex bonis que illic deſtinauerat bene ⁊ copioſe vixit. nõ pre inopia defecit vt alij qui non ſibi prouiderunt. Ciuitas iſta eſt mundus iſte in quo etſi quis valeat omnibꝰ bonis eius vti ad placitum. tamẽ poſt vitam eius que breuis eſt: ad aliam vitam tranſire opoꝛtet. nec de his aliquid poꝛtare poteſt tunc niſi ea que dum hic viuit illuc tranſmittit: ſcilicet per elemoſynas ⁊ bona opera. Opera enim illoꝛuꝫ ſequuntur illos. vt dicitur Apocal. xiiij. Unde et beatus Ambꝛo. ſuper Luc. Nõ ſunt hominis bona. ſcilꝫ iſta temporalia. vera bona non ſunt que ſecuꝫ afferre non poteſt. Sed vt ait beatus Laurentius Decio. Facultates quas requiris: manus pauperum in celeſtis theſauros depoꝛtauerũt. ſ. per elemoſynas datas ab eo. Illic ergo trepidauerũt timore vbi nõ erat timoꝛ.

Quãta. ¶ **Quarto non** .§. iiij.

eſt timendum temporalia amittere: quia inquinabilia ſunt ad tranſgreſſionẽ. Maculãt enim animam pluribus generibus tranſgreſſionuꝫ propter abuſum earuꝫ. propterea dominus appellat diuitias iniquitatis cum dicit Luce. xv. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis.

diuitie q̄re dicũr mãmona iniq̄tatis. Mãmona nomen eſt ſyriacum: vt ait Hieroꝰ. latine diuitie interpꝛetatur. Diuitie autem iniq̄ dicũtur. non q̄ in ſe ſint male: ſed quia frequenter male acquiruntur vel male retinẽtur: vel eis male homines vtuntur. Unde beatus Hieroꝰ. Omnis diues aut iniquus aut heres iniqui. Et beatus Augu. Uermis diuitum ſuperbia. inde enim ſe maiores alijs eſtimant et alios deſpiciunt. quia pre alijs abundant. Sed ⁊ inoꝛdinate homo afficitur ad diuitias ⁊ auare ſeruat. Unde beatus Aug. ad Macedoniũ. Iam pꝛudenter intueamur quod ſcriptum eſt. fideli homini totus mundus diuitiarum: infideli autem nec obolus. Nõne omnes qui ſibi videntur gaudere conquiſitis eiſq̄ꝫ vti neſciũt alienum poſſidere cõuincimus. Hoc certe alienum non eſt: quod iure poſſidetur. hoc autem iure quod iuſte. ⁊ hoc iuſte quod bene. Omne igitur quod male poſſidetur: alienum eſt. Male poſſidet qui male vtitur. Hec beatus Augu. xiiij. q. iiij. quid dicam. vbi glo. exponit pꝛincipium huius auctoritatis ſic. infideli ideſt auaro. quia auaritia dicitur idoloruꝫ ſeruitus per ſimilitudinem. tali infideli totus mundus nec eſt obulus: quia quaſi nil reputat. ſed alia adhuc plura affectat. fideli autem totus mundus ideſt quelibet pars etiam minima eorum que ſunt in mundo diuitiarum eſt pꝛo diuitijs cõputata. Propterea apoſtolus. vj. cap. ad Timothe. diſcipulum inſtruit quomodo diuites debeat docere ⁊ cautos facere dicens. Diuitibus huius ſeculi pꝛecipe non ſublime ſapere: nec ſperare in incerto diuitiarum ſuaruꝫ: ſed facile tribuere: communicare ſcilicet alijs res ſuas ⁊c. Nam qui volunt diuites fieri incidũt in laqueum magnum diaboli ⁊ tentationem: ⁊ in deſideria multa ⁊ inutilia que mergunt hominem in interitum. Et in figurã huius dominus anathematizauit theſauros hiericho: pꝛohibẽs vt nullus ex populo iſrael de eis acciperet: ſꝫ igni comburerentur Ioſue. vj. Ad inſinuandum q̄ theſauri huius mundi non debent tranſire in ſoꝛtem bonorum fidelium: vt exponit Gratianus. j. q. iiij. §. ſed obijcitur. Hiericho enim interpꝛetatur luna. ⁊ ſignificat mundum mutabilem. Iſrael videns deum. ⁊ ſignificat fideles videntes deum. nunc per fidem: poſtea per ſpeciem. Iſti ergo theſauri mundi: ſcilicet temporalia: inquantuꝫ mundi ſunt ideſt nõ licite habita non debẽt haberi a fidelibus: ſed igni charitatis exponere: ideſt affectu deſpicere ne coinquinentur ab eis. Nec obſtat q̄ diues fuit valde Abꝛaam in poſſeſſione auri ⁊ argenti ⁊ animalium: vt patet in Gene. Et Iob magnus dominus ⁊ diues: q̄a etſi diuites effecti in rebus tamen pauperes affectu ⁊ patres pauperuꝫ. vt oſtenditur in eorum geſtis. quod manifeſtum fuit per tentationes eoruꝫ. Iob in nullo turbatus ex amiſſione omnium. Abꝛaam in relinquendo patriam in peregrinando ⁊ habitãdo in papilionibus in oblatione filij: ⁊ huiuſmodi. de talibus eis conceduntur omnes diuitie ⁊ non coinquinabuntur. Sed quis eſt iſte qui inuẽtus eſt ſine macula in diuitijs: qui poſt aurum non abijt. ipſuꝫ ſequendo non deum. nec ſperauit in pecunie theſauris. q̄s eſt hic ⁊ laudabimus eum? Econtra illic homines mundi trepid. timo. vbi non erat timoꝛ: ideſt ratio timendi iſta amittere.

¶ **Quinto non eſt** .§. v. Quīta

timendum tẽporalia amittere: quia ſunt impeditiua ad perfectionem. Sicut bonuꝫ eſt quod omnia appetunt: ſm̃ philoſophuꝫ in pꝛincipio Ethicorũ. ita ⁊ vnumquodq̄ꝫ appetit ſuam perfectionem. perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut Magiſter eius ait Chꝛiſtus. Luce. vj. qui ⁊ Matth. xxiij. dicit. Unus eſt Magiſter veſter Chꝛiſtus. Sed vt ait beatus Aug. Omnia tem

rena contempſit homo chꝛiſtus vt contēnenda
eſſe monſtraret. Ubi notādum q̄ nō ea ratione
contēpſit pauperrimus factus: ita vt non habe
ret vbi caput ſuum reclinaret. ne videlz ex poſ/
ſeſſione ipſarum rerum ⁊ diuitiarum traherē/
tur inoꝛdinato affectu ad ipſa: vel nimia ſollici
tudine occuparetur aut a diuina contēplatio//
ne retardaretur. Nihil horū poterat in eo eſſe.
Impeccabilis enim erat dn̄s Jeſus. dicit Joan
nes Damaſce. ⁊ cōtinue anima eius diuinitate
fruebat̄. Sed ideo hoc fecit vt daret nobis exē
plum ⁊ pꝛouocaret ad iſta faciendū vt cum per
fecte imitaremur. ſciens q̄ iſta temporalia etſi
non ipſum: tamē nos infirmos multum retra/
hunt a perfectione que conſiſtit pꝛecipue in cō
templatione ⁊ amore diuinoruz. ¶ Sunt etiā
iſta temporalia vt viſcus pꝛopter amorez ⁊ ſol/
licitudinem eorum: qui viſcus cum tangit pē/
nas ſeu alas auium volare non poſſunt: ſed ad
ima deſcendētes de facili capiuntur. Sic tem/
poralia alas intellectus ⁊ affectus inficiūt ⁊ im
pediunt ne ad ſuperna libere valeant auolare.
Unde Saluatoꝛ noſter iuueni qui mādata im/
pleuiſſe ſe dixerat: ⁊ de maiori perfectione que
rebat inquit ipſe. ſi vis perfectus eſſe vade ven
de omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ ſeque
re me. Matth. xix. Non q̄ ipſa perfectio conſi
ſtat in ipſa paupertate ⁊ abrenūciatione oīum:
ſed quia hoc eſt inſtrumentum valde accōmo/
dum veniendi ad perfectionez: vt determinat
beatus Tho. ij. ij. Quod etiam firmat venera//
bilis Joannes Caſſi. in coll. j. abbatis Moyſi.
Hoc etiam intellexerunt gentiles philoſophi:
qui vt magis liberi eſſent ad ſpeculationez ve/
ritatis temporalia iſta contēpſerunt. Et de So/
crate dicit beatus Hiero. xij. q. ij. gloria. Socra
tes ille Thebanus homo quondam ditiſſimus
cum ad philoſophāduz athenas pergeret: ma/
gnum auri pondus abiecit: nec putauit ſe poſ/
ſe virtutes ſimul ⁊ diuitias poſſidere. Nos ſuf
farcinati auro chꝛiſtum pauperem ſequimur.
⁊ ſub pꝛetextu elemoſyne pꝛiſtinis opibus in//
cubantes: quō poſſumus aliena fideliter diſtri/
buere qui noſtra timide reſeruamus. Hec ille.
Alius phs (ni falloꝛ) Anaxagoras ad ſtudiū ſa/
pientie p̄gens in mare pꝛoiecit pecunias quas
habebat dicēs. Abite male cupiditates: demer
go vos ne demergar a vobis. Hoc de pluribus
in genere refert Lactātius in pꝛin. inſtit. Mul
to tn̄ perfectius chꝛiſticole iſta tp̄alia ⁊ delitias
⁊ diuitias ⁊ gliam ꝯtēpſerunt timentes iſta ha
bere nō illa pdere. Naz ⁊ de beato Antonio in
vitaſpatrū legimus q̄ cum iret per deſertum ⁊
in via repiſſet maſſam veri auri quaz potuiſſet
licite accipe cum in theſauris nullius de ꝓpin/
quo fuiſſet: ſed pꝛo derelicto eēt: fugit ab ea ſi/
cut a facie ſerpentis. timēs ne a cupiditate eius
traheretur affectus. ad montez pergens ſolitu/
dinem querens vt honores vitaret: ⁊ non deli
tias ſed auſteritatē augeret. ita qui vult ad mō/
tez contēplationis ⁊ perfectionis aſcendere vt
aptius ⁊ facilius agat: opoꝛtet q̄ onera tempo
ralium dimittat ⁊ ſurſum tendat. Nec ita time
at amittere temporalia vt pdat vel minuat eter
na. ſicut plurimi faciunt qui illic trepidauerūt
timore vbi non erat timoꝛ. i. ratio timendi.

diuitie cōpare aſſimilant viſco.

¶ Sexto non eſt .§. vi.

Sexta.

timendum tēporalia amittere: qꝛ obligatoria.
Cuilibet enim noſtruz dicturus eſt chꝛiſtus in
fine vite. Redde rationem villicationis tue. i.
diſpenſationis circa tēporalia. Quod expꝛeſſe
teſtatur beatus Aug. in lib. de paruulis ad Pe
trum dicens. Homines quia rationabiles facti
ſunt: de ſe ⁊ de oībus rebus quas in vſum acce
perunt vite pꝛeſentis: rationem reddituri ſunt
deo: ⁊ pꝛo ſuorum actuum qualitate recipient
penam aut gloriam. xv. q. j. §. ex eo autē. Non
ergo habet quis timere temporalibus carere:
cum per hoc deobligetur a reddēda ratione in
quo quilibet merito timere debet: cuz ſubtilis
ſit illa examinatio: nec quicq̄ʒ iudicem ſupnuz
poſſit latere: ⁊ pꝛo quolibet defectu pena para/
ta ſit. In parabola de talentis varijs cōmiſſis a
domino ſeruis ſuis: vt cum eis negociando ſu
perlucrarentur. narratur Matth. xxv. Seruus
ille qui vnicum talentum acceperat: quia nō il
lud ad lucrum expoſuit. ⁊ hoc ex timore ne il/
lud amitteret: redargutus a dn̄o eo priuat⁹ cō/
dēnatus fuit. Iſta temporalia bona ⁊ diuitie et
poteſtas ſeu pꝛelatio ⁊ honores talentum a do
mino datum ſunt operante ſi licito modo ha//
bentur: vel permittēte ſi indebite. Obligatus
eſt qui iſta habet ad reddēdaz rationē: quomo/
do his vſus fuerit. Et ſi non multiplicauerit vi
delicet virtuoſe ea diſponēdo: ⁊ ſic inde meri//
ta augendo: ſed ocioſa tenuerit nō dando pau/
peribus. nō coꝛrigendo ⁊ inſtruendo ſubditos
ſi poteſtatem habet. non dirigendo ad deū in/
tentionez in gloria ⁊ honoribus. Utiq̄ʒ his bo
nis priuatus: demuz condemnabitur ex negle
ctu ſuo: etiam ſi alias bonus videatur non ra//
piendo aliena. non vſurpando officia. non am
bitioſe ea querendo. Et pꝛopterea notabiliter
dicit Gregoꝛ. in omel. dicte euangelice para//
bole de talentis. Hec lectio euangelij conſide/
rare nos ſollicite admonet: ne nos qui plus ce/
teris in hoc mundo accepiſſe aliquid cerni//
mur ab auctore mundi inde grauius iudice//
mur. Cum enim augentur dona: rationes etiā
creſcunt donorum: i. eſt obligationes ad red/
dēdum rōnem de vſu eoꝝ. pꝛopter quod dicit

Greg. Quiſquis ſacerdotum (idez intellige de prelatura ⁊ dignitate) adipiſci deſiderat: prius vires ſuas cum eo quod ſubiturus eſt onere metiatur. ⁊ ſi impar eſt abſtineat. ⁊ ad id cum metu etiam cui ſe ſufficere exiſtimat accedat. j. q. j. non eſt putanda. Non ergo debet timeri amittere: ſed ad ipſa accedere. Naz vt dicitur Sap. vi. Exiguo cõceditur miſericordia. ſed fortiori bus fortior inſtat cruciatio: ⁊ iudicium duriſſimum fiet his qui preſunt. Et dicitur exiguus q modicum habet de temporalibus bonis. ⁊ qa parum recepit: de paucis habet reddere rationem. ⁊ ſi deliquit. miſericorditer punitur. Sed fortes ſunt qui mũdo abundant temporalibus. vt diuitijs dignitatibus ⁊ honoribus. ⁊ iſti cõmittunt fortia. i. grauia peccata: timore non amittendi potentiam dignitatem: diuitias ⁊ honores. ⁊ ideo fortior in eis ſequitur cruciatio. Unde ab Abraam dictum fuit diuiti epuloni. Recordare quia recepiſti bona in vita tua ⁊ lazarus ſimiliter mala: nunc autez hic conſolat: tu vero cruciaris. Luc. xvj. q. d. quia fuiſti potens in diuitijs ⁊ dignitate: etſi qua bõa feciſti recepiſti bona in vita tua vt premia eorũ. ⁊ iõ nunc cruciaris propter fortia peccata tua. Lazarus vt exiguus ⁊ mẽdicus ſi qua peccata commiſit. mala penarum recepit: paupertatis ⁊ infirmitatis: per que ſibi cõceſſa eſt miſericordia venie. Nunc autez conſolatur in requie. Sicut ergo non timet ipſe homo deobligari a reddẽda ratione de debitis factis: ſed timet obligari cum ratio eſt intricata. vnde habet timere confuſionem ⁊ punitionem: ita nõ debet timere tẽporalia amittere: ſed habere. cum de ſingulis horum ſit debitor ⁊ habeat reddere rationem deo. Uerebar omnia opera mea (inquit Job) ſciens ꝙ non parceres delinquenti. Qui tamen (vt patet ex geſtis eius) omnibus temporalibus optime vtebatur. Sed mundani illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Septimo non .§. vij.

Septima

eſt timendum amittere temporalia: quia nociua. Quis enim eſt ille qui timeat amittere que ſibi nocent? Certe nullus. immo optat talia ab eo remoueri. Sed temporalia plurimum nocumenti inferunt anime ⁊ corpori. Nam vt dicit in Prouerb. Diuitie congregate in malum domini ſui. de multis quotidie audimus ꝙ occidunt violenter a ſeruis ſuis vel ſubditis ſuis: vt haberet diuitias eorum vel dominium. Tales ſemper manent in timore qui non parum cruciat eos ne talia amittant. Unde Dionyſius tyrãnus ſicilie cũ qdã amicus ſuus laudaret eũ de diuitijs ⁊ potentia beatum dicendo. Ille voluit per exemplum oſtendere ei infelicitatẽ ſuã ex continuo timore ſuo. Inuitauit enim illum ad prandendum ſecuz. ⁊ ordinauit ꝙ ſupra caput eius vbi reſidere habebat in conuiuio amicus ille: gladius acutiſſimus pẽderet filo eneo ſubtiliſſimo: qui non videretur ligatus ex ſolario aſſ. xo. Cumqz ille loco predicto in conuiuio locatus fuiſſet ex iuſſione tyrãni ⁊ gladiũ aſpexiſſet pendentem ſupra eum. epulis varijs ⁊ exquiſitis appoſitis. vix ille cibum ſumebat cum maxima anxietate timens ne momento ad momentum gladius caput eius impeteret. Uidebanturqz ei mille anni vt conuiuium ita ſolemne finiretur vt periculũ euaderet. inde recedẽs. Finito itaqz conuiuio ſurgentibus illis e menſa interrogauit tyrãnus quare ita triſtis ⁊ anxius ⁊ nõ letus fuerat in epulatione taz ſolemni. Aſſignauit ille cauſam ſcz timorẽ caſus gladij ⁊ ſue inde mortis. Qui dixit. Tu ita timuiſti vnius gladij periculuz. ꝗtum ergo ego timere debeo: q habeo non vnũ: ſed multos gladios ſupra me: quõ ergo me dicis beatum. q dego in tanta anxietate timoris. Et cum multa iſte tyrãnus egiſſet ad vitandum pericula amiſſionis tpalium: vt de nullo confideret: tandez ea amiſit ⁊ ad inopiam deuenit. Ultra mala ⁊ afflictionem huius vite in temporalibus tãdẽ ducũt ad penas eternas propter abuſum eorum. vnde Jacobi. v. Agite nunc diuites. vlulate in miſerijs que aduenerunt vobis diuitie veſtre putrefacte ſunt. ⁊ cetera. que ibi habes. Et Lu. vj. Ueh vobis diuitibus qui hic habetis conſolationẽ veſtram. Ueh importat dãnationem eternam ſm bea. Hiero. Ille ergo trepidauerunt timore mundano vbi non erat timor. Et ꝙ temporalia iſta noceant anime ⁊ corpori. oſtendit bea. Ambro. di. Omnes cupidi: omnes auari: giezi lepram cũ diuitijs ſuis poſſident. ⁊ male queſita mercede: non tam pr̃imonij facultatem ꝗ theſaurum criminum congregauerunt eterno cruciatu ⁊ breui fructu. Hec ille. j. q. j. cum ordinaretur. Nocuerunt bona temporalia diuiti epuloni quoad animam poſt mortẽ. Nam q: diuitijs fratribus ſuis q eis abutebant augebatur ex hoc ei pena in inferno tanꝗ occaſionẽ prebẽti vitijs illoꝝ. ⁊ propterea petebat ſaltem ad fratres ſuos mitti Lazaꝝ vt eos admoneret abſtinere a vitijs ⁊ malo vſu tpalium. Non qa cõpateret perditioni eoꝝ ſed ſibiipſi ne augeretur pena. Illic ergo trepidauerunt mundani timore vbi nõ erat timor: ideſt iuſta cauſa timoris. ſed ſeruandũ eſt qð Tobias admonuit filiũ ſuum. di. Noli timere fili mi ſcz timore iſto mũdano. Pauperẽ quidez vitam gerimus. ſz multa bona habebimus ſi timuerimus deum ſcz timore q ẽ donũ ſpiritus ſancti ⁊ abſtinuerimus ab oi peccato ⁊ fecerimus bene Tobie. iiij.

De timore carnali. Capitulum.iij.

Secūdus timor di/

citur humanus ſeu carnalis quo.ſ. quis ita timet incōmoda carnis vel etiam mortem ipſam. ꝙ deū offendit mortaliter cōtra aliquod preceptorum faciendo. vel venialiter preter ꝑcepta agendo. Cōtra quē ait ſaluator Matth.x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. ⁊ poſt hoc nō habent amplius quid faciāt.q.d. animam ledere nō poſſunt. Et rationem aſſignat be. Aug. quare eſt repellēdus iſte timor dicēs. Timēdo mortem carnis tue dabis mortē anime tue. Quāta eſt via cōfiteri chriſtum tanta mors eſt negare ipſum xj.q.iij. non ſolum. Negatur aūt chriſtus nō ſolum verbis negādo fidē chriſti. vel ſe eſſe chriſtianum. ſicut fecit Petrus cum timore mortis negauit ſe eſſe chriſti diſcipulū Matth.xxvj. ſed etiam factis. ſm illud apoſtoli ad Titum.j.c. Cōfitentur ſe noſſe deū. factis aūt negant.ſ. male operando. Sicut fecit Aaron qui populo iſrael poſtulanti vt faceret ei deos qui precederēt eos ⁊ quos adorarēt. timens ne denegādo occiderent eum. ſicut hur collegam ſuū ſputis occiderant. q̄ eos arguebat de tāta ſtulticia vt dicūt hebrei. acquieuit eis anulos aureū quos ei ad hoc obtulerāt in ignem ꝓiciens liquefēdos. Unde opere diaboli ſtatim formatus eſt vitulus aureus quem adorauerūt. Exo.xxxij. Certe timor iſte humanꝰ mortale in eo fuit. vt oſtēdit Gratianus de pe. diſt.ij.§. opponit. De iſto timore carnali poteſt illud itelligi ps.liiij. Formido mortis cecidit ſuper me. timor ⁊ tremor venerūt ſuper me. ⁊ contexerunt me tenebre. Formido mortis eſt precipuus. q̄ vt dicit philoſophus. Mors eſt vltimum terribiliū. timor ab intra quoad alias penas ⁊ infirmitates corporales. tremor ab extra in membris qui manifeſtat interiorem. Et iſta ſunt peccatum quādo veniūt ſuper hoiem. Unde dicit ſuper me. homo aūt eſt homo per rationem. Quādo igitur tantus eſt vt ſit ſuper hoiem.i. dn̄etur rationi. tūc eſt mortale. ⁊ inde tenebre peccatorum contegunt hoiem ⁊ obſcurant. ſed ſeptem rationibus abijciendus eſt iſte timor carnalis quo vt penā carnis euitetur male agitur.

Primo propter .§.i.

dei voluntatem cui nos debemus conformare nec ei poſſumus reſiſtere. Uiuo ego. ait dominus per Eſa. q̄ conſilium meum ſtabit ⁊ omīs volūtas mea fiet. fit volūtas dei ſemper: vel de nobis ſine merito noſtro ⁊ vtilitate. cum.ſ. non cōcordamus cum beneplacito ſuo. A nobis et cum merito noſtro quando cōformamus nos cum ea. Sed mors ⁊ vita a dn̄o deo inquit ſapiens. Eccl.xj.c.j. de volūtate ⁊ operatione eius. Ego occidam ait ipſe Deut.xxxij. ⁊ ego viuere faciam: percutiam.ſ. infirmitate. ⁊ ego ſanabo ⁊ nō eſt qui de manu mea poſſit eruere. Et ſicut terminus eſt prefixus a dei voluntate de vita ⁊ morte hois. ſm illud beati Job.xiiij. Conſtituiſti terminos eius qui preteriri non poterūt. ita ⁊ de ſanitate ⁊ infirmitate. Nec diabolus qui habet magnam poteſtatem ſupra corpora inferiora. potuit graui vlcere ipſū percutere Job niſi licentiatus a dn̄o. quin immo nec in gregē porcorum intrare ⁊ vexare: niſi de voluntate dn̄i. vt habetur Matth.viij. Timere ergo mortem vel alia affligētia corpus. vt per hoc quis deū offendit eſt agere contra volūtatē dei que ſanctiſſima ⁊ iuſtiſſima eſt. vnde Cyprianus. Quā prepoſterum ꝙ̄ ꝑuerſū eſt. vt cum dei voluntatem fieri poſtulemus.ſ. in oratione dn̄ica cum euocat nos de hoc ſeculo ⁊ accerſit. nō ſtatim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur ⁊ reluctamur: ⁊ ꝑuicacium more ſeruorum ante cōſpectum dn̄i cum triſtitia ⁊ merore perducimur exeūtes hinc neceſſitatis vinculo nō voluntatis obſequio. ⁊ volumus ab eo premijs celeſtibus honorari ad quem venimus inuiti. xiij.q.ij. Propter iſtum ergo timorem tenebre contexerunt nos: q̄ multa mala fiunt ad iſta euadenda. Sed vt ait Petrus in prima cano.c.iij. Si quid patimini propter iuſtitiam beati. Timorem autem eorum. ſcilicet qui inferunt vobis moleſtias ne timueritis. ſed ſanctificate deum in cordibus veſtris.

Secundo timor .§.ij.

humanus ⁊ carnalis eſt abijciendus ꝓpter dei fidelem largitatem. promittit enim largam remunerationem ſuſtinentibus cōſtanter afflictiones carnis. ⁊ mortem ipſam ꝓpter eum. Qui enim odit animam ſuam in hoc mūdo. ait ipſe: in vitam eternam cuſtodit eam. Joā.xij. Odit aūt quis animam ſuam in hoc mūdo.i. ſm vitam mūdialem ⁊ criminalem qui carnem affligit nec cruciatus abhorret: ⁊ mortē nō timet. vt propterea vitāda a virtute recedat: ⁊ iſte peruenit ad vitam eternā ⁊ glioſam. Expectamus ait apoſtolus ad Philipp.iij.c. ſaluatorem dominum noſtrum Jeſum chriſtum qui reformabit corpus humilitatis noſtre: ideſt deiectum afflictum ⁊ humiliatum corpori claritatis ſue ideſt corpori ſuo glorioſo. Nec deficere poteſt a promiſſione. quia vt ait ps.cxliiij. fidelis deus: ideſt verax in omnibus verbis ſuis. ſoluēs ⁊ implens proculdubio que promiſit. ⁊ multo largius ⁊ abundantius ꝙ̄ meruerimus. Non enim ſunt cōdigne paſſiones temporis huius

ad futuram gloriaȝ que reuelabitur in nobis.
ad Roma.viij.Super quo verbo ait de Aug^o.
in ſermone.Fremat mundus:ſeuiat mundus:
coruſcet armis:increpet linguis quid faciet ad
id quod accepturi ſumus.q.d.nihil eſt omnis
cruciatus corporis reſpectu future glorie.Hac
conſideratione permotus vnus ex ſeptem fra//
tribus cum matre ſub antiocho paſſus:ne legē
dei etiam in minimis cerimonijs tranſgrede/
rentur linguam poſtulatus vt ei abſcideretur.
aiebat.E celo iſta poſſideo.⁊ nunc hec ipſa ſcilȝ
membra propter dei leges deſpicio qꝛ ab eo ip
ſa me recepturum ſpero.Sed ⁊ mater eoꝝ iam
ſex filijs coram ea membratim trūcatis.timēs
de ſeptimo adhuc ſuperſtite ⁊ adoleſcentiori:
non de morte corporis:ſed anime ad toleran//
tiam mortis animauit dicēs.Peto nate vt aſpi
cias ad celum ⁊ ad terram ⁊ ad oīa que in eis
ſunt.⁊ intelligas.quia ex nihilo fecit ea deus ⁊
hoīum genus.⁊ ita fiet vt non timeas carniſi/
cem iſtum:ſed dignus tuis fratribus effectus
te in illa miſeratione recipiam.ij.Macha.vij.
Sic ⁊ inuictus martyr chriſti.Uincētius cum
torqueretur ⁊ grauiora adhuc ei cōminarētur
tormenta.ad Datianum tyrānuȝ aiebat. O ve
nenoſa diaboli lingua.tormenta tua nō timeo
ſed hoc ſolum valde metuaȝ:quo te fingis mi/
hi velle miſereri.ſ.parcendo ⁊ a tormentis ceſ
ſando ſi ſacrificauero dijs tuis. Nolo gloriam
meā minuas minuendo aliquid de ſupplicijs.
Ita ⁊ moyſes inquit apoſtolus ad Heb.xj.ma/
gis elegit affligi cum populo dei ꝙ tempora/
lis peccati habere iocūditatem.aſpiciebat eniȝ
in remunerationem.Fide reliquit egyptuȝ nō
veritus animoſitatem regis.inuiſibilem enim
tanꝙ videns ſuſtinuit.Non ergo timendum.

¶ Tertio eſt ti/ .§.iij.

mor carnalis abijciēdus ob euitandam dei ſe/
ueritatem.Ex dictamine rationis naturalis eſt
illud Eſopi.Ferre minora volo ne grauiora fe/
ram.Potius quis eligit vna die in carcere af//
fligi:ꝙ per annum potius amiſſionem rerum
ꝙ vite.magis abſciſſionem manus ꝙ capitis.
vnde ⁊ manum parat ad vitādum percuſſionē
capitis.Cum autem diuina iuſtitia nullum ma
lum permittat impunitum ⁊ ſine cōparatione
in futuro etiam in purgatorio nedum in infer
no quis acerbius affligatur etiam pro veniali/
bus ꝙ quacūqꝫ in preſenti vita pena corpora/
li.Eſt enim(inquit beatus Aug.)ille ignis pur
gatorij miro modo grauis.excellit enim oēm
penam quam hic aliquis paſſus eſt.de pe.diſt.
vij.ideo non eſt timendum:ſed eligendum et
optādum corpus hic affligi per ieiunia:vigi/
lias:peregrinationes:infirmitates:⁊ cruciatus

ꝙ illic reſeruare:vel deum propter timorē hu/
ius offendere.Qui timet pruinaȝ:veniet ſuper
eum nix.vt dicitur Job.vj.ideſt qui timet pe//
nas temporales:⁊ ꝓpter hoc abſtinet a bonis
operibus penalibus:incidet in futuras que gra
uiores ſunt.Et vt dicitur Apoc.xviij.Quātum
ſe glorificauit ⁊ in delitijs.ſ.corporis fuit.tan/
tum date ei tormentum ⁊ luctum.Ecōtra non
iudicabit deus bis in idipſuȝ in tribulatione.
Naum.j.ſm aliam tranſlationem.pro quo no
ſtra(que eſt Hiero^o.)dicit.Non conſurget du/
plex tribulatio.i.qui hic affligetur patienter ſe
rendo:⁊ ſe ad deum in paſſionibus converten
do:nō affligetur in alia vita hic ſufficiēter pu/
nitus.Unde beatus Hiero.ſuper dicta auctori
tate.Si vobis deus rigidus crudelis ⁊ cruen/
tus videtur:qꝛ genus humanum diluuio dele
uit ſodomitas igne ⁊ ſulphure:egyptios mari
ſubmerſerit:filios iſrael proſtrauerit in deſer//
to.Scitote igitur ad preſens reddidiſſe ſuppli
cia ne in eternū perirent.xxiij.q.v.quid ergo.
Quod intelligit de illis quo inter flagella ipſa
compuncti ſunt ⁊ ad penitentiam reuerſi.Nō
ergo timende ſunt pene corporis temporales
que breues ⁊ tenues ſunt reſpectiue:ſed eter//
nales.Et hoc eſt quod domin^o noſter iubebat
attendere dicens Matthei.x.Timete eum qui
poteſt animam ⁊ corpus in gehēnam perdere. Exēpl
¶ Narratur in lib.de ſeptem donis ꝙ cum pa
terfamilias iaceret mortuus dum ei pararen//
tur exequie:circa mediam noctem ſurgens ter
ruit omnes qui aderant.⁊ vadens ad eccleſiaȝ
gratias deo egit de ſui reſuſcitatione.reuer//
ſuſqꝫ domuȝ omnia bona ſua in tres partes di
uiſit.vnam vxori:aliam filijs:tertiam pauperi/
bus diſtribuit.Et ad heremuȝ pergens cellam
iuxta fluuium aque gelide conſtruxit.Et cum
frigus erat:veſtitus in illum fluuium ſe iacta//
bat:⁊ vſqꝫ quaſi ad vite extrema moraȝ ibi tra
hens:egreſſus in aquam calidiſſimam introi/
bat.ſic frequentiſſime per hunc ⁊ alios modos
ſe crucians.Et cum ab alijs ſuper his arguere
tur de indiſcretiōe ⁊ ſuipſius occiſione:reſpō
debat.Si aſpexiſſetis que ego vidi:maiora ho
rum faceretis.Dixit enim ꝙ egreſſus de corpo
re ſpiritus ductus fuit a quodam viro lucido:
ſcilicet angelo in vallem maxime longitudi/
nis ⁊ latitudinis.Cuius vnum latus erat ple/
num flāmis feruentibus.aliud plenum gelu ⁊
grandine furentibus.Eratqꝫ vtriqꝫ latus ple/
num animabus tranſeuntibus de flāma ignis
ad frigus intenſum.Ad quod facit illud Job
xxiiij.Tranſibunt ab aquis niuium ad caloreȝ
nimium.Poſtea duxit eum per tenebras den//
ſiſſimas:viditqꝫ globos igniū de baratro aſcē
dentium.animaſqꝫ inde aſcendentes ⁊ reinci/

dentes in modum ſauillarum. ⁊ fetorem ſenſit inde exhalantem intolerabilem fletum audiuit ⁊ eiulatum incomparabilem: ⁊ teterrimos dmones forcipes ⁊ fuſcinulas igneas habentes ⁊ eum capere voluerunt ⁊ in ignem illum proycere. Sed ille lucidus qui eum duxerat demonibus imperauit ne eum contingerent: quia dominus mandauerat eum ad corpus reduci: vt ſi vellet penitentiam ageret de peccatis. ſin autē ad iſta loca deueniret. Reuerſus ergo ad corpus: quia recolo que vidi. non timeo iſtas penas corporeas vt euadam eternas. Simile factum narrat venerabilis Beda in geſtis anglorum. lib. quinto. capi. xiij. Et illum virum vocat drūghellinuz. ⁊ refert hoc accidiſſe. Anno dñi ſexingenteſimoprimo.

Quarto timor .§.iiij.

humanus eſt euitandus propter carnis hoſtilem contrarietatem debilitandam non timet quis illud vnde hoſtis debilitatur eius. ſed vnde fortificatur caro autem eſt hoſtis anime. ſm illud Gal. quinto. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum adeo vt eum ad mortem eternam inducat. propter quod idez apoſtolus ait ad Romanos ſeptimo. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee ⁊ captiuum me ducentem ⁊c̄. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: ideſt de corpore cuius concupiſcentia que eſt lex membrorum ſenſualitas inclinans ad delectabilia ⁊ horrens grauia. ⁊ per hoc debellans contra rationem que eſt lex mentis querit eam ſuffocare. Et ad idem dicebat propheta Michcas ſeptimo caplo. Inimici hominis domeſtici eius. Hi ſunt domeſtici noſtri quinqꝫ ſenſus ſignati ſm Chryſoſt. per quinqꝫ fratres diuitis epulonis: ſecum cruciandos in inferno. Quanto autē ſunt magis domeſtici: tanto ſunt periculoſiores. Nulla enim peior peſtis ad nocendum qꝫ familiaris inimicus. inquit Boetius de conſolatio. philoſophie. Hinc ⁊ beatus Ambroſius in lib. de penitentia. tractans illud pſal. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena dicit. Si caro mēti repugnat nec ſubdita eſt animi gubernaculo ⁊ mētis imperio: aliena terra eſt: que niſi domatur cultoris exercitio. fructus non poteſt charitatis penitentie ⁊ pacis afferre. Hec ille. Et ſic impedit caro aliena: ideſt repugnās menti. ꝙ non apte ⁊ lete cantetur canticum domini: ideſt ſiāt bona opera. de peniten. diſtincti. iij. In ſalicibus. Obſeruanduz autem quod ibi ſubdit beatus Ambroſius. videlicet ſane cum caro repugnat mens ad deuz ſemper debet eſſe intenta. vt ſcilicet timore eius abijciatur timor carnalis. Cū igitur caro affligitur ⁊ torquetur inimicus noſter debilitatur. propterea dicebat apoſtolus. ij. Corinth. ij. Cum enim infirmor tūc fortior ſuz ⁊ potens ſcilicet ſpiritu. Quod etiam cōfirmat beatus Ambr. dicens. Quod nocet corpori iuuat ſpiritum. de penitē. diſtincti. j. poteſt fieri. Hec intelligens quidam ſanctus Abbas. vt legitur in lib. de ſeptem donis. Cum lumen oculoꝝ amiſiſſet ait. Gratias ago deo meo qui me vindicauit de aduerſario meo: ſcilicet corpore qui ſolebat mihi tot mala inferre per iſtos duos proditores ⁊ raptores oculos meos. Dicitur eniz Thren. iij. Oculus meus depredatus eſt animam meam. De beato etiam Franciſco Exēplū
legitur. ꝙ cum in oratione maneret vidit caternas demonum ſuper domum diſcurrētes cuz ſtrepitu tanquaz ei nocere volentes. Qui concitus exiens ⁊ crucis ſignum ſibi imprimens dixit. Ex parte omnipotentis dei vobis dico demones: vt quicquid vobis permiſſum eſt faciatis in meo corpore. omnia enim libenter ſuſtinebo: quia cum maiorem inimicum non habeam corpe. vindicabitis me de aduerſario meo dum in ipſo vice mea exercebitis vltionez. qui confuſi diſparuerunt. Ex quo igitur per infirmitates ⁊ afflictiones corporis debilitatur ipſum quod eſt inimicus noſter ⁊ per mortem occiditur non eſt timenduz carnaliter vt per hoc deuietur a bono.

Quinto timor .§.v.

carnalis eſt refrenandus propter veritatem clarius intuēdam. Phūs in li. Ethic. poſuit ſummam hominis felicitatem cōſiſtere in actu ſupreme potētie que eſt intellectus erga nobiliſſimum obiectuz qḋ eſt deus. i. in ſpeculādo ſummam veritatem. Sed corpus ad hoc impedit. Nam oīs noſtra cognitio ortum habet a ſenſu ſm phūm. ⁊ ideo intelligi non poteſt deus ab anima in corpore mortali exiſtēte: in ſua pura ⁊ nuda eſſentia: duz vtitur ſenſibus corporeis: quia quicquid intelligit per modum rei corporalis itelligit. Sed ſpiritus eſt deus. vt dicitur Joannis. iiij. non corpus vel res materialis. Et ideo impedit corpus animaz a perfecta cognitione Et hoc eſt quod dicitur Sapien. ix. Corpus quod corrūpitur aggrauat aīam. ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multuz cogitātē ⁊ difficile eſtimamus que in terra ſunt ⁊ que in pſpectu ſunt cuz labore inuenimus: que aūt in celis ſunt: qs inueſtigauit. Et hinc plotinus phs. vt refert Aug. de ciui. dei. dicebat fugiendum eſſe ad clariſſimam patriam ibiqꝫ patere omnia. Et Cicero lib. de ſenectute. Mors non Mors
eſt lugenda quam immortalitas anime ſequitur. Mors nō eſt ti
Meditatum debet eſſe ab adoleſcentia. vt mēda.

moꝛtem negligamus ſine qua meditatione trāquillo animo nemo eſſe poteſt cuꝫ certiſſimum ſit moꝛiendum: ⁊ quo tempoꝛe incertum dum in his coꝛpoꝛis compaginibus incluſi ſumus munere quodaꝫ neceſſitatis ⁊ graui opere perfungimur. Eſt eniꝫ animus celeſtis ⁊ altiſſimo domicilio depreſſus: ⁊ quaſi demerſus in terram, locum diuine nature eternitatiſqꝫ contrarium. Hec ille. Aplꝰs etiam notitiam que habetur hic de diuinis: aſſimilat cognitiōi paruuli que eſt imperfectiſſima. Dicit enim .j. Coꝛ. xiij. Cum eſſet paruulus cogitabam vt paruulus loquebar vt paruulus: ⁊ ſapiebam vt paruulus. cum autem factus ſum vir euacuaui qui erant paruuli. ¶ Non ergo timenda eſt moꝛs vt per hoc deſeratur virtus que ducit ad pfectiſſimaꝫ cognitionem ⁊ felicitateꝫ. Sed ⁊ in vita preſenti afflictiones coꝛpoꝛis reſtringunt animaꝫ. vt acutioꝛ ſit ad intelligendum veritatem. Eſa. xxviij. Uexatio dabit intellectū. ⁊ be. Greg. Oculos quos culpa claudit pena aperit. In cuius etiam figuram habetur Tob. xj. ꝙ fel piſcis poſituꝫ ſuper oculos eius aperti ſunt ei oculi: qꝛ ſ. amaritudo afflictionis coꝛpoꝛalis reducit hominem ad cogitionem ⁊ luminationem. Et de platone legitur ꝙ ſcholas tenebat in locis peſtilentibus ⁊ aſperis. vt ex hoc ſcholares eſſent magis in ſeipſis recollecti ad percipienduꝫ veritatem doctrine ⁊ non diſtraherētur in ima ex loco ameno. Manaſſes rex iuda impijſſimus non ſe recognouit ⁊ ſua ſcelera niſi flagellatus ⁊ coꝛpoꝛe captiuatus. iiij. Regum vltimo. Remouendus eſt ergo timoꝛ iſte.

¶ Sexto timoꝛ .§. vi.

Timere carni non debem' exemplo xp̄i.

humanus eſt contemnendus propter xp̄i confoꝛmitatem aſſequendaꝫ. Magna eſt gloria ſequi regem factoꝛem ſuum. i. imitari. Rex autē ⁊ creatoꝛ noſter eſt dei filius. Ipſe autem non ita timuit afflictiones coꝛpoꝛis. ꝙ propter hoc ſe abſtraheret a duriſſima paſſiōe: ⁊ moꝛte ignominioſa vt nos a moꝛte liberaret. Quinimo a planta pedis vſqꝫ ad verticem nō fuit in eo ſanitas. Non fuit in eo aliquod membꝛuꝫ quod in paſſione ſua pena careret. Quod autem Ioſeph nutritius eius reuerſus de egypto cum paruulo ieſu ⁊ matre eius timuit ire in iudeaꝫ vbi regnabat archelaus filius herodis vt dicitur Mat. ij. ne. ſ. occiderent puerum ſicut querere fuerat pater eius. Et ꝙ etiam non volebat ipſe homo factus ⁊ predicatoꝛ in iudeam ambulare. quia querebant eum iudei interficere: non hoc ideo fecit quaſi nollet moꝛtem ſubire: ſed quia nondum venerat hoꝛa paſſionis eius prudenter euitans occaſiones augmenti maligniſtatis eoꝛū. Quia ergo non decet ſub capite ſpinoſo mēbꝛum fieri delicatum non timende ſunt ⁊ fugiende: ſed appetende afflictiōes coꝛpoꝛis vt ꝯfoꝛmemur capiti noſtro. Dicit enim apl's ad Ro. viij. Quos deus preſciuit hos ⁊ p̄deſtinauit: ꝯfoꝛmes fieri imagis filij ſui. Hoc igitur exemplo vt ſcuto circundabit te veritas eius non timebis a timoꝛe nocturno. ait xp̄us xc. Timoꝛ nocturnus eſt timoꝛ afflictionis coꝛpoꝛalis. Nox enim ſignificat aduerſitatē ſicut dies proſperitatem. Sed veritas dei ſcilicet dei filius exemplo ſuo vt ſcuto protegit nos. vt nulla ex parte virtutem deſeramus propter timoꝛem afflictionis.

¶ Septimo ti- .§. vij.

moꝛ humanus eſt ꝯtēnendus. qꝛ tollit mentis libertatem. Non bene pro toto libertas venditur auro. Sꝫ vt dicit Julius celſus. Terroꝛ hominibus ꝯſilium menteqꝫ eripit ⁊ membꝛa debilitat. Nec eſt ꝯtra qđ phs dicit in lib. ethi. ꝙ timoꝛ facit homines ꝯſiliatiuos. qꝛ hoc intelligitur quando eſt ratione regulatus quia timendo mala que poſſunt occurrere. inducit timoꝛ ⁊ ſollicitat ad cogitandum quō poſſit obuiari rationabiliter. Sic ⁊ Moyſes audiens ꝙ notuꝫ factum erat occiſio facta egypcij per eū: timens Pharaonē receſſit in madiā. q tn̄ nō timuit qñ opoꝛtuit pharaonē icrepare. ſꝫ timoꝛ hūanꝰ q̄ ſcꝫ timetur perſecutio cruciatꝰ coꝛpoꝛis moꝛs ipſa ⁊ hmōi tollit libertatē mentis cū quis agit contra id quod dictat vel dictare debet ratio vt mala illa euitet. Hic timoꝛ inducit ad incantationes: ⁊ ſuperſtitiōes multas vt ſanetur coꝛpus cum dānatione anime. xxvj. q. vij. non obſeruetis. Hic timoꝛ peruertit iudiciū. Dicit enī beatus Grego. xj. q. iij. Quatuoꝛ modis humanum pūertitur iudicium. ſcꝫ amoꝛe: timoꝛe: cupiditate: ⁊ odio. Hic timoꝛ tollit libertatē increpatiōis prelatoꝛum quoad tyrānos. ꝯtra quos dicitur Jo x. Mercenarius ⁊ qui nō eſt paſtoꝛ vidit lupum venientem ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit et diſpergit oues. Mercenarius dicitur prelatus qui non habet curam de ſalute ouium: ſed de lana ⁊ lacte. Lupus veniens ideſt tyrannus vel hereticꝰ vel rapiens iura eccleſie. fugit mercennarius dum tacet prelatus: nec talibus reſiſtit. vt fecit Thomas cantuarieñs. non timens moꝛtem ſibi cōminatam ⁊ tandem illatam. Et beatus Amboꝛ. non acquieſcens imperatoꝛi in dando ei vnam eccleſiam pro arrianis hereticis. vt patet. xxiij. q. viij. Conuenioꝛ prohibens Theodoſium ab ingreſſu eccleſie propter homicidia procurata. vt ſecunda q. iij. cum apud theſſalonicam. Et ex eius timoꝛe carnali prelatoꝛum multa mala ſequuntur in eis ⁊ ouibus. Hinc beatus Gregoꝛius in paſto. Sepe rectores improuidi

res improuidi humana gratiam amittere for/
midantes loqui libere recta pertimeſcunt ⁊ in/
tra veritatis vocem non tã gregis cuſtodie pa
ſtorum ſtudio: ſed mercennariorum vite deſer
uiunt ⁊c. diſtin.xliij. ſit rector. Hinc ⁊ Nicola/
us papa ait di.ea. Diſpenſatio celeſtis ſeminis
nobis cõmiſſa eſt. veh ſi tacuerimus. veh ſi nõ
ſparſerimus. Quod cum vas electionis formi
det ⁊ clamet. quãto magis cuilibet exiguo me
tuendum eſt. Non ergo timenduz ne dicatur.
Illic trepidauerunt timore ⁊c.

De timore naturali. Capitulum.iiij.

TErtius ẽ timor na/
turalis. Conuenientius primo de/
bet poni. tum quia cõmunior eſt nõ
ſolum omnibus hominibus ineſt:
ſed etiam in brutis. Nam paſſiones ſunt ſub/
diti motus excitati in parte ſenſitiua: quaz ha
bemus cõmunem cum irrationabilibus: ſed p
fectior eſt. quod etiam patet ad ſenſum. Nam
ſit eis cõminatio verberum ⁊ huiuſmodi. vt ti
mentes fugiunt. Tum etiaz quia in alijs timo
ris ſpeciebus reperitur virt⁹ vel vitiũ in actua
li: ſed non in tali motu naturali cum non exce/
dit limites ſuos. Paſſionibus enim nec lauda
biles nec vituperabiles ſumus ſm phm in li.
Ethico. Et ratio eſt: quia non ſunt in noſtra po
teſtate. ſed preueniunt iudicium rationis ſubi/
to. Et ideo nec eis meremur vel demeremur.
De hoc timore poteſt intelligi illud ps.ij. Ser
uite domino in timore ⁊ exultate ei cum tre/
more. quem timorem naturalem habeatis vt
alias paſſiones nec vitare poteſtis vt tales mo
tus non ſuſtineatis que mala menti occurrunt
vt parata. ita tamẽ timeatis vt domino ſerua/
tis. nec propter vitanda illa mala a domino et
eius obedientia recedatis. ⁊ ita trematis in ad
uerſis ꝙ ratione exultetis in domino. Uel ſic ita
ſeruiatis domino timendo eius punitionez ne
ſit ſeruilis talis timor. vt propter euitandaz ſo
lum punitionem ſeruiatis ei. ſed exultate. ideſt
amore ⁊ cum gaudio bona propter eum facia
tis cum tremore reuerẽtie. Et quia ſaluator no
ſter ſumpſit naturam noſtram humanam cum
omnibus proprietatibus eius naturalib⁹ que
defectum non important. Ideo ⁊ ipſe timorez
habuit naturalem. ſm illud Matth.xxvj. Ce/
pit Jeſus tedere ⁊ pauere ⁊ meſtus eſſe. In hoc
tamen differentia fuit inter ipſum ⁊ nos: quia
cũ paſſio timoris vł alia exurgit in nobis forti
ter obũbrat aliquantuluz lumen rationis ⁊ ob
ſcurat. quod in chriſto non fuit: ſed ſemper ra/
tio ſereniſſima. In animabus ſeparatis dicit
eſſe timor. ſm illud Uirgilij. Hinc metunt cu/
piunt gaudentq₃ dolentq₃. cum tamen ſenſiti/
uam non habeant: quia affixa eſt organis cor/
poreis quibus carent. nõ ꝙ proprie ſint in eis
ipſe paſſiones cum alteratione vt hic: ſed ſunt
motus voluntatis in eis ſimiles paſſionib⁹ mo
do ſuo. Diuerſe autem ⁊ auerſe opiniones fue
runt inter ſtoicos ⁊ peripateticos quoruz prin
ceps ariſtoteles fuit. Naz ſtoici dicebant timo/
rem ⁊ alias paſſiones non cadere in animo ſa/
pientis: ſapientem vocantes virtuoſum. Peri
patetici autẽ aſſerebãt eas vtiq₃ cadere in ſapi/
entez. ſed ab eis non deduci. i. non vinci: nec a
virtute diſcedere bea. Augu. autẽ in li.ix. de ci
ui. dei. c.v. dicit ꝙ illa cõtrarietas erat magis
verbalis ꝙ̃ realis. Nam ꝙ ſtoici dicebant non
cadere timorẽ. ⁊ alias paſſiones in animo vir/
tuoſi non intelligebãt de primis motibus paſ/
ſionuz. ſed de dñio earuz ſuper rationem. ideſt
ꝙ vincuntur a paſſionibus. Et ꝙ peripatetici
dicerent cadere eas in mentẽ virtuoſi: non in/
telligebant de dñio earuz in mente: ſed de pri/
mis motibus earũ proprius tamen loquebant
peripatetici. Et ꝙ ſic intelligerent ſtoici ponit
bea. Augu. exemplũ cuiuſdam phi ſtoici. Qui
cum pluribus alijs cum per mare nauigaret. tẽ
peſtate valida exorta ⁊ periculoſa. phs ille tot⁹
expalluit ex timore periculuz cernens. Cumq₃
ceſſaſſet tẽpeſtas mox vt ſecuritas prebuit col/
loquendi vel garriendi locum quidam ex illis
quos nauis illa portabat: diues ⁊ luxurioſus
cepit illudere phm illum ſtoicuz eo ꝙ extimuiſ
ſet ⁊ palluiſſet in ea tempeſtate cum ipſe diues
manſiſſet intrepidus. At ille ariſtippi ſocratici
riſum retulit. Qui cum in re ſimili eadem ver
ba ab homine ſimili audiſſet. rñdit illum meri
to pro anima nequiſſimi nebulonis non fuiſſe
ſollicitum: ſe autem pro ariſtippi anima time/
re debuiſſe illoq₃ depulſo: agellius qui nauiga
bat cum eis. queſiuit ab ipſo pho de cauſa pal/
loris cuz ſtoici aſſerant timorem ⁊ alias paſſio
nes non cadere in animo ſapientis. Tunc phs
prodidit de ſarcinula ſua librum epitecti ſtoici
in quo erãt decreta zenonis ⁊ criſippi. qui fue/
runt principes ſtoicoruz in quo habebatur nõ
eſſe in poteſtate hominis fantaſias. Uerum et
quãdo veniant in animo. ⁊ ex terribilibus fan/
taſijs neceſſe eſt animum moueri. ita vt pau/
liſper expaueſcat metu: vel triſtitia contra/
hatur tanquam his paſſionibus preuenienti/
bus rationis officium. ſed non aſſentiri eis.
Hoc enim volunt eſſe in poteſtate noſtra ſcilicet
aſſentire vel diſſentire rationi. Idq₃ eſſe diffe/
rentie inter ſapientem ⁊ inſipientem. ꝙ ſapi/
piens non cedit ⁊ aſſentit paſſionibus. ſed inſi/
piens. ideſt malus aſſentit: recedens ſcil₃ a vir
tute per paſſionez timoris vel alio. Hec beatus
Augu. ix. lib. de ciuitate dei. ca.v.

An ti/
mor ca/
dat in
aio ſa/
piẽtis.

¶ Ponit autem Da/ .§.i.

Sufficiētia ſex ſpecieꝝ timoris

maſcenus ſex ſpecies timoris ſcilꝫ ſegniciem: erubeſcentiam.verecundiam:admirationem: ſtupoꝛem:⁊ agoniam.adde ſeptimam que eſt effectus exterioꝛ timoꝛis ⁊ dicit tremoꝛ. Sufficientiam illarum ſex ſpecierūꝫ.ideſt quare tot ſunt aſſignat ſic beatus Tho. prima.ij q.xlij. Cum timoꝛ ſit de malo futuro quod excedit poteſtatem timentis.vt ſcilicet reſiſtere non poſſit. Sicut bonum hominis ita ⁊ malum poteſt conſiderari:vel in opere eius vel in rebus exterioꝛibus. In operatione hominis poteſt malū dupliciter timeri. Primo laboꝛ grauans naturam:⁊ ſic cauſatur ſegnicies:cum ſcilicet quis refugit operari propter timoꝛeꝫ excedentis laboꝛis. Secundo turpitudo ledens opinioneꝫ. ⁊ ſic ſi turpitudo cauſatur id actu cōmittēdo. ſic eſt erubeſcentia:ſi ſit de turpi iam facto:ſic eſt verecundia. Malum vero quod in exterioꝛibus rebus conſiſtit in triplici ratione poteſt excedere hominis facultatem ad reſiſtendum ei pꝛo ratione ſue magnitudinis cum ſcilicet aliquis conſiderat aliquod magnuꝫ malū.cuius exitum conſiderare non ſufficit.⁊ ſic eſt admiratio. Secundo ratione turpis conſuetudinis: quia ſcilꝫ aliquod malum inconſuetum noſtre cōſiderationi offertur:⁊ ſic eſt magnum noſtra reputatione.⁊ hoc modo eſt ſtupoꝛ: qui cauſat ex inſolita imaginatione. Tertio ratione ipꝛouiſionis.quia.ſ.pꝛeuideri non poteſt.⁊ ſic futura infoꝛtunia timentur.⁊ dicitur agonia. Tremoꝛ autem eſt effectus timoꝛis ⁊ ab eo cauſat. Huius ratio eſt ſm bea. Tho.j.ij.q.xlij.quia in timoꝛe caloꝛ ab exterioꝛibus ad interioꝛa contrahitur. Remoto autem ab exterioꝛibus caloꝛe qui membꝛa cōtinebat remanent mēbꝛa frigida.⁊ propter hoc accidit in eis tremoꝛ. Tremoꝛ enīꝫ ex frigiditate cauſatur pꝛopter quod tremunt mēbꝛa timentium ipſoꝛum. Et pꝛimo tremit coꝛ eo ꝙ in timoꝛe caloꝛ deſerit coꝛ. Secundo tremit vox pꝛopter vicinitateꝫ arterie vocalis ad coꝛ. Tertio tremit mandibula inferioꝛ pꝛopter continuitateꝫ. Quarto ſequitur ſtrepitus dentium propter eandem rationem. Quinto bꝛachia ⁊ manus.pꝛopter cōnectionē ad pectus.vbi eſt coꝛ.tūꝫ qꝛ hec membꝛa ſunt magis mobilia.propter quod in timentibꝰ genua tremunt.ſm illud Eſa.xxxv. Cōfoꝛtate manus diſſolutas:⁊ genua debilia roboꝛate.dicite puſillanimes confoꝛtamini ⁊ nolite timere. Ecce deus veſter ipſe veniet ⁊ ſaluabit vos. Eſt etiam effectus timoꝛis contractio virtutis naturalis ad interioꝛa ⁊ inde coloꝛis mutatio:vel in palloꝛem vel inruboꝛē:cū verecundaſ qs. Sꝫ declaratio hoꝝ vel multa alia de timoꝛe in ꝗtū paſſio nālis hēs plene.ō in.j.pte.ti.vj.c.x.

¶ De iſtis ſepteꝫ .§.ij.

modis timoꝛis qui in ſe nō ſunt peccatuꝫ quo ad pꝛimos motꝰs:qꝛ naturales.ſꝫ quoad ſecūdos ſunt peccata vel merita.ſm ꝙ in eis rō negociatur dirigendo eos in malum vitij: vel in bonuꝫ virtutis habetur in ſacra ſcriptura. Nā ab vltimo inchoando qui eſt tremoꝛ dicit Eſa. Poſſedit tremoꝛ hypocritas.⁊ in pꝛeſenti cuꝫ deteguntur eoꝝ fallacie:⁊ in moꝛte cōſciētia remoꝛdente.⁊ in damnatione inferni vbi dicit eſſe fletus ⁊ ſtridoꝛ dentium. Matth.xiij. qui eſt effectus tremoꝛis. In bonum dicitur de tremoꝛe per Eſaiā.ſuper queꝫ requieſcet ſpiritus meus:niſi ſuper humilem ⁊ quietum trementem ſermones meos. Et de Joanne baptiſta canitur cum chꝛiſtum baptizauit. Baptiſta contremuit nec audet tangere ſanctū dei verticeꝫ: ſed clamat cum tremoꝛe. Sanctifica me ſaluatoꝛ. ¶ De agonia dicitur Luce.xxij.de chꝛiſto. Factus in agonia pꝛolixius oꝛabat.in qua ita ſenſitiua eius exterrita eſt timoꝛe moꝛtis ſibi. pꝛeſentate ꝙ factus eſt ſudoꝛ eiꝰ ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram. Sed rationi timoꝛem illuꝫ ſubſtrauit dicens. Non quod ego volo.ſ.ſm inſtinctū naturalem ⁊ ſenſualeꝫ qui hoꝛrent moꝛtem:ſed ſicut tu. Unde ⁊ ſurgens ab oꝛatione nō fugit:ſed obuiam proceſſit pꝛoditoꝛi. Ad hanc agoniā veniēs Suſanna vxoꝛ Joachim.cum duo illi ſenes inueterati dieruꝫ maloꝛum ſollicitabant eam ad adulterium cuꝫ eis perpetrandum cōminando ei ſi non aſſentiret:diffamationem ⁊ moꝛtē.ait. Anguſtie mihi ſunt vndiqꝫ ⁊ quid eligam ignoꝛo. Si enim hoc egero moꝛs.ſ.aīe mihi eſt. Si nō egero nō effugiam manus veſtras qꝛ me accuſabitis. Et ſubito in hac agonia poſita ſubſtrauit timoꝛeꝫ infamie ⁊ moꝛtis rationi dicens. Ueruntamē melius mihi eſt abſqꝫ opere ſcilicet peccati incidere in manus veſtras ꝙ̄ delinquere in conſpectu dei mei. Dan.xiij.ca. Sicqꝫ exclamauit ſuccurſum. Et licet illi ſenes incuſaſſent deus mirabiliter liberauit eam a moꝛte:vt ibi patꝫ. In illa agnonia poſite alie mulieres quas pꝛedicti ſenes incitabant ad malum ſubmiſerunt rationem timoꝛi ſcilicet aſſentiēdo illis ne diffamarent ⁊ accuſarent eas timendo. Unde eis dixit Daniel quando examinauit. Sic faciebatis filiabus iſrael ⁊ ille timentes loquebantur vobiſcum ſcilicet aſſentientes concupiſcentiis veſtris. ¶ De ſtupoꝛe dicitur de iudeoꝛuꝫ populo vel anima peccatrice. Hieremi.v. Stupoꝛ ⁊ mirabilia facta ſunt in te.ideſt ea que ſūt cauſa ſtupoꝛis ſcilicet in tua duritia ex acceptis beneficijs:⁊ impunitione de tuis maleficijs. Et

De agonia.

De ſtupore.

pꝛout in malū accipitur Eccle.vij.dicitur. Nō
ſapias plus q̄ neceſſe eſt.ne obſtupeſcas. ideſt
non ita curioſe te habeas inueſtigando: vt ex
imaginatione inſolitoꝛum deficias a veritate.
Et Job.xij. Adducit dominus conſiliarios in
ſtultum finem ⁊ iudices in ſtupoꝛem vt neſci/
ant pꝛouidere. Jn bonum autem ſumitur Lu/
ce.v.vbi dicitur de Petro poſtquam cepit vno
iactu retium multitudinem copioſam piſciuꝫ
ita vt implerentur ambe nauicule. Stupoꝛ cir
cundederat eum in captura piſcium. Et chꝛi//
ſtus ei dixit. Noli timere ⁊c. ¶ De admiratio
ad/ ne dicitur pꝛimo. Jo.i.iij. Nolite mirari ſi odit
ató vos mundus.ita ſcilicet vt timoꝛe mundialiuꝫ
perſecutionum deficiatis a fide. Et Apocaly.
xvij. Ipſe Joannes dicit ſe miratum fuiſſe ma
gna admiratione cum vidit illam mulierꝫ ſe/
dentem ſuper beſtiam coccineam habenteꝫ ca
pita ſeptem ⁊ coꝛnua decem babylonem dictaꝫ
que aſcenſura erat de abyſſo.⁊ ibit in interituꝫ
⁊ mirabantur omnes inhabitantes terram: vi/
dētes beſtiam que erat ⁊ non eſt ⁊c. Et de pila/
to cum chꝛiſtus ei non reſponderet ad ea que
ſibi falſo obijciebantur a iudeis.dicitur Mat/
thei.xxvij.capitu.ꝙ mirabatur pꝛeſes de eius
taciturnitate quaſi depꝛehendens innocentiaꝫ
⁊ patientiam eius ⁊ decernens dimittendum.
Sed cum audiuit iudeos dicentes. Si hūc di/
mittis non es amicus ceſaris. tunc magis ti/
muit. Jo.i.xx. Timuit enim diſplicere impera/
toꝛi terreno.⁊ pꝛopterea dedit iniquam ſniaꝫ.
¶ De verecundia ⁊ erubeſcentia que frequen
ve/ ter ſumūtur alterum pꝛo altero.licet differant
in/ vt dictum eſt.beatus Ambꝛo.ait. Uerecundia
et ingenuos pꝛodit natales.diſt.lxxxvj.cōſiderā/
oc/ da.ps.xliij. Tota die verecundia mea corā me
tia. eſt.ſ.de commiſſis peccatis. Et Job. Si erubui
peccata mea in cōſpectu populi cōfiteri. quod
intelligēduꝫ eſt de his que publica ſunt ⁊ in iu
dicio dicenda. Erubeſcentia quidem eſt timoꝛ
de turpi cōmittendo. Uerecundia de cōmiſſo
vt dictum eſt. Cum igitur quis ita erubeſcit de
aliquo bono opere faciēdo timens irrideri vel
minus reputari bonus vel ſapiens.vt pꝛopter
hoc bonuꝫ ipſum dimittat vtiqꝫ peccat. Sicut
multi erubeſcunt videri facere confeſſionem.
Uel interrogare que ignoꝛant ⁊ addiſcere.vel
pꝛedicare vel repꝛehendere cum debent vel di
cere in confeſſione integre peccata turpia ⁊ hu
iuſmodi. Contra quos dicitur Lu.ix. Qui me
erubuerit ⁊ ſermones meos.hunc filius homi
nis erubeſcet coꝛaꝫ angelis dei. Et beatus Au
guſti.de peni.diſt.v.capi.j. Caueat peccatoꝛ ne
verecundia ductus diuidat confeſſionem.hoc
enim eſt ad hypocriſiꝫ tendere ⁊ ſemper venia
carere. Econtra de his qui non erubeſcunt pec

care.dicitur Hieremi.iij.c. Frons meretricis
facta eſt tibi: erubeſcere neſciſti. Et iterum. Cō/
feſſione non ſunt confuſi ⁊ erubeſcere neſcie//
runt. Hinc beatus Bernar.in ſermone. O ni/
mia inſania hominum.pudet ſoꝛdes abſterge
re: non pudet contrahere: pudet ablui. ſcilicet
per confeſſionem ⁊ non pudet inquinare. Ab/
ſtergitur caliga contēnitur anima. Multuꝫ au
tem valet verecundia in cōfeſſione ſi tamē ha/
beatur pꝛincipaliter reſpectus ad dei offenſaꝫ.
⁊ non tm̄ ad reſpectum perſone audientis. Un
de ⁊ quanto perſone ad cuius conſpectum ma
gis erubeſcit confitetur.tanto maioꝛē inde fru
ctum conſequitur.ſeipſum vincendo ad totuꝫ
expꝛimendum. Unde beatus Auguſti.de pe/ De ſe//
niten.diſt.v.c.j.ait. Quoniam erubeſcētia ma/ gnicie
gna eſt pena: fit dignius venia qui pꝛo chꝛiſto que ac/
erubeſcit.ſcilicet confitendo peccata. ¶ De ſe/ cipit in
gnicia que ideꝫ eſt quod pigritia pꝛopter quā bonū ⁊
quis ſe tardat vel ſubtrahit ab opere bono: ti/ in ma/
mendo laboꝛem nimium: vel deficientiam in lum.
eo.⁊ cōmuniter in defectum vitij ſumitur.vn/
de ⁊ Matthei.xxv.dicitur de ſeruo malo ⁊ pi/
gro qui talentum ſibi cōmiſſum ad negocian/
dum non expoſuit exercitio: timens ne illud
perderet cōdemnatus fuit.nec acceptata eſt ex
cuſatio eius cum dixit. Ecce talentuꝫ quod ha/
bui in ſudario repoſitum. Timui enim te.quia
homo auſterus es.ſcilicet ne illud amittereꝫ il
lud exponendo.⁊ tu exigere velles antiſſum.
Contra huiuſmodi ſegnicieꝫ ſeu pigritiā mul
tum inuehit Salomon in pꝛouerbio. pꝛouer.
vj. Uſqꝫquo piger doꝛmis quando conſurges
a ſomno tuo. Et iterum dicit piger. Leo eſt in
via occidendus ſum ⁊ huiuſmodi. Sancti ta/
men viri vtuntur in bonum iſta ſegnicie vide
licet ſubtrahētes ſe ab aliquibus operibus.et/
ſi in ſe bonis: tamen periculoſis ⁊ diſtractiuis
⁊ honoꝛem ⁊ laudem continentibus.timentes
deficere in eis ⁊ deuꝫ offendere. Sicut beatus
Greg.papa Ambꝛo. Augu. Martinus cū fue/
rūt vocati ad pꝛelaturā ⁊ pꝛeſulatū.demū vidē
tes ſe a dn̄o vocari acquieuerūt. Exemplū ēt in
Moyſe cū dn̄s voluit eum ad Pharaonē mit/
tere ⁊ ſe excuſauit. Exo.iij. Et in Hieremia cum
dn̄s miſit eum ad pꝛedicandum ſe excuſauit.
Hiere.j.timens ſm̄ Grego.amittere ex hoc lu/
cra cōtemplationis. tandem vterqꝫ obediuit.
Jn malum aūt vtuntur tali ſegnicie pꝛelati qui
ex timoꝛe ſe ſubtrahunt vel tardant debitaꝫ re/
pꝛehenſionē.vnde bea. Augu. Cuꝫ eis p quos
eccleſia regitur adeſt pace ſalua poteſtas diſci/
pline aduerſus impꝛobos ⁊ nepharios exercē
de.tunc neqꝫ ſecoꝛdia neqꝫ ſegnicia doꝛmia//
mus.ſed aculeis pꝛeceptoꝛum que ad ſeuerita
tem coertionis pertinent excitādi ſumus. Nec

patientie nole torpeſcamus. nec obtētu diligē
tie ſeuiamus. Hec ille. xxxiij. q. iiij. quidam.

¶ Notandum .§. iij.

Iuſtus cóparaſ leoni p/ pſ. vij. que ti/ met.

autē ꝙ q̄ʒuis dicatur de iuſto prouerb. xxviij.
Iuſtus quaſi leo cōfidit. Et de leone cui aſſimi/
latur iuſtus dicatur Prouerb. xxx. Leo fortiſſi
mus beſtiaruʒ ad nullius pauebit occurſu. Ta
men ſm naturales. ⁊ Iſidorum ſepteʒ ſunt que
leo naturaliter timet. ſ. ſtrepitum rotarū ⁊ ignē:
quoddam animalia quod dicitur lazaym a cu/
ius ferocitate nulla beſtia poteſt eſſe tuta. item
quoddam aliud animal quod dicitur leorofili
us. de cuius carnibus comedens leo toxicatur
a venatoribus ⁊ occidiſ leo. vnde illud animal
maxime odiunt leones ⁊ ſi poſſunt ipſum inue
nire occidunt: quia paruum eſt. nec tamen in//
de guſtant. Quinto timet leo īgenia ⁊ artificia
venatorum. vt pedicas: chordas: ⁊ hmōi: ⁊ iō
cauda delet veſtigia ſua ne inueniantur vie eiꝰ
vbi ei parentur laquei. ¶ Sexto timet leo cu//
ſtodis ſui flagella xum. ſ. eſt paruus. Ducit enī
cuſtos eius ſecum catulum quem verberat eti
am innoxiuʒ in preſentia leonis: vt diſcat time
re. ¶ Septimum quod timet leo eſt ſtrata pu/
blica. Ita ⁊ electi dei. licet non timeant timore
mundano: humano vel etiam ſeruili quecūqʒ
grauia vt a veritate recedāt: timent tamen ⁊ ti
morem naturalem qui eſt de malo futuro quo
vt leo vtuntur ⁊ conuertunt in bonum in ſeptē
rebus. ¶ Primo timent ſtrepitum rotarum.
Rota qui voluitur continue ex qua reuolutio/
ne id quod eſt ſupra deſcendit ad ima ⁊ econ//
uerſo: ſignificat dignitates: honores: ⁊ proſpe
ritatē tēporalē: que appellanſ bōa fortune: que
ſūt in magna mutatione frequenter. Nā de car
cere ⁊ cathenis interduʒ quis egreditur ad re/
gnum: ⁊ alius in regno natus conſumitur in/
opia: vt dicitur Eccl'e. iiij. Unde fortuna pingi
tur in forma rote: in qua vnus. eſt ſupra: alius
īfra. iuxta illud. Dat varias fortunas vices. Et
Boetius de phica conſolatione. Hunc ludum
continuuʒ ludimus: ſumma imis infima ſum/
mis mutare gaudemus. Strepitus rotaruʒ eſt
tumultus ⁊ occupatio dignitatum. Electi igiſ
etſi leones fortitudine: tamen timent poni vel
ſe reperire in dignitatibus. tum propter picu/
lum incurie. Unde beatus Aug. de preſidente
inquit. Timore coram deo ſubſtratus ſit pedi//
bus veſtris diſciplinam libens habeat: metuē/
dus imponat. Et q̄ʒuis vtrunqʒ ſit neceſſariuʒ.
ſ. amari ⁊ timeri plati a ſubditis: tñ amari ma
gis a vobis apperat q̄ʒ timeri. ſemper cogit.is
deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem. Et
q̄ʒto in loco ſuperiori: tanto in periculo maiori
verſatur. hec ille. Ecce vnde habʒ timere. Uñ ⁊
Saul cuʒ eſſet melior in iſrael: ⁊ ſciret ſe eligen
duʒ in regeʒ ex dei reuelatione non comparuit
ſed ſe in domo abſcondit. j. Reg. x. Timent eti
am ſancti dignitates ⁊ proſperitateʒ habere ne
forte deus velit eos hic de bonis operibus re//
munerare. ¶ Secundo timent igneʒ purgato
rij ⁊ inferni. liċʒ non timore ſeruili: vt ſcilicet
propter hoc principaliter caueant a malis. In
multis enīʒ cognoſcunt ſe offendiſſe vel morta
liter vel ſalteʒ venialiter. De leuibus autē cul/
pis dicit beatus Gregorius. Ante dieʒ iudicij
purgationis credendus eſt ignis diſtin. xxv.
qualis. De quo apoſtolus. j. Cor. iij. Siquis ſu
peredificauerit ſuper hoc fundamentū ſcilicet
fidei viue lignuʒ: fenuʒ: ſtipulam: ipſe ſaluus
erit. ſic quaſi per igneʒ ſcilicet tranſiens purga
torij hic non purgatus. De mortalibus dicit
beatus Auguſtinus. Siquis aliquod horuʒ in
ſe dominari cognouerit. ſi ſe hic non emenda/
uerit: eterna illa flāma cruciabit diſt. ea. §. aſo
⁊ quāuis electi dei multuʒ doleant ⁊ penitenti
am egerint de cōmiſſis: ignorant tamen ſi vn/
quaʒ dolor contritionis fuit in eis. propter qḋ
dicitur Eccli. v. De propitiatu peccatoruʒ noli
eſſe ſine metu. Et in vitaſpatruʒ legitur ꝙ in//
terrogatus Macharius quare erat ita ſiccus ⁊
macillentus quando comedebat ſicut quando
ieiunabat. Reſpondit per exemplūʒ dicens. ſi/
cut ligna que verſantur ⁊ reuerſantur in igne
paulatim conſumuntur. ita qui menteʒ ſepe re
tinet ī timore domini recogitādo ſcilicet ignē
futuruʒ conſumitur. ¶ Tertiū quod timet leo
eſt lazaym: alal ferociſſimuʒ: ante quod nulla
via eſt tuta. quod ſignificat chriſtuʒ: queʒ etiaʒ
iuſtiſſimus timet: quia iudex venturus in par
ticulari iudicare aiaʒ: ⁊ demuʒ in vniuerſali iu
dicio oēs. Ad Heb. x. c. Horrenduʒ eſt incide//
re in manus dei viuentis. propter quod timēs
dauid queʒ dñs ſʒ cor ſuuʒ elegerat: orabat di
cens. Non intres in iudiciuʒ cū ſeruo tuo dñe
quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis
viuens. Ego (ait Hierony.) quotiens diem il/
lum conſidero. totus contremiſco. Et in ſequē/
tia canit eccleſia. Quantus tremor eſt futurus
ſcilicet omnibus: quando iudex eſt venturus
cuncta ſtricte diſcuſſurus. ⁊ Beatus Gregori
us. Neſcimus quis in terribili dei iudicio qua
lis futurus ſit. Nam multa ſunt que de illius
iudicio homines ignorāt. quia fortaſſis quos
vos laudatis: ille reprehendet. ⁊ quos vos re/
prehenditis. ille laudabit. xj. q. j. ſacerdotibus
¶ Quartum quod timent iuſti eſt peccatum
⁊ ſignificatur per animal quod intoxicat. Ani
mal irrationabile eſt: quia ſine ratione ſit pec/
catuʒ. Et vt dicitur in li. Sap. xvj. Per maliciā
homo occidit animam ſuam. Ueniale autem

ad mortale diſpōit. Un̄ ⁊ Eccli. xxj. dr̄ Quaſi a facie colubri fuge peccatū. q꜡ enim timet homo ne coluber intoxicet eum ⁊ occidat. ideo fugit ante eū. Ita ⁊ iuſtus homo timet ⁊ vitat ea vbi poteſt eſſe peccatum. Propter quod dicit Greg. q̄ bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere. id eſt timere vbi culpa non eſt. diſtin. vj. ad eius. Et beatus vir qui ſemꝑ eſt pauidus. qui vero mentis eſt dure. id eſt non timens pericula peccatorum corrueret in malum. inquit Salomon Prouer. xxviij. Ego (ait Hiero.) omnia tuta timeo. Et precipue cum cernunt electi dei viros famoſos in ſanctitate ruere: magis ti mēt ſibi ipſis. vt Dauid ſalomonem: Ezechiā: Moyſen: ⁊ Aron: Judam. Saulem: Origenē: Heraclium imperatorem. ⁊ hmōi. Horum caſus (vt ait btūs Gre. i moral.) vtilitate nō modica electorū ꝓuectib꜡ ſeruit: q꜡ illorum lapſum dum conſpiciunt de ſuo ſtatu contremiſcunt. diſcunt enim in ſuperni adiutorij protectione confidere. dum pleroſq꜡ conſpiciunt de ſuis viribus cecidiſſe. de pe. diſt. ij. qui ſeduci. Quiſto timet leo inſidias venatorum ⁊ laqueos: ⁊ huiuſmodi. Sic iuſti laqueos tentationum ne ſub ſpecie boni decipiant eos. Unde dicitur Eccli. ij. Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia ⁊ timore: ⁊ prepara animam tuam ad tentationem. Hiero. contra Jouinianum. Edificemus aurum ⁊ argentum ⁊ lapides precioſos. i. opa perfectionis varia. ⁊ tentare non audebit quē q̄ ⁊ in hoc certe non ſit ſecura poſſeſſio. Sedet quippe leo. i. diabolus in inſidijs ⁊ in occultis vt interficiat inocētem. de pe. diſt. ij. ſi enī. Nec eſt contra quod ait ps. Dominus illuminatio mea ⁊ ſalus mea quem timebo. q. d. nullum. Dominus protector ⁊c̄. Si conſiſtant aduerſum me caſtra ⁊c̄. Hoc enim intelligitur coniunctim: dum .ſ. quis illuminatur ⁊ protegit a gratia domini. Sed quia liberum arbitrium eſt vertibile ad malum: ⁊ poteſt ſe a deo auertere: ideo ait apoſtolus Rom. xj. c. Noli altum ſapere: ſed time. Timent inſuper ſancti viri: precipue rectores ⁊ doctores eccleſiarum infirmitati ſpiritualí proximorum vel ſubditorum: ne deficiāt in tentationibus vel tribulationibus a via veritatis. Unde apoſtolus ad Gal. iiij. Dies, obſeruatis ⁊ menſes ⁊ annos: timeo ne forte fruſtra laborauerim in vobis. ℂ Sexto timet iuſtus cōminationes quas facit in ſcripturis deus contra malos: vel etiam cum videt ⁊ inocētes grauiter affligi ex leuibus cauſis. Sicut tobiam ⁊ iob ⁊ martyres ⁊ ſanctum Joannnem Baptiſtam ad ſaltum puelle decapitari. Petrum ⁊ paulum principes apoſtolorum neronis gladio occidi: ⁊ huiuſmodi. ℂ Septimum eſt ſtrata publica. ſ. mortis. Omnes enim morimur ⁊ ſicut aqua dilabimur que nō reuertitur. ij. Regum. xiiij. Unde cum quis moritur dicitur viam vniuerſe carnis ingreſſus. Et ſic ē ſtrata publica. Eſt autem mors ſm philoſophum. vltimum terribilium. quam etiam naturaliter ſancti timēt. Unde ⁊ Paulus qui deſiderabat diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto: ne nimis timeret petijt a Plautilla diſcipula cum duceretur ad locum decapitationis velum capitis: quo oculos tegeret cum ictum ferientis exciperet ⁊ accepit. Et per talem penam timoris ſancti viri ſi quid reſtat purgandum emundātur. Unde in vitaſ. fratrum. Cum quidam deuotus frater fama ſanctitatis celebris in morte multum timorem et horrorem oſtendiſſet. propter quod aliqui dubitabāt de pene vel glorie retributione ipſius. Poſt mortem apparens cuidam ſuo familiari in habitu ſplendido inſinuans ſe in gloria eſſe: interrogauit eum quare tantum terrorem oſtendit in fine. Qui reſpondit. Neſcis ſcriptū eſſe. ſcilicet Job penultimo. Territi purgabuntur. Aliquando etiam ad roborandum animū ⁊ conſolandum contra hunc timorem deus cōſolationem immittit per angelorum apparitionem vel alium modum. ℂ Legitur in vitaſpatrum q̄ cum quidam ſanctus vir deſideraret videre quomodo anima iuſti egrederetur de corpore: fuit ſibi per hunc modum oſtenſum. Cum ſemel tranſiret per quandam plateam vidit quendam peregrinum iacentem infirmum ad extrema deductum: ⁊ ab omnibus derelictum. Sed angelos de celo deſcendētes ad eum conſolandum ſicut ⁊ de paupere Lazaro legit in euangelio. Michael autem a dextris eius erat ⁊ Gabriel a ſiniſtris: qui rogabant animam vt ex dei precepto de corpore egrederet. Que timebant corpus relinquere. ⁊ rogauit angelos vt pro ſe dominū interpellarent adhuc manere in corpore vt melius deo ſeruiret. Michael autem dicebat ad Gabrielem. Accipe huius animam vt egrediamur hinc. Qui reſpondit. Juſſi ſumus vt ſine dolore ⁊ violentia eam educamus. Querebant ergo a domino quid agendum eis pro ſuaui egreſſione ipſius. Tunc miſit dominus Dauid cum cythara ſua ſeu pſalterio ⁊ cātoribus patrie celeſtis. Ad cuius pulſum ⁊ cantum ſuauiſſimum aīa ſubito exiliuit a corpore ⁊ cū gaudio in celum eſt recepta. [Exemplum.]

ℂ Notandum q̄ .§. iiij.

in diabolo ⁊ membris eius eſt intimiditas erga deum procedens ex ſuperbia. ſicut in chriſto ⁊ membris eius ſcilicet electis eſt timor domini ex humilitate procedens ⁊ ad ipſam tendens. Et hoc pulchre ⁊ diffuſe oſtendit Gregorius in. xxxiiij. moral. tractās illud Job penul. [Timiditas vñ oritur.]

timo. Factus eſt vt nullũ timeret. Omne ſublime videt. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. De chriſto autem dicitur Eſa. xj. Replebit eum ſpiritus timoris domini. qui ait Matth. xj. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Et Matth. x. Ita vobis dico hũc timete ſcilicet deum non mundum. Dicit ergo Beatus Grego. vbi ſupra ſic per naturam factus eſt leuiathan vt conditorem ſuum caſte timere debuiſſet timore ſcilicet ſobrio ⁊ ſecuro: nõ timore quem foras charitas mittit: ſed timore qui in eternum permanet: quez charitas generat. Aliter enim timet coniugem vxor amans. Aliter timet dominum ancilla peccans. Sic ergo iſte fuerat conditus vt timeret auctorem ſuuz: ⁊ amans timeret: ⁊ timens amaret. Sz ſua prauitate talis factus eſt vt nullum timeret. Et enim a quo conditus erat ſubeſſe deſpexit. Ita enim deus ſuper omnia eſt: vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathan ergo iſte eius celſitudinem vidẽs prauam libertatem appetijt: vt preeſſet ceteris et nulli ſubeſſet dicens. Aſcendam ſuper altitudinem nubiuz ⁊ ſimilis ero altiſſimo cuius co ipſo ſimilitudinem perdidit quo ei eſſe ſimilez ſuperbe in culmine optauit. Celſus itaqꝫ vere eſſet ſi participatione vere celſitudinis contentus fuiſſet. ſed dum priuatam celſitudinem ſuperbe appetijt iure perdidit participataz. Relicto enim eo cui debuit inherere principio: ſuũ ſibi appetijt quodammodo eſſe principium. relicto eo qui vere ſibi ſufficere poterat ſi ſibi ſufficere poſſet iudicaret. Nam quem exultabat libera ſeruitꝰ deiecit captiua libertas: qua libertate nunc vt nullum timeat. effrenatur. Sed ipſa grauiter effrenatione reſtringitur. Superno enim iudicio omnia preordinante vinxit illum libertas quam appetijt: quia nunc omnino non timens omnibus penis ſubiacet. qui elementis quoqꝫ ſupereſſe poterat. ſi vnũ quez debuit timere voluiſſet. Unum vtiqꝫ timens omnia poſſideret. qui nunc vnum non timens omnia perdidit. Factus eſt ergo vt nulluz timeret. nullum ſcilicet quia nec deum. Sed hoc ꝙ paſſurus eſt meruit. cui vtiqꝫ felicius eſſet timẽdo vitare ſupplicia ꝙ̃ non timendo pati. Et quius queſite poteſtatis nõ obtinuit: quaſi quodam ſuperbie ſue remedium inſaniam inſenſibilitatis inuenit. Cuius adhuc ſuperbia ſtudioſe deſcribitur cum ſubditur. Omne ſublime videt. ideſt omnes quaſi infra ſe poſitos de ſublimi reſpicit: quia dum per intentionem cõtra auctorem nititur eſtimare ſibi quelibet ſimilez dedignatur. Quod apte etiam membris eius conſtruit: quia omnes iniqui per timorem cordis elati. omnes quos cernũt ſuperbie faſtu deſpiciunt. Et ſi quando foris venerantur. intus tamen in ſecreto cordis vbi apud ſe ſua putatione magni ſunt: omnium ſibi vitam meritũ qꝫ poſtponunt. Contra quos per prophetaz dicitur. Ue qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: et coram vobiſmetipſis prudẽtes. Et infra. Hoc autem proprium electorum eſt ꝙ ſe ſemp ſentiunt infra ꝙ̃ ſunt. Unde Salomon ad ſapientiam paruulos vocat dicens. Siquis paruulus eſt veniat ad me. Et chriſtus Matth. xj. Confitebor tibi domine pater celi ⁊ terre. quia abſcõdiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus ⁊ reuelaſti ea paruulis. Et apoſtolus ad Philippen. ij. Superiores ſibiinuicem arbitrantes. Sed hãc humilitatis formaz reprobi: quia leuiathã huiuſmodi membra ſunt vel agnoſcere vel tenere contemnunt. Quibus ſepe accidit. vt ſi quãdo vnum quodlibet bonum vel minimũ agãt a malis omnibꝰ ſuis reſpectu mẽtis mox auertant atqꝫ hoc vltimum bonum qꝺ fecerint ſemper bona intentione inſpiciant. ⁊ ex eo quaſi ſe aſpiciunt obliti malorum omnium que cõmiſerunt. Sicut euenire ecõtra electis ſolet. vt cũ multarum virtutum gratia polleant. vnuz con vel tenue vitium nimis fatigans pulſet quatenus dum ex quadam parte ſeſe confirmari cõſiderant. de his viribus in quibus preualẽt ſe non extollant: dũqꝫ de infirmitate timent hoc quoqꝫ vbi fortes ſunt humilius ſeruant. Omne igitur ſublime leuiathan videt: quia non ſolum per ſe: ſed per corda que ceperit ꝙ̃ſi de ſublimi omnes inferius deſpicit. Dicitur autez demon per beſtiaz ſignatus ſublime videre quia cordis ſuperbia dum foris que ad corpus oſtẽditur prius per oculos indicatur. ¶ Ut autez leuiathan in omnibus que dicta ſunt caderet ſola ſe ſuperbia. pretulit. Et ideo ſubditur. Ipſe eſt rex ſuper omẽs filios ſuperbie. Neqꝫ enim per tot ramos illo vitio areſceret: niſi per hanc in radice putruiſſet. Scriptum eſt enim. Initium omnis peccati ſuperbia. alia quippe vitia eas ſolũmodo virtutes impetunt quibus ipſa deſtruuntur vt ira patientiaz. caſtrimargia abſtinentiam. libido continentiaz expugnat. Superbia autem quam vitiorũ radicẽ diximus. non vnius virtutis extinctione contenta cõtra omnia mẽbra anime ſe erigit. ⁊ quaſi generalis et peſtifer morbus corrumpit omne corpus. vt quicquid illa inuidente agitur etiam ſi eſſet virtus oſtenditur. non per deo ſed vane glorie ſeruiatur. Quiſquis in ſe eius tyrãnidẽ captiua mente ſuſceperit hoc primuz damnuz patitur. quo clauſo mentis oculo iudicij equitatem perdit. Nam omnia que ab alijs vel bene geruntur diſplicent. ⁊ ſola ei que vel praue egerit placent. Semper aliena opera deſpicit. Semper miraſ qꝺ agit. ⁊ quicqd egerit eguſ

De eſſe cu ſu perbie.

ſe ſingulariter credit. Et ad tantam elationem
mens ducitur aliquando. vt in eo qđ timet in-
terius per locutionis oſtenſionē effrenaſ. Exē-
plum ponit Nabuchodonoſor cum ait. Nōne
hec eſt babylon magna quā ego edificaui. ⁊c̄.
Dañ. iiij. ¶ Sed ſciendū ꝙ ipſa ſuperbia quā
timor domini humilium mentē proſternit ali-
ter rebus infimis ⁊ terrenis tentat: aliter ſum-
mis ⁊ celeſtibus virtutibus. Et aliter prepoſi-
tos aliter tentat ſubditos prelato enim in cogi
tatione ſuggerit. quia ſolo vite merito ſuper ce
teros excreuerit. ⁊ ſi quando ab eo aliquando
bene acta ſunt aliqua. Hec importune eius ani
mo obijcit. Et cū hec deo ſingulariter placuiſ
ſe inſinuat. quo facile ſuggeſta perſuadeat. ip-
ſa ad teſtimoniū poteſtatis tradite retributio
nē vocat dicens. Quia niſi omnipotens deus
te meliorē his omnibus cerneret. omnes hos
ſub tuo regimine non dediſſet. eiuſqȝ mentem
mox erigit ⁊ viles ⁊ inutiles eoſqȝ qui ſibi ſūt
ſubiecti oſtendit. At contra cū ſubiectorū cor-
da ſuperbia inſtigat hoc ſummopere agere ni
titur vt ſua acta ↄſiderare funditus negligāt.
⁊ ſemper tacitis cogitationibus rectoris ſui iu
dices fiant. Et dum in eo quod reprehendere
importune reſpiciunt. in ſe quod corrigāt atro
cius nunꝙ̄ vident. Unde ⁊ tanto atrocius pe-
reunt quanto a ſe oculos auertunt. Equidē pec
catores ſe aſſerunt: nec tamen tm̄ vt tam norie
in regimine perſone: traderentur. Et dū eius
actus deſpiciūt ⁊ ipſa precepta contēnunt. ad
tantā inſaniā deuoluuntur. vt deū res huma
nas curare non eſtiment. qꝛ ei qui quaſi iure re
prehendit: eſſe ſe cōmiſſos dolent. Sicqȝ cum
contra rectorē ſuperbiunt. etiam contra domi
ni iudicia tument. Et dū paſtoris vitā diiudi
cant: ipſius quoqȝ ſapientiā omnia diſponen
tis impugnant. Sepe autē rectoris ſui dictis
proterue obuiant: ⁊ tandē vocis ſuperbiā li-
bertatem vocant. Nam ſicut quidam reticent
ex metu. ⁊ tamē ſe tacere ex humilitate putāt.
ita ⁊ quidā loquuntur per impatientiā elatio
nis. ſed loqui tamen ſe credunt per libertatem
rectitudinis. Et infra de conditionibus malis
⁊ effectibus ſuperbie ait. Soli ruine creſcit qđ
edificant qui ante molam fabrice humilitatis
fundamenta non procurant. ad quā ſcilicet in
citat timor. ¶ Quod oſtendimus ab intimis
ſi paucis in exterioribus prodamus. Omni-
bus enim apud ſe ſuperba cogitatione tumen
tibus ineſt clamor in locutione: amaritudo in
ſilētio: diſſolutio in leticia. furor in merore: in-
honeſtas in actu: honeſtas in imagine: erectio
in inceſſu: rancor in reſponſione. Horum mēs
ſemper eſt ad irrogandas contumelias valida
ad patiendum infirma. Ad obediendū pigra.
ad laceſſendos alios importuna. Ad ea q̄ age-
re debet ⁊ preualet torpida. ad ea que agere nō
debet nec preualet parata. Nec in eo qđ ſponte
non cupit: nullis admonitionibus flectiſ. Ad
hoc autem quod clā cupit querit vt cogatur.
quia dum timet ex voto ſuo vileſcere optat vī
in ſua voluntate pati. Et. j. de remedijs ſuper-
bie. Qui de rebus temporalibus ſuperbiūt: au
diant illud Eſa. xl. Omnis caro fenū ⁊ omnis
gloria eius quaſi flos feni. Audiant qui ſuper ſ.parte
biunt de ſpiritualibus quod dicitur de facien ij.ti.ij.
tibus miracula Math. vij. Neſcio vos. Diſce ca.ij.
dite a me operarij iniquitatis. Audiant qui ſu
perbiunt de prelatione. Rectorē te poſuerunt
noli extolli: ſed eſto ſicut vnus ex illis. Et illud
Luce. xvj. Recordare quia recepiſti bona in vi
ta tua. Audiant ſubditi ſuperbiētes ↄtra ſuos
prelatos. Obedite prepoſitis veſtris: ⁊ ſubia-
cete eis ⁊c̄. Et illud. Non eſt ↄtra nos murmur
iſtud ſed cōtra dominū. Et illud apoſtoli Ro.
xiij. Qui poteſtati reſiſtit dei ordinationi reſi-
ſtit. Audiant ſimul omnes. Deus ſuperbis reſi
ſtit humilibus autem dat gratiā. Et alibi dici
tur Eccli. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis? Con-
tra huiuſmodi languoris peſtem: audiamus
omēs quod dominus dicit. Diſcite a me quia
mitis ſum ⁊ humilis corde. Ad hoc enim inui
ſibilis dei filius non ſolum viſibilis: ſed etiam
deſpectus apparuit. ad hoc contumelias ⁊ irri
ſiones ⁊ paſſionū cruciatus tolerauit. vt ſuper
bū non eſſe hominē doceret ⁊ humilis deus.
Quanta ergo humilitatis virtus eſt, ꝑpter quā
ſolam veraciter edocendā is qui ſine extermi-
natione magnus eſt vſqȝ ad paſſionem factus
eſt paruus. quia enī ortum noſtre perditionis
ſe prebuit diabolus: inſtrumentū redemptio-
nis noſtre inuēta eſt humilitas dei. Hoſtis enī
noſter inter omnia conditus: videri ſe ſuꝑ oīa
voluit elatus. redēptor noſter magnus manēs
ſuper oīa: fieri inter oīa dignatus eſt paruus.
Sȝ magis elationis rē detegimus ⁊ fundamē-
ta humilitatis aperimus: ſi breuiter dicamus
qđ mortis auctor: qđ vite ↄditor dicat. Ille ait.
In celū ↄſcendā. Iſte ꝑ ꝓphā inquit. Repleta
eſt malis aīa mea: ⁊ vita mea in iferno appro-
pinquauit. Ille dicit. Super aſtra dei exaltabo
ſolium meū. Iſte ait humano generi a paradi
ſo expulſo. Ecce vēio ⁊ habitabo in medio tui.
Ille dicit. Sedebo in monte teſtamenti in late
ribus aquilonis. Iſte ait. Ego ſū vermis ⁊ nō
homo. Ille dicit. Aſcendam ſuper altitudinē
nubium: ſimilis ero altiſſimo. Iſte cum in for-
ma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
equalem deo: ſed ſemetipſū exinaniuit formā
ſerui accipiens. Ille per membra ſua dicit. Ne
ſcio dñm ⁊ iſrael non dimittam. Iſte per ſe ait.

Si dixero quia non noui eum: ero ſimilis vo-
bis mendax. ſed ſcio eum ⁊ ſermonem eius ſer
uo. Ille dicit. Mea ſunt flumina ⁊ ego feci ea.
Iſte vero non poſſum ego a me facere quicq̄.
Ille omnia regna oſ̄dit dicens. Tibi dabo hec
omnia. ⁊ quia mihi tradita ſunt ⁊ cui voluero
do illa. Iſte dicit. Sedere ad dexteram vel ſini-
ſtram non eſt meum dare vobis ⁊c̄. Ille. Eritis
ſicut dij. Iſte dicit. Non eſt veſtrum noſſe tem-
pora vel momenta ⁊c̄. Iſte per mēbra ſua dicit.
¶ Nullum pratum ſit quod non pertranſeat
luxuria noſtra ⁊c̄. Iſte autem membris ſuis pre
nunciat dicens. Plorabitis ⁊ flebitis vos ⁊c̄.
Ille nil aliud mentes ſibi ſubditas docet q̄ cel
ſitudinis culmen appetere: omnia equalia mē
tis tumore tranſcendere. Iſte ad ſputa palmas:
colaphos: ſpineam coronam lanceam ad crucē
⁊ mortem veniens membra ſua monet dicēs.
Si quis mihi miniſtrat me ſequatur. Quia igi
tur mentes dominus regit humilium: ⁊ leuia-
than rex dicitur ſuperborum: apte ſcimus quia
apertum ſignum reproborum ſuperbia eſt. ecō
tra humilitas electorum. Cum ergo quam quiſ-
q̄ habere cognoſcitur. ſ. ſuperbiam vel humi-
litatem: ſub quo rege militet inuenitur. Qui
igitur ſub rege humilitatis militāt ſemper pa-
uidi ⁊ vndiq̄ circunſpecti contra iacula elatio-
nis pugnant. Hec omnia Greg. in fine. xxxiiij.
moral. Ex quibus patet quomodo iuſti timore
vtantur in bonum: reprobi in malum.

¶ De timore ſeruili. Capitulum. v.

Timor ſeruilis q̄re d͂.

Quartum timoris ge
nus d͂ ſeruilis: ex eo q̄ habens ta
lem timorem. eſt ſimilis ſeruo. Ser
uus enī cōmuniter facit quod ſibi precepit do
minus: ⁊ cauet ſibi facere quod ei diſplicet. q̄
timet ne reprehendatur: ne verberetur. non au
tem ex amore quo ſibi illud placeat. Eſt ergo ta
lis timor in illis qui cauent ſibi a peccatis vel
bona aliqua faciunt: ne ſcilicet illa mala facien
do vel bona omittendo incidāt in penas infer
nales quas audierunt aliquando vel legerunt
eſſe grauiſſimas. vel etiam ne talia mala facien
do que leges puniunt: illas penas a iudicibus
illatas ſuſtinere cogātur. Unde dicit Iſido. in
lib. ethymol. Facte ſunt autem leges vt earum
metu humana coerceatur audacia: ⁊ tuta ſit in
ter reprobos innocentia. ⁊ in ipſis impijs for-
midato ſupplicio refrenetur audacia: ⁊ nocēdi
cupiditas. in decre. di. iiij. Innumera enim ho
micidia: furta: ⁊ adulteria perpetrarentur niſi
pena mortis pro hmōi poſita homines retine-
ret. ¶ Hic itaq̄ timor bonus eſt: quia abſtine
re a malis vtrūq̄ bonum eſt. Omne autem bo-
num a deo. vnde a ſpiritu ſancto procedit. ſed

Timor ſeruilis tamen bonꝰ eſt

non eſt cum ſpiritu ſancto: id eſt cum gratia: q̄
non diligit bonum propter ſe ex amore dei et
ipſius iuſtitie. Vellet enim ſibi licere illud face
re: quod ⁊ faceret niſi penam timeret ſuſtine-
re: ⁊ ideo non eſt vere bonus. Unde Aug. Qui
ex timore facit preceptum etſi bonum eſt quod
facit. non tamē ſicut debet facit. Et poeta. Ode
runt peccare mali formidine pene. Et de hoc ti
more ſeruili intelligitur illud. j. Io. j. Timor
non eſt in charitate ſcilicet ſeruilis: ſed perfe-
cta charitas foras mittit timorem. Eſt tamen
perutilis: quia diſponit ad charitatem. Hoc au
tem notat beatus Aug. xxiij. q. vj. c. vlti. Cum
per timorem gehenne continet ſe homo a pec-
cato fit conſuetudo iuſtitie. ⁊ incipit quod durum
erat amari. ⁊ incipit timor excludi a charitate
⁊ ſuccedit timor ſanctus. Hec beatus Aug. ſup
pſalterium. Et ideo vt dicit venerabilis Grati
anus. q. ea. §. vlti. quia humane nature eſt in ea
que in diſſuetudinem ducuntur ab horrore et
conſueta magna cuſtodia diligere. Ideo fla-
gellis tribulationum mali ſunt cohibēdi a ma
lo ⁊ prouocandi ad bonum. vt dum timore pe
ne malum in diſſuetudinem ducitur abhor-
reatur. ⁊ bonum ex conſuetudine dulceſcat. Itē
etiam beatus Aug. dicit ſuper epiſtolam beati
Ioannis. Sicut ſeta introducit linū: ita timor
charitatem. Creſcit charitas: minuitur timor
de pe. di. ij. nota illud exemplum. Seta id eſt ſi
tula que coniungitur filo cum ſuitur coriū cal
ciamenti precedit filum: nec intraret niſi illa
educta. Sed male filum intraret corium niſi
ſeta precederet. Unde beatus Tho. ſuper. iiij.
ſen. q̄ cōmuniter homines ex peccatis trahun
tur ad penitentiā: ⁊ virtutes ex iſto timore ma-
gis q̄ ex amore. Quāuis enim amor virtutis
⁊ dei de ſe magis deberet homines trahere ad
bonum q̄ timor pene. tamen quia peccatores
habent guſtum anime infectum amore inordi
nato: ideo eis non ſapiunt bona ſpiritualia p-
ut ſunt ſcilicet diuina bonitas: virtutes ⁊ huiuſ-
modi. Sed mala penalia experiūtur quotidie
que naturaliter horrent omnes. ideo audien-
do ⁊ recogitando penas grauiſſimas ad quas
perueniunt homines propter peccata. ⁊ ſemp
duraturas cauent ſe ab illicitis ne in illas incur
rant. Sume exemplum in infirmo fortiter fe-
bricitante. q̄ enim guſtus eius eſt humore ſu-
perfluo infectus non habet ⁊ non ſentit ſuauē
ſaporem confectionum pullorum: vini optimi
prout vere ſunt. Sed ea quaſi horret ⁊ faſtidit
Sapiunt autem ſibi ⁊ ea appetit que vilia ſunt
⁊ nociua. vt herbe fructus: aqua ⁊ huiuſmodi
Uerum niſi vigeatur nimia paſſione. abſtinet
ſe ab his que ſibi ſapiunt: ne creſcat infirmitas
⁊ mortem incurrat. ⁊ illa aſſumit que ſibi ſunt

grauia. Ne autem victus paſſione copiat a ſe nociua caute prouidetur vt illa nociua ad ocu los eius remoueãtur. Sic infirmis anima pec catoribus: quia eis non ſapiunt diuina ꝓpter febrem inordinati amoris ad terrena. in ſermo nibus ſepe tempore ſuo proponende ſunt pe ne infernales: vt vel ſic taliũ timore a malis auertantur. Unde Eſa. A timore tuo domine concepimus ⁊ peperimus ſpiritum ſalutis. Et hic timor cauſatur ex fide: licet informi ſm. b. Tho. ij. ij. Ex hoc enim ꝙ quis credit penas in ferni ⁊ deum iuſtum inferentem tales penas peccatoribus timet illas vt caueat ſibi. Sed q2 iſte timor ſeruilis. vt dictum eſt non eſt in cha ritate: ideo non ſufficit ad ſalutem. ⁊ ideo peni tentes precipue in infirmitatibus gradibꝰ opꝫ admonere ne ad penitendum ⁊ confitendum: propter huiuſmodi principaliter moueantur. nam inutilis eſſet ſibi talis penitentia hoc expꝛeſ ſe dicit beatus Aug. de pe. di. vij. c. vlti. Nõ in ſolo timore viuit homo. quem ergo ſero peni tet oportet non ſolum timere deum iudicem: ſed iuſtum diligere. Non tantum penam time at: ſed etiam anxietur pro gloria. Credo vtiqꝫ illi qui dixit. In quacunqꝫ hora ingemuerit ſci licet peccator: ⁊ conuerſus fuerit vita viuet ſci licet gratie. ⁊ glorie poſtea. Conuerſum dixit non tantum verſum viuere. Conuertitur qui dem idest totus ⁊ omnino vertitur. qui iã nõ penas timet ſed ad bonum dominum feſtinat tendere. Sed quoniam vix vel raro eſt conuer ſio tam iuſta. timendum eſt de ſero penitente. Hec ille. Confirmat hoc quoddam exemplum quod narratur in lib. de. vij. donis. ¶ Quidã ſcholaris Pariſius infirmatus ad mortem cõ feſſus eſt cum multis lachrymis deuote ſuſci piens omnia ſacramenta ſm humanum iudi cium: doctor autem eius frequenter viſitans eum in infirmitate rogauit eum vt ſi continge ret de hac luce migrari domino concedente: ſi bi appareret ad reuelandum ſtatum ſuum. qð ⁊ promiſit. Eo igitur viam vniuerſe carnis in greſſo. poſt dies aliquot ei apparuit in lecto qe ſcenti in chlamyde per gamenea plena ſophiſ matibus in igne federata. Quem recognoſcẽs ⁊ interrogans de ſtatu ſuo. Reſpondit ſe forte dãnatũ. Cũqꝫ ille miraref nimis: cãm querẽs cũ ipſe cũ tãtis lachrymis penituiſſet in fine: ⁊ ſacra deuote ſuſcepiſſet. Reſpõdit ille. Penitẽ tia mea ⁊ lachrymæ ille nõ fuerũt ex amore dei: ⁊ principaliter propter dei offenſam. Sed pro pter timorẽ inferni ne ad illũ deputarer. ⁊ ideo mihi nõ valuit. Inquirens inſuper magiſter cãz illius chlamydis. Reſpõdit ꝙ ſibi hoc ſuppli ciũ datũ erat pro ſuperbia ⁊ inani gloria ſuorũ argumẽtoꝝ ⁊ diſputationũ: que ita ſibi ponde rabat ac ſi haberet turrim ſupra ſe. Federatu ra ignis ſibi erat pompa veſtiũ. Cũqꝫ ille inqre ret quomodo poſſet noſcere aliqualiter acerbi tatẽ pene grauiſſime quã aſſerebat ſe pati. Di xit ille. Aperi manũ tuã ⁊ ſup eã imponã vnã guttã ſudoris ex fronte mea egredientis. Qð cũ ille feciſſet ⁊ guttã paruã ſudoris imiſiſſet perſenſit ille penã intolerabilẽ ad mortẽ quaſi inducẽtẽ. Tũc ille. Sic ardeo clamãs diſparu it. Ex qua viſiõe expoſita ſcholaribꝰ religꝫ ſcho las ⁊ ſeculũ: ⁊ religionẽ igreſſus deo ſeruiuit.

Timor ſeruilis vñ cauſatur

Exẽplũ

¶ Cum igitur ti mor ſeruilis qui reſpicit principaliter penam .§.i.

inferni vtilis ſit: q2 facit holẽ a multis malis abſtinere. quanto oſtenditur pena illa eẽ graui or ⁊ horribilior: tãto magis habet timeri ⁊ ca ueri. Et ideo de grauitate eius videndum eſt. infernũ aũt eẽ ſeu penam inferni que parata ẽ malis hominibus poſt ſeparationem anime a corpore. qui peccato originali cũ quo omnes naſcimur actualia peccata ⁊ mortalia addide runt in perpetuũ animabus qdẽ coꝝ imedia te egreſſis de corpore. corporibꝰ aũt ipſis poſt vltimã reſurrectionẽ ſimul ab animabus coꝝ reſumptis cruciãdis articulus eſt fidei implici tus ⁊ comprehenſus in vltimo ſymboli cũ di citur vitã eternam. Unde dominus ieſus Jo. vj. ait. Uenit hora quando omnes qui in mo numẽtis ſunt audient vocẽ filij dei: ⁊ qui au dierint viuent. Et qui bona fecerunt ibunt in reſurrectionem vite. Qui vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij. i. dãnatiõis. de qua idem ait. Mat. xxv. ſe reprobis dictuꝝ per ſen tentiam. Diſcedite a me maledicti in ignẽ eter nũ q paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Ahana ſius. Hec eſt fides catholica quã niſi qſqꝫ fideli ter firmiterqꝫ crediderit ſaluꝰ eẽ nõ poterit. Si cut. n. diuina iuſtitia que reddit vnicuiqꝫ ſm opa ſua nullũ bonũ patif irremuneratũ fore. ita ⁊ nullũ malũ impunitũ: ⁊ ſicut aĩa non pec cat niſi in corpe exiſtẽs. nec corpus ſine aĩa: iõ ſimul in vtroqꝫ punif. Et q2 peccatũ prius cõ cipit aĩa ꝙ̃ corpe ꝑpetref aĩa ipſa prius punif ſcꝫ imediate poſt ſeparationẽ. In corpe aũt poſt reſurrectionẽ generalem. Et q2 quãtitas pene correſpondet quãtitati ſeu grauitati culpe. ſm illud Deut. xxv. Scdm mẽſurã peccati erit et plagaꝝ modus. Grauitas aũt culpe ſeu offen ſe attẽdif ex qualitate pſone offenſe ⁊ ex volũ tatis inordinatione ⁊ fictione. Quanto. n. per ſona offenſa eſt dignior: tanto grauior eſt offen ſio. Et quia deus qui offenditur per quodlibet peccatum precipue mortale: quia creatura per hoc auertitur a deo eſt infinite dignitatis ⁊ bo num infinitum meretur talem penã infinitã.

Pena infernalis eſt perpetua

Infinita autem eſſe non poteſt intenſiue: quia
conſumeretur creatura ſeruatur infinitas i ex
tenſione: quia ſcilicet ſemper durat talis pena
cum ſit eterna. Et quia etiam cum voluntate fi/
xa in tali peccato perſeuerat vſq₃ in finem vite
⁊ poſtea in perpetuum: ideo ⁊ dum permanet
culpa ſemper durat ⁊ pena. Unde Gre. in lib.
iiij. di. xl. Uoluiſſent iniqui ſine fine viuere: vt
potuiſſent ſine fine peccare. Oſtēdunt hoc: q:
ſemper viuere in peccato cupiunt qui peccare
non deſinunt dum viuunt. Ad magnam ergo
iuſticiam pertinet iudicantis vt nunquam ca//
reat ſupplicio qui dum viueret nunquam vo//
luit carere peccato de pe. di. j. Per quodlibet
autem mortale niſi peniteat. hanc penā infer
nalem homo incurrit. Et hinc eſt quod ait Ja.
apoſtolus in cañ. epiſtola. ij. Qui totam legem
ſeruauerit: offendat autem in vno factus eſt oī
um reus. Hoc exponit glo. ſuper capitulo. j. de
pe. di. v. tripliciter. Uno modo ſic. qui offendit
in vno: ſcilicet preceptorum legis: ſcilicet faci/
ens contra preceptū: ita pro illo damnabitur
ſicut ſi omnibus peccatis inuolutus eſſet. Ta
lis eſt expoſitio Inno. de pe. di. vj. ca. vlti. Iſta
tamen ſimilitudo eſt in genere quo ſcilicet ad
damnationem non in ſpecie quoad quantitatē
pene: nam vnumquodq₃ habet ſuam penam.
Unde qui plura perpetrauerit acerbius punie
tur. ❡ Secundo exponitur ſic. Qui offendit in
vno factus eſt omnium reus: omnium ſcilicet
virtutum: quia omnes amittit: quoniam om//
nis virtus patitur detrimentum ab vno vitio
Nam ſiquis cadit in auaritiam: largitatem de
ſtruit ⁊ charitatem minorauit. Amore enim pe
cunie: vel violaret charitatem vel ſaltem minꝰ
amaret. ⁊ ſic in alijs. Hec eſt expoſitio Aug. de
de. pe. di. v. c. j. ❡ Tertio modo ſic. Qui offen/
dit in vno: ideſt in charitate que vnum nos fa
cit cum deo. factus eſt omnium reus: ideſt om
nium beneficiorum ingratus. Ingratus enim
extitit qui plenus virtutibus deū omnino nō
timuit. In hoc fit quiſq₃ culpabilior quo ē deo
acceptior. Et hoc etiam. b. Aug. de pe. di. v. vbi
ſupra. Offendit autem in charitate qui morta/
liter peccat. quia quodlibet mortale eſt contra
charitatem dei vel proximi ſm Tho. in ſum. et
ideo ſcilicet ꝙ quodlibet mortale ſit ſufficiens
ad penam ſubeundam infernalem dicit. b. Au
gu. in omel. de igne purgatorij. Poſtq₃ enim
numerauit multa mortalia ſubdit. Quicunq₃
aliquod de iſtis peccatis ſcilicet mortalibus in
ſe dominari cognouerit niſi digne emendaue
rit. ⁊ a peccatis ipſis abſtinuerit illo tranſito/
rio igne. de quo apoſtolus ait. ipſe tamen ſaluꝰ
erit quaſi per ignem. j. Cor. iij. Purgari non
poterit. ſed eterna illum flamma ſine vllo re//
medio trucidabit diſt. xxv. §. alias et.

❡ Eſſe autem infer/ .§. ij.

num ⁊ punitionem malorum in alia vita: non *Infernū eſſe*
ſolum ſacra ſcriptura veteris ⁊ noui teſtamen *pbatur*
ti hoc docet aperte: ſed ⁊ dicta doctorum ſan// *multi/*
ctorum. ac etiam plurium ethnicorum: ⁊ com *pliciter*
munis ratio humana: infernum ⁊ malorū pu
nitionem eſſe demonſtrant. Hoc patriarche
docuerunt dicit enim Jacob. Deſcendam lu//
gens ad filium meum in infernū Gen. xxxvij.
⁊ loquebatur de Joſeph quem exiſtimans de/
uoratum a fera: quia filij eius miſerant ad eū
tunicam ſuam tanquam inuentam a caſu ſan/
guine cruentatam incōſolabiliter deflebat. vt
dicit. b. Aug. ꝙ timuit Jacob ne tanto dolore
abſorberetur mens eius ꝙ propter nimiā tri/
ſtitiam deſcenderet ad locum damnatorum.
Moyſes quoq₃ dux populi iſrael primus di//
xit dathan ⁊ abyron maioribus natu de tribu
iuda contemnentibus mandata eius. Deſcen//
dant in infernum viuentes. Num. xvj. Quod
impletum eſt. Nam vt dicit pſal. Aperta eſt ter
ra ⁊ deglutiuit dathan ⁊ operuit ſuper congre
gationem abyron. Prophe idem firmauerunt
dicit enim Job. vij. c. Qui deſcenderit ad infe/
ros non aſcendet. Idem. c. xiiij. Uadam ⁊ non
reuertar (ait in perſona damnandi) ad terram
tenebroſam ⁊ opertam mortis caligine terrā
miſerie ⁊ tenebrarū. vbi vmbra mortis ⁊ nul
lus ordo. ſed ſempiternus horror inhabitat.
Huius expoſitionem habes in prima parte. da
uid eximius prophaꝝ pſal. lxxxv. Miſericor/ *§. pt. pri*
dia tua domine magna eſt ſuper me. quod de/ *ma ti.*
clarat. Eruiſti animam meam ex inferno infe// *v. c. iij.*
riori: ſcilicet loco damnatorum. ad quem locū
deſcendiſſet merito peccatorum adulterij ⁊ ho
micidij. nec ex ſuaſe virtute vnquā potuiſſet
exire. Unde in alio pſal. xciij. ait. Niſi quia do/
minus adiuuit me ſcilicet miſericordie gratia
preueniente. paulominus habitaſſet in iferno
anima mea non recedendo: ſcilicet a peccato.
Idem pſal. De damnato peccatore ait. Frater
non redimet ſcilicet talis. Frater ſcilicet chri//
ſtus redimet homo. q. d. Non. Nā ſi chriſtus
non redimit: ideſt non liberat talis. multo mi/
nus purus homo. Non dabit deo placationē
ſuam talis damnatus per quecunq₃ que fece//
rit de genere bonorum vel elemoſynas ⁊ preci
um redemptionis anime ſue. laborabit in eter
num in penis ſcilicet ⁊ viuet adhuc in finem. ⁊
infra. Sicut oues in inferno poſiti ſunt vnus
ſuper alium conſtipati mors depaſcet eos: ⁊ do
minabuntur eorum iuſti ⁊c̄. Eſaias de lucife//
ro ca. xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua
concidit cadauer tuum. Cadauer luciferi ſunt

oēs reprobi:in quibus vitijs ſetentibus vt ca
dau er habitat per effectū malicie qui tandem
ſimul cū eo cadunt in infernū.⁊ ca.viii. Ignis
eoꝝ non extinguetur ⁊ vermis eoꝝ non moꝛie
tur. Apoſtoli hoc pꝛedicauerunt.ij. Petri.ij.
Rudētib⁹ inferni detractos in tartarum ⁊c.⁊
Jo.apoc.xx. Infernus ⁊ moꝛs dederunt moꝛtu
os ſuos.Deniqꝫ ipſa veritas dei filius ⁊ confi
dēti⁹ hō ambularet ad veritatē.ſ.fidei ait.Ueh
tibi coꝛozaym.Ueh tibi bethſaida.⁊ infra. Ue
rūtū dico vobis tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit in
die iudicij q̄ vobis.Et tu capharnaū.nūqd in
celū exaltabaris vſqꝫ i īfernū deſcēdes Mat.
xj.b.Aug. Hoīe aſſumpto non deo cōſumpto
veniens fundauit ⁊ ſtabiliuit fidē: annuncians
non ſolū pꝛemia iuſtoꝝ:ſed ⁊ ſupplicia repꝛo/
boꝝ Matth.xxv. Ibunt hi ſcilicet iniqui re/
pulſi ab eo in ſupplicīū eternū.iuſti aūt in vitā
eternā.⁊ Matth.xiij. In conſūmatione ſeculi
exibunt angeli ⁊ ſeparabunt malos de medio
iuſtoꝝ ⁊ mittent eos in caminū ignis. ibi erit
fletus ⁊ ſtridoꝛ dentiū. Exēplū aūt nō parabo/
lā tantū:ſed hiſtoriā verā iudeis pꝛopoſuit:di
uitis epulonis qui induebatur purpura ⁊ byſ
ſo ⁊ epulabatur quotidie ſplēdide. Qui diues
moꝛtuus ſepultus eſt i inferno. Et cū cruciaret
in illa flāma ⁊ guttā aque poſtolaſſet ad refri/
gerandā linguā:obtinere non valuit Luc.xvj.
Hoc idē cuilibet mente bene diſpoſito rō ſua/
det. Nā quilibet rex ⁊ pꝛinceps ciuiliter oꝛdi/
natus in regimine ſuo:habet tria loca manſio
num. Habet aulam regiā ad amicos ⁊ ſodales
⁊ filios recipiendū delectādū ⁊ ſecreta ſua eis
reuelandū. Et ille locus debet eē pulcherrim⁹
⁊ honeſtiſſimus bene mundus ⁊ oꝛnatus. Ha
bet ⁊ aliū locū magis infimū vbi fiunt neceſſa/
ria a ſeruis:vt coquina:ſtabulū:⁊ huiuſmodi.
Eſt ⁊ tertius locus infimioꝛ ⁊ abiectioꝛ.vbi ē
carcer reoꝝ. Pꝛimus locus eſt commenſaliuꝫ
⁊ amiciſſimoꝝ regis. Secundus ſeruoꝝ ⁊ iu/
mentoꝝ. Tertius malefactoꝝ ⁊ debitoꝝ. Cum
igitur dñs deus ſit rex regū ⁊ dñs dñantium.
Apoc.xix.oꝛdinatiſſimus ex infinita ſapientia
⁊ iuſtiſſimus decēs eſt vt habeat tria loca. Pri
mus eſt celū vbi manifeſtat gloriā ſuā amicis
ſuis ⁊ filijs adoptiuis videntibus euꝫ facie ad
faciē:vnde reficiuntur ineffabiliter eius frui/
tione. Secundus locus eſt mundus iſte vbi di
uerſa exercentur officia ⁊ laboꝛes a ſeruis ſuis
ac ēt iumenta hoīum irrationalium ab eo pa/
ſcuntur. Et cū locus iſte plenus ſit laboꝛe ⁊ erū
na.tamen tanta eſt hoīum cecitas: vt etiā ſub
ſentibus delitias putēt inquit Job. Sed ſi iſta
parua bona huius vite cū tanta anxietate mix
ta ita delectant ⁊ placent vt hoīes in eis conſti
tuant finē ſuū.quanto magis debet hoīes alli/

Eſſe in/fernum ſuadet ratio.

cere excellentia ⁊ ſūma perfectio bonoꝝ ſupne
habitatiōis. Tertius locus eſt infernus vbi rei
⁊ iudicati artantur vt malefactoꝛes in carcere
De quo Eſa.xxix. Congregabunt ſicut in ꝯgre
gatiōe vnius faſcis:⁊ claudētur in carcere per
petuo. Poteſt ⁊ alia ratio adduci. Quāto.n.in
aliquo dño plures ⁊ maioꝛes virtutes relucēt.
tāto glorioſioꝛ apparet.⁊ inde magis laudat.
Juſtitia aūt eſt maxima ⁊ excellēs virtus. ⁊ vt
dicit Cicero ⁊ phs. Mirabiles ſplēdoꝛes ſunt
in ea.nec heſpus nec lucifer eſt ita clarus. Luꝫ
ergo in deo manifeſtat potētia in reꝝ creatio/
ne. Sapiētia in mūdi gubernatiōe. Charitas
⁊ miſericoꝛdia in redēptiōe ⁊ glorificatiōe. Ut
ēt appareat iuſtitia in deo opoꝛtet vt ſit infer/
nus in quo crucietur mali ⁊c. Sācti doctoꝛes
hoc aſſerūt in ſuis doctrinis.b.Aug.de pe.di.
vij.c.vlti. Qui impenitēs moꝛit oīno moꝛit ⁊
eternalit̄ cruciat. Ob hoc ſine fine toꝛquet:
q: nūquā virtute donat: ſemp plenus iniquita
te ſemp ſine charitate:toꝛquet ſine fine. Idē in
alio loco. Ueh illis qbus pꝛeparat doloꝛ ſēpi
um:ardoꝛ flāmaꝝ ſine ſine extinctiōe: ſtridoꝛ
dētiū:lachꝛyme oculoꝝ:tenebꝛe exterioꝛes ſi/
ne luce:pena iterminabilis. Ubi nō eſt vllus
honoꝛ ſine agnitio pꝛoximi: ſed ꝯtinu⁹ doloꝛ
⁊ gemitus: Ubi moꝛs appetit ⁊ nō dabit: vbi
nō eſt honoꝛ ſeruoꝝ ⁊ regis:nec dñs ſup ſuuꝫ
nec mater diliget filiū aut filiā:nec filius hono
rat pꝛem. vbi eſt oē malū. ⁊ ois idignatio ⁊ fe/
toꝛ ⁊ amaritudo abūdat. Itē Gre.in li.moꝛal.
In iferno eſt frigus iſupabile igni⁊ iextingui
bilis:vermis imoꝛtalis:fetoꝛ itolerabilis:tene
bꝛe palpabiles:flagella cedētiū hoꝛrida viſio
demonū:ꝯfuſio peccatoꝝ deſpatio oiuꝫ bono
rū. Itē Pꝛoſper in li.de vita ꝯtēplatiua ait de
peccatoꝛibus. Quid eis ꝓdeſt humanū vitare
iudiciū:cū ſi in malo pſeuerauerint ituri ſunt
in eternū:deo retribuēte ſuppliciū. Qd ſi ſutip
ſi iudices fiāt:⁊ veluti ſue iniquitatis vltoꝛes.ſ.
penitēdo tpalibus penis mutabūt eterna ſup/
plicia:⁊ lachꝛymis ex veracoꝛdis ꝯtritiōe fluē
tibus reſtringēt eterni ignis icēdia de penuē.
diſtin.j.facilius. ℂ Exempla ſunt plura. Iuue
nis ille quem ſuſcitauit Joannes euangeliſta
retulit cunctis qui aſtabant populis audienti/
bus de penis inferni quas viderat in alio ſe/
culo illos meruiſſe quos penituerat mundꝫ
reliquiſſe. Tres iuuenes quos legitur ſuſcita/
tos poſt moꝛtem Hieronymi meritis eius poſi
ta tunica ſuper eos referebant de penis into/
lerabilib⁹ inferni Gregoꝛi. in.iiij.dial.narrat
multa exempla de penis inferni ⁊c. Platonici
phi ait Auguſti.in.xxj. de ciui. dei. impunita
nulla volunt eſſe peccata. Hinc maronis.j.Uir
gilij in.vj.eneyd. Illa ſula de alabus ſepatis

Pꝛe rē plis plu rimis

a corpore ait. Hinc metuunt cupiunt gaudent/
q; dolentq;. Nec auras reſpiciunt. clauſe tene/
bris et carcere ceco. Quin et ſupremo cu; lumi
ne vita reliquit. id eſt cum recedūt de vita iſta.
Non tamen omne malum miſeris nec fundi/
tus omnes. Corporee excedunt peſtes penituſ,
q; neceſſe eſt. Multa diu concreta modis mol
leſcere miris. Ergo exercentur penis veterūq;
malorum. Supplicia expendunt. alie pandun
tur inanes. Suſpenſe ad vētos. alijs ſub gurgi
te vaſto. Infectum eluitur ſcelus. aut exuritur
igni. Hec ille. Ex quibus verbis oſtendit pec/
cata in alia vita puniri quāuis non perfecte iſti
intellexerint infernum ſicut fides fatetur ex
ſcripturis diuinis. Judei quoq; et ſaraceni in
ſua lege habent malos in alia vita puniri vari
is modis plus et minus.

¶ Septem ſunt .§. iij.

que oſtendunt grauitatem pene infernalis: ex
quorum conſideratione inſurgit merito in ho
mine timor ſeruilis. Et que etiam ipſi damna/
ti videntes ſcilicet per experientiam turbabū/
tur timore horribili. et in ſubitatione inſperate
ſalutis. pre anguſtia ſpiritus gementes et peni
tentiam agentes. vt dicitur. Sapien. v. Sed pe
nitentia illorum inutilis. Deſcendent ergo in
infernum viuentes ait propheta. ps. liiij. ſcili/
cet dum viuunt deſcendant ad infernum: con
ſiderando illas penas et timendo penitentiam
agant. et ipſa erit fructuoſa.

¶ Primu; ergo eſt loci ipſius qualitas.
¶ Secundū eſt penaru; quantitas.
¶ Tertiu; eſt tortorum atrocitas.
¶ Quartum eſt animaru; infelicitas.
¶ Quintum eſt corporu; penalitas.
¶ Sextum diuine ire implacabilitas.
¶ Septimum omnis boni egeſtas.

¶ Quantum ad primum ſciendu; q; ſ; diuer
ſa nomina talis loci que habentur ex ſacra ſcri
ptura vel etiam ex libris gentilium: comprehē
duntur horribiles et timēde qualitates loci in/
fernalis. Primo enim talis locus dicitur infer
nus. quod nomē eſt vſitatius alijs. Eccleſiaſti.
lj. Uita mea erat appropinquās in inferno de/
orſum. Dicitur autem infernus ab infra: quia
eſt infra. id eſt ſubtus terram in cētro eius. Uñ
et maxime diſtans a celo. ibi enim eſt locus in/
ferni. quoad ſitum: vt dicitur cōmuniter et cre
ditur. Cum enim chriſtus ſm articulum fidei
deſcenderit in morte ſm animam eius ad infe
ros: ad lumbum videlicet patrum: iuxta que;
quātum ad ſitum eſt purgatoriu; et poſtea lim
bus paruulorum qui cum originali decedūt.
Sub his omnibus infra eſt locus damnatoru;
ſm beatum Tho. et alios in. iiij. Eſa. xxx. dicit.

Uallis tophet preparata ē ab heri. id eſt ab ini/
tio. a rege. ſcilicet deo preparata profunda et di
latata. Nutrimenta eius ignis et ligna multa.
ſcilicet peccata que ſecum portāt homines. fla
tus domini quaſi torrens et ſuſſlans in illū. fla
tus domini eſt iuſtitia ſua. Tophet interpretat
gehēna pauoris. propter hoc etiam. ſ. q; in pro
fundo loco dicitur abyſſus: que importat vora
ginem. cuius fundus non videtur. vnde legio
demonum que inuaſerat quendam obuiante;
chriſto rogabat Jeſum ne mitteret in abyſſu;.
id eſt locu; inferni ſed permitteret eiecta ab ob
ſeſſo intrare in gregem porcorum vicinum lo
co. Qui permiſſi in illos ingreſſi cum impetu
in mare eos imerſerūt. Luce. viij. ¶ In vitaſ/
patrum legitur q; cum beatus Macharius p Exem/
heremum ambularet inuenit caluariam homi plum.
nis quam virga ſua tangens interrogauit qs
in vita preſenti fuiſſet. Cui reſpondit q; fuerat
ſacerdos gentiliu; in eo loco. adijciens q; quā/
tum diſtabat celum a terra: tantam habebat de
igne ſuper caput ſuum cum alijs paganis. Et
tantūdem abinfra ſub eo eſſet ignis in quo cru
ciabantur mali chriſtiani et qui chriſtū negaue
rant. Et ideo bene dicitur Eccli. j. Profundum
abyſſi. i. inferni: quis dimenſus eſt? q. d. nullus
niſi deus aut forte diabolus. ¶ Et ad hoc facit Exem/
quod legitur in lib. de ſeptem donis. videl; q; plum.
cum quidam magiſter annuati; faceret ſolem/
ne feſtum in natali beati Bartholomei apoſto
li ob eius deuotionem ſingularem multos in/
uitando: celebrando: et predicando: cum predi
caret intrauit eccleſiam in ſpē cuiuſda; ſpecio/
ſiſſime et ornatiſſime domine diabolus: et ſedit
ante oculos dicti magiſtri. qui in eum oculos
iaciens excitauit concupiſcentiam eius. Et fini
to ſermone fecit eam inuitari cum alijs ad pran
dium. que cum alijs reſidens nitebatur magis
ac magis animum ſuum accendere in ſui amo
re;. Sed beatus Bartholomeus patronus eius
a periculo eum liberauit. Nam in ſpē peregri
ni apparens: portā domus pulſans: rogauit vt
amore ſancti Bartholomei introduceretur ad
magrm illum. Quod cu; nō fieret diſſuadēte do/
mina: miſit ei panem. que; accipere renuit. ſed
rogauit vt vel ſaltē per nuncium ſibi rñderet:
qd eſſet maxime ppriu; homini. Rñdit magi/
ſter q; eſſet riſibile. Sed dña illa adiecit q; ma/
gis ppriū eſſet pctm. q; hō cōcipitur: naſcitur:
et viuit cum eo. Rñdit peregrinus q; bñ dixe/
rat magr: ſ; dña melius. Propoſuit et ſcda; qō
nem. interrogās qs eēt locus vnius pedis vbi
dñs in terra plura feciſſ; mirabilia? Rñdit ma
giſter q; erat locus vbi affixa fuit crux xpi quā
do operatus eſt ſalutē in medio terre. S; dixit
dña q; nō illud erat: ſ; facies hominis fine co

put in quo quaſi eſt minor mũdus. Approbat apoſtolus ſententiam domine magis q̃ magiſtri. Tertiam queſtionem ei fecit: videlicet quã tum diſtat a ſũmo celi vſq; ad profundum inferni. Cũq; magiſter heſitaret ſuper hac re nec quid reſponderet occurreret reſpondit domina illa: ideſt diabolus. Modo bene video q̃ 'tu' es tegor. Ego hoc vtriq; bñ noui qui de altero ad alterum deſcendi. Et hoc oportet ꝙ tibi nunc oſtendam. ⁊ diabolus cũ magno ſonitu ⁊ eiulatu in abyſſum ſe precipitauit. ⁊ peregrinus nuſq̃ comparuit. Aliud ſimile legitur de Andrea apoſtolo: licet non in toto. Secundo dicitur talis locus dãnatorum caminus ignis Mat. xiij. Sic erit in conſũmatione ſeculi. Exibunt angeli ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtorũ ⁊ mittent eos in caminum ignis. In camino duo conſiderantur ignis ad infra: ⁊ fumus ſupra obſcurus propter ignem intelligitur gehẽna. xpe. Melius eſt tibi vnum oculum habentem vel vnum pedem introire in vitam: q̃ duos oculos habentem vel duas manus vel pedes habentem mitti in gehẽnam Mat. xviij. Et dicitur gehẽna quaſi generans ignem vel generans ethnam. qui eſt mons in ſicilia ignẽ eructans. Et interpretatur vallis triſtitie. q: ex cruciatu eius anima habet magnam triſtitiam ⁊ dolorem. Cum enim anima conſiderat ſe detineri ⁊ quaſi alligari a re infima: cum ipſa ſit nobiliſſima magna triſtitia abſorbetur. Naturaliter enim ignobile non habet virtutem i nobilius: ſed econtra. Sed vt inſtrumentum diuine iuſtitie ignis agit in animam dãnati: nõ cõſumendo. ſed affligendo per modum detẽtionis vel inflictionis. Unde dominus per moyſen Deut. xxxij. Ignis ſuccẽſus ẽ in furore meo ⁊ ardebit vſq; ad inferni nouiſſima. i. vindicta ſeu punitio peccatoribus. hic incipiet multis modis crucians peccatores: ⁊ poſtea in inferno plenius erit. Hic ignis (ait. b. Augu.) miro modo eſt grauis. excellit enim omnem penam quam vnq̃ aliquis expertus eſt in vita illa di. xxv. §. alias. Etſi hoc dicit. b. Aug. de igne purgatorij: multo magis intelligendum ẽ de igne inferni cum grauior ſit pena inferni q̃ purgatorij ſine comparatione. Caminus ex parte ſuperiori habet obſcuritatem fumi: vnde ⁊ tenebroſitatem. Et propter hoc dicitur etiam locus ille tenebre exteriores Mat. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Dictũ fuit a rege de eo qui in nuptijs non fuit cũ veſte nuptiali. ⁊ ſignificat quẽlibet qui in eccleſia manet ſine charitate. Quãuis enĩ ibi ſit ignis nõ tñ lucet eis. Sed eſt obſcurus ſicut flãma in lignis humidiſſimis eſt obſcura propter fumũ Apoc. ix. De fumo putei obſcuratus eſt aer. idẽ aſcẽdit fumus tormẽtorũ eius in ſecula ſeculorũ. In huius figurã legitur Exo. x. de tenebris a deo imiſſis egyptijs obduratis. ꝙ vir nõ eſt motus de loco ſuo: nec cognouit fratrẽ ſuũ propter tenebras horribiles ⁊ palpabiles. ⁊ Sap. xvij. dĩ. Nulla vis ignis poterat illuminare noctẽ illã horribilẽ aut limpide ſyderũ flãme. ſũt ergo tales ille tenebre cũ igne vt aliquid luceat ad dãnatorũ maiorẽ cõtriſtationẽ ⁊ non ad cõſolationẽ. Unde beatus Grego in li. moral. Illa vltrix flãma vitiorũ cõcremationẽ quidẽ habet: ſed lumẽ nõ habet. Ille ignis ad cõſolationẽ lumẽ nõ habet vt luceat: ſed tñ vt magis torqueat ad aliquid lucet. nã ſequaces ſuos in tormẽto ſecũ reprobi viſuri ſunt. quorũ amore deliquerũt. Hec ille. Experimur quotidie ꝙ ſicẽ dulce lumẽ ⁊ delectabile ẽ oculis videre ſolẽ. vt dĩ Salomõ. ita manere diu in tenebris eſt valde tedioſum: vt cũ noctes ſint prolixe vt in hyeme niſi lumẽ adſit attediatur hõ. ⁊ ſimiliter quando diu aer eſt nubiloſus. quid autem cum ſemper tenebre ſint durature. ¶ Narrat Greg. in li. dial. ꝙ quidam ſolitarius ſanctus homo quibuſdam romanis nauigantibus ⁊ applicantibus ad inſulam in qua morabatur. ac viſitantibus eum audita fama ſanctitatis eius. retulit Theodoricum regem italie eſſe defunctũ narrans ſe vidiſſe in ſpiritu ipſum theodoricum peſſimum tyrannum duci diſcalciatũ vinctis manibus ⁊ proijci in ollam vulcani a papa Joanne quem in cuſtodia carceris affligendo occiderat: et ſymmacho patricio quem iniuſte ferro trucidauerat. Refert etiam beatus Gregorius idem. Quod quidam miles romanus eductus a corpore ⁊ poſtea cito rediẽs narrauit ſe vidiſſe pontem altum ⁊ artum ſub quo currebat fluuius nigerrimus: ⁊ caliginoſus nebulam fetoris intolerabilem exhalans: vltra quem pontem vidit prata virentia ⁊ florentia ſuauiſſimi odoris quo reficiebantur ⁊ ſatiabantur perambulantes ⁊ habitantes illic dominice lucis plene erant manſiones: ibiq; mire potentie edificabatur domus aureis latercu lis. Et alq homines alias domos edificabant diuerſe etatis ⁊ ſexus iuxta ripam fluminis habitacula aliqua tangebantur a nebula fetoris. Aliqui vero de põte labebantur in fluuiũ Juſti vero tranſibant. Ibi vidit Petrum maiorem familie eccleſiaſtice multo ferro depreſſũ. ⁊ demerſum in flumine. Dictumq; eſt ꝙ ideo hoc patiebatur: quia plus crudelitatis deſiderio q̃ obedientia vel corrigẽdi zelo plagas inferebat. Uidit ⁊ quendam peregrinum ſacer-

dotem cum magna celeritate ⁊ ſinceritate tran
ſeuntem. Uidit ⁊ Stephanum quendam cu/
ius pes dum vellet tranſire per pontē lapſus
eſt. ⁊ a teterrimis viris ex flumine ſurgentib⁹
ex media parte corporis a ponte eiectus trahe
batur per coxas infernus. Sed quid de eo po/
ſtea actum ſit ignorauit. Erat quippe vir ille la
ſciuus ⁊ luxurioſus. ⁊ ideo per coxas trahebat/
tur. Erat ⁊ elemoſynarius. ⁊ hoc eum tenebat
ſuſpenſum. Eſt ergo locus igneus ⁊ tenebro/
ſus ſeu nebuloſus. ℭ Tertio eſt locus intem/
peratus. Unde dicitur auernus. De hoc nomi
ne patet in hymno. Et auerni ignibus ipſi cre/
memur acrius. Et virgilius in eneidos. vj. Fa
cilis deſcenſus auerni. Sed reuocare gradus
ſuperaſq̨ euadere ad auras hoc opus hic la/
bor eſt. Et dicitur auernus quaſi ſine materia
temperamenti. quia erit ibi qualitatū inequa
litas. Nulla temperies erit ibi. ſed omnia ſeui
ent quaſi in ſummo gradu. Ignis ardore ve/
hementiſſimus frigus intenſiſſimum. ⁊ ſic de
alijs Sap. v. Pugnabit pro eo orbis terrarum
contra inſenſatos Job. xxiiij. Ab aquis niuiū
tranſibunt ad calorem nimiū. Qui dolor quā
tus ſit aliquantulum poſſunt intelligere lotri/
ces pannorū: que tempore hyemis de riparia
congelata veniūt ad ignē. Un̄. b. Greg. in lib.
moral'. tractans illō Job. x. Ubi nullus ordo ſꝫ
ſempitern⁹ horror inhabitat. inq̄t. Jō nullus
ordo: q̄r miſeris erit mors ſine morte: finis ſi/
ne fine: defectus ſine defectiōe. Mors. n. ideſt
pena mortalis ibi viuit finis ſemꝑ incipit: de/
fectus deficere neſcit. Q̄r mors ꝟibit ⁊ nō extin
guit: dolor excruciat ſed nullatenus dolorē fu
gat. Flāma cōburit: ſꝫ nullatenus tenebras ex/
pellit. Et ita ſupplicia ordinē nō hn̄t: q̄r nō ſuaꝫ
per omnia qualitatem tenent ſcilicet ſicut hic.
Sempiternus quoq̨ horror ibi inhabitat: q̄r
hic flamma que ſuccēdit illuminat. Ibi ignis
ille crucians obſcurat. Hic metus amittitur:
cum tolerari incipit quod timebatur. Illic et
dolor dilaniat ⁊ pauor anguſtiat. Horrendo
igitur modo tunc erit reprobis dolor cum for/
midatione: flamma cum obſcuritate. Et quia
a voluntate ſui conditoris diſcrepauit pecca/
tor. ideo a ſuis qualitatibus tormenta diſcor/
dabunt. hec beatus Gregorius. Et quia apoſto
lus dicit ad Roma. xiij. Que a deo ſunt ordina
ta ſunt: locus autem auerni ſiue inferni a deo
eſt paratus: ideo ⁊ ibi vtiq̨ ordo eſt diuine pro
uidentie. Ordo autem diffinitur ab Auguſti.
xix. de ciui. dei. eſſe parium diſpariumq̨ rerū
ſua vnicuiq̨ loco congruenti tribuens diſpoſi
tio. Locus conueniens grauibus eſt terra. Et
quia reprobi quorum iniquitates. vt ait pſal.

xxxvij. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper
eos. cum ipſo grauamine hinc recedunt. apte
in centro terre collocantur auerni. Et quia pa/
ria peccata pari pena puniuntur. ⁊ ſimile cum
ſimili apte collocatur. Ideo dicit dominus. col
ligite zyzania in faſciculos ſuos ad comburen
dum. vt auari cum auaris: ſuperbi cum ſuper
bis: luxurioſi cum luxurioſis collocati ſint: ſic
⁊ hic conuerſati. Et quia ſicut omnium rerū de
us. ita ⁊ peccatorum ⁊ ſuppliciorum nouit mē
ſuram: vt menſura grauitatis pene ſit ſm̄ mē/
ſuram quantitatis culpe. dicente domino mi/
niſtris ſuis Apoc. xviij. Quantum ſe exaltauit
⁊ in delitijs fuit. tantum date ei tormentum ⁊
luctum. ⁊ Sap. vj. Fortioribus ſcilicet maiori
deformitate voluntatis peccantibus. fortior in
ſtat cruciatio. Ideo qui abundantius peccauit
⁊ grauius ordo diuine iuſtitie grauius punit.
Sed intelligitur ibi non eſſe ordo: quia nō ſer
uant ille res ordinem illum quem hic habue/
runt: vt flamma ignis que hic comburit ⁊ illu
minat non autem ibi. Sed nec ibi ſeruabitur:
quod videlicet cōmuniter dicitur in. vj. Enei.
Solacium eſt miſeris ſocios habere penarum
Unde dicit beatus Auguſtinus. Non hi quos
monemus agere penitentiam querunt ſibi co/
mites ad ſupplicia: nec gaudent quia multos
habebunt ſibi ſimiles ſcilicet in penis. Naꝫ nō
propterea minus ardebunt. quia cum multis
ardebunt. ij. q. j. multi. Immo plus cruciabun
tur. ⁊ precipue quoad eos quos ſuo exemplo
vel occaſione traxerunt ad malum. Et propte/
rea diues ſepultus in inferno petebat mitti la/
zarum ad monendum fratres ſuos. vt agerent
penitentiam: ne irent ad locum tormentorū:
non quia ex charitate compateretur eis. ſed
quia maius ſibi parabatur ſupplicium ex dam
natione fratrum cum exemplo vel alijs modis
eſſet occaſio peccatorum illorum. Sicut enim
ex multitudine vbi eſt ordo reſultat pulchritu
do que delectat. ⁊ quanto maior multitudo tā
to maior pulchritudo ⁊ delectatio. Ita vbi nō
eſt ordo: quanto maior multitudo: tanto ma/
ior confuſio ⁊ afflictio in eis. Quanta autē ſit
multitudo damnatorum. de facili poteſt perci
pi: ex eo quod chriſtus dicit Math. vij. Lata
eſt via que ducit ad perditionem ⁊ multi ince/
dunt per eam. Et arta ⁊ anguſta via que ducit
ad vitam ſcilicet virtutū: ⁊ pauci vadunt per
eam. Omnes infideles ad infernum tendunt.
Et fideles chriſtiani ſimiliter qui mandata dei
non ſeruant. Et his plenus eſt mundus. Time
te ergo eum Math. x. c. qui poteſt animam ⁊
corpus perdere in gehennam. que eſt locus in
temperatus: inordinat⁹. ⁊ horridus. ℭ Quar

⁊ la / s ⁊ / teus

to eſt locus fetidus ⁊ immundus. ⁊ propterea dicitur lacus ⁊ puteus pſal. xlix. Eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis: id eſt de inferno in quem quis ſe proycit merito cum peccat moꝛ/taliter. ſed inde exire non valet niſi educatur a deo per gratiam ſuam. Dicitur ⁊ puteus Apocalyp. ix. De puteo abyſſi obſcuratus eſt aer. Et poteſt dici puteus a puteo id eſt a fetoꝛe. Eſt enim quaſi latrina mundi ⁊ quaſi ſentina: vbi omnes ſoꝛdes confluunt. Unde dicit Baſi/lius ꝙ dominus in fine mundi purgabit om/nia elementa ⁊ omnem immundiciam eoꝛum ⁊ virtutem leſiuam proyciet in infernum. Ut cloacam ad penam damnatoꝛum. Qualitates eoꝛum delectabiles in eis remanebunt ad gloriam beatoꝛum ⁊ eoꝛum decoꝛem. ſicut ignis habet comburendo viua affligere: habet ⁊ il/luminare. Uirtutem ergo afflictiuam proyci/et in infernum: illuminatiuam ſibi dimitten/do. In huiuſmodi locis manēt frequenter ſer/pentes: dracones: ⁊ vermes Deute. xxxij. Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore tra/hentium ſuper terram atq; ſerpentium ⁊ Eſa. xiiij. Subter te ſternetur tinea ⁊ operimentū tuum erit vermes. Dicitur de nabuchodonoſoꝛ ⁊ diabolo beatus Auguſtinus in lib. de ci/ui. dei. magis intelligit de verme ſpirituali ſci/licet remoꝛſu conſcientie qui ſemper moꝛdet eos: ⁊ ideo non moꝛitur de peccatis commiſ/ſis propter que deuenerunt ad tantam miſeriam damnationis eterne. ℂ Legitur in vitaſ/fratrum ꝙ cum bononie eſſet quidam ſcola/ris nobilis qui illuc ad ſtudendū de alijs par/tibus aduenerat multis pompis: vanitatibus ⁊ laſciuijs erat deditus. Hunc viſitans ſuppꝛi/oꝛ conuentus bonon̄. oꝛdinis predicatoꝛum: quia ipſe compatriota eius fuerat: cepit eū al/loqui. Sed prefatus ſcolaris timens ne com/punctiua aliqua diceret ſibi: que eum haberēt retrahere a voluptatibus mundi fecit pactum cum eo ne de rebus ſpiritualibus aliquid ſibi loqueretur: ſi vellet diutius confabulari cū eo quod ille promiſit ſe facturum. ita tamen ꝙ in fine eoꝛum colloquij tantū duo verba ſcriptu/re ſibi proponeret. Poſtquam ergo de multis ⁊ varijs rebus de parentibus eoꝛum ⁊ amicis ac notis habuerunt ſermonem: demum ab eo volens recedere dixit illa duo verba ſcripture volo vobis dicere vt conuenimus. At ille. Di/cas cito ⁊ breuiter. Et ſuppꝛioꝛ. Scriptū eſt in Eſaia. xiiij. c. de vnoquoq;: qui ſe tradit deli/cijs ⁊ vanitatibus mundi ꝙ in alia vita hoc ei eueniet. Subter te ſternetur tinea ⁊ operimen/tum tuum erunt vermes. Et inde receſſit. Ita autem inheſit firmiter hoc verbum menti ei⁹ vt nullo pacto poſſet a coꝛde eius illud excide/re. Sed eius recolendo inde conſiderabat quomodo poſſet ſuſtinere talem lectum vermium ⁊ tinearum ſemper qui nec moꝛſum pulicis patienter ferret. Cumq; ſocios vanos ipſe quere/ret ⁊ ſolacijs ſe applicaret: vt illius verbi obli/uiſceretur ⁊ conſiderationis talis cruciatus vermium ⁊ tinearum. nec aliqua modo a mente ſua valeret reyceere die noctuq;. Demum verbis illis compunctus ſeculum deſerens reli/gionem ingreſſus deo ſe ibi deuouit. ℂ Quinto locus ille eſt tumultuoſus. Unde tartarus dicitur a ſtrepitu ⁊ contentione rixoſa Eſa. iij. Tumultuabitur puer contra ſenem: ⁊ ignobi/lis contra nobilem. filius obiurgabit patrem: ⁊ pater filium. Unde legitur in lib. de. vij. do/nis. ꝙ cum quidam vſurarius infirmabatur ad moꝛtem: nec ſacerdos vellet ei ſacra ꝯferre niſi reſtitueret vel cautionem faceret. Ille autē nollet. Hoꝛtabantur ad hoc eum filij ne ad in/fernum deſcenderet moꝛiens. Et ille. Uos ne/ſcitis quid petatis. Opoꝛteret vos ire ad ho/ſpitale ſi vellem cuncta reſtituere male ablata. melius eſt committere ſe miſericoꝛdie dei ꝙ̄ miſericoꝛdie hominum. Moꝛtuus igitur ille ſepultus eſt in infernum. Ex filijs autem eius duobus dixit vnus ad alterum. Pater noſter damnatus eſt. non velimus imitari eum reti/nendo vſuras ab eo extoꝛtas: ſed reddamus creditoꝛibus vt ſaluari poſſimus. At ille. Ego parte que me ꝯtingit volo gaudere. ego nō feci vſurā. Ex quo ipſe qui extoꝛſit nō reſtituit ipſe luet penā. Alter poꝛtionē ſuā reſtituit: ⁊ ſeculū deſerēs: dei obſequio ſe totū tradidit. Dū aūt q in ſeculo remāſerat mūdanis ſe immergeret infirmatus ad moꝛtē: nec penitēs: ad tartar: ſecutus eſt prēm. Qđ frater audiēs rogauit deū vt ſibi aliquo mō oſtēderet ſtatū eoꝝ in alio ſe/culo. Una igit̄ dieꝝ cū oꝛaret: vidit terrā aper/tā: ⁊ in infimo prēm in flāmis inferni ſepultū ⁊ filiū eius fratrē ſuū ſup eū iacentē. maledicebatq; pater filiū dicēs. Maledicta ſit hoꝛa i q̄ te genui: ⁊ tu ſis maledictus: q: pp te ego feci vſuras nec volui reſtituere ne dimitterē te pauperem. ⁊ propter hoc crucioꝛ i hac flāma. Et filius econtra: immo maledictus ſis tu pater et maledicta ſit dies in qua me genuiſti. tu me exemplo tuo docuiſti fenerari. ⁊ vſuras extoꝛtas noluiſti reddere: ſed mihi reliquiſti. propter quod in perpetuum crucioꝛ. Quod cernēs il/le gratias deo egit qui eum liberauit de tanto malo. ℂ Sexto eſt locus damnatoꝛum locus obliuioſus ⁊ occultus. vnde a gentilib⁹ lethes dicitur. ⁊ interpretatur obliuio. quia ſcilicet ſui. i. eius qui eſt damnatus tradunt eum obli

D: etiā tartar⁹

Dicit̄ lethes

uioni. Et deus etiam videtur eorum obliuiſci inquantum .ſ. nõ liberat eos ab illis penis. ps. ¶ Nec memor ero nominum eorū per labia mea. poteſt dicere deus de eis. Amici ⁊ propinqui carnales cito tradunt obliuioni. quod p₃: quia modica ſuffragia faciunt pro eis. quinimmo nec illa que illi legarunt. Et ſi neſciant illis non poſſe prodeſſe cum nõ nouerint ſi ſunt in purgatorio vel in inferno. Unde accidit eis ſi/ cut de pincerna pharaonis: qui in proſperitate conſtitutus oblitus eſt iterpretis ſui ioſeph qui in carcere erat. qui ei beneficium faciẽs interpretatus ex ſomnio ſuo ſui liberationem et ſi ei ſe recomẽdaret: oblitus eſt cito eius. Omnium quoq₃ ⁊ ipſe damnatus obliuiſcitur. ex quibus poſſet in aliquo conſolari. Nam ſi memorie occurrunt gaudia vana ⁊ delectationes quas habuit in mũdo. hoc eſt eis ad cruciatũ: quia per illa cognoſcunt ſe deo priuatos ⁊ omni bono. ¶ Septimo eſt locus piculoſus. Unde dicitur baratrū in hymno. Conſurgit xp̄s tumulo victor redit de baratro. Et dicitur baratrum. quaſi latitudo arta: quia eſt latus locus ad ingrediendū: ſed artus ad exeundũ adeo ꝙ nullus poteſt exire Mat. v. Non exies inde quouſq₃ reddas nouiſſimum quadrantem. ⁊ Mat. xviij. Tradidit eũ tortoribꝰ quouſq₃ redderet vniuerſum debitum. Et quia ibi non eſt locus ſatiſfactionis. vnde non habet quod reddat nunq̃ egredietur de loco: ſed ibi ſemper penas luet. ¶ Dicitur ⁊ herebus a gẽtilibus: quia ſemp adheret illi tali pena. Unde ⁊ ſi diabolus vel anima damnata ad horā de illo loco exeat vt appareat alicui deo diſponente. ſecum tamen portat infernū: ⁊ ſemper ei illa pena inheret. Quod autem dixerunt demões xp̄o clamando. Veniſti ante tẽpus torquẽ nos. Mat. viij. Non ſic eſt intelligendum tanq̃ prius nõ cruciarentur. Sed quia aliquod accidẽtale ſupplicium. tunc additum eſt eis propter preſumptionem eorum. ¶ Dicitur ⁊ acheronta a gentilibus .i. luctuoſus. vel acherõta ab a quod eſt ſine ⁊ cheronta quod eſt ſalus: quia ſine ſalute ſunt lachryme ille. Matth. xiij. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Eſa. v. Dilatauit infernus animam ſuam: ⁊ aperuit os ſuū abſq₃ vllo termino ps. lxviij. Neq₃ vrgeat ſuper me puteus os ſuū. Puteus eſt profunditas humane iniquitatis: in quem ſi ceciderꝭ non claudet ſuper te os ſuū ſi clauſeris os tuum. Confitere ergo ⁊ dic. De profundis clamaui ad te domine. Clau/ dit os ſuum ei qui confitetur. iuxta illud. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ quorum tecta ſunt peccata. Quidam ſenex migrãs cū crederetur mortuus ad ſe reuerſus fleuit incõ

D: etiã baratrũ

D: ⁊ herebus.

Dicit a/ cheron/ ta.

ſolabiliter dicens frequenter. Veh mihi quia non fleui. Veh mihi q₃ nõ fleui. Veh mihi q₃ non fleui. Fletus autem illic erit infructuoſus qui hic eſt vtilis ⁊ precioſus beatus Aug. Fruſtra ibi flebunt peccatores qui malorum ſuorū veniam non conſequentur.

¶ De punitione .§. iiij.

reproborū in corporibus poſt vltimam reſurrectionem. ꝙ cruciabuntur in igne inferni cõ/ tinue. nec tamen conſumenf vel deficiẽt. Matthei. xxv. Dicet iudex vniuerſorum dominus Jeſus reprobis: qui a ſiniſtris erunt iudicãdi reſuſcitatis in corporibus ſuis. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum. ⁊ Eccleſiaſti. vij. Vindicta. ideſt punitio carnis impij ignis et vermis. Hic ignis ait beatus Auguſtinus excellit omnem penam quam aliquis vnquā eſt expertus in vita iſta. Dicitur cõmuniter a ſapientibus ignem noſtrum quo vtimur eſſe quaſi ignis pictus reſpectu illius ignis infernalis: q₃ ita eſt afflictiuus ꝙ reſpectu eius ignis noſter nullam afflictionẽ videtur ingerere humano corpori poſito ſuper eum. Sed ſi aliqs nũc cum caſu tangitur ab igne iſto ſentit dolorem intenſum. quid faciet miſer damnatus ibi ſemper manſurus. Eſa. xxxiij. Quis de vobis habitare poterit cum ardoribus ſempiternis: qs habitabit cum igne deuorante. Et quia infidelibus videtur corpus humanum in igne ma/ nere ⁊ non conſumi impoſſibile. voluit deus oſtendere per exemplum trium puerorum. ananie: azarie: ⁊ miſahelis. qui miſſi ſũt a Nabuchodonoſor in fornacem ardentem. nec tamen cõſumpti ab igne. Danielis. iij. capitulo. In multis quoq₃ rebus naturalibus oſtendit deus multa fieri preter ſolitum curſum nature in alijs rebus. Sicut enim dedit naturã ⁊ proprietatem certam rebus. prout voluit. ita ⁊ poteſt immutare ⁊ dare. aliam cum vult. Unͣ hoc per multa exempla oſtẽdit beatus Auguſtinus in. xxj. de ciuitate dei. c. v. ⁊ ſequenti. Conuincantur icreduli poſſe humana corpora animata atq₃ viuentia nõnunquam morte diſſolui: ſed in eternorum quorum ignium durare tormentis. cum ſint animalia profecto corruptibilia quia mortalia. que tamen medijs ignibus viuant. Nõnullum etiam genus vermium in aquarum calidarum ſcaturigine reperiri. quarum feruorem nemo impune contrectet. Illos autem non ſolum ſine ſui leſione vlla ibi eſſe: ſed extra eſſe non poſſe. ꝙ ſi eadem incredulitate contendant: quia hec animalia nec ſemper viuunt. ⁊ in illis feruoribus viuunt. Si mirabile eſt in ignibus doleret tamen viuere: mirabilibus eſt

Corpꝰ humanũ in igne manẽ ⁊ nõ cõ/ ſumi eſt impoſſibile.

bilius eſt viuere in ignibus ⁊ non dolere. Si
hoc creditur: cur non illud? Sed nullum in/
quiunt: ſcilicet increduli corpus eſt quod do/
lere poſſit: nec poſſit mori. Quibus dicitur. Et
ſi nulla caro nunc eſt que ſenſum doloris per/
peti poſſit moriqꝫ non poſſit. erit tunc tamen
talis ſcilicet in vltima reſurrectione. qualis nũc
non eſt. ſicut talis erit mors qualis nunc non
eſt. Attendunt iſti contradictores nunc nullaʒ
eſſe carnem que dolorem pati poſſit mortem/
qꝫ non poſſit: ⁊ non attendunt eſſe tamen ali/
quid tale quod corpore maius eſt. Ipſe quip/
pe animus cuius preſentia corpus viuit ⁊ re/
gitur. ⁊ dolorem pati poſſit ⁊ mori non poſſit.
Ecce inuenta eſt res que cum ſenſum doloris
habeat: immortalis eſt. Hoc igitur tunc erit in
corporibus damnatorum: quod nunc eſſe ſci/
dere ſenex:quia video ſuper te mirabilia. Ha
bebat.n. tunc ſecum euangelium. Qui com/
punctus acceſſit ad beatum Andream apoſto/
lum narrans factum ſuum. Pro quo orãs diu
dominum pro remiſſione peccatorum illius ⁊
continentia audiuit vocem de celo dicentem
ſe exauditum:ita tamen ꝙ ⁊ ſenex penitenti/
am ageret ſex menſibus ieiunando ⁊ orando.
Hec ergo agens:⁊ pauperibus cuncta diſtri/
buens ſalutẽ obtinuit ⁊ caſtimoniã. ¶ Quã
tum autem ſit periculoſa ⁊ pernitioſa iſta ob/

duratio oſtendit beatus Bernardus in lib. ad Eugenium papam de conſideratione dicens. Nemo duri cordis ſalutem vnq̄ adeptus eſt: niſi forte cui deus abſtulit cor lapideum ⁊ dedit ei cor carneum. Ipſum enim cor durum eſt quod nec compunctione ſcinditur: nec pietate mollitur. nec precibus mouetur: minis non cedit: flagellis obduratur. Ingratum ad beneficia: infidum ad conſilia: promptum ad iudicia inuerecundum ad turpia: impauidum ad periculoſa: inhumanum ad humana: preteritorum obliuiſcens: preſentium negligens: futurum non proſpiciens. Et breuiter vt cuncta vno verbo comprehēdamur. Ipſum eſt: quod nec deū timet nec homines reueretur. De quo dicitur. ſ. Eccli. iij. Cor durum male habebit in nouiſſimo. Hodie igitur ſi vocem eius. ſ. dei audieritis nolite obdurare corda veſtra. Nam ipſa duritia facit hominem ponderoſum. Eſt enim peccatum vt quoddam pondus anime. ſʒ illud ps. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me. ſcilicet iniquitates. Peccatum autem ſm beatum Gregorium quod per penitentiam mox non diluitur: ſuo pondere ad aliud trahit. Quāto igitur quis magis induratur: tanto peccata multiplicat. per conſequēs ponderoſior efficit. Anima quidem noſtra de ſe leuiſſima eſt: nullum pondus mariale habēs. Sed corpus quod corrumpitur. ait Sapiens. aggrauat animam. cū eſt vnitum cum ea. Separata autem ſi ſit ſine peccato adeo leuis eſt ꝙ in momēto in ictu oculi ſupra celum peruenit vſqʒ ad conſpectū dei. quo peruenire non poſſet. ſcilicet vſqʒ ad ꝑmū etiam celum: nec aquila: nec alia auis: etiam toto tempore vite ſue. In mortali, autem egreſſa ita ponderoſa eſt per peccatum. ꝙ conſiſtere nō poteſt vel in modico. quin ad profundum inferni deſcendat. Et in hoc patet ꝙ eſt ponderoſior anima. propter peccatum omni re ponderoſa. Nam ſi maſſa plumbea eſſet vbi eſt luna: cum caderet eam terra retineret. Sed peccantem ſpiritum angelicum non potuit retinere firmamētū (quod ſic dicitur ꝓpter ſuā firmitatem) nec terra nec aliqua corporea creature vel natura retinere potuit, quin caderet ad iſerni nouiſſima. Unde zacha. v. Iniquitas dicitur ſedere ſuper talentum plumbi. vt edificetur ei domus in terra ſennaar. i. inferni. ⁊ Eccl. xxij. dicitur. Super plumbum quid grauabitur: quaſi diceret nihil. Et poſt arenam ⁊ ſalem ⁊ maſſam ferri facilius eſt ferre. q̄ʒ hominem imprudentem ⁊ fatuum ⁊ impium. Cum hoc autem pondere non poteſt non ſolum per artam ⁊ altam viam currere vel ambulare: ſed nec ſerpere vel erigere: niſi onere depoſito. Et ideo hortatur apoſtolus ad Hebre. xij. Deponentes oē pondus. ſcilicet iniquitatis ⁊ circunſtans peccatum curramus ad propoſitum nobis certamen.

Tertium nocu/ .§.iiij.

mētū peccati propter quod timendum eſt ⁊ ab eo abſtinendum. quia facit ſeruum viliſſimum ⁊ deſpectum. Nil certe vilius peccato quia nihil eſt. i. non eſt aliqua creatura. ſʒ priuatio boni. Peccatum autem facit perpetrantem ipſum ſeruum peccati. ⁊ conſequenter diaboli. Unde chriſtus Joānis. viij. Qui facit peccatū ſeruus eſt peccati. Et. j. Pe. ij. A quo quis victus eſt ei ſeruus addictus eſt. Beatus Auguſti. bonus homo ſi ſeruit ſcilicet alicui domino temporali: liber eſt. Malus autem ſi regnet: ſeruus eſt non vnius hominis: ſed qḋ peius eſt tot dominorum quot vitiorum. Unde ⁊ bragmani ſcripſerunt. Alexandro magno. vt legitur in hyſtoria tranſmarina. Tu hoſtes exteriores expolias. vt interiores nutrias. Tu homines tue ſeruituti ſubijcis: ⁊ intus tuis interioribus ſeruis. Uos nullam partem veſtri corporis poteſtati veſtre reliquiſtis quin ide tributarij ſitis. Uos tot deos aut dominos aſſeritis. quot membra habetis. Mineruam deam capitis dicitis per ſapientiam. Junonem. quia iracunda deam cordis. Martem quia bellicoſus deum pectoris. Mercurium. quia multiloquus deum lingue. Herculem. quia magne fortitudinis deum brachiorum. Bacchum. quia ebrioſus deum gutturis. Cupidinem quia fornicator deum renū. ⁊ ſic de alijs. ¶ Accidit deuicto a peccato vel diabolo ſicut de ceruo de quo dicunt naturales. ꝙ ex quo ſemel vincitur ab alio ceruo. ſemper poſtea quaſi dominum ſuum iudicans ⁊ recognoſcens cum ei occurrit caput inclinat: et cornua dimittet quaſi in ſignum ſubiectionis ⁊ ſeruitutis. In huius ſeruitutis figuram eſt ꝙ Sedechias rex hieruſalem captus ab exercitu Nabuchodonoſor in reblata excecatus duct⁹ fuit captiuus ⁊ ſeruus in babylonem. Hieremi. xxxix. Sic animus hominis rex factus ſuperne hieruſalem per gratiam ſi capitur ab exercitu vitiorum qui eſt exercitus demonis excecatur in ratione. ⁊ ſeruus ducitur in Babylonem infernalem. Facit igitur peccatum hominem abiectiſſimum ⁊ viliſſimum. Maxime enī vilitatis eſt cōditio ſeruilis: et tanto magis quāto dignioris conditionis eſt qui efficitur ſeruus: ⁊ vilioris qui efficitur dominus. Seruitus enim hominum que etiam per peccatum inducta eſt: non inducitur in totum hominem. quia ſolum in obſequijs exterioribus corporis. ſed non in interioribus animi. Unde Seneca. Errant qui eſtimant ſeruitutem in totum hominem deſcendere pars melior excepta eſt.

Co:pora dicimus obnoxia. mens ſui iuris eſt: vnde p:ecipienti domino aliquid mali: nullo modo tenetur nec debet obedire. vt dicit Hie/ rony. xj. q. iij. ſi dominus. Sic ſeruitus peccati deriuatur ad animam p:incipaliter. ⁊ capit eã. cuʒ tamen anima ſit de ſui natura nobiliſſima ⁊ peccatum vt dictum eſt quid viliſſimũ. Un/ de Seneca. Si ſcirem deos ignoſcituros ⁊ ho mines ignoꝛaturos adhuc dedignarer pecca/ re. Et quidam philoſophus cum incitaref ad peccandum ſibiipſi reſpondit. Erubeſce celuʒ intrare in cenum. Eſt anima noſtra illa marga/ ritam p:ecioſa ꝙ celeſtis negociatoꝛ omnia bo na ſua dedit vt compararet eam ſm euangelicaʒ parabolam. Matth. xiij. Sed peccatum nimis viliſicat eam a deo ꝙ non capiat locum niſi im mundiſſimum ſcilicet ſentinam mũdi. ideſt in fernum. Et ideo dominus vt ſe peccatoꝛ conſi/ deret ⁊ vilitateʒ deponat peccati exhoꝛtãs ait. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Hiere. ij. ideſt peccata ſequens. Beat⁹ Augu: Quid tũ es o homo hominem in ſinu ſuo po ſitum abijcit deus a ſuo ⁊ ſuoꝛum conſoꝛtio. Abijcit a mundo ⁊ p:oijcit in ſentinam infer/ ni cum diabolo: propter hoc ſcilicet peccatum lucifer vilis ⁊ abiectus abijcitur de conſoꝛtio angeloꝛum ſicut lep:oſus. Adaʒ eijcitur de pa radiſo. Saul a regno. j. Regum. xv. Nabucho donoſoꝛ ab humano conſoꝛtio. Dan. iiij. Et id dicitur in pſal. xliij. Homo cum in honoꝛe eẽt non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipi/ entibus. Nec ſolum ſimilis illis: ſʒ vilioꝛ ⁊ ab iectioꝛ eis Bernar. O ꝗ̃ miſera conditio pec catoꝛuʒ que de filio facit ſeruum poꝛcoꝛum: vt p:odigus oſtendit. Ecce quomodo de grege fa cta tam egregia creatura. Puto dicerent iumẽ ta ſi loqui poſſent. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.

¶ Quartum nocu/ .§. v.
mẽtuʒ peccati eſt: quia reddit immundũ ⁊ ma culoſum. Dicit apoſtolus ꝙ chꝛiſtus elegit ſibi eccleſiam vt ſponſam non habentem maculaʒ ſcilʒ peccati neqꝫ rugam erroꝛis. Et de trium/ phanti dicitur Apoc. xiiij. ſine macula ſunt an te thꝛonum dei. De militanti. ps. c. Ambulans in via imaculata hic mihi miniſtrabat. Qui er go habet maculam peccati neqꝫ in militanti ec cleſia eſt per meritũ neqꝫ in triumphanti erit per premiuʒ. Quãuis autem peccatum venia/ le obſcuret aliquantulum animaʒ. propter qđ beatus Augu. dicit ꝙ cauenda ſunt ⁊ timẽda. ne multiplicata faciant naufragium mentis ſubmer gi. ſicut gutte aque intrantes in ſentinam ni/ ſi euacuetur. non tamen generat maculaʒ: ſicut moꝛtale quodcunqꝫ ſm Tho. in. iiij. que macu la nõ eſt materialis: ſed ſpiritualis ſcilicet quę dam diſſimilitudo diuine bonitatis. Eſt enim deus ſumma bonitas ſine aliquo defectu. Un de Sapien. vij. de eius ſapientia dicitur. Spe culũ ſine macula ⁊ imago bonitatis. Ania igi tur cum habet aliquod moꝛtale dicitur macu lata propter talem diſſimilitudinẽ ab eo ⁊ con trarietatem malicie. ⁊ quanto plura ⁊ grauio ra pecca habet: tanto dicitur magis maculata ⁊ longioꝛ a deo ⁊ diſſimilioꝛ. ¶ Ex quo etiaʒ di citur anima fetida immunda ⁊ coꝛrupta. ps. Coꝛrupti ſunt ⁊ abomina. facti ſunt in ſtudijs ſuis. ideſt operibus in quibus multum inten dunt ⁊ laboꝛant. Et modicum fermentum (ait apoſtolus. j. Coꝛ. v.) totam maſſam coꝛrumpit ſcilicet congeriem bonoꝛum operum. Hoc pec catum eſt lepra immundicie: cui nõ licet adhe/ rere ne alia immunda faciat. ſiue ſit lepra in ca pillis. i. cogitationibus ſiue in cute exterioꝛis operationis: Siue in veſte maniſeſte priuatis. Siue ſit in domo que frequentatur ſcilʒ male conſuetudinis. Omnia iſta immundam red/ dunt animam ⁊ abominabilem. Figuram hu/ ius habes Leui. xiij. ⁊ xiiij. Tanta eſt hec im/ mundicia vt ad eius comparationem omnem immundiciam coꝛpoꝛalem quantumcunqꝫ le/ pre plagarum ⁊ vlcerum deus ⁊ ſancti qui re/ ctum iudicium habent nullaʒ eſtimant. Ex coꝛ de exeunt cogitationes male. furta: blaſphe/ mie: adulteria: ⁊ huiuſmodi. Et hͤ ſunt que co/ inquinant hominẽ. ait magiſter veritatis chꝛi ſtus. Matthei. xv. Non lotis manibus mãdu care vel etiam lutulentis: non coinquinat ho/ minem. Tanta eſt huiuſmodi immundicia vt nulla ablutio terrena hanc immundiciam tol/ lere poſſit ⁊ maculas: niſi de⁹ aqua celeſtis gra tie figurata aqua ioꝛdanis in qua Naaman ſy rus totus immundus lepra lotus mundatus eſt ad plenum: ⁊ reſtituta eſt caro eius ſicut ca ro pueri paruuli. iiij. Regum. v. Beatus Au guſtinus. Nemo tollit peccata niſi chꝛiſtus q eſt agnus dei tollens peccata mundi remitten/ do que facta ſunt: adiuuando ne fiant: et ad vitam perducendo. vbi fieri nõ poſſunt. de cõ/ ſecratio. diſtinctio. iiij. Et hoc virtute ſue diui nitatis. Tanta eſt huiuſmodi immundicia vt ad huiuſmodi ablutionem faciendam neceſſari/ um fuerit dei filium de celo deſcendere: carneʒ aſſumere: crucem ſubire: vt in ſanguine ſuo a/ ferretur iſta macula immũdicie. Apoc. primo. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ad hanc remouendam tot lauacra ſtatuit deꝰ diluuiũ: ignem iudicij ⁊ purgatoꝛij: tribulatio/ num ⁊ martyrioꝛum lachꝛymarum: ſacramen/ toꝛum verboꝛum ſuoꝛuʒ. Abijcite ergo ait Ja cobus apoſtolus in canonica ſua: omnem im

Peccati macula aſſimilatur lepre.

mundiciam ⁊ abundantiam malicie. Immundiciam terre.i.animalium terreſtrium immūdorum. quales ſunt qui propter amorem terrenorum poſtponunt celeſtia. Immundicij aque que eſt piſcium immundorum dum facit homines fluere per immundas cogitationes curioſe diſcurrere in ſcientijs.⁊ volutari i carnalibus. Immundiciam aeris.i.volatilium immūdorum eorum qui volant ⁊ querunt alta dignitatum. Immundiciam ignis alieni: inuidie et preſumptionis quo combuſti ſunt Nadab et Abiu filij Aaron qui preſumpſerunt cū igne alieno dn̄o offerre. q: beati imaculati in via.

¶ Quintum nocu/ .§.vi.

mentum peccati eſt: quia oſtendit hominem ſatuum: vnde ⁊ deridendū. Cōmuniter in libris ſapientialibus peccatores ſtulti dicūtur. vnde quia peccatores ſemper in mūdo abundāt. Dicitur Eccl'.i. Stultorū infinitus eſt numerus. ſtulticia contraria eſt ſapientie. Sicut ergo ſapiens permaxime dicit qui bene iudicat de vltimo fine hominis. ita ⁊ ſtultus qui male iudicat: ⁊ falſe de vltimo fine ſcilꝫ deo preponēdo creaturam creatori: ⁊ bonum tpale eterno. Ex ſeptē oſtenditur peccator fatuus. Ex via: ex cura: ex menſa: ex domo ſua: ex pugna: ex gloria: ex opere. ¶ Et primo ex via. Poſui vos vt eatis. ait chriſtus. Et cū oporteat nos ambulare vel verſus hieruſalem ſupernā: vel verſus babylonem infernalē. ⁊ veritas que mentiri non pōt docuerit que ſit via ducens ad vtrāqꝫ ciuitatē hieruſalem plenā omnibus bonis. ⁊ babylonem plenā omnibus miſerijs dicēs. Arta eſt via que ducit ad vitam ſcilꝫ via virtutum ⁊ penitentie. ⁊ pauci vadunt per eā. Et lata ⁊ ſpacioſa via que ducit ad mortē. ⁊ multi incedūt per eam. ſ. via viciorū ⁊ voluptatum. Peccator eſt ita ſtultus ꝙ cū habeat eſſe certus de ſententia iſta eligit potius incedere per viā peccatorum per quā vt bos ad victimā ducit videns multos talem viā amplecti ꝙ̄ cū modico labore in virtutib' ſe exercere. Un̄ bene dicit Prouer.i. Sapientiā ⁊ doctrinam.i. ſapiētie doctrinam xp̄i ſtulti deſpiciūt. Sed in inferno poſiti dicūt. Nos inſenſati vitam illorū ſcilꝫ iuſtorū aſperam eſtimabamus inſaniā: ⁊ finem eorū ſine honore. Ecce quō cōputati ſunt inter filios dei. Sapien.v. ⁊ nos vt fatui inter filios diaboli. Ex cura oſtendit fatuitas peccatorū. Fatuus enim reputatur qui nullam curam ſui vel ſuorum habet. Nec in infirmitatibus ſuis ⁊ ſuorū aliquam curam per ſe vel alios ad ſanandū adhibet. q nimmo freneticus extra ſe moleſte recipit curā habentes ſui ne pareat. Erat dicit Eſa. xxx. Fatuus fatua loquit ⁊ cōtumelias inferēs tis qui reprehendūt vitam ſuam. Et ſic curam ſui vel familie ⁊ ſuorum alicui cōmittit fatuo: qui nec curare nouit alios nec ſeipſum. Familiam filios cōmittit erudiendos laſciuis. Alexāder magnus in pueritia ſub pedagogo leonide malis moribus imbutus in adoleſcentia et iuuentute illos dediſcere nequit. O quāta ſtulticia in prelatis: qui cōmittunt curam animarū perſonis quibus non cōmitterent pecuniā nec forte pomorū ſportā bea. Bernar. ſic ſtulti eſtimationē de maximis minimā: ⁊ de minimis maximā curam gerunt. Hi ſimiles cuidā fatuo epō qui ſollicitudinem maiorē oſtendit de cuſtodia calati pirorū pleni: ꝙ̄ de multitudine animarū ſui epiſcopatus. Cū enim contuliſſet cuidam ſuo nepotulo archidiaconatū: ⁊ p̄ſentatum ſibi fuiſſet caniſtrū ſuauium pirorum: querebat cogitans cui cōmendaret vt ſalua fierent. dixit dict' nepotulus archidiaconus. Domine mi cōmenda mihi. Cui epiſcopus. Non confido de te male mihi cuſtodires. Quidam autem magiſter ibi exiſtēs ⁊ familiaris ait. O miſer que fatuitas iſta. Commiſiſti infinitū numerum animarum: cui non audes committere calatum pirorum. ¶ Tertio ex menſa apparet ſtulticia vbi ſunt diuerſi cibi ⁊ potus toxicati: ſed melle vel zuccaro ab extra liniti: ⁊ in vaſis aureis propinati. Certe omnino fatuus eēt qui tales cibos ⁊ potus ſibi paratos. ⁊ tales declaratos eſſe a fidedignis propter pulchritudinem vaſorum ⁊ dulcedinem ciborum aliquem illorū comederet cum mors peſſima inde procul dubio ſit ſecutura. Prouer.i. Uſqꝫquo paruuli diligitis infantiam. ſtulti ea que ſunt ſibi noxia concupiſcunt bea. Grego. Quid inſanius ꝙ̄ pro modica delectatiōe carnis eternis ſe obligare ſupplicijs. In huius figurā habetur Exo. ꝙ̄ qdam de pplo iſrael cū eſſent in deſerto: paſti māna ſuaui celeſti: appetentes delectationes ciborū carnium: ignis conſumpſit eos dū illos comediſſent. ps. Adhuc eſce eorū erāt in ore ipſorum: ⁊ ira dei aſcendit ſuper eos ⁊c̄. ¶ Quarto pꝫ fatuitas peccatoris. ⁊ oſtenditur ex domo ſua. ſ. mentis. qm̄ ſcilicet ignē ponit in ea. vnde ſe ⁊ omnia bona ſua cōſumat ignē ſcilicet carnalis delectatiōis ire vel inuidie vel alterius peccati que conſumit in eo vitā gratie ⁊ omnia bona virtutū. Job.xxxi. Ignis eſt vſqꝫ ad conſummationē deuorans ⁊ omnia germina eradicans. ſ. bonorū operū. Sic ſardanapalus rex aſſyriorū totus effeminatus ⁊ laſciuijs deditus. cum vidit ciuitatem ſuā obſeſſā ab exercitu ⁊ non poſſet reſiſtere: ſeipſum in domo combuſſit: cum omnibus ſuis rebus precioſis. Similis eſt huiuſmōi aui phenici: que antiquata multas radices aromaticas in nido

Peccator aſſimilat fatuo.

colligit ⁊ ſeipſam comburit. ¶ Quinto quia cum ſit poſitus in pugna continua. quando vt dicitur Job. vij. Militia eſt vita hominis ſup terram. propter quod oportet arma habere. ſꝫ illud apoſtoli ad Eph. vj. Sumite armaturam dei vt poſſitis reſiſtere aduerſus inſidias diaboli. Ita fatuus eſt ꝙ proijcit arma quibus ſe poterat defendere. Unde phia boetio. Talia tibi arma contuleramus que niſi pus abiecliſſes nunꝙ victus fuiſſes. Uel eſt negligens: quia pmittit latrones ſibi arma auferre: vnde poſſit vulnerari. Superbia furatur ei calcaria timoris mortis temporalis ⁊ eterne: ⁊ enſem timoris diuie iuſtitie: ⁊ vulnerat in oculis. Inuidia vulnerat in naribus ne odorem proximi bonorum ſuſtineat: ⁊ aufert ei loricam iuſtitie: que connectit ſimul multos anulos ſcilicet virtutes. Ira aufert ſcutum patientie ⁊ vulnerat in auribus. Pigritia aufert equuꝫ corporis ne eo vtatur ad laborem ⁊ vulnerat in pedibus. Auaritia furatur lanceam mie ⁊ pietatis elemoſynarum ⁊ vulnerat in manibus. Luxuria aufert ⁊ cingulum ⁊ brachas continentie: ⁊ vulnerat in lumbis. Gula aufert galeam ſpei ſalutis per quam cuſtodit corpus rationis. ¶ Sexto fatuitatem peccator oſtendit in gloria: p momentanea laude gloriam eternam poſtponens. Unde in numero eſt quinꝗ fatuarum virginuꝫ: que accipientes lampades ſuas non ſumpſerunt oleuꝫ in vaſis ſuis. que ideo excluſe ſūt a gloria nuptiaꝝ ſponſi. vt habetur parabolice Mat. xxv. ⁊ exponit beatus Aug. ſignare eos ⁊ eas. que ⁊ ſi habeant in ſe integritateꝫ quinque ſenſuuꝫ conſeruando. quaſi virgines ex hoc lucentes vt lampades. per exempla operum exteriorum. tamen quia non habent oleū in vaſis. i. letitiam ſpiritualem que exurgit in cordibus ex pura intentione bonorum operū. vt ſcilicet fiant propter deum: priuātur gloria eterna finaliter. ¶ Septimo in opere ſuo peccator oſtendit fatuitatem. quia ſcilicet cum habeat magnā farcinā pctōꝝ quā ferre nō pōt. adhuc addit alia que plus onerent. ſꝫ illō Apoc. vlt. Qui in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc. Exēplū in vitaſpatrum. Oſtendit angelus homies laborantes triplici fatuitate ſub his exemplis: Oſtendit enim quēdam facientem ſibi faſciculum de lignis. ⁊ cum pre grauedine nō poſſet illud ferre: adhuc alia ligna addebat. Secūduꝫ qui cūm aquam de puteo cū labore hauriebat multo: hauſtam fundebat ſuper terram quē ab ſorbebatur ab ea. Tertiūm portantem trabem. ⁊ cum vellet cum ea intrare domum tenebat eam ex tranſuerſo ſibiipſi ponens obiceꝫ ad nō valendum intrare. Sic peccator fatuus eſt: qa dum habet multa grauia peccata cum oneraria non minuit ea: ſed auget addendo alia. Secundus eſt qui laborat ſatis pro gratie aqua acquirenda ⁊ per incuriam eam amittit. Terti⁹ eſt qui per rigorem inobedientie ⁊ ſupbie vult intrare in donum dei.

¶ Sexto pecca- .§. vij.

tum eſt timendum ⁊ fugiendum: quia ſpoliat hominem cunctis bonis ſpiritualibus ⁊ amaritudinem inducit ⁊ anguſtioſum facit. Quod ſpoliatum ⁊ nudum virtutibus faciat. oſtenditur Luc. j. dum dixit. b. Maria diuites ſcilicet peccatis dimiſit inanes. vacuos ſcilicet bonis Thren. j. Manum ſuam ſcilicet hoſtis diabolus vel peccatum miſit ad omnia deſiderabilia eius: ideſt precioſa auferenda. In huius figuram Judicum. vj. habetur. ꝙ per ſepteꝫ annos veniebant madianite in terram iſrael poſtquā malum fecerant in conſpectu domini filij iſrael. ⁊ cuncta vaſtabant ⁊ nihil omnino relinquebant ad vitam pertinens. Sic demones peccatoribus malum facientibus ⁊ ſibi ſeruientibus in ſeptem peccatis mortalibus faciunt: qꝛ ſpoliant animam virtutibus: nec relinquūt in ea aliquid pertinens ad vitam gratie vel glorie. ¶ Et que bona auferat diabolus: magis particulariter oſtenditur per figuram in libro Machā. quando ſcilicet antiochus peſſimus tyrannus aſcendit hieruſalem. ⁊ intrans in templum abſtulit omnia precioſa eius. inde Antiochus interpretatur ſilentiuꝫ paupertatis. ⁊ ſignificat diabolum ſeu peccatum. qui ſilet paupertatem bonorum ſpiritualium. ad quam animam inducit. Intrat enim templum dei: ſcilicet cor cum ſuperbia contēptus dei. Et aufert ſeptem genera bonorum ſpiritualium ibi figurata. Primo quidem altare aureum. quod ſignat xp̄m dei ſapientiam. cuius guſtum peccator perdit. Secundo aufert candelabrum cū ſeptem lucernis: ideſt gratiaꝫ ſpiritusſancti cū ſeptem donis eius vel beatitudinibus. Tertio furatur menſam propoſitionis in qua cōtinuemanebant. xij. panes propoſitionis. Et hec eſt fides formata cuꝫ. xij. articulis. Quarto aufert de templo anime cortinas ſeu vela de quatuor coloribus. Que ſignificāt quatuor v̄tutes cardinales: prudentiam: iuſtitiam: fortitudinem: ⁊ temperantiam. Immo vaſa templi ⁊ libatoria: ideſt in quibus ſolida ponebantur. vt farina vel panis ⁊ huiuſmodi. Et ſignificat pertinentia ad ſpem: que futuram beatitudinem facit prelibare. Phialas quoꝗ in quibus continebantur liqda. vt vinum oleum ⁊ huiuſmodi. ⁊ ſignificant viſcera pietatis vt non liqſcat lachrymis compunctionis deuotionis ⁊ compaſſionis. Mortariola etiam in quibus aro

mata. vt thus ꝛ thimiama redigebãtur in pul-
uerem. que ſunt meditationes ꝛ affectiões hu
militatis. que ceteras virtutes humiliant ꝛ quaſi
in puluerem redigunt odoriferum. dum hu-
milis de ſe ſentit virtuoſus. Quinto vela ſeu
cortinas de ſagis ciliciniis: ideſt fructū ſeu opus
penitentie ꝛ auſteritatis. Sexto ornamentum
aureū: ſcilicet charitatis ꝛ corone premia. Sep
timo auſert vaſa concupiſcibilia: ideſt opera
facta in gratia quoad meritū dū moratur in
peccato. His bonis erat ſpoliatus ille pauper.
De quo dicitur Apo. iij. Dicis quia diues ſum
ꝛ locupletatus: ꝛ nullius egeo: ꝛ neſcis quia mi-
ſer es pauper cecus ꝛ nudus. Quod amaritu-
dinem inducat peccatum. habes Hiere. ij. vbi
dicit dominus anime peccatrici. Scito ꝛ vide
quia malum ꝛ amarum eſt tibi dereliquiſſe te
deū tuū: ſcilicet per peccatū ꝛ timorē eius
non eſſe apud te. Malum quidem eſt quod eſt
priuatio boni ſcilicet virtutum. vt dictum eſt.
Amarū: quia inquietudinē ꝛ punctionē in-
ducit. Unde philoſophus dicit quod omnis ma-
lus impletur penitudine propter remorſū ſci
licet conſcientie Eſa. lvij. Cor impij quaſi mare
feruens quod quieſcere non poteſt ꝛ. b. Aug.
in lib. confeſ. Juſſiſti domine ꝛ ſic: vt omnis in
ordinatus animus ipſe ſibi pena ſit ideſt ſpar-
git deus amaritudines ſuper illicitas cupidi-
tates. b. Amb. O quam magna eſt amaritudo pec
catorū meorū. pro qua tollenda tanta fuit ne
ceſſaria amaritudo ſcilicet paſſionis ꝛ mortis
chriſti. Uerūtamen nutriti in peccatis non ſentiūt
iſtā amaritudinē: quia ſimiles facti ſunt pi-
ſcibus maris. qui propter aſſuetudinē nutri-
menti ex aqua maris amara ſeu ſalſa eſtimant
aquā illā dulcē. Similes etiā ſunt mulieri
pregnanti cui amara ſapiunt: ꝛ ſuauia faſtidi-
unt. Si qui conceperunt dolorē ꝛ pepererūt
iniquitatē ponunt dulce in amarū: amarū in
dulce. vt dicitur Eſa. v. Et hoc propter palatū
infectū febre peccati. Legitur quod cū quidā fa-
tuus audiret multū cōmēdare falconē domi
ni ſui de bonitate: occidit eū ꝛ comedit. Et cū
plangeretur ab amicis domini ꝛ cōmendaret
ob eis de bonitate: neſcientes quid actū eēt de
eo dixit fatuus. Falſum eſt. quia ego comedi
eū cū audirē tantū cōmendare putans eē
ſuauiſſimū cibū: ſed nunquā comedi ama-
riores carnes. Sic homines fatui credentes inue-
nire multā dulcedinē in peccato in fine inue
niunt multā amaritudinē. ¶ Unde legitur
de quadā virgine que diu caſte vixerat. ꝛ cū
inſtigaretur a diabolo de luxuria ad experien-
dā delectationē eius maximā. ꝛ quidā etiā
viuens honeſte nimis familiariter cū ea con-
uerſaretur etiā virgo. tentatus ꝛ ipſe ad experi-
endū huiuſmodi delectationē. Demum victi
a diabolo cōmixti ſunt ſimul. Qua delectatiōe
experta ad tantā amaritudinē deuenit quod vir
ginitatē amiſiſſet propter tā vilem ꝛ turpem
ꝛ momentaneam delectationem quod pre amari
tudine mortua eſt.

¶ Septimo ꝛ vl- .§. viij.

timo peccatū facit hominē monſtruoſū ꝛ variū
ſeu inſtabilē Thren. j. Peccatū peccauit hieru
ſalē propterea inſtabilis facta eſt. Unde ꝛ cayn
poſt peccatū ait dño. Ecce eijcis me hodie a fa
cie tua. vagus ꝛ profugus ero ſuper terrā. Et
poſtea dicitur quod poſuit dñs ſignū in cayn. Et
hoc fuiſſe dicitur. quia erat tremulentus ſeu
paralyticus quod eſt quid monſtruoſū. Unde
ꝛ. b. Aug. in vlti. lib. de ciui. dei. narrat de qua
dā matrona vidua. que cū a filijs ſuis quos
decē habebāt fuiſſet offenſa propter quod eos
maledixit. ſubito omnes talis infirmitas appre-
hendit vt oīa eorū mēbra tremore quaterentur
quod erat ita monſtruoſū: vt oīū aſpectus ſe
conuerterent. Nonne valde monſtruoſū eſſet
ſi vnus homo eſſet qui haberet in ſe de natura ꝛ pro
prietate diuerſorū aīaliū. vt ſcilicet caput ha
beret hoīs. ſed mēbrū aliquod leonis: aliud
aſini: aliud porci: aliud canis: aliud vrſi. ꝛ hu-
iuſmodi. Sic euenit ait philoſophia Boetio
in lib. de philoſophica conſolatione. vt quē pro-
bitate deſerta diuerſis vitijs transformatū vi-
deas cū in diuinā conditionē tranſire non poſ
ſit. vertatur in beluā. ꝛ leo quidē efficitur per ſu
perbiā: porcus per luxuriā: vrſus per gulā: et
vulpis per doloſitatem: ꝛ ſic de alijs. Et perma
xime monſtruoſū aīal eſt prelatus. ꝛ quicūque
rector: male vite ꝛ exēpli. Unde. b. Ber. Mon
ſtruoſa res eſt gradus primus ꝛ animus imus
Sedes prima: vita infima. Lingua magnilo-
qua: manus ocioſa. Uultus grauis actus leuis ꝛc.
ꝛ Eſa. xxxiiij. dicitur de peccatoribus. Orient
in domibus eorū: ideſt conſcientijs ſpine ꝛ vrt
tice. ꝛ paliur in munitionibus eius. Et erit cubile
leonū ꝛ paſcua ſtrutionū. ꝛ occurrēt demonia
onocētauris ꝛ piloſus. ꝛ clamabit alter ad al-
terū. Ibi cubabit lamia ꝛ inuenit ſibi requiē.
Ibi habuit foueā ericius ꝛ enutriuit catulos
ſuos. Ibi congregati ſunt milui alter ad alterū.
Et paulo ſuperius dicit. Et ibix ꝛ coruus habi
tabūt in ea. Hec aīalia ſignificāt diuerſa vitia
peccatorū per que illis aſſimilāt. Similis ē pec
cator mōſtruoſo euāgelico. qui ſimul erat demo
niacus: cecus: ſurdus: ꝛ mutus. quē dñs ieſus
ſanauit Luc. xj. Nā peccator cecus eſt: quia nō vi
det finē ſuū ꝛ piculū vel monoculus ſicut in qui-
buſdā partibus dicūtur homines mōſtruoſi. quia nō hūt
niſi vnū oculū. ſ. ad terrena. Surdus eſt qui non

audit diuina precepta. Mutus eſt qui non fatetur peccata ſua: nec deum laudat in operibꝰ ſuis. Demoniacus ſurdus ab eo agitatꝰ ad omnia mala. Et breuiter peccatum facit hominē non ſolum demoniacum: cecū: ſurdum: et mutum. ſed omni miſeria miſerū. Prouerb. xiiij. Miſeros facit populos peccatū. b. Aug. Quid miſero miſertus: non miſerente ſe. Et ideo dicitur. Miſerere anime tue fili placens deo: ſcʒ amouendo a te miſeriam peccati.

¶ Timendum eſt in preſenti propter ſeptem pericula. Capitulum. vij.

SEcundo timendū eſt in preſenti propter periculorum multiplicitatem. Sed timore initiali vt meritum quis conſequatur et premiū. propter quod dicitur. Prouerb. xxviij. Beatꝰ vir qui ſemper eſt pauidus. Qui vero mentis eſt dure corruet in malum. Econtra. b. Hierony. Ego omnia tuta timeo. Vtiqꝫ timendū eſt nobis. quia hoc mare magnum et ſpacioſum manibus ideſt demonibus. ait pſal. Eſt hoc ſeculū in quo verſamur. Sed vt dicitur Eccli. xliij. qui nauigant mare enarrant pericula eius. q̄ vtiqꝫ tanta non ſunt in materiali mari. quāta in mūdi inhabitatione. et hoc ex ſeptem.

¶ Ex eorum immanitate.
¶ Ex hominum fatuitate.
¶ Ex conditionis fragilitate.
¶ Ex malorum ſocietate.
¶ Ex temporis qualitate.
¶ Ex ſubmerſionis propinquitate.
¶ Ex paucorum euaſibilitate.

¶ Et primo periculum in mari propter ventorum vehementiam et contrarietatē Dan. vij. Et vidit quatuor ventos pugnantes in mari: ideſt vanus timor: vanas ſpes: vanus dolor: et vanum gaudium. .§. i.

Secundo periculoſum eſt propter monſtruoſorum diuerſitatem que monſtrua deſignant Dan. vij. per quatuor beſtias que ſurgebāt de mari. Prima ſimilis leoni ſignificat ſuperbiā Secunda ſimilis vrſo ſignificat carnalem voluptatem concupiſcentie. Tertia ſimilis pardo auariciam. Quarta dentes habens ferreos: crudelitatem et maliciam. Vel ſignificāt quatuor genera perſecutionum in mundo: ſcilicet tyrannorum per cruciatus: hereticorum per doctrinam: hypocritarum per fictam vitam et antichriſti. ¶ Sunt et in hoc mari alia monſtra: ſcilicet ſyrene cantantes ſuauiter: ideſt piſces in mari. Que habent voces et ſuauiter cantantes vt faciant homines nauigantes obdormire et inde nauem perire. Hoc qui ſunt adulatores debemus. vt ait Hierony. ſurda aure tranſire. ad modum vlyxis ſapientis qui dicitur aures obturaſſe ne audiret voces earum. Adulatores. n. hmōi et blādi malorū ſuaſores. ad quorum cantus. i. ſuaſiones hoīes ſe precipitāt in pericula mūdi: ne audiant obturāde ſunt aures mētis cōſideratiōe deformatio peccati tanq̄ pice. et de hoc mari alia beſtia monſtruoſa exurgens malicie et inobedientie. de qua dicitur Apoc. xiij. Vidi beſtiam de mari aſcendentem que habebat ſeptem capita et decem cornua. Capita ſeptem ſunt. vij. vitia capitalia. Decem cornua ſūt tranſgreſſiones. x. preceptorum legis: per que pugnat diabolus contra nauigantes hoc mare: vt faciat perire. ¶ Tertio ſunt in mari pericula propter peccatorum ponderoſitatem: cum quibus ſunt et natant ſeu nauigant per mare. Qū enim nauis eſt nimis onerata: et precipue ex urgēte tēpeſtate niſi alleuiaretur ſubmergeretur. Onerat nauim alicuius congregationis peccatum graue aliquorum. ſicut nauis in qua nauigabat iudas cum apoſtolis in mari galilee periclitabatur. b. Amb. Caueamus proditorē iudam ne per vnum multi fluctuemus. xxiiij. q. j. non turbatur. ¶ Quarto eſt magnum periculum propter vaſis debilitatem. Eſt. n. corpus humanum et ſenſualitas fragilior omni vitro. Sed et nauis iſta eſt perforata ita q̄ intrāt paulatim aque tentationum et malarum delectationum vſqꝫ ad animā per foramina quinqꝫ ſenſuum. Et ſic paulatim et quaſi guttatim aque intrant in nauim per rimas. et niſi euacuarentur ita augerentur q̄ nauim ſubmergerent. Ita et et minima peccata niſi expellantur de mente per contritionem et alios pios modos ita aggrauant mentem q̄ de facili poſſit quis ſubmergi in infernum per mortale. Vnde. b. Augu. Quod facit fluctus irruens hoc ſentina neglecta. ¶ Quinto oſtenditur periculū ꝓpter defectum neceſſariorū ad viuendū et nauigandum. Carent. n. virtutibus per quas vt per inſtrumenta habent duci. Carent et vento gratie aure ſpiritusſancti: ſine quo non poteſt nauis procedere in bonum. Carent nutrimento ſpiritualiū conſolationū. ¶ Sexto oſtenditur periculū propter eorū varietatē. Numerat. n. apoſtolus varia pericula in que incurrit quibꝰ ſpiritualiter plenus eſt mundus. j. Cor. xj. Periculis fluminū carnaliū motuū ad voluptates: periculis latronū demonū vel ſuperbie et inanis glorie qui furantur theſauros ſpiritualiū bonorū. Periculis ex genere: ideſt conſanguineorū: propter nimiā ad eos affectionē. Periculis ex gentibus: ideſt infidelibus verbis vel factis inſtigantibus ad errores. Periculis in ciuitate: ex diuerſis officijs in iudicandorū nō

recte ⁊ ciuiliter conuerſando. Periculis in ſolitudine: per accidiam ⁊ preſumptionem ſui ipſius ⁊ propriam voluntatem ſequendo. Periculis in mari in ſtudio ſacre ſcripture que mare dicitur non ſane intelligendo: ſed falſo vt heretici. Uel in mari tribulationum ne deficiat. Uel penitentie ne recte agat. Periculis in falſis fratribus: ideſt hypocritis ⁊ doloſis ſimulantibus ſe amicos ad decipiendum ⁊ nocendum. ❡ Septimo oſtenditur periculū propter perplexitatem ⁊ implicationem malorum adinuicem. Aliquando enim quis eſt ita implicatus in aliquo negocio vt non videat modum euitādi: quin alterum malorum incurrat. Et dum vnum vitium vult euadere: in aliud inuoluitur. ſicut volendo vitare vanam leticiam incurrit accidiam ⁊ econtra. Unde legitur in vitaſpatrum ꝙ beatus Antonius vidit mundum totum plenum laqueis ſeinuicem connectentibꝰ. Et cū clamaſſet Anto. O quis iſtos euadet. Uox de celo ad eū facta ē. ſola humilitas.

❡ Secundum vn[illegible] .§.ij.

de oſtenditur magnitudo periculi huius mundi. propter quod ſemper in timore manendū eſt. Juxta illud. Niſi tenueris te inſtanter in timore domini cito ſubuertetur domus tua ſcilicet conſcientie. Eſt fatuitas hominum non videntium vel curantium de periculis: propter quod ſequitur in eis quod dicitur Eccli.iij. qui amat periculum incidit in illud. Et hec fatuitas oſtenditur ex ſeptem. ❡ Primo quia non vitant nec formidant homines ipſa pericula: nō attēdētes illud poete. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Sicut balaam ariolus aſſuetus monſtris. monſtra viſa nec ſtupebat nec formidabat. Ita iſti qui periclitantium viſa pericula non vitant ſimiles ſunt latronibus qui cum vident aliquem de latronibus ſocijs ſuſpendi. non propter hoc dimittunt furta. eſtimantes illud ſibi non eſſe venturum. ❡ Secūdo apparet fatuitas hominum: quia non ſolū non timent: ſed nec ſentiunt pericula in quibꝰ ſunt ad modum ebriorum ⁊ dormientium. Hi ſunt ſimiles Jone propter cuiꝰ peccatū nauis periclitabatur. Alij omnes clamabant ⁊ timebant attendentes periculum ſubuerſionis nauis. Ipſe ſolus in ea tempeſtate ⁊ periculo dormiebat Jone.ij. ⁊ ideo alijs innocentibus euadentibus: ipſe ſolus remanſit in periculo abſorptus a cete. ⁊ Prouerb.xxiij. Eris quaſi dormiens in mari ⁊ quaſi gubernator amiſſo clauo. ❡ Tertio apparet ex hoc quia non ſolum non ſentiunt periculū: imo etiā ipſum diligunt: adeo ꝙ ſe ſciēter in illud impingunt ⁊ immergunt: currentes ad loca que ſciunt ſibi periculoſa: ad loca vbi ſunt occaſiones peccatorum: vt in ſpectaculis mulierū ⁊ huiuſmodi Prouer. vij. De feneſtra domus mee proſpexi: ⁊ ecce video vecordem: ⁊ mulier occurrit ei in habitu meretricio ad capiēdas animas. Et paulopoſt ⁊ ſequitur eam quaſi bos ductus ad victimā ⁊ agnus laſciuiens. Et velut ſi auis feſtinet ad laqueum ⁊ neſcit ꝙ de periculo anime agitur. ❡ Quarto quia non ſolum pericula amant: ſꝫ periclitantibus ſe illaqueāt vt ab eis auelli nequeant: ad modum eorum que cum ſint in periculo ſubmerſiōis aliqui vt fatui volētes eos liberare mittunt ſe in aquis illos apprehēdendo: ⁊ cum illis ſe ſtringendo. Sed taliter aſtringuntur ꝙ pereuntes nunquam eos dimittūt: immo ⁊ cum eis pereunt. ſicut accidit cuidam vt in vitaſpatrum legitur. ꝙ cum ſeculum deſeruiſſet ⁊ in heremo deo ſeruiret: apparuit ei diabolus in forma viatoris cum multis litteris. dicens ſe miſſum a ſuis conſanguineis eo ꝙ mortui eſſent ſui ⁊ dimiſiſſent ei magnā hereditatem pauperibus diſpenſandam. niſi ipſe illuc iret: multa ſcandala orirētur de ſubſtātia illa. quod ille incautus pergens ad ciuitatē pro huiuſmodi re ſedanda ⁊ ſubſtantia erogāda: inuenit omnes incolumes. qui tamen rogatus ab eis vt cum ipſis remaneret: acquieſcens ſeculo ſe totum dedit. ❡ Quinto quia cum deberent ſe exonerare ⁊ explicare ab impedimentis in periculo ſiti. ad motum aquarū tumentium: vt nudi ⁊ expediti liberius poſſint natare ⁊ euadere ipſi ecōtrario magis ſe onerant ⁊ implicant rebus temporalibus ⁊ nociuis. j.Ti.vj. Qui volunt diuites fieri incidūt in tentationes ⁊ laqueum magnum diaboli ⁊ deſideria multa inutilia: que ducunt hominē ad interitum. ❡ Sexto quia cum ſint in periculo: deum non excitant nec adiutoria aliorū vocant: ſine quibus euadere nequeunt. Sꝫ potius volentes eos a periculo liberare cōtēnūt. Et etiam eos quos vident ſibi non acquieſcere ⁊ pericula fugere eorum monita irrident. ſimiles ſunt iſti duobus generis loth. quos cū admonuiſſet vt diſcederēt de ciuitate peſſima ne inuoluerentur in periculo: in perditione illorum de ſodomis non acquieuerunt. ſed viſus eſt eis per riſum loqui. ⁊ ideo inciderunt cum illis in perditionem. ❡ Septimo non ſolum diuinum adiutorium vel ſanctorum non aduocant: ſed eos ad iracundiam contumelijs prouocant: ⁊ vt maris delphines in tempeſtate ſaltant: ⁊ vt frenetici in ſuis periculis exultant. ⁊ eos quos non vident inuolui periculis: inſenſatos ⁊ inſanos reputant Sapien.v. Nos inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam.

¶ Tertio oſtendi .§.iij.

tur ꝙ homo ſit in magno periculo propter cõditionis fragilitatem. Job.xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore:replet̃ multis miſeriis qui quaſi flos egre.⁊ cõte.⁊ fu.ve. vm.⁊ nũ.in eo.ſta.permanet. Idem Job.iiij. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles.⁊ in angelis ſuis inuenit prauitatem.ſcilꝫ qui ceciderũt. ⁊ quanto magis qui inhabitãt domos luteas: ⁊ terrenum habent fundamentum. domus lutea eſt corpus in quo ſunt quatuor pugiles cõtinue pugnantes ad inuicem quatuor ſcilicet humores.calidum:frigidum:humidum:⁊ ſiccum.⁊ ſi vnus cõtra alium vicerit exceſſiue ſuperabundans:infirmatur corpus ⁊ demũ domus lutea corruit.et ſi male vixit ad ſuſpendiũ eternum trahitur. Unde dicitur in lib.de ſeptẽ donis ꝙ quidam rex queſiuit a quodam philoſopho de quinqꝫ queſtionibus que faciunt ad propoſitum ad oſtendendum fragilitatem conditionis humane ⁊ exinde magnum periculũ: ad quarum ſingulas r̃ndit. ¶ Et prima fuit qd eſt homo. Et r̃ndit phs. Mancipium dicit̃ mortis:hoſpes loci:viator tranſiens. Mancipium dicitur:qꝛ manum mortis euadere nequit. Et qꝛ mors omnes dies eius ⁊ labores rapit. Hoſpes dicitur loci:quia cito obliuioni traditur: licet cum gaudio recipiatur. Ac etiam quia paſcens ⁊ potans nihil ĩmane de hoſpitio vel rebus hoſpitij portare permittitur.⁊ quia in introitu in hoſpitium multa ei promittũtur ſuauia que non ſoluũtur ſeu exhibentur. Dicitur quoqꝫ viator tranſiens.quia ſiue dormiendo ſiue vigilando ſiue comedendo vel loquẽdo nec per momentum quieſcit quin currat ad mortẽ.

Homo quibus aſſimilatur.

¶ Secunda queſtio fuit. Cui ſimilis eſt hõ. Et phs. Similis eſt aceruo niuis.roſe matutine pomo nouo. Aceruo niuis:quia vt aceruus niuis modico calore cito in aquam de qua fuerat reſoluitur.ſic homo genitus de putredine modica infirmitate in eam reuertitur. Roſe matutine:quia in iuuentute habens colorem viridum in veſpere ſenectutis habet marcidum. Pomo nouo:qꝛ dum in arbore pendens ad crementũ debitum peruenire creditur:verme interius ex orto corroditur.⁊ ſubito corruens inutile efficitur.⁊ ſic frequenter homo in pueritia ſua ſubita infirmitate ⁊ morte punctus inutilis ſuis inuenitur.ps.cxliij. Homo vanitati ſimilis factus eſt. ¶ Tertia queſtio eſt.quomodo ſe habet homo. Reſpondit philoſophus. Ut lucerna ad ventum que cito extinguitur:⁊ vt ſcintilla in mari que cito ab vndis abſorbetur. Sapien.v. Ut ſpuma gracilis que cito a procella diſpergitur.vt lanugo que ſubito a vento rapit̃.

¶ Quarta queſtio eſt.vbi eſt homo. Reſpõdit phs. In bello multiplici ⁊ diuerſo.qꝛ in ſe habet bellum inteſtinum ⁊ remordentis cõſcientie ſi eſt in peccato. In proprio corpore hꝫ bellum ciuile ⁊ vicinum quatuor elementorũ pugnantium ad inuicem per contrarias qualitates vt.ſ.dictum eſt. Quodlibet quatuor elemẽtorum vult eum ſibi vendicare ab alio:⁊ per hoc pugnat cum aliis vt predominet̃. Terra vt fiat melancholicus. Aqua vt fiat phlegmatic⁹. Aer vt fiat ſanguineus. Ignis vt fiat cholerac⁹. Quodlibet horum in homine ⁊ pro homine pugnat ⁊ contra aliud.⁊ quodlibet horũ pro viribus alteri repugnat. Tertium bellum eſt rerum extra concupiſcibilium que bellant alliciendo vt per ea homines ſe a deo auertant ⁊ ad ſe per inordinatum affectũ conuertant. ¶ Quinta queſtio eſt cum quibus ſocius eſt homo. Reſpondit phs.cum ſeptem qui frequenter eum moleſtãt. ⁊ hi ſunt fames:ſitis:calor:frigus:laſſitudo:infirmitas:⁊ mors. Et vt iſtis ſatiſfaciat homo frequenter deum offendit.

¶ Quarto appa .§.iiij.

ret periculũ magnum:vnde ⁊ timendũ:ꝑpter malorum ſocietatem.quia homo naturaliter ẽ animal ſociale ⁊ ciuile:ideo cõmuniter delectatur conuerſari cum aliis. Sed quia pauci ſunt electi:⁊ multi ſunt qui incedunt per viam latã vitiorum que ducit ad perditionem. ideo vitãda eſt ſocietas hominum familiaris:niſi notum ſit eos eſſe bonos. Nam vt dicit ps. Cum ſancto ſanctus eris:cum peruerſo peruerteris.xxviij. q.j. ſepe malorum conſortia ad crimẽ inducũt innocentes. Unde Petrus apls cum fuit inter bonos.ſ.ſocios ſuos apoſtolos ꝯfeſſus eſt chriſtum dicens. Tu es chriſtus filius dei viui. Sꝫ cum reperit ſe cũ perfidis iudeis in domo cayphe chriſtum negauit ⁊ peierauit. Conſiderantes ſancti viri pericula conuerſationis humane ſolitudinẽ querebãt. Sic Joannes baptiſta antra deſerti teneris ſub ãnis ciuiũ turmas fugiẽs petiit:ne leui ſaltẽ maculare vitam famine poſſet. Adã cũ eẽt ſolus nõ eſt ꝑuaricat⁹. Aſſociat⁹ aũt ne ꝯtriſtaret sociã Euam ei acqeuit in trãſgreſſ:õe ꝓcepti. Sen. Quotiẽs inter hoĩes fui:minus hõ fui. Sic iudas machabeus cum fratrib⁹ magis elegit vitã ducẽ in deſerto ſeni cibo veſcẽtes ꝙ cũ hoĩb⁹ in ciuitate dclinãtib⁹ a lege dñi. Xp̃s ẽt reſurgẽs a mortuis nõ legit̃ ꝯuerſatus fuiſſe cũ malis:ſꝫ tm̃ cũ bonis.vt diſcipulis qbus ſepe apparuit. Sed ⁊ Apoc.xij. dicitur ꝙ draco traxit tertiã partẽ ſtellarum de celo in terram cauda ſua. Prima pars ſtellarũ. ideſt angelorũ eſt eorum qui voluerunt deo cõtemplando aſſiſtere. Scða pars eſt eoꝝ qui pa

rati fuerant ei miniſtrando obedire. Et hi non
ceciderunt: ſed in veritate ſteterunt. Tertia ps
eſt eorum qui parati fuerunt diabolo conſenti
re eum imitando in ſua ſuperbia: non recogno
ſcentes ſeu expectantes ſuam gloriam a deo. ⁊
ſic cum mala ſocietate tracti ſunt in profundū
laci cum dracone lucifero. vnde traxerunt exē/
plum imitationis male. Propterea deus pro/
hibuit populum iſrael contrahere matrimo//
nia cum gentilibus: ne ex eorum ſocietate ad/
diſcerent ſuperſtitiones eorum. Deſcendētes
ex Seth filio tertio Ade: qui dicuntur filij dei:
quia boni erant: cum cōmiſcuerunt ſe cum de/
ſcendentibus ex Cayn que dicuntur filie homi
num que male erāt: inde effecti ſunt mali ⁊ de
diti vitijs carnalibus: propter que deus immiſit
diluuium Gen. vj. Unde Eccli. xiij. Qui tetige
rit picem inquinabitur ab ea. ⁊ cōmunicauerit
ſuperbo: induet ſuperbiam. Et ſicut in tēpora/
libus mundus eſt plenus periculis deceptio//
num: ita in ſpiritualibus. Propter quod dicit
Hiere. ix. Unuſquiſq; a proximo ſuo caueat. ⁊
in omni fratre ſuo non habeat fiduciā. q: om//
nis frater ſupplantans. Exemplum de illo pro/
pheta qui fuit miſſus a deo de iudea in Sama
riam: vt reprehenderet Hieroboam de idola//
tria ſua. Cui cum dominus precepiſſet ne co//
mederet in Samaria accedens illuc ⁊ intrepi/
de arguens ⁊ publice regem Hieroboam ⁊ ex
tenſam manum ſeu brachium regis vt capere
tur areſactam ſanauit. nec oblata munera reci/
pere voluit a rege. Poſtea cum reuerteretur q
dam falſus propheta ex parte dei ſuaſit ſibi vt
rediens Samariam comederet cum eo: quia
deus ſibi hoc mandauit. quod credens cū fal/
ſum eſſet cum comederet cum ipſo propheta
inuitante per eundem ſibi declaratum eſt ſe de
ceptum propter quod puniretur prout accidit
quia ſuffocatus eſt a leone in via. iij. Reg. xiij.
Joſeph ſanctus vēditus a fratribus in egyp/
tū: cum fideliter tractaret bona domini ſui ſal
ſo accuſatus ab vxore patroni: quia noluit ſibi
opere nephario aſſentire: cum tamen per mul
ta eum queſiſſet ad hoc inducere. vt habet in
lib. de. xij. patriarchis. incarceratus eſt. Lꝫ po/
ſtea deo operante mirabiliter eſt exaltat⁹. ¶ Nar
ēplū rat Petrus alphon. q cum quidam diues ami
ſiſſet vnum ſacculum aureorum in quo etiam
erat ſerpens ſculptus de auro. fecit per p̄conez
clamari q qui inuentum reſignaſſet ei dona//
ret ſibi decem florenos. Hunc igitur ſacculuꝫ
quidam pauper inuenit: ⁊ inuita vxore ſua re/
ſtituit diuiti illi. Dolens autem diues q paup
haberet de illis decem aureos prout promiſe//
rat accuſauit ipſum coram iudice dicens in ſac
culo illo erant duo ſerpentes aurei: ⁊ vnum ſo
lum reddidiſſet. Conſultus autem ſuper hoc
quidam philoſophus qui dicebatur auxilium
miſerorum: dixit. Diues probus homo videt:
nec videtur veriſimile q debeat mentiri. paup
etiam iſte fidelis: quia potuit ſibi retinere pe//
cuniam illam: ⁊ tamen reddidit. ⁊ ſic videtur
fidelis ⁊ veridicus. Secundum ergo dictum
diuitis iſte non eſt ſacculus eius. ex quo ibi tm̄
vnus eſt ſerpens aureus: ⁊ in ſuo erant duo. re
tine ergo eum tu pater quouſq; inueniat ſac//
culus diuitis in quo ſunt duo ſp̄ētes. Qua p
cepta ſententia iudicio ſactus eſt ſe falſum di//
xiſſe diues: q: ſcꝫ ibi nō erat niſi vn⁹ ſerpēs: ſꝫ
hoc fecerat ne paup illos. x. florenos haberet.

¶ Quintum appa/ .§. v.

ret mūdus periculoſus ex temporis qualitate Pericu
Dicit enim apoſtolus. ij. ad Ti. iij. In nouiſſi// loſuꝫ ē
mis temporibus inſtabunt tempora periculo/ pñs tē/
ſa. Erunt enim homines ſeipſos amantes: cu/ pus pp
pidi: elati ⁊c̄. Tempus itaq; periculoſuꝫ ē quo q̄tuor
ad corpora ⁊ cauſatiuum infirmitatum: quan/
do ſimul ⁊ ſemel eſt nimis calidū ⁊ frigidū et
ſiccum. Sic ſpiritualiter eſt in hominibus mo
dernis qui ſunt in nouiſſimo tempore quando
nimius calor cupiditatis deſiccat humorē gr̄e
⁊ charitatis: vnde quia non habent humorem
orto ſole tribulationis vel oblate proſperitatis
aret in eis propoſitum bone voluntatis. Erūt
enim homines ſeipſos amātes ⁊c̄. Uix in mū/
do iam amatur aliquid pure propter deum: ſꝫ
oia propter proprium cōmodū. ¶ Periculo/
ſum tempus eſt propter abūdātiam ſiccitatis:
ſcꝫ ex ingratitudine. Eſt enim ingratitudo ven
tus vrens deſiccās fontem diuine pietatis: flu
enta gratie ⁊ rorem miſericordie. Unde in di/
cta auctoritate dicitur ingrati ſceleſti ſine affe/
ctione. Jngratitudo fuit cauſa deſtructiōis hie
roſolymorum. vt patet Luc. xix. cum chriſtus
dixit. Nō relinquēt in te lapidem ſuper lapidē
qui nō deſtruetur eo q nō cognoueris tēpus
viſitationis tue. Hiere. viij. Miluus cognouit
in celo tempus ſuum ⁊c̄. Populus autem me
us me nō cognouit. Ber. Recolēs i corde meo
torporē: torporēq; hoꝝ miſerabiliū tēpoꝝ: in
memetipſo ꝯfundor. Cui. n. modernoꝝ īferat
tātū gaudiū tātoꝝ beneficioꝝ exhibitio: qū ꝑ/
tū antiqs p̄ribus ſola ꝑmiſſio. Uidet q iā mū/
dus ſit in pedibus ſtatue. de qua Dañ. ij. dr̄ q
ꝯiungebat ferrū teſte. q̄d ſignificat: q: in fine
erūt hoīes abſq; fede ⁊ pace ⁊ ſicci gr̄a grati/
tudinis. ¶ Tertio eſt p̄iculoſum ꝑpter abūdā
tiā frigiditatis: que ꝯhit hoīem ⁊ īpedit a mo
tu bonoꝝ operū. Sic frigidā ciſterna fac̄ aquā
Sic frigidā facit malicia aīam ſuā. Uñ xp̄s de
ylti. tpe ait. Qm̄ abundabit iniqtatis refrige//

ſcet charitas multorum. Et ex hoc efficiuntur homines pigri ad bene operandum. Unde in Prouerb. Propter frigus piger arare noluit: ideo mendicabit eſtate. Econtra. Amor enim dei nunquam eſt ocioſus. operatur enim magna ſi eſt ſcilicet operari facit. Si operari renuit: amor non eſt. Amor eniȝ dei qui eſt huic frigiditati contrarius: comparatur igni qui nunquam dicit ſufficit. Sic ignis diuini amoris ſemper ad alia ſe extendit. ¶ Quarto eſt periculoſum tempus propter ſuperabundantiam humoris: ideſt voluptatum carnalium. Unde dicitur in dicta auctoritate apoſtoli. Uoluptatum amatores magis ꝙ̄ dei. Aptiſſime conuenit huic tempori quod dicitur Gen. vi. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. ⁊ cum tempus ſit precioſiſſimum: nil precioſius tempore ait. b. Bern. Sed heu: quia hodie nil vilius reputatur. quod vtiqꝫ recuperari non poteſt. Et tamen homines amittunt de ipſo non ſolum horas ⁊ dies: ſed ⁊ menſes ⁊ annos. vnde cum quidam ſanctus homo quantum temporis vixiſſet interrogaretur: cum amodo eēt ſenex. Reſpondit ille. xx. annis. At interrogās ait. quomodo hoc verum eſt cum ſis ſenex. Reſpondit ille. Ego arbitror me. xx. annis vixiſſe: quia tantum vixi quantum ſeruiui deo ſcilicet xx. annis reſiduum reputo perdidiſſe.

¶ Sexto eſt vita p̄/ .§. vi.

ſens periculoſa valde propter abſorptionis ꝓpinquitatem pſal. cxiiij. Pericula inferni inuenerunt me. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram ſm̄ aliam tranſlationem Job. vij. In quocunqꝫ enim opere tentatio ſe offert: inclinamus ad veniale: ⁊ de veniali ad mortale. ſiue comedendo. ſiue bibendo: ſiue loquendo: ſiue audiendo: ſiue reſpiciēdo Hiere. ix. Mors intrauit per feneſtras noſtras ſcilicet ſenſuum. Quācitius autem quis labitur in mortale: deſcendit merito vſqꝫ ad portas inferni. Et quia per ſe exire non poteſt niſi manu diuina extrahatur de luto fecis. ⁊ continuo mori poteſt: idō eſt in magno periculo inferni. Periculum aūt maximum noſtꝝ ad inferos deſcendendi oſtēdit Barlaam ad ioſaphat regem: prout refert Joā. damaſce. Dicit enim. Qui delectationes mundanas deſiderant: ⁊ animas ſuas fame veritatis perimunt: ſimiles ſunt cuidaȝ homini qui dum a facie vnicornis ne ab eo deuoraretur velociter fugeret in quoddam magnum baratrum cadere cepit. Dum autem caderet: manibus arbuſculam quandam apprehendit que erat in terra. Pedes vero ſuos in quadam baſi lubrica ⁊ inſtabili fixit. Reſpiciens vero vidit duos mures: vnum album ⁊ alium nigruȝ inceſſanter radicem arbuſcule quam apprehēderat manu corrodentes. Et iam prope erat vt eam abſciderent. In fundo autem baratri vidit draconem terribilem ſpirantem ignem. et aperto ore ipſum deuorare cupientem. Super baſes vero vbi pedes tenebat vidit quatuor capita aſpidum inde prodeuntia. Eleuans autēȝ oculos vidit exiguum mellis de ramis illius arbuſcule procedentem. Oblitus qꝫ periculi in quo vndiqꝫ poſitus erat ſeipſum dulcedini illius mellis modici totum dedit. Ad propoſitū vnicornis iſte mortis tenet figuraȝ: que homines ſemper perſequitur ⁊ apprehendere cupit. Baratrum vero mundus eſt omnibus malis plenus. Arbuſcula in terra: vniuſcuiuſqꝫ eſt vita. que per horas diei ⁊ noctis quaſi per murē album ⁊ nigrum inceſſanter conſumitur. ⁊ inciſioni per mortem appropinquat. Baſis quatuor aſpidum vbi pedes figit: eſt corpus lubricum luteum ex quatuor elementis compoſitū quibus inordinatis corporis compago diſſoluitur. Draco terribilis os inferni cunctos deuorare cupiens ſcilicet ſathanas rex eius: qui tanꝙ̄ leo rugiens circuīit querens quem deuoret. vt dicit Petrus in canonica ſua. Dulcedo aliqua mellea in ramuſculis eſt delectatio fallax ⁊ momentanea que habetur in rebus vite preſentis: in diuitijs: in honoribus: in voluptatibus: ⁊ alijs huiuſmodi. per quas homo seducitur vt attendat periculum ſuum. Nā iaȝ ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Qua abſciſa per mortem infernum ingreditur. vnde nunquam egreditur. Aliud quoqꝫ addit exemplum Joānes damaſcenus. In quadam ciuitate magna hec fuit conſuetudo: ꝙ omni anno hominem ignotum ⁊ extraneum in principeȝ eligerent. Cui omni poteſtate accepta licitum ei erat facere quicquid volebat: ⁊ ſine cōtinētiōe terram regebat. Illo igitur in omnib[9] delitijs permanēte: ⁊ ſemper ſic ſe eſſe eſtimāte repēte in eū ciues inſurgebāt: ⁊ per totā ciuitatē nudū trahētes: in remotā inſulā trāſmittebāt exulē. vbi nec cibū nec veſtimētū inueniens: fame ⁊ frigore vrgebat. Tādē qdā ſublimatus ad illud dñium cū didiciſſet illoꝝ ꝯſuetudineȝ infinitos theſauros illuc premiſit ad inſulā illam vbi poſt annū in exiliū relegat[9] vt ceteri: alijs qui ſibi nō puiderāt fame deficiētibus: in delitijs abūdabat immēſis. Ciuitas hec mūdus eſt ciues principes tenebraꝝ: qui nos falſa delectatiōe decipiūt ⁊ alliciūt quaſi nō liceat gaudere vt volumus. Sed nobis inſperantibus mors ſuperuenit: ⁊ in locū tenebraꝝ demergimur. Ecce periculū noſtrū quod nō videmus. Sed ſi pauperibus largiant̄ bona iſta: tunc in alia vita fruimur bonis eternis ex meritis bo-

norum factorum. Sed vt dicitur Eccli.ij. Qui timẽt dñm preparabũt corda ſua ⁊ ſanctifica/bũt aīas ſuas. ſ. vt nó incidãt in pericula

Septimo pa/ .§.iij.

tet periculum ex paucorum euaſione. Unde in Thren. iij. c. Vie ſyon lugent: eo ꝙ non ſit qui vadat ad ſolemnitatem. Vie ſyõ dicuntur opera vũtuoſa: per que itur ad ſyon: ideſt viſionem dei. Et dicuntur lugere: quia quaſi nullus incedit per eas pſal. xiij. Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum non eſt vſqꝫ ad vnum. b. Bern. Periculum probat ſcilicet huius vite ſpiritualis tranſeuntium paucitas ⁊ pereuntium multitudo. In magno mari marſilie de. cccc. nauibus tranſeuntibus vix periclitatur vna: hominibꝰ autem accidit contrarium. Nam in hoc mundo vix de quatuor: immo de decem tranſeuntibus vix euadit vnus de periculo.

Mors eſt timenda propter ſeptem conſiderationes. Capitulum. viij.

TErtium quod eſt timendum eſt coniunctorum ſeparatio: ideſt mors per quam ſeparantur abinuicem que ſunt maximo amore coniuncta: ſcilicet anima ⁊ corpus. Naturaliter autem hanc omnes timent. Unde ⁊ chriſtus appropinquans ad paſſionez cepit tedere: pauere: meſtus eſſe Marci. xiiij. Et factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram pre horrore mortis ſenſualitati repreſentate Luc. xxij. Mors eniz (vt ait philoſophus) eſt vltimum terribilium. Qđ autem Tull. dicit. Mors timenda non eſt quã immortalitas anime ſequitur. Uult dicere ꝙ non ita timenda eſt ꝙ propter hoc quis a virtute recedat ⁊ a debito rationis. vel nimia triſticia abſorbeatur. Sicut legitur de quodã medico dicto Urſino: qui cum propter confeſſionem fidei ſuſtinuiſſet iam plura tormenta: damnatus ad mortem cum deberet decapitari cepit expaueſcere: adeo ꝙ quaſi inclinaretur ad fidem negandam. Sed ſanctus Uitalis miles hoc aduertens conſortauit eum ⁊ animauit ad tolerantiam dicens. O vrſine medice qui conſueuiſti aliorum curare corpa: noli te iaculo mortis eterne vulnerare propter modicum tẽpus vite preſentis. Qui in ſe reuerſus ⁊ compunctus de illa nimia trepidatione conſtanter ⁊ libenter recepit palmam martyrij. Timenda eſt autem mors ⁊ ad ipſam ſe preparandū ſꝫ illud chriſti. Eſtote parati: quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus eſt. Eſt aũt timenda mors pp. vij. que ꝯſiderãtur circa eam.

Primo propter eius ineuitabilitatem.
Secundo propter eius velocitatem.
Tertio propter eius facilitatem.
Quarto pp eiꝰ incertitudinẽ ⁊ dubietatem.
Quinto propter eius occupabilitatem.
Sexto propter eius demonū vexabilitatez.
Septimo propter ꝯſequẽtium qualitatem.

Mors vtiqꝫ ineui/ .§.i.

tabilis eſt. apoſtolus ad Heb. ix. Statutū eſt hominibus ſemel mori quãdo ſcilicet deus dixit primo parenti ade. In quacūqꝫ die comederis ex eo: morte morieris Gen. ij. Comedẽs ergo incidit in penã ſtatuti dominici. cum tota poſteritate ex eo deſcendenti. Quis enim eſt homo qui viuet. ait pſal. ⁊ non videbit mortem? q. d. nullus. Nemo enim eſt qui ſemper viuat ait Salomon. aut qui huius rei habeat fiduciam Eccli. vij. ca. Omnes enim morimur: ⁊ ſicut aqua dilabimur ad mortem tendendo que non reuertitur. ij. Reg. xiiij. Sicut aque fluminum currunt ad mare: ſic dies fluxibiles vite preſentis ad mare amarum mortis. Poeta. Mors dominum ſeruo: mors ſceptra ligonibus equat. Diſſimilem ſimili conditiõe trahit Et ita eſt hoc vniuerſale ꝙ vt dicit apoſtolus ad Ro. viij. proprio filio non pepercit deꝰ ſed pro nobis oībus tradidit illū Bern. Qui non pepercit filio quõ parcet ſeruo. qui nõ pepercit figulo quõ parcet figmẽto. Et nos qđẽ neceſſitamur ad mortẽ pp peccatū originale qđ ex parentibꝰ ꝯtrahimus. Oẽs. n. in adã morimur Ro. v. Chriſtus aũt cum non contraxerit originale: quia non ſm̃ propagationem carnalez ex adã deſcendit: ſed opere ſpiritusſancti: ideo nõ neceſſitabať ad mortẽ. ſed volũtarie carnẽ ſumpſit mortalẽ. Cū igiť nullus poſſit eã euadere in qua ſeparať oĩa a corpore receptura ſꝫ ea q̄ geſſit in corpore premiū vel penã: ideo habet timere ⁊ ſe preparare. Unde Eccli. xviij. Ante iudiciū ſcilicet particulare tuū per mortẽ para iuſtitiã tibi. Narrat Joãnes damaſ. ꝙ cum Joſaphat filius regis educereť de palatio ad ſolatia cum omni genere muſicorū ⁊ gaudio magno obuiã habuit leproſum ⁊ cecū. Et cū quereret quid hoc eſſet dictum fuit ei ꝙ ſunt paſſiones humane procedentes ex inequalitate humorū que non ſunt omniū. ſed eẽ poſſunt oīuꝫ poſtea cū videret ſenẽ decrepitū icuruatū ⁊ balbutientẽ. ⁊ quereret qđ hoc eſſet: quomodo eſſet ille ita curuatus. balbus. ⁊ edentulus. Reſponſum fuit ei ꝙ erat ex ſenectute magna ad quã oẽs oportet venire niſi preoccupet eos mors: nec poſſunt homines viuere circa centū annos quin ad huiuſmodi ſtatū pueniãt. Tūc auditis his cepit iuuenis cogitare de mor/

Mors eſt ineuitabilis q̄re.

Nota.

te carnis: delitias: mundi diuitias & honores horrere & querere. Si eſſet alia vita poſt hanc. & quid eſſet futurum. Dicebat quidam quod ſi haberet iudicem fidelem eligere: mortem pre ceteris eligeret. eo quod non eſt acceptio perſonarum apud eam. Nec miſeretur pupillo: nec defert ſeniori: nec timet potentem: nec veretur nobilem: nec horret pauperem: aut ignobilem: nec dimittit diuitem aut potentem: nec contemnit infirmum: aut debilem: nec euitat fortem: nec parcit ſapienti: nec inſipienti. Eccl. xli. c. O mors

Exemplum. bonum eſt iudicium tuum. ¶ Narratur in li. de ſeptem donis quod cum dominus maioricarum haberet filium: nouum militem: euntem ad tyrocinium: & tranſeuntem per claramuallem: videns ibi dei milites. &c. virgini militantes. cogitans quis finis eſt vtriuſque militie: & quod in vtraque poſſet mori quia mors communius erat illis & his in iunioribus & ſenioribus intrauit ibi ordinem ciſtercienſium. Cum pater eius hoc audiſſet furore repletus minatus eſt quod niſi rediret filius ad eum: veniret & deſtrueret abbatiam illam. Tunc iuuenis remandauit patri quod ſi vellet auferre & poſſet vnam conſuetudinem remouere de terra ſua. ipſe rediret ad placitum ſuum. quod ſi non faceret eum in pace dimitteret. Pater aſſenſit. Filius autem declarauit ei que eſſent illa conſuetudo remouenda. videlicet quia eque moriebantur iuuenes ſicut & ſenes & vniuerſaliter omnes. Et quia illud tollere non poſſet eum in pace dimitteret. Sicque in religione permanſit. Bona preparatio ad eam eſt per timorem iuſtum initialem. Nam vt dicitur Eccl. i. c. Timenti deum bene erit in extremis: & in diebus defunctionis ſue benedicetur.

¶ Secundo timen- .§. ij.

da eſt mors propter eius velocitatem. Velociter enim ad eam currimus & ipſa ad nos. Unde Job. vij. c. Dies mei velocius tranſierunt quam a texente tela ſucciditur: conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. Et notanter dicit quam a texente. &c. Texens non ſcindit telam quouſque perficiatur. ſed de vita noſtra: quantum fluit temporis: terit tantum ſtatim mors ſcindit. Scindit enim filum inſtantis preſentis: quantocito curſus preſentis temporis teruit: quia ſtatim eſſe deſinit & de cetero non erit. Et ſequitur poſt illud Job. ix. Dies mei velociores fuerunt curſore. Curſor quantumcunque velociter currat. tamen aliquando quieſcit in comedendo vel ſaltem dormiendo. Sed homines continuo minimo interuallo ſemper currunt ad mortem: & dormiendo & comedendo & bene. & male operando ſemper ad mortem tendunt. & ſequitur ibidem. Pertranſierunt quaſi naues poma portantes: de quibus neſcitur ad

[Margin: Nota vita velum dies q- bus a: ſi militatur es]

quem portum venient & velociter etiam ducuntur. Uel quando etſi euadent periculum. Pſ. Dies noſtri ſicut vmbra declinauerunt. Umbra hominis ſequitur eum quocunque vadit. vbi ponit veſtigium: ſtatim & vmbra ſequitur: ita ſequitur mors vitam per omne inſtans. ¶ Si quid videtur addi poſſe ad vitam ſeu mors retardari & abbreuiari eſt opera hominum bona vel mala. Dies enim peccatoris breuiabuntur. ait Salomon. Et econtra. Qui honorat parentes vita viuet longiori. Exempla patent. Nam cum deus apparuit. Noe erat quingentorum annorum prenuncians ei diluuium immittendum propter peccata hominum. Et nihilominus etiam promiſiſſet expectare homines centum viginti annis. vt reuerti poſſent ad penitentiam dicens. Eruntque dies eius. ſ. generis humani centum & viginti anni. quia homines abuſi ſunt eo ſpacio temporis dato ad penitentiam: peiora quotidie perpetrantes: abſtulit deus de tempore quod promiſerat vite viginti annos. Nam diluuium inundauit ſexcenteſimo anno vite Noe. Ex quo patet quod non expectauit niſi centum annis. ita dicit beatus Hiero. de peni. diſ. j. predixerat. Econtra dictum fuit Ezechie regi iuda per Eſaiam ex parte domini. Diſpone domui tue quia morieris tu & non viues. Et hoc propter peccatum ſuperbie de victoria data ei a deo contra ſennacherib ceſis per angelum in vna nocte centum octoginta milibus de exercitu eius. Uel ſecundum alios propter ingratitudinem quia non dignas deo gratias egerit de tanto beneficio liberationis eorum. Sed quia Ezechias recognoſcens peccatum ſuum ſubito fleuit fletu magno. curatuſque eſt quacitius ab infirmitate illa. & additi ſunt anni. xv. ad vitam eius. vt patet. Eſa. xxxviij. Et ideo ſapiens ſalubriter admonet dicens. Eccleſiaſti. v. c. Ne tardes conuerti ad dominum. & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira ei. & diſperdet te. ¶ Narrat beatus Grego. in. iiij. dialogorum quod cum quidam aſſuetus eſſet multam fidem dare ſomnijs: quadam nocte ſomniauit quod deberet viuere longo tempore. & ideo in futurum ſibi prouideret. quod cum ille firmiter crederet cepit diuitias congregare ſed cito moriens intactas dimiſit. ¶ Legitur quoque in libro de ſeptem donis. quod cum quedam vetula ſortilega audiſſet quandam auem que dicitur cuculus vel cucudrinus. prima die Maii quinquies cantantem cucuc. credidit pro certo quod tot annis deberet viuere ad minus. Unde cum grauiter infirmaretur ad mortem filia ſua inſtanter admonebat eam ad penitentiam & confeſſionem. quia in periculo vite erat. at illa. Non oportet pro nunc: quia viuere adhuc habeo quinque annis. Et cum magis appropinquaret ad mortem ita

[Margin: Exemplum.]

tem ita vt vix poſſet loqui:⁊ illa ſollicite admo
neret ad penitẽtiam eleuauit quinqꝫ digitos
quaſi ſigno affirmãs quod verbo dixerat:q̃.ſ.
quinque ãnis ſuperuiueret adhuc. Quo facto
ſtatim mortua eſt:⁊ vt poteſt credi ſicut in cor
pore ita in anima quia impenitens. Velociter
ergo currit mors ad quemlibet.he.G:ego. Vi
ta eſt temporalis eterne comparata mors po//
tius eſt dicenda q̃ꝫ vita. Nam ipſe quotidia/
nus corruptionis noſtre defectus:quid eſt ali/
ud q̃ꝫ quedam prolixitas mortis.he. Auguſt.
Tempus vite preſentis nihil eſt aliud q̃ꝫ cur//
ſus ad mortem:in quo nemo paulum tarde vel
tardius ire permittitur:ſed omnes pari motu
vrgentur. Seneca. In hoc fallimur ꝙ mortem
nõ proſpicimus preſentem diem cuꝫ morte di
uidimus:⁊ illa nõ habet partem deteriorem:
quia totum quod tranſijt vite noſtre rapuit. ⁊
nõ habemus niſi inſtans tempus:nullus rap/
tor violentior q̃ꝫ mors. Idem in lib. de natura
libus queſtionibus. Quod tu times:experiris
quotidie morimur. aliqua pars vite noſtre di/
rimitur. ⁊ tunc quoqꝫ cum creſcimus vita no/
ſtra decreſcit. ¶ Quam multi decepti ſunt cre
dẽtes tarde mori:qui tamẽ velociter cõtra om
neꝫ eoꝝ ſpẽ inuaſit eos. Pharao ⁊ egyptij cre/
dẽtes diu viuere ⁊ dominari hebreis ſubito ĩ
mari rubro ſubmerſi ſunt. Exod. xiiij. Holofer
nes cum virtute aſſyrioꝝ robuſtiſſimi creden
tes ſubijcere ſibi ⁊ domino ſuo mundum. ⁊
ſolus adorari dominus velociter a femina ſan
cta Iudith victi ⁊ occiſi ſunt. Iudith. xiij. ca.
Idem patet de faſtu ⁊ credulitate Antiochi: q
credebat ſe terre ⁊ mari dñari:⁊ terrã iudeorũ
facere cõgeriem ſepulchroꝝ ſubito percuſſus
⁊ a vermib⁹ corroſis expirauit. Sic ille diues
qui ſperabat multos fructus colligere ex poſ//
ſeſſionibus ſuis ⁊ ampliare horrea:ad reponẽ
dum ea ibi. dicens. Anima mea habes multa
bona repoſita in ãnos plurimos comede quie
ſce. Audiuit ſubito vocem domini dicẽtem ſi/
bi. Stulte hac nocte animã tuã repetẽt a te ⁊c̃.
Cũ ergo velociſſime currat aduerſus te mors:
time ⁊ timore initiali. Eccli. ij. Serua timorẽ
domini ⁊ in illo veteraſce.

¶ Tertio timen/ .§.iij.

da eſt mors propter eius facilitatem: quia fa/
cillime aggreditur hominẽ ⁊ multis modis.
Iaco. iiij. Que eſt vita noſtra vapor ad modi/
cum parẽs. Deinceps exterminabitur. Proſp.
Ferro:peſte:fame:vinclis:algore:calore. Mil
le modis miſeros mors capit vna homines.
Vita hominis eſt quaſi tela aranee:que ad mo
dicum flatuꝫ venti rumpitur:imo fragilior eſt
q̃ꝫ filuꝫ aranee. Citius enim extinguitur ab ir/
ruẽte aduerſitate q̃ꝫ filum illud a vento rump
tur. Certe in magno periculo ſunt peccatores:
qui ad filuꝫ tam debile depẽdent ſup puteum
inferni. ¶ Narratur de quodã tyrãno Sicilie
dño. ꝙ cuꝫ quidã eius amicus multum cuꝫ eo
colloquẽdo laudaret felicitatem eius ⁊ ſtatuꝫ.
vnde habebat cauſam multum gaudẽdi. cum
tñ ille triſtis ⁊ ſuſpectus ſemp maneret voluit
tyrãnus vt exẽplo deprehẽderet infelicitatem
eius ⁊ cauſam triſtitie. Unde ordinauit ꝙ vna
dieruꝫ ſecuꝫ pranderet:quod ⁊ factuꝫ eſt. Sed
tyrãnus iuſſit poni gladiũ acutiſſimũ pẽdẽteꝫ
ex filo deſuper affixo ad ſolariũ. Sed ita ſubti/
le ꝙ perpendi vix poſſet directe ſup caput ei⁹.
Cũqꝫ ex mãdato tyrãni ſederet ille ꝯtra regem
times amicus ille gladiũ iminẽtem ſuper euꝫ
qui de pũcto ad pũctum videbatur cãdendus
ſuper caput eius. parum comedebat. ſed triſtis
manẽs reſpiciebat ſi forte gladius caderet. Et
q̃ꝫuis tyrãnus ſepe ſollicitaret eum ad comedẽ
dum de cibis delicatis:qui ante eum erãt. Ille
ſimulabat in vultu leticiã:ſed intus plenus erat
timore ⁊ dolore. Peracto igitur prãdio queſi/
uit rex poſtq̃ꝫ ſurrexerũt a loco illo: quare non
gaudioſe comederat. qui cãm aſſignauit vide/
licet gladium illũ nudum capiti iminentem ti
muiſſe:ne caderet ſuper eũ. Tunc tyrãnus ait.
Si tu vnum gladiũ qui tamẽ erat affixus licet
tenuiter:ita timuiſti vt putares te ĩfeliceꝫ ⁊ mi
ſerum in tali prãdio. que felicitas põt eſſe mea
⁊ que leticia:qui tot pericula mortis habeo ſu/
per me gladioꝝ veneni ĩfirmitatem:perſecuto
rum ⁊ hmõi. ¶ Quam feliciter mors accidat
homini patet Eccſ. ix. Neſcit homo finẽ ſuuꝫ.
Sed ſicut piſces hamo. ita homines capiunt
in tpe malo. Piſcis enim vidẽs eſcam ſibi pla
cidam:ſed nõ aculeum ibi abſcõſum:auide ca
pit ⁊ ab eſca capit adamata. Sic hoies diſcur//
runt per aquas mũdanarum delitiaꝝ. ⁊ dũ eis
occurrit aliquid vnde credũt refici ⁊ multum
delectari. inde eis mors paratur nõ ſolum in ci
bis toxicatis ſed etiaꝫ in alijs:dum nimios ſu/
munt:vnde infirmãtur ⁊ moriũtur. ⁊ ita in de
lectatiõibus venereis. Vñ dicitur Eccli. xxxvij.
Propter crapulã multi perierũt. Et Sen. Plu
res occidit voluptas q̃ꝫ gladius. Quam facili/
ter mors occidat hominẽ patet cuꝫ vnus mor/ Facilit
ſus canis rabidi aculeus ſcorpionis:viſus baſi mori//
lici:gramen ellebori:ſibilus ſerpẽtũ:cibus vel mur m[
potus toxicatus. Incantatio vel maleficiuꝫ dia tis mo/
bolica arte confectũ occidat hominẽ. Iuxta il dis.
lud. mens nulla inſanie polluta:veneni incãta/
ta perijt. xx vj. q. v. nec mir. Punctura vnius
acus aliqñ interficit hoiem. Modicum febri/
lis caloris proſternit fortiſſimum. Ex medica/
mento ⁊ nutrimento ſine quo viuere nõ poteſt

e ara e vi// hois parat nare.

homo ⁊ cibo ⁊ potu ſcʒ multotiens incurritur
moꝛs. Itē aliq ex nimia triſticia incurrūt moꝛ/
tem. Alij ex nimio gaudio. Unū narrat Vale. ma
ximus. q cū exercitu romano q̄dā vice in bel/
lo exiſte: occiſi fuiſſent ab inimicis qd.ī ex Ro/
manis. iter ceteros fuit ſignificatū cuidā vidue
romane eius filiū qui in dicto exercitu erat fu/
iſſe de numero interfectorum. Qđ illa oino cre
dens vt moꝛtuum lugebat. Una aūt dieꝝ iuue
nis ille filius vidue qui in veritate non fuerat
occiſus: reuerſus eſt ad vrbē ⁊ inde ad domuʒ
ſuam. quē mr̄ vidēs tāto gaudio reſoluta eſt vt
ſubito pꝛe gaudio moꝛeref. ❡ Ex diuino etiaʒ
iudicio aliq moꝛte pcutiunf: vt ananias ⁊ ſa/
phyra ꝓpter mendaciū ⁊ ꝓpꝛietatē. Narratur
etiam in li. de. vij. donis q cū qdam bubulcus
pꝛomiſiſſet cuidā femine fide data. q duceret
eam in vxoꝛē cū eā defloꝛaſſet: ⁊ noluiſſet ſerua
re pactū. excōicatus eſt: ⁊ cū pluries admonit⁹
fuiſſet ſeruare pactū: ⁊ ꝯtrahere cū illa mrimo/
nium. ⁊ ꝯtēneret ⁊ rideret ad increpatiōes ⁊ cē
ſuras. in nocte carniſpꝛiuij ſedens ad ignem ⁊
truffans: ⁊ ridens: animā diabolo reddidit ſu/
bito moꝛiens. Timendum ergo moꝛtem ꝓpter
facilitatē eius: ſed timoꝛe initiali. Eccli. ij. Me
tuentes dominum ſuſtinete miſericoꝛdiā eius
⁊ ne deflectatis ab eo ne cadatis.

❡ Quarto timē/ .§.iiij.

da eſt moꝛs ⁊ cogitāda ꝓpter incertitudineʒ ⁊
dubietatē ſcʒ hoꝛe eius. Origenes. nil certius
moꝛte: ſed nil incertius hoꝛa moꝛtis. Et ꝓpte/
rea xp̄s admonuit dicēs. Eſtote parati: q2 neſci
tis diē neqʒ hoꝛā. Eſt aūt incertū homini: ī quo
tpe: in quo loco: in q̄ mō: in q̄ ſtatu moꝛiaf. Unū
quantū ad tp̄s ait dn̄s ieſus. Uigilate q2 neſci
tis qn̄ tp̄s ſit ſcʒ moꝛtis. neſcitis enim qn̄ veni
et dn̄s ſcʒ ad vocandum per moꝛtē ad redden/
dam rōneʒ an ſero: an media nocte: an galli cā/
tu: an mane. Sero ē etas ſenectutis: q2 finis di/
ei. Media nocte in īfantia ⁊ pueritia: plena te/
nebꝛis ignoꝛātie. gallicātu in adoleſcētia. quā
do iā apparet lux vſus rōnis: ⁊ capax eſt exhoꝛ
tationis. Mane plena luce in virili etate. Et iō
in qualibet etate opʒ vigilare ⁊ ſibi pꝛouidere.
In quo loco qs moꝛiaf etiā incertū eſt. Utrum
in domo vel in via vel in mari vel in terra in ci
uitate ſua vel aliena. Jō voluit dn̄s incertū eſſe
hoī locū moꝛtis. ſicut ⁊ tp̄s vt in oī loco ⁊ in oī
ſ. etiaʒ tpe timeaf. Sen̄. Moꝛs inſidiaf in oī loco. ⁊ tu
pte. j. ti. oī loco ſecurus expecta. Quo etiā modo ſeu ge
gnto. nere moꝛtis ſit qs moꝛiturus ignoꝛaf. Utrum
moꝛte nāli vel violētā: vel caſu ſubito. Narraf
in li. de. vij. donis. q cū qdam vſurarius apud
diuionē ante poꝛtā eccle btē virginis quandā
ſibi deſpōſaſſet cū qua credebat diu mrimonia
liter viuere caſu accidit ⁊ dei iudicio. vt alius
vſurarius lapideus qui erat ſculpt⁹ ſupꝛa poꝛ/
tam cū burſa lapidea: burſaʒ illā lapideā ꝓyce
ret ſup caput eius: ex qua pcuſſ'ōe ſubito moꝛ/
tuus eſt. Quis vnqʒ potuiſſet eſtimare moduʒ
illū moꝛtis illius. Nec tm̄ multū curādū eſt quo
gnē moꝛtis qs moꝛiaf dūmodo bn̄ vixerit ꝑus
b. Aug. Mala moꝛs dicēda nō eſt: cuius bona
vita pceſſit. Unū cū qdā venerabilis ⁊ bon⁹ reli
gioſus ī ſtudio fuiſſet reptus ſubito moꝛtuus:
aliq mirabanf. Alij ſcādalizabanf de tali eius
moꝛte ſubita: dubitātes ꝓpt̄ h̄ de bonitate ei⁹.
Sed cū reptus fuiſſet liber qdā apτus an̄ eū: ⁊
digitū ipſius hr̄e ſup certū v̄ſum ſcripture. at/
tēdētes ad ſcripturā īuenerūt hāc eē. Juſtus q̄/
cūqʒ moꝛte pūctus fuerit: in refrigerio erit: et
iuſtitia eius nō auferef ab eo. ❡ Quātū ad ſta
tum nō pōt eē qs certus in quo ſtatu moꝛiaf. ſ. nmēd
gr̄e vel pcti moꝛtalis. niſi ſpālit deus reuelaue ꝓpt
rit: ſicut fecit qbuſdā ſcīs. Unū dr̄ Eccle. ix. Sūt certi
iuſti atqʒ ſapiētes ⁊ opa coꝝ in manu dei. ⁊ tm̄ dinē
neſcit hō vtrū odio vel amoꝛe ſit dignus. Quis tuo.
enim poſſet qs ſcire ꝑ certo ⁊ debeat credere q
ſi cōmittit aliqđ moꝛtale pctm̄. qđ expꝛeſſe eſt
ꝯtrā dei pcepta: vt furtū: foꝛnicationē: piuriū
blaſphemiā dei ⁊ ſcōꝝ: auferat alienū vſuram
cōmittat ⁊ hmōi. vtiqʒ eſt dignus odio dei ⁊ in
ſtatu dum pmanet in eo. Non tm̄ econtra. Et ſi
caueat quis ab iſtis manifeſtis peccatis ⁊ exer/
ceat ſe in bonis opibus iuſtitie ⁊ pietatis. nec
remoꝛſum habeat ꝯſciētie alicuius criminis.
etſi aliquod ꝑpetrauit: dolet ⁊ ꝯfeſſus ē. ex hoc
non pōt ſcire certitudinaliter dignus eē amo/
re dei. i. eſſe in gr̄a eius. Propter qđ dicebat
apoſtolus. Nihil mihi ꝯſcius ſum: ſed non in
hoc iuſtificatus ſum. Et rō eſt: qa vt ait ꝑs. De/
licta qs intelligit. Pōt enim eſſe peccatū ⁊ moꝛ
tale. ita in omiſſione alicuius boni debiti fieri ſi
cut ⁊ cōmiſſione mali. ſed minus cognoſcunf
talia omiſſa que delicta dicunf quaſi derelicta.
Quiuis eniʒ iuſtus hō qn̄ ꝯtinue ſe exerceat in
operibus virtuoſis: ⁊ faciliter ⁊ delectabilit̄. Et
ſm̄ phm̄ delectabiliter opari v̄tuoſa: ſit ſignuʒ
habitus gn̄ati v̄tutū ipſaꝝ. opera aūt v̄tutum
faciunt hoīem dignū dei amoꝛe ⁊ grā. tamē
q2 actus virtutū acquiſitarum per frequentes
actus ſunt ſimiles oīno actibus virtutum infu
ſaꝝ. Actus v̄o pcedētes ex virtutibus acquiſitis
ſolum nō ſunt meritoꝛij. nec faciunt hoīem di/
gnum amoꝛe dei. ſed ſolū actus pꝛocedētes ex
v̄tutibus īfuſis ex gr̄a dei faciūt hoīem gratū
deo. Et iō q2 nō pōt ſcire hō vtrū actus de gnē
bonoꝝ qui ab eo fiūt ꝓcedant a v̄tutibus infu/
ſis vel acqſitis. Jō nō poſſunt ex hoc ſcire ꝑ cer
to ſi ſunt in ſtatu gr̄e dei vel nō. Et iō vt ait. be.
Greg. Bonoꝝ mentiū eſt ibi culpam agnoſce

re ideſt timere eſſe. vbi culpa non eſt. diſtinctio
ne. v. Ad eius. ⁊ Eccleſiaſtici. v. De propiciatu
peccatorum noli eſſe ſine metu.

¶ Quinto timen/ .§.v.

da eſt mors ꝓpter eius occupabilitatē. q2. ſ. pre
occupat oēs actus ⁊ ſenſus auferens pedibus
ptātē ambulādi: manibꝰ opandi: lingue loquē
di: ori auſert ptātē comedēdi: auribꝰ audiēdi
oculis videndi: ⁊ ſic de alijs. Hie. ix. Aſcendit
mors per feneſtras. ſ. ſenſuū igreſſa eſt domos
nr̄as. ſ. oīa occupās. Sap. xvj. durus bellator ī
mediā terram exterminij pſilyt: ⁊ repleuit oia
morte. Aufert corpi vigorē ⁊ decorem ⁊ īducit
pallorē Apoc. vj. Ecce equus pallidus. ſ. corpꝰ
⁊ qui ſedebat ſup eū. ſ. dn̄ando ei ⁊ regēdo cor
pus ipſum: nomē illi mors. Aufert qḋ peius ē
aīe dei cognitionē ſpcipue carnalibus. b. Greg.
Tanta eſt ibi vis doloris ꝙ alibi nō poſſit ferri
impetus cogitationis. dicit Salomō. Eccl. ix.
In quēcūqꝫ ptē lignū ceciderit ſiue ad auſtruꝫ
ſiue ad aquilonē. ibi erit. i. firmabit. lignum dr̄
homo. i. arbor. ſm illud ps. j. Erit tanq̄ lignuꝫ
qḋ plātatū eſt ſecus decurſus aq̄rum ⁊c̄. Cadit
iſta arbor cū morit hō: fructus ſūt opa: folia v̄/
ba: flores affectꝰ. Radices poᵉ. Et poᵉ qdē ſen/
ſitiue ſūt radicate ī aīa: ſꝫ opatōes ſuas exercēt
per organa corpis qbus ſunt affixe: vt potētia
viſiua oculis: auditiua auribꝰ ⁊ hmōi. Interio/
res etiā vt fantaſia memoria ⁊ alie. hn̄t ⁊ ipſe
ſuas cellulas in capite. Sicut ḡ magna arbor q̄
hꝫ multas ⁊ magnas radices bene fixas in ter
ra. vtiqꝫ nō pōt euelli a terra niſi cū maxima vi
olētia. Ita cū aīa dꝫ ſepari a terra corpis. cuꝫ re
trahat potētias ſuas ab organis corpis: ⁊ ſecū
radicalit deferat. Hoc vtiqꝫ fit cū maxima vio/
lētia: ⁊ tota vis nr̄e ibi occupat. Ubi autē ceci/
derit. ibi erit cū fructu ſuo vel malo vel bono.
Ad auſtrū cadit cū morit in ſtatu gr̄e ⁊ diuini
amoris. Ex pte enī auſtri exurgit calidus ven/
tus: ⁊ eſt regio calidiſſima. Ad aqlonē vbi eſt
intēſum frigus ⁊ vētus exurgit frigidus: cadit
cum morit cū peccato mortali. ⁊ ibi permanet
cum malis ſuis fructibus. igit comburendus.
Jam ergo ſecuris ad radicē arboris poſita eſt.
ad incidendū per mortē. Timeat ergo vnuſqſ/
qꝫ ſibi. ⁊ videat quos fructus facit. Difficile eſt
enim ita ſubito in īfirmitate graui arboris fru
ctus mutare de malis in bonos. cum mors que
ſupuenit occupet totū hominē. Et ideo bene di
cit beatus Augu. in lib. de penientia. Multos
ſolet decipere ſerotina penitētia. de pe. diſti. j.
Nimis enim difficile eſt ab aſſuetis recedere.
cum habitus qui eſt qualitas de difficili mobi/
lis a ſubiecto: ſit in peccatoribus vitiorꝫ. ꝙ ita
ſubito eos dimittat ⁊ faciat fructus virtutum
hoc humanū nō eſt. Sed deo nihil impoſſibile
qui tēpore non eget ad operandū ⁊ in puncto
cōtritionem infundere poteſt. Et hoc eſt quod
dicit Leo papa. Miſericordie dei nec menſu/
ras ponē poſſumus: nec tēpora diffinire. apud
quem nullas patit moras conuerſio. Ideo de
nemine eſt deſperandū dum in hoc corpe con/
ſtitutus eſt. de pe. di. vij. Cautius tamē ſibi pro
uidet nō expectare tēpus mortis ad penitētiaꝫ
agendam. Experiētia eniꝫ rerū magiſtra docet
ꝙ etiā in ſeruis dei habituatis in bonū cuꝫ no
tabilis dolor arripuit eos. vt illionū podagre:
calculi acutiſſime febris. Uix valent aliquid bo
ni cogitare ſed totū poſſidet dolor exteriorem
⁊ interiorē hominem. ⁊ tamē magis vexat et
occupat. Ipſi vero peccatores nimis affecti ad
corpus ⁊ delitias eius ſolitas. videāt bene quo
modo animū dirigere poterūt ad dolendū de
peccatis ⁊ cōuertendū ſe ad deū toto corde: et
non ſolū timore: ſume tibi exemplū. Quando
quis habet aliquē amiciſſimū quem ſemp ha/
bet pre oculis ⁊ videt eum anxiari ad mortem
Habet ⁊ vicinū infirmum de cuius incōmodo
nunq̄ aut parū cogitauit ⁊ quē pre oculis non
habet non eſt mirū ſi vicinū minus dilectū quē
non habet pre oculis ⁊ parū de eo curat tradit
obliuioni pro eo ꝙ maxime amicū ⁊ dilectiſſi/
mum videt mori. Ad propoſitū amicus maxi/
me dilectus a peccatoribus quē ſemp pre ocu/
lis habēt ad cōplacēdum ei eſt corpꝰ. Uicinus
parum dilectus ⁊ de quo parū videtur curare
eſt ſpiritus ſeu animus. quādo igit peccator vi
det corpus maxime dilectū ab eo mori tota co
gitatio ſua ⁊ dolor eſt de morte corpis. De aīo
autem parū dilecto ab eo modicum videt cura
re. Sed obliuiſcitur eius. etſi ipſe ſit in pericu/
lo moriendi Nōne hoc manifeſtius patet cuꝫ
inducant ſ̄citius ⁊ frequētius medici pro ſa/
lute corporis. vix aūt vnus medicus anime: ⁊
raro ne ei ſalubriter medeatur quoad animuꝫ
vt reſtituat. ⁊ alia huiuſmodi faciat ¶ Notan
dum eſt qḋ ait be a. Aug. hac animaduerſione
percutitur peccator vt moriēs obliuiſcat ſui. q
dum viueret oblitus eſt dei nec ipſa mors mo
rulam facit alicui propt ſuas diuitias: honores
vel ſapientiam: vel minus occupat infirmum ⁊
vexat. ſed facit officium ſuum ad quod deputa
ta eſt. Unde in lib. de ſeptem donis legitur ꝙ Exēplū
cum quidam longo tempore ſeruiuiſſet cuidā
principi. ⁊ grauiter egrotaret. cum inſtaret do
minus eius dicens ꝙ multum de eo doleret: ⁊
ſi quo indigeret hoc ab eo peteret. Dixit eger
ꝙ petebat ꝙ pro omni ſeruitio quod ei fecerat
vt liberaret eum ab infirmitate vel ſaltē ad ho
ram. rñdit dominus. Hoc nō pōt facere niſi ſo
lus deus. Et eger ait illi. Et ego illi ſoli pro/

miſto me ſeruiturum in futurum. qui ſolus po
teſt me liberare ſi liberabit me ab iſta infirmita
te. qui liberauͣ hoc quod dixerat effecit. ¶ Ibi/
dem. Cum quidaꝫ vſurarius in extremis labo/
raret fecit ante ſe portari vaſa aurea: promittēs
anime ſue illa. ⁊ multo ampliora poſſeſſiones:
domos: ⁊ alia ſi adhuc cum eo remaneret. ⁊ cū
magis vrgeret dolor infirmitatis ait miſer. Ex
quo non vis mecum morari: reddo te diabolo.
Et hec dicens expirauit.

¶ Sextuꝫ propter .§. vi.

quod mors eſt timenda. eſt propter demonum
occurſionem ⁊ infeſtationem. Gen. iij. Dictum
fuit prime mulieri in pſona cuiuſlibet anime.
⁊ precipue bene viuentis. Ipſa conteret caput
tuum. ⁊ tu inſidiaberis calcaneo eius. Mulier
conterit caput ſerpentis antiqui. quando prin/
cipia vitiorum ſuperat que diabolus ſuggerit.
Sed ſerpens inſidiatur calcaneo eius. quando
diabolus tentat fortiter in fine vite. Calcaneus
enim finis eſt corpis finē ſignificat vite. Adeo
hoc videſ generale demones occurrere: ⁊ mul
tum tentare animas in ſeparatione a corpore.
vt etiam ſanctos homines aggrediātur. Unde
be. Martinus cum eſſet in extremis ⁊ in cine/
re cilicio orationi inſiſteret vidit diabolum ⁊
ait. Quid hic ſtas cruenta beſtia. nihil in me fu
neſtuꝫ reperies: ſed ſinus abrahe me ſuſcipiet.
qui confuſus diſparuit: quinimmo ad ipſum
dominum maieſtatis auſus eſt accedere in li/
gno crucis affixum. ſi quid forte in eo reperire
poſſet de ſuo: quem ⁊ ſi ſanctiſſimum: nonduꝫ
tamen filiū dei eſſe cognouerat. Et hoc ipſe xps
expreſſit cum ait aplis. Uenit ideſt veniet. quia
in die ſequenti ei illud erat futurū pīceps mū/
di huiͣ. i. diabolus q pncipatū obtiet i mūda
nis ppvitia corꝫ: ⁊ in me nō hꝫ gcq̄. ſ. vitij vt
querant. De aīa que male vixit in mundo expſ
ſius hoc exponit. b. Greg. in moral. ſuper illud
euangeliū. Uidens ieſus ciuitateꝫ fleuit ſuper
illam ⁊c̄. Lu. xix. Ecce ibi dicitur dies venient.
ſ. mortis. ⁊ circundabunt te inimici tui vallo. ⁊
coanguſtabūt te vndiqꝫ: ⁊ ad terrā proſternent
te ⁊c̄. Inimici iſti ſunt demones. qui in fine vi/
§ par. i. ti. v. te circundant animam vallo diuerſarum tēta/
tionuꝫ. vt euadere non poſſit de manibͣ eorꝫ:
⁊ coanguſtant diuerſis modis. vt proſternant
tandē corpus ad terrā ⁊ aīam ad centrū terre
ideſt infernū ducentes ſecum. be. Ber. Quan/
tus erit tibi pauor o anima miſera. cū dimiſſis
omnibus quorum tam iocunda preſentia: tam
gratus aſpectus: tam familiaris habitatio: alte
nam penitus regionem ingrediens: cateruas
tim infinita demonia ad te exire videbis. Cuꝫ
ergo anime peccatorum egreſſure ſunt de cor
poribus ſuis domino iubente. Si dixerint ad
te ait dn̄s per Hieremiaꝫ. xv. Quo egrediētur.
dices eis qui ad mortē ad mortem. qui ad gla/
dium ad gladiū. qui ad fameꝫ ad famē. qui ad
captiuitatē ad captiuitatem. ⁊ viſitabo ſuꝑ eos
quatuor ſpecies. gladiuꝫ ad occidēdum. canes
ad lacerādum. volatilia ad deuorandū. beſtias
terre ad diſſipādum. ¶ Narratur in lib. de ſe/
ptē donis. ꝙ cum quidā ſolitarius rogaret do/
minuꝫ vt ei oſtenderet: quō aīa egrediſ de cor/
pore. Adeſt ſubito lupus trahēs euꝫ per veſtes
⁊ duxit eum ad ciuitatē. Ibi aūt vidit tunc cho
ros clericoꝝ ⁊ laicorum parari ad honorificas
exequias cuiuſdam ſolitarij valde famoſi. mul
toſqꝫ lachrymātes eſtimantes ꝙ meritis ⁊ ora
tionibus eius illa patria cōſeruareſ. ſed reuera
hypocrita erat: ⁊ pro mūdi gloria multa facie/
bat. Uidit ergo heremita ille demones aſtare
ad illum morietē. Dixitqꝫ vnus alteri ꝙ mitte
ret tridentē in os eius: ⁊ per vim extraherent
aīam illā a corpore: etiā renitētem. De alio diuſ
te diciſ ꝙ cum eſſet in extremis ⁊ demones aſ/
ſiſterēt violēter cum vncinis ferreis extrahen/
tes aīaꝫ eius. ⁊ ille diceret. Dn̄e adiuua me. im
properabāt ei demones dicentes. Nūc queris
adiutoriū dei: cum dies defecit tibi. ¶ Ut aūt
dicit beatus Greg. Cum quis bene viuit ⁊ deū
timet abſtinēs ſe a malis ⁊ de ppetratis penitē
tiam agit: in illa hora etiā fortiſſime ſint tenta/
tiones diaboli: qꝛ nouit ſe plus tꝑoris nō ha/
bere ad tētanduꝫ. ⁊ ideo plus acuit maliciā ſuā
ad decipiēduꝫ. vel per deſperationē: vel per in
fidelitateꝫ. vel per taciturnitatem alicuius pec/
cati grauis. tamen vt ait apoſtolus. Fidelis de/
us qui nō permittet vos tentari ſupra id qđ po
teſtis: ſed faciet etiā cum tētatione puētuꝫ. Un/
de cuꝫ quidā ſanctus religioſus in extremo vi
te fuiſſet multū exterritus adeo: vt aliqui dubi
tarēt ne decipereſ a diabolo. Mortuus ille: in/
de ad aliquos dies apparuit cuidā ſibi deuoto
in pulchra ſpecie ⁊ totus lucidus: vnde ille per
cepit ad gliam eum aſſumptū. Interrogauit il/
le. Que cauſa fuerit in exitu ſuo tanti terroris.
At ille. Neſcis qꝛ ſcriptū eſt. Territi purgabun
tur. Ps. Qui timēt dn̄m ſperauerūt in dn̄o: ad/
iutor ⁊ ptector eorum eſt in tentationibus.

¶ Septimo mors .§. vij.

eſt timēda ⁊ puidēda ppter mala que ſequun
tur ad ipſam. In ipſa enim ⁊ per ipſam oīa que
in mūdo ſunt relinquunſ. que cuꝫ tāto labore
cum tot peccatis: cum tot curis acquirunſ ⁊ re
tinentur. Job. j. Nudus egreſſus ſum de vtero
mrīs mee: nudus reuertar illuc. i. in terraꝫ que
fuit mater prima omnium. quia fecit deus ho/
minem de limo terre. Apoſtolus. Nihil intuli

mus in hunc mũdum. haud idest non dubiuz: q2 nec auferemus. Mors ipſa aufert amicos: ꝯſanguineos: pulchritudinẽ a corpore: fortitudinem: dignitatem: ⁊ omnez poteſtatem. Eccl. x. Homo cuz mortuus fuerit hereditabit ſerpẽtes: beſtias ⁊ vermes. Et vt dicit a quibuſdaz. Mortuo homine de cerebro eius naſcitur buſo: de renibus ſerpens: de ventre lumbrici: vermes de carne: de lingua aſtolabus. Bernard. Quid fetidius humano cadauere? Quid horribilius hoie mortuo? Cuius erat in vita gratiſſimus amplexus: fit i morte horribilis aſpectus. Quid ergo proſunt diuitie? quid delitie? quid honores? Diuitie non liberant hoiem a morte delitie nõ liberant a verme: honores nõ liberant a fetore. Qui modo ſedebat diues ⁊ glorioſus in throno: modo iacet pauper in tumulo. Qui delitijs veſcebatur: nunc a vermibus in ſepulchro ꝯſumitur. Memorare ergo nouiſſima tua ⁊ in eternuz nõ peccabis. ¶ Refert Petrus Alphonſus ꝙ mortuo Alexandro magno qui in tam breui tẽpore dñium orbis acquiſiuit. Cõuenerũt philoſophi: ⁊ dixit vn⁹. Iſte qui terrã heri totã ꝯculcabat: hodie ab ea ꝯculcatur. Heri dñabatur ei ⁊ poſſidebat eam: nunc poſſidetur ab ea. Heri nõ ſufficiebat ei totus mũdus: nunc ſufficiũt ei quatuor vlne terre. Heri premebat eam: nunc premitur ab ea. Ducebat heri exercituz ſuper terraz: hodie ab exercitu ducitur ſub terra. ¶ In libro de ſeptẽ donis legitur ꝙ Saladinus magnus ꝑnceps ſaracenoꝝ fecit ſibi portari ſudarium ſuum cũ videret ſe propinquuz morti. Et fecit illud clamãdo per preconem deportari per ciuitatem. Tantum deportabit ſecum princeps magnus Saladinus de oibus rebus ſuis. ¶ Timenda eſt ergo mors ⁊ ſepe meditãda. Nã vt ait Plato. Summa philoſophia eſt meditatio mortis: ⁊ ad multa valet. Et primo ad humiliationez. Quid ſupbis inquit ſapiẽs terra ⁊ cinis? q. d. Ex morte habes cauſam humiliandi te. Pauo etiã viſis pẽnis ſuis pulchris eas extẽdit: ⁊ hic inde ſe girat de earuz pulchritudine ſupbiendo. tamẽ ad pedes turpes aſpiciẽs eas ꝯtinuo deponit quaſi ſe humilians. Sic homo attendens ad finẽ vite humiliabitur. De cõſuetudine aliqñ fuit imperatoꝝ ꝙ cũ eſſent electi ꝑma die coronatiõis coꝝ veniebat ad eũ lapicidarius: deferens in manu ſua tres vel quatuor petias marmoris diuerſorũ coloꝝ dicẽs. Iubeat dñs imperator. de quo genere marmoris velit ſibi fieri ſepulchrũ: eo ꝙ hõ mortalis ẽ. Et hoc fiebat ad dandũ ſibi occaſionẽ humiliatiõis ex memoria mortis. Ioan. elemoſynarius factus patriarcha Alexãdrinus fecit ſibi fieri monumentum: ſed imꝑfectũ. Et in precipuis ſolẽnitatibus cũ eſſet põtificalibus inſignitus. ⁊ i magno honore ppli. ſtatuerat vnũ tũc venire ad ſe qui diceret. Dñe imperfectũ eſt ſepulchrũ tuuz iube ergo illud ꝑfici q2 neſcis qua hora fur veniet ſcz mortis. Sed ⁊ qñ papa ꝯſecratur ante oculos eius accendit modicũ ſtupe: ⁊ dr̃ ei. Pr̃ ſancte ſic tranſiet gloria mundi. ¶ Valet ſcd̃o meditatio mortis ad mũdi ꝯtemptuz ⁊ deſpectionẽ. Eccl's. xj. Si multis annis vixerit hõ. ⁊ in his oibus letus fuerit. meminiſſe tñ dz tenebroſi tp̄is ſcz mortis qd̃ cũ venerit vanitatis arguentur preterita. Hiero. ad Paulinuz. Facile ꝯtemnit oĩa qui ſemꝑ ſe cogitat moriturum. ¶ Tertio valet ad fugã peccati ⁊ deteſtationẽ: cum ꝯſiderat ꝙ propter pctm̃ hõ incurrit mortem corꝑis ⁊ aie. ad Ro. v. per vnũ hoiem ſcilicet Adã peccatũ intrauit in mundũ ſcz originale. ⁊ per pctm̃ mors. In hiſtoria tranſmarina legitur ꝙ cuz bragmani peterent ab Alexandro magno imortalitatẽ ſibi dari. ⁊ ipſe negaret ſe hoc poſſe facere cũ mortalis eſſet aiunt illi. Tu ergo cũ mortalis ſis. quare tot mala faciendo ꝑ mundũ diſcurris? q. d. Ab his malis hoc cõſideratio mortalitatis tue deberet te retrahere. ¶ Valet quarto ad depreſſionẽ carnalis deſiderij ⁊ delectationis. In cuius figuram habes Iob. ij. ꝙ ipſe teſta saniẽ radebat ſedens in ſterquilinio. i. memoria mortis ⁊ ꝯſideratione fractionis corꝑis: q2 vas per ipſam mortẽ frangitur saniẽ carnalis delectatiõis ex ꝯcupiſcentia exurgẽtem ammouebat. b. Grego. Nihil adeo valet ad edomandũ carnis deſideria: ꝗ̃ cogitare qualis ſit futura caro moritura. ¶ Valet quarto ad tribulationũ tolerationẽ: q2 cuz in morte oẽs res tp̄ales deficiant: ⁊ tẽpus vite breue eſt: qñ mors ſequitur. ideo inde ꝯfortatur ad ſuſtinendum: q2 paꝝ affligit. ⁊ inde quieſcet ⁊ remunerabitur. Petrus in cañ. ſua. Modicuz ⁊ ſi opz contriſtari in varijs tribulationibus: vt probatio fidei veſtre ꝑcioſior ſit auro quod per ignem ꝓbatur. Apoc. xiiij. Beati mortui qui i domino moriunt. Amodo iam dicit ſpũs vt requieſcant a laboribus ſuis. ¶ Valet ſexto q2 ꝓuocat ad miſericordiam ⁊ largitatem. Conſiderans enim ꝙ ſecũ afferre non põt: ſed largiens pauperibus inde ſubſidiũ in aia habebit: ideo dimittit iniurias receptas a primo. elemoſynas dat aliena reſtituit. Alexãder cũ vidit quia moreret: diuiſit regnũ ſuũ pueris ſuis. b. Ambro. Non ſunt hois bona que ſecũ auferre nõ poteſt. Sola miſericordia comes eſt defunctorum. Quidã burgẽſis Pariſius fecit fieri feretrum in quo portaret mortuus: ⁊ in domo ſua voluit illud poni in loco vbi frequẽter videret ipſum. vt per ꝯſiderationẽ mortis ꝓuocaretur ad opera miſericordie. In die aũt oĩum defun-

ctorum replebat illud panibus quos pauperi/
bus dabat dicens. Ecce cito morior. ⁊ quis po/
ſtea me memorabitur mei. ¶ Ualet ſeptimo ⁊ vlti
mo ad inducendum ad penitentiam ⁊ pſeuerã
tiam. Rex niniue cũ populo ſuo audito a Jona
ꝙ niniue inde ad quadraginta dies eſſet ſub/
uertenda: ⁊ inde oẽs morituri indutus eſt ſac/
co: ⁊ ſe dederũt operibus penitẽtie. Job. iij. ca.
Expectant mortẽ ⁊ nõ venit: quaſi effodientes
theſaurum: gaudẽtq; vehementer cuꝫ inuene/
Exẽplũ rint ſepulchrũ. ¶ Legitur in li. de ſeptem do/
nis. ꝙ cũ quidã miles flagitioſus accepiſſet pe
nitentiã ab Alexandro papa. renuebat eam fa/
cere ⁊ ſe nõ poſſe implere. Denium papa dedit
ei vnum anulũ quẽ pro penitẽtia aſſidue porta
ret in digito eo pacto ꝙ pluries euꝫ in die aſpi
ceret. ⁊ aſpiciendo tũc cogitaret ſe eſſe moritu/
rum. Quod cũ feciſſet: inde ad modicuꝫ tp̃s ex
huiõi ↄſideratione mortis ita ↄtriſtatus ⁊ com
punctus eſt ꝙ rediens ad Alexandrũ obtulit ſe
paratũ ad omnem penitẽtiam peragẽdam.

¶ Quod aſſignatio rationũ in morte eſt timẽ/
da de ſeptem generibus rerum.

Capitulum nonum.

QUartum quod eſt ti
mendum eſt in morte rõnũ aſſigna/
tio. Apl'us ad Heb. ix. Statutum eſt
hominibus ſemel mori: poſt hoc iu/
dicium ſcꝫ particulare ſcꝫ diſcuſſio vite eius.
Oẽs enim ſtabimus ante tribunal xp̃i ſcꝫ ad
reddendaꝫ rõnem de tota vita noſtra. Qd̃ ipſe
dñs oñdit per parabolas villici ⁊ diſpẽſatoris
cuiuſdam diuitis cuius cũ dñs audiſſet. q: ma
le diſpenſaret diſpenſando bona eius vocauit
illum dicens. Redde rõnẽ villicatiõis tue. Lu
ce. xvj. Et etiã de quodã rege qui voluit rõnem
ponere cũ ſeruis ſuis. Math. xviij. Et ſilr de il
lo dño qui dedit ſeruis ſuis talẽta. vni quiq; al
teri duo: tertio vnũ vt negociarentur cum eis.
Et poſt certũ tp̃s venit dñs ad faciendum rõci/
niuni cũ eis: q̃ũo negociati fuiſſent. Et quos in
uenit bene ⁊ diligẽter ſe exercuiſſe in eis collau
dauit: ⁊ de lucro facto remunerauit. Eum autẽ
qui non operatus fuerat talentũ ſibi creditum
q: non multiplicauerat: etſi ↄſeruaſſet dure in/
crepans: ⁊ ab eo illud auferẽs ↄdẽnauit. Mat
the. xxv. c. Et quaſi ſimile de hoĩe nobili qui de
dit ſeruis ſuis decemnas ad negociandũ. Lu
ce. xix. Ex quibus oĩbus parabolis aperte oſtẽ/
ditur ꝙ habemus deo reddere rõnem de actis
in vita noſtra. Et hoc p̃mo in egreſſu aĩe de cor
pore. Unde Cypria. Qualem te inuenit dñs cũ
vocat ſcꝫ per mortẽ talẽ te iudicat vt ſciant om
nes. ait ipſe per prophetam. q: ego ſum domi/
nus ſcrutans renes ⁊ corda id eſt affectiones: ⁊

cogitationes qui do vnicuiq; ſm̃ opera ſua. de
pe. di. j. Nunqd. Ad idem exempla in vitaſpa/
trum dixit quidam ſcũs. Tria ſunt que valde ti
meo. Primũ eſt qñ aĩa egreſſura eſt de corpo/
re. Scd̃m qñ preſentabit ante tribunal xp̃i ſcilꝫ
rõnem reddituro. Tertiũ eſt qñ dabitur a chri/
ſto ſententia de me. Uñ ⁊ quidã alius ſenex cuꝫ
videret quendã iuuenẽ ridentẽ ait. Ecce corã
celo ⁊ terra redditurĩ ſumus rõnem deo de to/
ta vita nr̃a. ⁊ tu rides. vñ Eccl. xj. dicitur. Leta
re iuuenis in adoleſcẽtia tua ⁊ in bonis ſit cor
tuum. ⁊ ſcito q: pro his oĩbus adducet te dñs
in iudiciũ. Nec ibi in rõne reddenda multum
tp̃is ponet: ſicut fit in mundo cũ rõcinia fiũt: q:
tunc oĩa nota ſunt iudici. ad Hebre. iiij. Om/
nia nuda ſunt ⁊ aperta oculis eius. Et oĩa in pũ
cto repreſentabunt ↄſcientie iudicandi. Horrẽ
dum eſt ait apl's incidere in manus dei viuen/
tis. nil defectus impunituꝫ pmittentis. Hoc ti/
mens ſanctus Job dicebat. Uerebar oĩa opera
mea id eſt timebã. ſciens ꝙ nõ parceres delin/
quenti. Timebã dubitans aliqñ ne forte aliqs
defectus in ipſis etiã bonis operibus meis in
eſſet quod punitionem mereretur. Etſi columne
timent tale iudicium particulare pro ratiõe
reddenda. quid faciet arundo. Eſt autem ratio
exigenda de ſeptem.

¶ De anime potentijs.
¶ De corpore ⁊ membris.
¶ De tempore ⁊ adiacentijs.
¶ De gratie adiumentis.
¶ De ſapientie documentis.
¶ De culpe inquinamentis.
¶ De regimine in ſubiectis.

¶ Primum igi/ .§. i.
tur de quo reddenda eſt rõ deo eſt de anima et
potentijs q̃ũo conſeruauit eam ⁊ exercuit. Deu
tro. iiij. Cuſtodi temetipſum ⁊ animam tuam
ſollicite. Et Eccl. Cuſtodi animã tuam ⁊ da illi
honorem ſuũ. ⁊ merito. Eſt enim in ea imago
dei. Unde beatus Augu. in li. de trini. licet ani
ma ſeu mens nõ ſit eius nature cuius eſt deus
imago tamẽ eius ibi querenda eſt. quo nihil ẽ
melius. ſcꝫ in parte ſuperiori. Hec autem ima/
go apparet in potentijs eius ſcꝫ memoria: intel/
lectu ⁊ voluntate. que dicuntur potentie ſepa/
rate. quia ſcꝫ anima ſemper retinet ⁊ vtitur eis
etiam ſeparata a corpore. Sumendo tamẽ me/
moriam pro parte intellectiua qua retinet ſpe/
cies intelligibiles ⁊ nõ pro potentia ſenſitiua
que etiam eſt in brutis. Nec operatur aĩa niſi
mediãtibus iſtis potẽtijs. Ecce q̃ũo eſt dei ima
go. quia ſicut vna eſt eſſentialiter ⁊ trina in po/
tentijs: que realiẽ diſtinguunt ab inuicẽ: ita ꝙ
vna non eſt alia. vna tamẽ in eſſentia anima iſta

vna eēntia diuina in tribus perſonis realit di/ſtinctis adinuicem:ita ꝙ vna non eſt alia pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus.⁊ hi tres vnum ſunt. Honorat aūt iſta imago qñ ꝯſeruat in ſua puritate:⁊ potētie eius exercent ꝑpter ipſum deū cuius eſt imago. Et de memoria ait Salomon Eccſo vl. Memēto creatoris tui in diebus iu/uentutis tue anteꝗꝫ veniāt dies afflictiōis tue ⁊ appropinquent anni de qbus dicas mihi nō placent. Et ps. Benedic aīa mea dñm:⁊ noli obliuiſci oēs retributiōes eius ideſt beneficia eius.que iō dicuntur retributiōes.q2 cum male feceris quotidie peccando tanta eſt charitas dei:ꝙ innumera bona beneficioꝝ ſuoꝝ reddit tibi.Ait etiam ipſe dñs in Threno. Recordare paupertatis mee qu.i ſcꝫ ſumpſi pro te abſinthijꝫ ⁊ fellis ideſt amariſſime paſſionis quā ſuſtinui pro te. ¶ De intellectu dicit magiſter in.ij.ſen. di.j. Fecit deus rōnalem creaturā vt ſummum bonum intelligeret. Et hoc eſt ad qḋ hortat ipſe deus homines dicens per ps. Uacate ⁊ videte qm̄ ego ſum deus. vacate ideſt ceſſate a vitijs ⁊ ab alijs opibus exterioribus aliqn̄:q2 alit non pōt videri aut intelligi deus. Intelligite quoniam ego ſum deus qui non mutor. Ego ſum deus quo melius excogitari nō pōt. Ego ſum verum vniuerſale ⁊ ſummū bonum. Intelligen/da ſunt quoqꝫ mādata dei ⁊ ſeruanda ⁊ curio/ſa omittenda. ſm illud Eccli.iij. Altiora te ne q̃ſieris:⁊ fortiora te ne ſcrutatus fueris:ſed que precepit tibi dñs illa cogita ſemp:⁊ in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. ¶ De volū/tate. Prouer.xxiij. Fili prebe mihi cor tuum ⁊ voluntatē. Et modum docet dicēs Deut.vj. Et Matth.xxij.⁊ Luc.x. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo. Hugo in libro de arra anime Scio aīa mea q2 vita tua amor eſt:⁊ ſine amore eſſe non potes. Ea aūt eſt vis amoris: vt talē te eſſe neceſſe ſit:quale eſt illud qḋ amas. Hoc ē amare velle bonū qḋ eſt volūtatis. Si ergo de/um anima amat:vere deū hꝫ.imo ⁊ deus ē participatione. ſm illud. Ego dixi dij eſtis. Si ter/ram amas terra es. Oſee. Abominabiles facti ſunt ſcꝫ peccatores ſicut ea que dilexerunt. Ex toto corde ſeu voluntate deum diligit qui eum ſuper oīa diligit. qui ꝑpter obſeruandū māda/ta dei ⁊ ſubſtantiā ⁊ familiā ⁊ patriam ⁊ famā ⁊ tp̄alem vitāꝫ poſtponit. Ex toto corde diligit omnia que amat propter deum diligit. Cum igitur tibi dicendū ſit. Redde rationem villicationis tue de anima tua ⁊ potentijs. quā ratio/nem reddere poterit qui dei imaginē in lutum peccatoꝝ ſepius proiecit. Qui beneficiorū dei rariſſime recordatus eſt:ſed bene iniuriarum que ſibi fecit proximus ad vleiſcendum non re/mittendum. Qui deum nec cognoſcere voluit nec eius mandata nec eius verba. Sed totum acumen intellectus ſui poſuit ad fraudes inue/niendas:ad preparandū. Qui totum affectum ſuum poſuit in terrenis ⁊ carnalibus:oēm rē viliſſimam magis amans ꝙ deum. quod pa/tet q2 pro vno ſolido dicet multa piuria. valde ergo timendum eſt talibus.

De me/moria redden/da ē rō.

De itel/lectu.

De vo/lūtate.

¶ Secundo red/dēda eſt ratio de corpore noſtro ⁊ mēbris eius. .§.ij.

Reddemus rō/nē ð corpore no/ſtro ⁊ q̃/re.

Ad quid enim data ſunt nobis oſtēdit apoſto/lus ad Rom.xij. Ut exhibeatis corpora veſtra deo hoſtiam viuētem ideſt vt mactemus ipſū vitijs ⁊ concupiſcētijs tanꝗꝫ animal imolatum ⁊ viuat in operibus virtuoſis. Nam vt ait Petrus in canonica. Chriſtus ſemel mortuus eſt ꝓ peccatis noſtris:iuſtus pro iniuſtis vt offerret nos deo ſequentes eum. mortificatos quidem carne viuificatos autem ſpiritu. Et cū incōparabiliter debeamus plus laborare ⁊ exercere mē/bra noſtra in obſequium dei ꝙ diaboli mundi vel carnis. imo ſolum in honore dei debemus corpus exercere ⁊ nunꝗꝫ in peccato. Humanū dico (ait apoſtolus Roma.vj.) propter īfirmitatem carnis veſtre. Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatē ſcilicet de vna ad aliam laborando. ita exhibete nunc ſer/uire ipſi iuſtitie in ſanctificationem. vt vel ſal/tem tantum laborent mēbra veſtra pro deo. ꝙ/tum feciſtis pro mūdo vel peccato. Quinqꝫ ſenſus noſtri exteriores ꝗꝫuis radicē habeant in anima:tamē non vtitur eis anima niſi ꝑ orga/na quibus ſunt affixa. Ut potentia viſiua ꝑ oculos auditus:per aures ⁊ huiuſmodi. Dedit er/go tibi deus oculos ad aſpiciendum ad neceſ/ſitatem ⁊ vtilitatem:non ad vanitatem. Dedit tibi oculos vt aſpiciēdo celos ⁊ ornamēta eius ſolem lunam ⁊ ſydera:elemēta ⁊ animalia que ſunt in eis.⁊ alia pulchra opera dei vt inde ex/urgas ad contemplandum pulchritudinem ⁊ magnitudinem creatoris:a quo omnia pul/chra ⁊ pulcherrimus ipſe. Inuiſibilia enim dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intelle/cta conſpiciuntur ideſt dei perfectiones. Ad Roma.prima. Dedit tibi aures vt diſciplinas morales:ſcientias naturales:⁊ artes varias ab alijs audiendo valeas adiſcere.⁊ ex armonia cantuum ⁊ muſicorum inſtrumentorum:conſi/deres cantus ſuaues angelorum. Dedit ⁊ na/res ad odorandū vt ex fragrantia florum ⁊ aromatum intelligas quia ſancti dei in patria flo/rebunt ſicut lilium ⁊ ſicut odor balſami erunt ante diuinam maieſtatem. Dedit ⁊ linguam ⁊ palatum vbi eſt guſtus vt lingua tua:⁊ non ſolum mēte vt angeli deū laudes:admoneas primum:ꝯfitearis peccatū tuum. Poſuit in ea ⁊ gu/

De gr/ꝗꝫ ſenſi/bus.

ſum: vt ex ſuauitate ciborum ⁊ potuũ percipi/
as quoniã dulcis eſt dominus omnis dulcedi/
nis auctor. ⁊ clames cũ ſapientiſſimo viro. O
q̃ ſuauis eſt ſpũs tuus domine: qui vt dulcedi
nẽ tuam in filios demonſtrares panẽ ſuauiſſi/
mum de celo preſtitiſti habentẽ omnem ſapo/
rem ſuauitatis. Sap. xvj. Non ſolũ manna pa/
tribus in deſerto: ſed refectionẽ internalẽ ſan/
ctis tuis. cuius comparatiõe oẽ dulce amarum
vt ait btũs Bern. Dedit ⁊ manus vt nõ abſcon
das manus ſub aſcella piger: ſed vt docet Salo
mon. Quodcunq̃ poteſt manus tua: inſtanter
opare boni. q: nec opus nec ratio nec ſciẽtia va
¶ Sed qualis ſit .§. i.

iſta mater ipſa declarat ſic de ſe loquens ſeu eccleſia in pſona eiꝰ Eccli. xxiiij. Ego mr̄ pulchre dilectionis timoris ⁊ agnitionis ⁊ ſancte ſpei. Matrem ſe haꝝ quatuor virtutū dicit: q: eas in mente ꝯcepit per infuſioneꝫ grē: ⁊ pturiuit iſtos filios: qn̄ ad actum haꝝ virtutuꝫ pceſſit. ¶ Primo pulchre dilectiōis per eximiā charitatem. Scḋo timoris reuerētialis per profundiſſimā humilitatē. Tertio agnitiōis ſcilꝫ fidei per firmiſſimā veritatē. Quarto ſancte ſpei ad omne bonū ⁊ ſupernā felicitatē. De primo Cāti. ij. Introduxit me rex in cellā vinariā. ſcꝫ ⁊ introduxit in me charitatē. De ſecundo Luce. j. Turbata eſt in ſermone eius: ⁊ laude pter humilitatem. De .iij. Luce. j. Beata que credidi

Au.bea.Augu. Pꝛius cõcepit fide ꝙ̃ carne. De quarto Eccl.xxiiij. In me oĩs ſpes vite ⁊ virtu/tis. Extende vt placet. Ex his etiã verbis innui tur reſpectu quoꝝ ſit mater adoptiua. Cum.n. vt dictũ eſt ſit facta mater adoptiua Joãni qui interpꝛetatur in quo eſt grã: mater eſt eoꝝ qui habẽt grãm. Et q꞉ a grã quatuoꝛ iſta ſemꝑ ꝓce dunt. eoꝝ eſt mr̃ qui habent iſta quatuoꝛ. Ecce igitur mr̃ tua ſcʒ tui. qui ſcʒ habes rõnalẽ dile/ctionẽ: q꞉ ego mater pulchꝛe dilectionis. Ecce mater tua ſcʒ tui qui habes filialẽ timoꝛẽ: quia ego mater timoꝛis. Ecce mater tua ſcʒ tui q ha bes ſalutarem cognitionẽ: q꞉ ego mater agni//tionis. Ecce mater tua. ſcʒ tui qui nõ pꝛeſumis ſed ex merito ſperas: q꞉ ego mater ſancte ſpei. Pulchꝛa dilectio eſt vt diligatur amicus ĩ deo ⁊ inimicus pꝛopter deũ. vere pulchꝛa: q꞉ cum luce gratie ⁊ clara ſame. Mat.v. Diligite ini//micos ⁊c̃. vt ſitis filij pr̃is vr̃i qui in celis eſt .ſ. dei. Et ſic eritis filij matris veſtre ſcʒ beate ma/rie. Sine timoꝛe dei non poterit quis iuſtifica/ri. ait ſapiẽs. Sed qui deũ timet ſcʒ filialiter nĩ hil negligit ſcʒ eoꝛum que ſunt neceſſaria ad ſa lutem ⁊ gliam dei. Salomon ait Eccs.vij. Sa/lutaris cognitio incipit a ſeipſo. Sen̄. Pꝛinci//pium ſalutis cognitio ſui. Bꝛeuiſſimam iſtam oꝛationẽ faciebat ⁊ docebat. bea. Augu. Domi/ne nouerim te: nouerim me. Et vnũ inducit ad reliquũ. Expecta dñm ait ps. Quoad quartuʒ cuſtodi vias eius vt hereditate capias terram. ſcʒ viuentiũ. Si ergo diligis eũ ⁊ pꝛoximuʒ: ⁊ times filialiter offendere eum: ⁊ conaris cogno ſcere teipſum: ⁊ ſperas rõnabiliter in supernũ pꝛemiũ. nõ ꝓſumẽdo de viribus tuis. hec ẽ ſcã ſpes. Ecce mater tua beata virgo maria.

¶ Poſſunt etiam .§.ij.

adaptari iſta quatuoꝛ ad quatuoꝛ ſtat⁹ eccleſie ſcʒ ꝓſidentes incipientes: ꝓficientes: ⁊ ꝑficien/tes. ſuper ꝑfectos ſingulis ſingula attribuẽdo. Quibus oĩbus eſt mater pia adiuuando ⁊ ſuc/currendo. ¶ Pꝛimo ⁊ ꝓſidentibus quidẽ con gruit pulchꝛa dilectio ſcʒ erga deum ſe ⁊ pꝛoxi mum. Et ideo xp̃s petrum inſtitutũ in pꝛeſiden

Maria pia eſt mater tem ⁊ paſtoꝛem eccleſie interrogauit ter ſi eum diligeret. Joan.vl.ca. Hoꝛũ beata virgo eſt pia mater: adiuuãdo in neceſſitatibus. vt patuit in Leone pa. cui reſtituit manũ abſciſaʒ. Et in bea to Dñico cuius ſubditos fratres oñdit in viſio ne beate marie tenere ſub chlamyde ſue pꝛote/ctionis. ¶ Scdo incipientibus ꝯgruit timoꝛ. Inde enim monenť ad cauendum mala ⁊ peni tendum ex timoꝛe. Vñ dicit. Eſa. A timoꝛe tuo domine concepimus ⁊ peperimus ſpiritũ ſalu tis. Et hoꝝ eſt mater btã virgo maria ꝓcuran//do reconciliationeʒ deo. ſicut in figura mulier ſapiens Tecuites recõciliauit abſolonem patri ſuo Dauid .ij.Re.xiiij. Et cuidã moniali egreſ ſe de monaſterio poſt tempoꝛa ex meretricio re uertenti ad penitẽtiã ⁊ religionem impetrauit beata maria pꝛo ea peccatoꝛũ veniam. Et adiu uat ad vincẽdũ diabolũ in temptatõibus. Sicut in figuraʒ. Occidit Judith Holofernẽ. Judith xiij.c. ¶ Tertio pꝛoficiẽtibus cõuenit agnitio. vt dicit Salomon Eccs.ix. Neſcit homo finem ſuum. Et ideo ſequiť. Sicut piſces capiunť ha mo: ſic capiunť homines tẽpoꝛe malo. Qđ ps. conſiderans ait. Notũ fac mihi domine finem meum: finẽ vltimũ pꝛopter quem factus ſum: quia tu es vt ad illud me dirigam. Notum fac finem ꝑimum mei operis. vt intelligaʒ me re cta intentione facere opera: nõ vt videar ab ho minibus ſed ad gloꝛiã dei. Notum fac finẽ me um ideſt vt frequenter ītelligaʒ me eſſe in vita finiendũ: ⁊ oĩa iſta mundana dimittenda ꝑ te. Et q꞉ iſtis congruit cognitio que lux eſt ſpũalis ideo dicit Salomon Pꝛouerb.iiij. Juſtoꝛuʒ ſe/mita quaſi lux ſplendẽs pꝛocedit ⁊ creſcit vſq; ad perfectũ diem. Hi enim intendũt ad pꝛofici endum in virtutibus. Hoꝝ mater eſt beata vir go Maria: pꝛecibus ⁊ exemplis dando eis ſu/ſidium. Eſt enim figuratiue illa Rebecca que fi lium ſcʒ iſrael qui interpꝛetatur vidẽs deũ. do/cuit ⁊ iuuit refectionẽ offerre patri ſuauem. cuʒ veſtibus odoꝛiferis vt benedictionẽ patris ob/tineret. ¶ Apparens ipſa magiſtro Raynaldo coꝛpoꝛe infirmo in virtutibus ꝓficienti. vnxit eum ſanando coꝛpus: ⁊ mentẽ roboꝛãdo: ac ha bitum oꝛdinis pꝛedicatoꝛum quẽ ferret oſten/dendo: quẽ oꝛdinem fuerat ingreſſus: qui po ſtea feruẽtiſſime pꝛedicãdo multos ⁊ magnos viros traxit ad religionẽ. Ipſa eſt mater agniti onis que reuelauit nobiliſſimis romanis ciui/bus viro ⁊ vxoꝛi ſue cupientibus ſe tradere in obſequiũ ipſius virginis ac pape. vt in lo co vbi de mane inuenirent niues pꝛeter natu/re ſolitum. quia de menſe auguſti ibi eccleſiam ſuo nomini dedicarent. Quia mane ſequẽti re perta fabricata eſt ad honoꝛẽ eius eccleſia in vr be ſancte marie maioꝛis. ¶ Quarto autẽ con gruit perfectis ſancta ſpes non ſperare in pꝛin cipibus vbi non eſt ſalus: nec in tẽpoꝛalibus di uitijs. quod eſt vanum: nec in ſuis viribus qđ eſt ſuperbie: ſed in eterna beatitudine. Et hec eſt ſancta ſpes. Cõtemplantur enim eterna bo na. que non videntur: ſed appetuntur ſumme ab eis. vt dicãt cum apoſtolo. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chꝛiſto. Et noſtra conuerſatio in celis eſt. Hoꝛum mater eſt beata virgo maria pꝛocu rando eis conſecutionem eterne beatitudinis. Eſt enim figuratiue illa Berſabee que interpꝛe tatur puteus ſeptimus pꝛopter plenitudinem

omnium gratiarum que ſuis precibus petijt ⁊ obtinuit a Dauid regnum ſuum dari filio ſuo Salomoni .iij. Reg. xv. ⸿ Hec eſt que fuit cilicium cum ſerico ſancto viro bea. Thom. cantuarienſi archiepiſcopo mandans ei vt interdictum factum ſimplici ſed optimo ſacerdoti qui quotidie miſſam celebrabat ad ſui honorē nec aliam propter ſimplicitatem dicere nouerat: vt non amplius celebraret: relaxaret. Quod ſimplex ſacerdos faciens ⁊ ſignificans bea. Tho. ex parte beate marie ⁊ ſignum datum de cilicio occultato ab ea ſuto illum ab illo interdicto abſoluit. ⸿ Hec apparens vt matrona venerabilis ad fontem quendam cuidam ruſtico q miſſus erat a filio ſuo ei apparenti ad immergendum tres panes quos habebat prohibuit. Sȝ reuerſus ad eum ſcdo ⁊ tertio vnum immerſit alios duos reſeruãs ex iuſſione beate marie declarantis ei ſe eſſe virginem matrem. ⁊ cum q ſibi apparuerat ⁊ mandauerat panes tres immergi in aquam erat filius eius qui iratus propter peccata hominum mundū in partes tres diuiſum quaſi volebat delere: in cuius ſignum tres panes iuſſerat immergi: ſed ipſa ſententiã retinuerat. Uerum ad placandum dei iraȝ omnes albis induti facerent proceſſionem ad penitentiam reuertentes. Et illa diſparente ſimplex ille ruſticus per diuerſas mundi partes diuulgauit. vnde ſecuta eſt magna nouitas ĩ vniuerſo orbe apd̕ xpicolas: vt omnes mares ⁊ femine cuiuſcunq; etatis ⁊ ꝯditionis albis ĩduti ꝓceſſiones multas facerẽt Anno dñi. M.ccc. xcix. in eſtate. ⁊ multa bona ſecuta. Et poſtea anno ſequenti. M.cccc. ſecuta eſt peſtis vniuerſalis nimia: vt tertia pars hominum moreret. Ecce mater tua ad quam recurras.

⸿ De conceptione ⁊ ſanctificatione btē marie.

Capitulum tertium.

De cõceptu ⁊ ſanctificatiõe beate marie. In ciuitate ſcificata requieui inquit diuina ſapientia. Eccli. xxiiij. Adaptatur ſermo iſte virginem glorioſam. de cuius conceptione vel potius ſanctificatione eccleſia ſolẽnitateȝ facit. De hac ciuitate precinens cantor ſpirituſſancti Dauid inquit. ps. lxxxvj. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. que ab ieſu ſyrac dicta eſt ciuitas ſanctificata nec de aliqua creatura pura fuit vnq̃ dicta tam glorioſa q̃ de virgine maria. Unde in cõmendationem Judith pulcherrime: ſapientiſſime: ⁊ caſtiſſime ⁊ conſtantiſſime: que liberauit populum dei de manibus inimicorũ ⁊ figurauit hanc virginem beatiſſimam: liberatricem populi fidelis de manibus demonum: dixit ſummus põtifex Joachim. Tu gloria hierusalem ſcȝ ciuitatis: tu leticia populi iſrael. nõ dixit tu glorioſa in ciuitate: ſed tu ipſa gloria ciuitatis hieruſalem que dicebatur ciuitas dei. quia ſolẽnis dei cultus ibi erat. Glorioſa igitur dicta ſunt de te. Circa quã poſſunt tria notari.

⸿ Eius virtuoſitas pfectiſſima: q: ciuitas.

⸿ Eius ſingularitas ſublimiſſima: q: dei.

⸿ Eius nobilitas famoſiſſima: quia glorioſa dicta ſunt de te. [Diuiſio thẽatis]

⸿ Quantum ad .§. i.

primum oĩs aĩa poteſt dici ciuitas. Sed aĩa cuiuſlibet reprobi dr̄ ciuitas babylonis. que interpretatur confuſio: q: plena eſt ꝯfuſione peccatorum. ⁊ in ea regnat Nabuchodonoſor: diabolus in ſuperbia ſua. Anĩa aũt cuiuſlibet electi dicitur hieruſalem: que interpretatur viſio pacis. in qua regnat Salomon rex pacificus. Hieruſalem autē edificatur vt ciuitas ex auro ⁊ argento ⁊ lapidibus precioſis ideſt dilectionis dei ⁊ proximi operibus: cum meditationibus ⁊ cõtemplatiõibus precioſis ſuper fundamentum fidei ieſu xpi. Et niſi dominus cuſtodierit ciuitatem anime: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Uerum nulla anima proprie poteſt dici ciuitas niſi beata virgo maria. Unde p excellentiam ciuitas dicitur propter tria.

⸿ Primo propter plenam vnionem.

⸿ Scdo propter congruam prouiſionem.

⸿ Tertio propter rectam gubernationem. [Maria p excellẽtiã dr̄ ciuitas pp tria.]

⸿ Ciuitas dr̄ quaſi ciuiũ vnitas. Unde ſaluator noſter cũ miſit duos ex diſcipulis ad ciuitatem hieroſolymam: q: plena erat ſectis ⁊ diuiſionibus ⁊ peccatis. non dixit. ite in ciuitatem ſed in caſtellum: ſeruamus illam regulam. Si reprinceris nec nomē habere mereris. In anima noſtra ſunt quaſi ciues multi ⁊ varij cogitatus noſtri: ⁊ affectus ſeu deſideria quaſi viri. paſſiones autem quaſi mulieres. Qui omnes debent conuenire in vnum. ſcilicet vt conformēt ſe diuine voluntati: querendo ſemper gloriam dei ⁊ profectum ſalutis. Sed quis eſt hic ⁊ laudabimus eum. Nullus eſt enim tam compoſite felicitatis etiam in ſpiritualibus inquit ſanctus Seuerinus qui non in aliquo cum ſua fortuna rixetur. Nunq̃ et ait Job. in eodem ſtatu permanet. Quis ē qui ſemp in omni opere ſuo cogitatu ⁊ affectu dirigatur ad dominum ⁊ non videat in mẽbris ſuis legem concupiſcẽtie repugnantem legi mentis ſue. ſaltem ad venialia. vnde pax ibi non videtur perfecta: cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Porro vnũ eſt neceſſariũ ſcȝ adherere perfecte deo ⁊ ſecuȝ in omnibus vnum ſpiritum eſſe. quod optime fecit maria que optimam parteȝ elegit in oĩbus vnũ pro certo ſcim⁹. ait Odilio ĩ ſmõe q: oĩs

marie actio intenta ſemper in dño. ¶ Secũdo ciuitatem vt ſit bene ꝑuiſa ne facile capiatur ab hoſtibus ⁊ circũquaqꝫ habeat foſſata ne poſſit appropiquari ad muros. quod fit circa anime ciuitatem per humiliationem. qua quis ſeipſũ deycit. ⁊ infra ſe ſtatuit: cognoſcens ſe ad ima deſcendere ex propria conditione ⁊ inclinatiõe ad mala. Debet etiã ciuitas eſſe in portis bene cuſtodita ⁊ vigilata. Naʒ vt dicit Hiere. ꝓpha. ix. Mors ingreſſa eſt per portas nr̃as. Porte nr̃e aie ſunt ſenſus exteriores per quos intrat mors peccati ad aiam per viſuʒ: auditũ: guſtũ: odoratum: ⁊ tactum videlicet niſi vigilãter cuſtodiantur. Nec ſufficit cuſtodia angelorũ de q̃ dominus per ꝓphaʒ. Super muros tuos hieruſalem poſui cuſtodes. ſ. angelos. tota die nõ tacebunt. ſ. excitantes animam ad bonũ ⁊ deum laudandum. Sed oportet ꝙ quilibet per ſe invigilet per conſiderationem ⁊ diſcretionẽ: ne igrediatur inimicus alicuiꝰ vanitatis ꝑ ipſas portas: nec egrediaſ ciuis ſub ſpecie alicuius boni defectus curioſitatis. Unde in figuram legi. ij. Reg. iiij. ꝙ iſboſeth filius ſaulis rex iſrl' qui poſuerat ancillam ad cuſtodiam porte palatij ſui. quia nõ ſtetit vigilans: ſed dormitauit: ingreſſi per portam ꝑncipes latronũ rechab ⁊ banaa clam occiderunt illum in lecto ſuo quieſcentem. Sic qñ conſideratio vigilans ⁊ diſcretio que dʒ cuſtodire portas ſenſuum dormitat: ⁊ vigilat ad cuſtodiendũ ipſi demones latenter ſuggeſtionibꝰ malis ſubintrant: ⁊ ablatis frugibus virtutum aiam occidunt. Oportet etiaʒ ciuitatem eſſe fulcitam victualibꝰ ⁊ aquis ne fame ⁊ ſiti pereat. Uictualia ſunt ſacramẽta que animam reficiunt. Aque ſunt doctrine ſacre quibus contra calorem laboꝝ ⁊ tentationum refrigeratur. Omnia iſta fuerunt ꝑfectiſſime in virgine. ⁊ ideo per excellentiã ciuitas dicitur. Fuit enĩ humilitate ꝑfũdiſſima. Reſpexit aũt humilitatẽ ancille ſue. Et q̃to magis ſe humiliauit ⁊ occultauit virtutes ſuas: tanto magis deꝰ illam manifeſtauit vt im pleretur illõ quod ait filius ſuus Mat. v. c. Non põt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. i. ſuper altam ꝑfectionẽ ṽtutũ. Optime cuſtodiuit ſenſus ſuos ⁊ nihil inquinatum introiuit in illaʒ. Sacra ſuſcepit tẽpore ſuo que ei congruebant. Nam pie credit. ⁊ baptizata ⁊ confeſſa ⁊ cõicata ſʒ Alb. ſuper illud. Miſſus eſt. Non quidẽ pctã que nõ habebat. quia vt be. Aug. ait. Cum humilitatis cauſa mentiris. ſi non eras pctõr mentiendo efficieris. q̃d euitaras. xxij. q. ij. Sed confitebaſ ſe nõ eſſe dignam tantis beneficijs ſua virtute. Nõ deficiebant in ea aque ſalutaris doctrine. Unde Lu. ij. dicitur. Maria conſeruabat omnia ṽba hec. ſ. dicta a filio ⁊ de filio conferens in corde ſuo

Infra tit. xv. c. xvj.

ſ. cum his que de eo prenũciata erãt a ꝓphetis. Et ſic fluminis impetus ſeruentis. ſ. ſapiẽtie letificat ciuitatem dei. ſ. beata Maria. ¶ Tertiũ q̃d requiriſ ad bonitatem ciuitatis eſt bonum regimen ⁊ gubernatio eius. Nam vt dr̃ Eccle. x. Ueh terre cuius rex puer eſt. i. cuiꝰ rector ſenſibilibus intendit vt puer. Ecõtra Salomon in Prouerb. In bonis iuſtoꝝ exaltabitur ciuitas. Et Gratianus dicit diſt. viij. §. j. ꝙ apud Platonẽ illa ciuitas iuſtiſſime ordinat in qua quiſqꝫ proprios neſcit affectus. i. paſſiones ⁊ appetitus ſuos inordinatos. Eſt ergo in ciuitate aie vt rex vel regina volũtas. que habet imperare oĩbus potẽtijs. Et vt dicit Salomon. Deus ab initio conſtituit hoiẽ ⁊ reliquit eum in manu conſilij ſui. i. in poteſtate ⁊ libertate arbitrij. poſuit ante eum malum ⁊ bonũ. ad quodcũqꝫ voluerit extendet manũ ſuam. Sed ſi volũtas peccato ꝯſentit. iam non eſt dña ſed ſerua: ⁊ nõ niſi male põt talis ciuitas aie gubernari. Ne aũt erret regina illa volũtas debet ſemꝑ habere cõſilium cum rõne. ſm illud ꝓuerbiorũ. Omia fac cum cõſilio: ⁊ poſt factum nõ penitebis. Ratio ergo eſt ꝯſiliarius. Sed ſynderchis ſecretarius qui nunqꝫ fallit arguens illicita ⁊ vtilia approbans. Fantaſia ⁊ memoria ſunt referẽdarij. Cogitationes ṽo deſideria ⁊ paſſiones ſunt ſubditi que habent regulari. Et cum bene regitur dicit dominus de ea. Ciuitas fidelis iuſtitia habitauit in ea. Eſaie primo.

¶ Secũdo nota/ .§. ij.

tur eius ſingularitas maxima in ſanctitate in eo q̃d dicitur dei. Hec poteſt dici ciuitas illa de qua Joã. in Apocal. Uidi ciuitatẽ ſanctam hieruſalem deſcendẽtem de celo a deo paratam vt ſponſam ornatã. Hec eſt beatiſſima virgo Maria ciuitas ſancta. q: munda deo dedicata ⁊ firmata. Et ſic in ſyon firmata ſuʒ. Eccl. xxiiij. Hieruſalem dicitur viſio pacis in ea. Unde ipſe ait. In omnibus requiem queſiui. Deſcendẽteʒ de celo vt a deo edificatam ⁊ datam in ciuitateʒ refugij peccatoribus. vt a deo paratam virtutibꝰ vt ſuam poſſeſſionem. vt ſpõſam ornatam omni gratia: vt ſponſa eſſet dei patris. ex qua virtute ſpirituſſancti filium generaret cõmunem filiuʒ vtriuſqꝫ. Diciſ ergo ciuitas dei. vnde glorioſa dicta ſunt de ea triplici modo ſeu cauſa. videlicet

¶ Primo quia deus eam fundauit.

¶ Scđo q: deus eius poſſeſſioneʒ ꝯtinuauit.

¶ Tertio quia deus eam inhabitauit.

¶ Primo dicitur beata Maria ciuitas dei: q: ipſam fundauit. Sicut alexandria ſic dicta eſt quia Alexander eam fundauit. Et vrbs Roma dicta eſt: quia Romulus primus eaʒ fundauit. Pſal. xlvij. Sicut audiuimus ſcilicet ex vetun

teſtamēto figuratū: ſic vidimus impletū in ciuitate dei noſtri. ſ. virgine maria. Deus fundauit eam in eternum. Unde ipſa ait Eccli. xxiiij. Ab initio. ſ. deo qui eſt initium oīs creature: ⁊ ante ſecula tpalia creata ſum. ſ. pdeſtinatione in mēte diuina. ⁊ ſemp poſtq̄ fundata fuit permanebit. actu aūt in eſſe naturali creata ſeu fundata fuit qn̄ aīa eius creata fuit: ⁊ corpori eius ↄcepto in vtero materno Anne ⁊ organizato infuſa. Hiero. Intra ſecreti vētris anguſtias manus oīpotentis dei ſemp opaṭ idem formator corporis pariter ⁊ aīe. Noli deſpicere bonitatem figuli qui te fecit vt voluit. diſtī. lvj. naſci. Modo aūt ſpeciali dr̄ deus fundaſſe eam quo ad corpus: q: miraculoſe ↄcepta eſt. nō quidez q: de ſpūſctō. qm̄ hoc priuilegiū ſoli xp̄o: ſed q: ex pr̄e Joachim ⁊ matre Anna ſterilibus. vn̄ in figurā vt dicit Damaſce. Sicut Anna p vota ⁊ repromiſſis cum eſſet ſterilis genuit ex viro Samuelē: ſic Anna ex Joachim viro per votum ⁊ oīones genuit Mariā. In eſſe aūt ſpūali fundauit deus ciuitatē iſtaz: qn̄ in vtero materno ſanctificata fuit ab originali totaliter mūdata. In qua quidem ſanctificatione copioſior gratia fuit in ea infuſa q̄3 in ceteris ab vtero ſanctificatis: vt Joāne Baptiſta ⁊ Hieremia. Scimus enim plus grē ei eē collatū (ait. b. Ber.) ad vincēduz ex omni parte pctm̄ que cōcipere ac parere meruit euz quem ↄſtat nullū habuiſſe pctm̄. Ue etiaz pie credi pōt q̄ citius alijs fuit ſanctificata. Nō quidē ante aīe infuſionē: q: caro nō eſt ſubiectū culpe vel gratie: ſed aīa. Infuſa vō aīa q̄3citius ⁊ forte eadem die ⁊ hora: etſi nō momēto fuit ab originali mundata ↄtracto imediate poſt acceſſuz eius ad corpus. Qd̄ videṭ notare ps. qui loquēs d̄ ciuitate dei ⁊ ſanctificato eius tabernaculo. i. aīa: poſt pauca ſubdit. Adiuuabit eā deus mane diluculo: vt mane intelligaṭ natiuitas eius in vtero: cuius diluculū hns aliquid de tenebris fuit tp̄us quo organizatū corpus ſuſcepit aīam aliqualr tenebroſam factā per originale: ſed in iſto diluculo. i. q̄3citius adiuuabit eam ſanctificando ⁊ preſtādo robur gratie: ad omne opus bonum tpe ſuo faciēdum. ℭ Diciṭ ſecūdo beata Maria ciuitas dei: q: poſſedit eam deus ⁊ ↄtinue poſſidet. Peccator poſſideṭ a diabolo p culpā. Unde Luē. xj. de eo diciṭ. Cuz fortis armatus cuſtodit atriū ſuuz. i. aīam vel mundū: in pace ſunt ea que poſſidet. ſ. nō ſibi ↄtradicēdo: ⁊ tētationibus nō reſiſtēdo. Boni aūt a dn̄o poſſidenṭ: nō ſolum per gubernationē ⁊ dn̄ium: ſ3 etiam per gratiā ⁊ obedientiaz. Unde dicunt dn̄o per ps. Tu poſſediſti renes meos. i. affectus ⁊ delectationes meas: vt ſint ſm̄ voluntatem tuā. Sicut aliqua ciuitas dr̄ ciuitas talis dn̄i: vt Pariſius ciuitas regis Francie: quia qūq3 eam poſſidet. ⁊ plene ſub dn̄o ⁊ obedientia eius eſt. Et per hunc moduz beata Maria diciṭ ciuitas dei: q: ſemp poſſedit eam quiete ⁊ ſub perfecta obedientia. Nullius autē ſancti vel ſancte aīa fuit que ita fuerit quiete poſſeſſa a domino. Sed aliqua rebellio ad ipſum reperta eſt faltē ſm̄ paſſiones ⁊ venialia. Excepta (inquit bea. Augu.) hac ſancta virgine: de qua cū de peccatis agiṭ propter honorē dn̄i. nullā prorſus de ea volo haberi mētionem. Si oēs ſancti ⁊ ſancte dum hic viuerent interrogati fuiſſent. vtrum peccatū haberent: oēs vna voce rnderēt quod ait Joan. in cano. j. Si dixerimus q: peccatum nō habemus: ipſi nos ſeducimus. Ubi ſatis patet q̄ loquitur de actualibus faltē venialibus. Perfectiſſime autē poſſedit ciuitatem iſtam: vt dicaṭ per excellentiā dei ciuitas. Unde ipſa ait Prouer. viij. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum. Uie domini ſūt creature ſue per quas nos imus in deū cognoſcendum. ſicut cā cognoſcitur per effectū: vt ignis per fumū. Diciṭ autē hic initiū nō prioritate tēporis ſed dignitatis. Ita enim ciuitatē iſtā beata Maria poſſidet: vt ſit ipſa initiū creaturarū idest digniſſima ſup oēs creaturas puras grā ⁊ gloria. Tertio dr̄ ciuitas alicuius inq̄3tuz eſt inhabitator eius. ⁊ ſic nazareth dicta fuit ciuitas xp̄i: q: ibi ↄceptus ⁊ nutritus fuit vn̄ diciṭ Mat. ij. de xp̄o veniēs: ſc3 de egypto cū matre ⁊ Joſeph habitauit in nazareth. vt impleretur qd̄ dictum eſt per pphām. qm̄ nazareus vocabitur. Et bethleem dicta eſt ciuitas dauid: quia ibi natus eſt ⁊ habitauit in pueritia ⁊ adoleſcētia. Et ſm̄ hoc dr̄ beata Maria ciuitas dei: q: deus corporalr. i. ſm̄ corpus aſſumptum habitauit in ea. ps. xlvij. Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis. ſ. dei filius Jeſus xp̄s in ciuitate dei nr̄i ſc3 beate virginis ad habitandū per nouez menſes ↄtinue: ⁊ totā infantiam ⁊ pueritiā trāſegit cum ea ⁊ in ea. Hec eſt ciuitas illa mirabilis figurata quā vidit Ezechiel in vltima viſione in qua dn̄s ſolus introibat ⁊ egrediebatur ⁊ porta eius clauſa remanebat. ſignans ſm̄. b. Aug. q̄ Maria virgo fuit ante partū in partu ⁊ poſt partū. ⁊ quē totus non capit orbis in ſua ſe clauſit viſcera factus hō. Un̄ ⁊ canit eccleſia. O glioſa dn̄a excelſa ſup ſydera: qui te creauit puide lactaſti ſacro vbere. Qd̄ eua triſtis abſtulit ſc3 vitā corporis ⁊ aīe: tu reddis almo germine. i. filio ex te genito: q mortē nr̄am moriēdo deſtruxit ⁊ vitam reſurgēdo reparauit aīe ⁊ corpis: ⁊ cauſaliter ⁊ virtualiter. Un̄ aptiſſime dicitur. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.
ℭ Albertus autem in li. ſuper Miſſus eſt. dicit. q̄ iō glorioſa dicta ſūt de hac ciuitate. ſ. vir-

gine maria. q: oĩa que ad perfectionem ciuita
tis pertinent: in beatiſſima virgine inueniri: ꝛ
de beatiſſima virgine dici pñt. Fuit eniꝫ funda
ta ſuper humilitate: per caſtitatē murata: turri
ficata per charitatem: ditata per paupertatē: cu
ſtodita per diſcretionē: libera imunitate pecca/
torum: pacifica ſupatiōe tentationū: diuino of/
ficio ordinata: per elegantiā moꝝ edificata: po
puloſa v̄tute: ꝛ oīum donoꝝ gratuitorum: irri
gua abundantia miſerationum: in altiſſimo ſi/
ta per excellentiam priuilegiorum.

De eius nobili/ .§.iij.

de nobilitate beate marie.

tate quoad tertium. glorioſa dicta ſunt de te q:
natiuitas glorioſe virginis Marie ex ſemine
Abrae orta de tribu iuda clara ex ſtirpe Dauid
canit eccl'ia. Natiuitas autē prius fuit in vtero
ſcꝫ per ꝯceptionem: ꝛ exinde ex vtero nata: eiꝰ
vita inclita cunctas illuſtrās eccleſias: per opa
glorioſiſſime ſanctitatis in qbus conſiſtit vera
nobilitas aīe. q: vt ait Sap. Nobilitas vera eſt
que moribus aīum ornat. Ex ea quoqꝫ ortus ē
ſol iuſtitie xp̄s deus noſter. origo ꝛ fons omnis
nobilitatis. Glorioſa igitur dicta ſunt de te O
beatiſſima maria. ¶ Ubi notandū ſm̄ Alberꝰ.
magnū ſuper Miſſus eſt. de quo libro aſſum//
pta ſunt plurima in materia iſta de virgine. vt
infra patet q̄ nobilitas rei conſiſtit in tribus.

Nobilitas rei i tribꝰ cōſiſtit.

¶ Primo in ſua cauſa.
¶ Secundo in ſua ſubſtantia.
¶ Tertio in efficientia.
¶ In cauſa. Si a nobili origine principiuꝫ du
cat. ¶ In ſuba. Si nobilem eēntiā ꝛ proprieta
tem in ſe poſſideat. ¶ In efficientia. Si nobi/
les effectus ex ſe pducat. ¶ Quantuꝫ ergo ad
primū nobiliſſima fuit. vñ ꝛ glorioſiſſima: ſcili
cet ex parte cauſe originis ſue. Nam fuit filia
pncipis: ſcꝫ Abrae. in quo deus populū peculi
arem elegit ſibi: ꝛ diſtinxit ab alijs. Ab Abraaꝫ
enim quadrageſima ꝛ vana ḡnatione deſcēdit
vt pꝫ ex euāge. Matth. in pnci. De quo abraaꝫ
dictum eſt in geneſi. Priceps dei es apud nos.
Et cui primo facta eſt rep: omiſſio de xp̄o naſci
turo. cū dictū eſt ei. In ſemine tuo benedicenſ
oēs gentes. Non dicit in ſeminibus. inqt ap'ſ
ad Gal. iij. ſed in vno ꝛ ſemini tuo: qd̄ eſt xp̄s.
Hic abraā fuit ille nobiliſſimus patriarcha vñ
denominanſ hebrei quaſi hebraici: qui primo
confeſſus eſt fidē vnius veri dei inter idolatras
chaldeos: adorātes ignem pro deo. in quē inie
ctus ab eis vt experireſ virtutem eius: illeſus
exiuit recedens poſtea ab eis vt peregrinus di
ſcurrens per paleſtinā. Et de ipſa virgine dicif
in Canti. Quā pulchri greſſus tui in calciamē/
tis filia pncipis. glo. j. Opera tua in exēplum
ſcōꝝ quos imitaris ꝛ oēs excellis. ¶ Quantū
ad ſecūdum ſcꝫ ſubſtantiā nature pfectionem ꝛ
plenitudineꝫ gratie in ſe hereditauit ꝛ liberri/
ma fuit. Libertatē enim maxime facit immuni
tas a peccato: ꝛ plenitudo gratie que in ea fuit.
Qui enim facit peccatū: ſeruus eſt peccati. ſer/
uitus enim eſt oīno ꝯtra nobilitateꝫ. Sed ipſa
ſola inter puras creaturas fuit ſine peccato etiā
veniali. ꝛ ideo maxime libera. Et iſta eſt glorio
ſior nobilitas: ſcꝫ ex gratia ꝛ virtute: q̄ꝫ iſta que
eſt ſm̄ carnem. Uñ Seneca ait. q̄ nō facit nobi
litatē atrium plenū fumoſis imaginibus: quia
qd̄ ante nos eſt: noſtrū non eſt. Non eni ad no/
ſtram vixerunt gloriā. Uult ex his verbis oſtē/
dere q̄ tantū nobilis eſt ille queꝫ nobilitat ſua
virtus. Hinc ꝛ Chryſ. Nemo ex virtute aut ex
vitio parentum vere aut clarus aut obſcurus ē
imo neſcio quō non ille magis reſplendet: qui
ex parentibus a virtutibus prorſus alienus q̄ꝫ
ipſe qui fuerit dei virtute mirabilis. di. lvj. nu/
q̄ꝫ. Sed tunc queritur in quo cōſiſtat nobilitas
ſm̄ carnem. Et cum dicatur a ſapiente q̄ nobi/
litas ſm̄ carnē non eſt aliud q̄ꝫ inueterare diui
tie. tunc videtur q̄ iſtam nobilitatē non habuit
beata Maria. cū fuerit paupercula ꝛ coniunx
eius Joſeph carpentarius. Et ſic videſ q̄ nobi/
litas iſta ſm̄ carnē non ſit a rebus. Sed neqꝫ a
corpore videſ q̄ ſit: quia nobilitas corporis eſt
ex nobilitate cōplexionis. Inueniūtur auteꝫ re/
ges ꝛ principes qui nobiles dicūtur. ꝛ ſunt ſm̄
carnem aliquādo complexionis melancholice
vel phlegmatice: ꝛ econuerſo ruſtici cholerici
ꝛ ſanguinei. ergo non trahitur a corpore. Item
videtur q̄ nec ab anima: quia anime nō ſunt
ex traduce. ꝛ ſic videſ q̄ nihil ſit nobilitas iſta
ſm̄ carnem. Sed pro nūc breuiter reſpondetur
ꝛ infra in ſeq̄. §. plenius. q̄ nobilitas iſta ſcꝫ car
nem non ſolū quoad gloriam mundi. ſed etiā
multum adiuuat ad virtutes animi ꝛ ad bonū
incitat. q̄uis ipſa ſola non cogat ad maluꝫ vel
bonum. ¶ Quantum ad tertiū fuit beata Ma
ria nobilis in efficientia quia actiue ꝛ paſſiue.
Actiue quia per ipſum fructū ventris ſui ipſa
creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis i
libertatem glorie filiorū dei. vbi ceſſat omnis
prelatio ſubiectionis in alios: ꝛ ſeruus liber eſt
a domino ſuo. Paſſiue: quia ſi veritas libera/
bit vos: veri liberi eritis. vt dicitur Joan. viij.
multo eſt facta libera: que veritatem iſtam ge
nuit. ¶ Sic autem orta ꝛ concepta eſt a nobi
liſſimis ꝛ digniſſimis. Et hec dignitas eius i
uenitur in cauſa ſubſtantia ꝛ efficientia: ſicut ꝛ
nobilitas. Et in cauſa quideꝫ reperitur tripl'x
dignitas ex qua originata eſt. Prima dignitas
regalis: ꝛ hec corporalis. Secunda ſacerdota
lis: ꝛ hec ſpiritualis. Tertia prophetalis: ꝛ hec
celeſtis. Concepta autemꝰ eſt beata maria ꝛ nati

regali ex progenie: qꝛ ex Dauid ⁊ ſucceſſoribꝰ
eius: regibus populi dei: ⁊ propterea: xp̄s di/
ctus eſt frequenter in euangelio filius Dauid:
qꝛ ex eo mater eius deſcendit qđ ⁊ iudei ꝯfeſſi
ſunt. ¶ Ex ſacerdotali quoqꝫ tribu deſcẽdit: qꝛ
cum ſolum ille due tribus ſcꝫ regalis ⁊ ſacerdo
talis adinuicẽ poſſent ꝯtrahere coniugia ⁊ nul
le alie tribus ſm dñi legem. Aaron autẽ p̄mus
ſacerdos ⁊ ſummus a dño inſtitutus in vxorẽ
duxerit de tribu iuda: ⁊ Joiades ſummꝰ ſacer/
dos vxorem habuerit ſimiliter de tribu iuda ⁊
ſtirpe regia. Et ecõtra aliqui de tribu iuda duce
rent in vxores de tribu ſacerdotali. Sic beata
Maria ex ſacerdotali etiaꝫ tribu deſcẽdit. Un/
de ⁊ Eliſabeth de tribu ſacerdotali orta erat co
gnata virginis ideſt actinans. ¶ Ex ꝓphetali
quoqꝫ dignitate deſcẽdit que dici põt celeſtis:
quia prophetie donū a deo eſt imediate ex eo ꝙ
ex Nathan propheta deſcendit. ac etiaꝫ Dauid
⁊ Salomon: qui fuerūt prophe. In ſua quoqꝫ
dignitiſſima fuit. i. in ꝑſona ſua: nā ipſa ẽ regina
celoꝝ: ipſa ẽ regina q̄ aſſiſtit a dextris dei in fim
brijs aureis ⁊c. Fuit ⁊ ſacerdotiſſa iuſtitie que
proprio filio ſuo non pepercit. ſed ſtabat iuxta
crucem ieſu. Non vt dicit beatus Amb. vt mor
tem filij aſpiceret: non vt dolorem filij conſide/
raret: ſed vt ſalutẽ humani generis expectaret
parata ipſa offerre filium deo pro ſaluatiõe mū
di. Prophetiſſa fuit. cū ait. Ecce eniꝫ ex hoc be
atam me dicent oẽs generationes. In cuius fi/
guraꝫ dicit Eſaias. Acceſſit ad prophetiſſaꝫ ⁊c̃.
In efficientia quoqꝫ fuit digniſſima. Ipſa eniꝫ
triplicẽ dignitatẽ originaliter tranſmiſit in fili
um principaliter: ſpecialr in nos. Poſt hec ge/
neraliter filiū genuit qui rex ⁊ ſacerdos ⁊ pro//
pheta fuit. Rex qꝛ inveſtimento ſuo. i. in huma
nitate ſcriptum hꝫ rex regū: ⁊ dñs dominanti/
um. Rex ſum ego ait ipſe Pylato. de quo ſolo
ſapientes ſapienter queſierūt dicentes. Ubi eſt
qui natus eſt rex iudeoꝝ. Sacerdos eſt iuſtitie
ſm ordinẽ Melchiſedech qui per ꝓpriū ſan
guinem introiuit ſemel in ſancta eterna redẽ//
ptione inuẽta. Ipſe etiā ꝓpheta promiſſus per
Moyſen potẽs in opere ⁊ ſermone. Et iſtaꝫ tri
plicem dignitatẽ beatiſſima maria in nos trāſ
miſit que nos fecit deo regnū ⁊ ſacerdotes. im
mo regale ſacerdotium ad regendum nos vir/
tutibus. ⁊ imolandum deo hoſtiam laudis et
bonoꝝ opeꝝ. Et ſic pꝫ ꝙ glioſa dicta ſūt de ea:
ꝗtum ad maximā nobilitatẽ ⁊ dignitatem.

¶ Sed pro ma/ .§.iiij.

iori declaratione nobilitatis que eſt ſm carnẽ.
¶ Nota ſm Albertum vbi ſupra ꝙ nobilitas
iſta ſm carnem eſt traductio carnalis originis
a parentibus ſm ſeculum in diuitijs potentia
vel dñio conſtitutis: ex quibus ꝗtum ex parte
nature eſt: creatur in filijs ſimilitudo cõplexio/
nis ⁊ ꝯformitas moꝝ: ⁊ imitatio operationis.
Homo enim paup ⁊ ignobilis ſi diuitijs cepit
affluere. icipiet delitijs magis vacare cibis de
licatioribus ſe nutrire: ⁊ ſic cõplexionẽ nobili//
tate exercitijs honeſtioribꝰ occupari. parua dā
na minus curare: paruis lucris minus inhiare
dona minus curare: alienū dominiū minus ti/
mere: libertatẽ magis appetere: maioꝝ ꝯſortia
ꝯtrahere: cū ipſis mrimoniū iungere: ⁊ eoꝝ
opera ⁊ mores imitari: ⁊ ſic natura primo ſer//
uilis ⁊ ignobilis victa per ꝯſuetudinẽ in ꝯtra
rium tranſmutatur. Et ꝗto hꝫ a remotiori ⁊ diu
turniori radice ad ramos tranſmittitur: tanto
magis nature inclinatio induratur ⁊ inſepara/
bilior efficitur. vt in filijs ꝗtum ex parte natu
re eſt conditio ſimillima patribus inueniaꝭ in/
clinatio naturalis: ⁊ hec apponit nobilitas car
nis: que ꝗtum eſt de ſui natura ſemꝑ ad hone
ſta ⁊ decentia pluſꝗ ad vilia inclinatur. Et hoc
totum veꝝ eſt niſi libertas arbitrij vel conſue/
tudo vel alia cā extrinſeca contrariū operetur.
Et ſic pꝫ ꝙ nobilitas nõ eſt tm̄ ex qualitate com
plexionis cum rex vel digna perſona melãcho
lice complexionis magis fit audax vel largus
ruſtico propter conſuetudinem ſanguinee com
plexionis. Licet enim aīa non ſit ex traduce. ta
men exiſtens in carne oꝑatur plus vel frequen
tius ſm ꝙ a carne amplius ad aliqua inclinaꝭ. *que nobilitas magis laudanda.*
¶ Quod autẽ ſola nobilitas mẽtis videꝭ lau//
danda. Reſpondemus ꝙ ſi equalitas operati
onis ꝯtraria agit nobilitati originis tanto vi/
tioſior ⁊ deteſtabilior eſt deformitas oꝑationis
ꝗto magis eſt contra naturalem inclinationeꝫ
originis. Et ſic magis culpabilis eſt nobilis vi
tioſus ꝙ ignobilis. vbi aūt nobilitas originis
perficitur ⁊ ornatur nobilitate moꝝ ⁊ operis.
vtraqꝫ alteri preſtat incrementum laudis. De//
inde virtus originis oſtenditur in operatione
non quaſi aduenticiam vel cito mutabileꝫ: ſed
quaſi propriam ⁊ innatam ⁊ debitam nobilita
tem contraxerit a parente. Et dum virtus men
tis fundamentū ⁊ radicem habet nobilitatem
carnis difficultius a virtute moueatur digni//
tatibus non mutabilibus: ſed quaſi innatis mi
nus eleuetur in humiliationibus quaſi magis
indignis altius exaltetur etſi virtus mentis for
ſitā tepuerit ipſa carnis nobilitas eam ad nobi
lia excitat. Et inde eſt ꝙ he due nobilitates con
iunguntur ambe merito collaudantur. Unde
dicitur de ſancto Gregorio. Fulgebat duplex
in venerando decus ⁊c̃. Si autem ſeparan//
tur he due nobilitas carnis non laudatur: ſed
vituperatur quando deeſt nobilitas mentis.
Nobilitas autem mentis ſine nobilitate car//

nis tanto amplius laudaţ. q̃to etiam pꝛopꝛiaꝫ vincens naturam laudabiliter opatur. Uñ verſus Juuenal. Malo paţ tibi therſites dūmodo tu ſis. Eacide ſilis vulcaniaqꝫ arma capeſces q̃ꝫ te therſiti ſilem pꝛoducat achilles. ¶ Si autem dicaţ videtur ꝙ btā v̓go magis debuit eē ignobilis cōditiōis ſm carnem q̃ꝫ nobilioꝛ: tū qꝛ .j. Coꝛ. .j. dicit. ¶ Nō multi ſapientes ſm carnem non multi nobiles: ſꝫ ignobilioꝛa mundi ⁊ cōtemptibilia: ⁊ que non ſunt elegit deꝰ vt cōfundat foꝛtia. Sed beatā mariam elegit deus ⁊ p̄elegit. ergo d̓buit potius eſſe ignobilis. tū qꝛ glo. ibi dicit. Uenit hūilis deus non querēs altos ſed humiles. Uñ non elegit reges vel ſenatoꝛēs vel phōs vel oꝛatoꝛes ſꝫ plebeios: pauperes idoctos piſcatoꝛes. Et ſic iſta oībꝰ pꝛelectiſſima videţ ꝙ debuit eſſe plebeia ⁊ paupercula. tum qꝛ videtur maioꝛ humiliatio dei naſci de ignobili q̃ꝫ de nobili. Ad q̄ rñdetur ꝙ illa dicta ſunt de p̄dicatoꝛibꝰ pꝛimis: per quos mundus erat ꝯuertendus ad fideꝫ quos congruebat eē plebeios ⁊ indoctos: ne coꝝ ſapientie potentie vel dignitati aſcriberet id quod deus p̄ grām ⁊ ſuum myſterium opabatur. ⁊ ſic crux xp̄i euacuaretur. Uñ congruebat ꝙ non in doctis humane ſapie verbis: nec in potentia dignitatis homines ad fidem deciperenţ vel cogerenţ: ſꝫ ſimplicibꝰ ſimplicium verbis exterius. diuina virtute coopante interius hūiles p̄ humiles vocarētur: ⁊ ſic deus humilis exaltareţ ⁊ diabolus qui per ſupbiam vicerat vincereţ. vnde glo. ibi. Niſi fideliter predicceret piſcatoꝛ: humilr nō ſequeretur oꝛatoꝛ. Sꝫ in btā maria aliō refoꝛmat pactum matre dñi quam decebat modis omnibus quibꝰ potuit exaltare: ⁊ ſibi noſtram naturam vniend. .i. in ipſa. de q̄ eam aſſumpſit p̄ oīa honoꝛare: vt ſua erga nos grā tanto maioꝛ appareret q̃ꝫto naturam noſtraꝫ ſibi inſepabiliꝰ vniuit. Et q̃ꝫto modus illius vnionis multiplicis decoꝛaret. eiꝰ q̃ꝫ humilitas tanto p̄fundioꝛ ⁊ maioꝛ grē capacioꝛ fieret: q̃ꝫto etiam ⁊ gratie plenitudo ⁊ nobilitas eleuaret. Tanto etiaꝫ humilitas maioꝛ eſt ⁊ magis laudatur: q̃ꝫto quis nobilis ⁊ magnus exñs humiliatur. Unde. b. Ber. Jn alto non altum ſapere: ſed humilibus conſentire: maxime virtutis eſt.

Arguiţ ꝙ magis debuit eē ignobilis.

Rñſio.

¶ De ꝯceptione beate marie. Ca. iiij.

Memoꝛia mea in generatiōe ſeculoꝝ. Eccli. xxiiij. Et quō ſit iſta memoꝛia de virgine ſingulariſſime in generatiōe ſeculoꝛū oñdit p̄s. xxxix. cum ait in perſona eius. Jn capite libꝛi ſcriptū eſt de me: vt facerem voluntatem tuaꝫ. ¶ Ubi ſciendum ꝙ tres ſunt libꝛi in quibus eſt ſcriptum de ea ⁊ memoꝛia eius.

d̓ triplici libꝛo i q̇bus ſcriptuꝫ de ea. ſ. maria.

¶ Pꝛimus liber eternalis cognitionis.
¶ Secundus liber figuralis deſcriptionis.
¶ Tertius liber perſectionalis eruditionis.
¶ Jn p̄mo gñata ſunt ſecula in mēte diuinali per p̄oꝛdinationē. Jn ſcḋo gñata ſunt ſecula in eſſe nāli per narrationē. Jn tertio gñata ſunt ſecula in eſſe ſpūali per refoꝛmationē. Et in oībꝰ his eſt memoꝛia v̓ginis in capite cuiuſlibet libꝛi vt quid ſingulariſſimum ſcriptum.

¶ Quantuꝫ ad pꝛimum ſciēdū ꝙ liber eternalis eſt mens diuina in quo ſunt oīa que fuerūt ſunt ⁊ erunt ſcripta. iſta ſcriptura eſt noticia dei que eſt oium rerū. nō ſolū que facta ſunt: ſed etiam que fieri pūt que nunq̃ꝫ erūt: ſed coꝝ que creata ſunt ⁊ creabunţ ſeu erūt. Jnter creata ſūt in hoc libꝛo eterno ſcripti oēs electi dei p̄oꝛdinati ab eo ad vitaꝫ eternā. ⁊ oīa bona que eis collaturus eſt. de quo libꝛo dicit apl̄s de quibuſdā diſcipulis ad Phil. iiij. Quoꝛuꝫ noīa ſcripta ſunt in li. vite. Unde ⁊ Gḡa. dicit. de pe. di. iiij. ꝙ ſm p̄ſcietiaꝫ de libꝛo aliqueꝫ ſcribi in li. vite. eſt aliquē p̄oꝛdinari ad vitā. ſ. grē ⁊ glie. qḋ ab eterno p̄oꝛdinatuꝫ eſt. ⁊ ta. Moyſes Exo. xxxij. Aut dimitte pop̄lo iſti hāc noxā. ſ. idolatrie cōmiſſe ad mōtē ſynai adorando vitulū: aut dele me de li. queꝫ ſcripſiſti. q. d. Quia ſcio te nō velle me delere de li. viuentiū. ideo parce huic populo. Jn hoc libꝛo nō eſt poꝛitas tp̄is: vt. ſ. pꝰs mens diuina vnum cognoſcat ⁊ poſtea aliud: ſed pꝛioritas dignitatis: vt dicaţ pꝰs ſcriptū qḋ nobilius ⁊ p̄fectius fiēdū eſt diſpoſitū. Sicut etiā accipiţ qḋ ait Jo. bapt. de xp̄o. Ante me factus: qꝛ pꝛioꝛ me erat. Jo. j. Nō quidem tp̄e pꝛius ꝯceptus ⁊ natus eſt xp̄s Joāne: ſed Joānes pꝰs factus eſt. i. cōceptꝰ per ſex mēſes: vt pꝫ Luc. j. Sed d̓ xp̄s ante eum factus eſt p̄oꝛ dignitate: qꝛ ſine cōparatione xp̄s perfectioꝛ ſanctioꝛ ⁊ dignioꝛ Joāne. Et de illo mō dicere pōt btā Maria in capite libꝛi. ſ. diuine p̄oꝛdinationis ſcriptū eſt de me: qꝛ ab eterno p̄cognouit ⁊ p̄oꝛdinauit deus tp̄e ſuo ꝯcipiendā ⁊ naſcēdā virginē que eſſet ſanctioꝛ vniuerſis puris creaturis: etiā angelis. Et ideo in capite libꝛi d̓ ſcriptū de ea: vt faceret voluntatē dei: qꝛ pꝛe ceteris p̄fectius opata eſt ſm voluntatē dei vt eſſet grā ⁊ glīa excellētioꝛ omni pura creatura. Uñ ⁊ de ea cantaţ. Elegit eam deus ⁊ p̄elegit eam. Elegit ab eterno pꝛeoꝛdinādo. Et pꝛeelegit eam. i. pꝛe omnibus alijs excellentem diſpoſuit facere. Jn generatione ergo ſeculorū ſm. ſ. ꝙ fuerant creanda diſpoſita in mēte diuina: ab eterno fuit memoꝛia huius v̓ginis vt quid ſingulariſſimum.

¶ Quantum ad ſe. .§. ij.

De ſcdo libro. ſ. figural' deſcriptiōis. — cādūz. Liber ſcd's figuralis. ſ. deſcriptionis eſt
vetus teſtm̄ in quo vt ait apl's oīa in figurā cō
tingebāt illis. j. Coꝛ. x. Et hic eſt liber mandato
rum dei. Baruch. iiij. ⁊ cerimonialiū ⁊ iudicia
lium ⁊ moraliū. ſ. decē preceptoꝝ. Huius autez
veteris teſtamēti primus liber eſt Gene. in quo
data ſunt mādata de iure nāli. ⁊ huius libri ꝑn
cipiū eſt. In principio creauit deus celuz ⁊ ter
rā ⁊c. Et in capite libri huius dicere pōt beata
Maria. Scriptū eſt de me. ſ. figuraliter. in quo
principio narraſ gñatio ſeculoꝝ. i. creatio rerū
mūdialiū. Unde ibi dicif. Iſte ſunt gñationes
celi ⁊ terre. i. creatio ⁊ memoria mea ait beata
Maria per eccliaſticuz in gñatione ſeculoꝝ. i.
in figura fit mētio de me in creatione mundi.
¶ Moraliter igiſ exponēdo. In ꝑncipio crea
uit deus celū ⁊ terram. inquit Moyſes Gen. j.
In principio. ſ. tpis ſeu mūdi. creauit. ſ. per fi
guram. i. pꝛenūciauit figurādo creādo celū ⁊
terrā. i. parētes ꝟginis glioſe ioachim patrez ⁊
Annā matrem eius. Sicut nobilius eſt celū ter
ra: ita ꝑfectioꝛ eſt pater matre: qꝛ ꝑncipiū acti
uum ꝙ̄ mater que eſt principiū paſſiuū. ⁊ ideo
prius deſcribiſ celū factū ⁊ poſtea terra. Celuz
aūt dicif ioachim pater: qꝛ celeſtē. i. virtuoſam
habuit ꝯuerſationē. Sicut enim celū eſt lumi
noſum: ita ⁊ ipſe fuit illuminatus lumine gra
tie ⁊ doctrine legis diuine. Et ſicut celuz eſt pu
rū liberū ab omni coꝛruptione: ita ioachim ca
ſtus ⁊ mūdus fidem ſeruās vxori: nō miſcēs ſe
cum alia muliere vt filios haberet cū vxoꝛ eēt
ſterilis. Celū quoqꝫ dat pluuiā abūdanter tēpo
re ſuo. ⁊ ioachiz vt in legēda ſcribit dabat abū
danter elemoſynas. Naz de redditibus ſuis fa
ciebat tres ꝑtes. vnam vz pauꝑibus. aliā mini
ſtris tēpli. tertiam pro ſuſtētatione familie ſue.
Terra aūt ꝯuenienter ſignificat annā. Naz ſicut
terra eſt infimum elemētoꝝ ⁊ ſubijciſ influen
tie celi: ita Anna humilis erat. ⁊ ſubiecta in gu
bernatione domus viro ſuo vt ꝑꝫ. Terra ſtabi
lis eſt in eternum ſtat inquit Salomon. Eccſ. j.
ita anna ꝯſtās ⁊ foꝛtis in ſterilitate ſua non tur
bulenta ꝯtra deum murmurās qꝛ filios ei non
daret. Plerūqꝫ enim id votis expoſcimus qḋ
nō obtinuiſſe melius foret. ait Ualerius maxi
mus. Oraſ impoꝛtune a mulieribus infecun
dis pro filijs habēdis: qui habiti aliqñ ſunt cā
pditionis parentum. Terra atteriſ multis mo
dis: ⁊ ſcindiſ ad fructificādum: ita ⁊ anna ieiu
nijs vigilijs ⁊ alijs modis caſtigabat coꝛp⁹ ſuū
vt ſubditum eſſet rōni. ¶ Terra autē vt ſequiſ
in Gen. j. c. Erat inanis ⁊ vacua: quia anna erat
ſterilis ⁊ infecūda vt maius inde appareret mi
raculū: ⁊ magnificētia ex fecunditate ſibi colla
ta. Tenebre erāt ſup faciem abyſſi: qḋ pōt expo
ni ⁊ de cōditione humani gñis vbi eſt abyſſu
iudicioꝛuz incognita: in quo humano genere
erāt tenebꝛe erroꝝ ⁊ peccatoꝝ. declinātis pene
oibus ad idolatriā gētilibus ⁊ iudeis legē dei
diſſipātibus. Abyſſus etiam dici pōt ipſa anna
vt terra infecūda. ⁊ ideo tenebꝛe afflictionis et
ꝯfuſionis erāt in ea: qꝛ maledicta dicebaſ ſteri
lis obpꝛobꝛio: videlꝫ ꝯfuſionis que fructū non
faciebat. Ut enim ait. b. Amb. Pudoꝛ eſt femi
nis nuptiaꝝ pꝛemia nō habere: ꝓpter qḋ pꝛimo
inſtitutū eſt matrimoniū vt habetur. xxxij. q. ij.
pudoꝛ. Et ſpūs dñi ferebaſ ſup aquas. Cuz enī
vt narrat hiſtoria ioachim acceſſiſſet ad tēpluz
dñi in hieruſalē iuxta mādatum legis ad offe
rendū ſacrificiuz: ⁊ cum ſecūdis ſe pōtifici pꝛe
ſentaſſet redarguit eum pōtifex qꝛ ſterilis cum
fecūdis ad tēpluz acceſſiſſet ꝓpter qḋ ille confu
ſus ex impꝛoꝑio huiuſmodi nō rediit domuz:
ſed ad ꝑmanenduz cum paſtoribus gregis ſui
abijt. Quod intelligēs anna ſolatio viri deſtitu
ta: cum lachꝛymis dñm exorabat pꝛo reuerſio
ne viri ⁊ remotione huiuſmodi obpꝛobꝛij: ⁊ vo
tū faciens deo offerre fructū ventris ſui. Et tūc
ſpūs dñi ferebaſ ſup huiuſmodi aquas lachꝛy
marū ad exaudiēdum votū eius ⁊ ꝯſolādum.
vnde apparuit ei angelus dñi ꝯfoꝛtans ⁊ decla
rās ſterilium partus foꝛe mirabiles: vt ꝑꝫ de par
tu yſaac ex Sara ſterili ⁊ Sanſonis ex matre ſte
rili: ⁊ Samuelis ex anna: pꝛenūcians ei reuer
ſionē viri ad domū: qḋ ſecutuz eſt apparēte an
gelo ioachim ⁊ reditum impante ac ꝯceptum
futurū de ea que dña mūdi ⁊ mater dei fienda
erat. vnde ſequiſ. ¶ Dixit vō deus dicere dei
eſt facere. Fiat lux. Ubi ſucceſſiue narranſ opa
ſex dieruz in pꝛincipio facta deſignātia ſex ope
ra mirabilia dei facta ſucceſſiue in ꝟgine Ma
ria ibi figurata. Et ſic in capite libri ſcriptuz eſt
de me ⁊c. Et pꝛimū opus eſt ꝯceptio ibi dicēs.
Fiat lux. In hoc pꝛefigurās ⁊ ꝓoꝛdinans cōce
ptū ꝟginis cuius vita glioſa lucē dedit ſclo. Et
facta eſt lux. Facta qdez tpe ꝓdeterminato quā
tum ad coꝛpus a parētibus ſuis ioachim ⁊ an
na: vt eā inſtrāli per eoꝝ copulā carnalem. Nō
enim de ſpūſancto ꝯcepta eſt: qꝛ hoc eſt pꝛiuile
giū ſolius xp̄i: ⁊ hereticuz eſſet hoc dicere: ſed
ſm modum cōem gñationi humane. Facta eſt
aūt lux iſta virgo glioſa a deo ꝑncipaliter quā
tum ad coꝛpus: qꝛ de ſterili ⁊ optime cōplexio
nata ⁊ oꝛganizata ꝙ̄tum ad aīaz: qm̄ ipſe deus
de nouo eam creauit poſt coꝛpus ꝑfecte oꝛgani
zatum: ⁊ creādo aīam in coꝛpus ſuū infudit.
Unde bea. Hiero. Inter illas ſecreti ventris an
guſtias manus oīpotentis ſemꝑ opatur. idem
plaſmatoꝛ coꝛporis ſimul ⁊ aīe. vt. d. lxj. naſci. Et
ſic ꝯcepta ⁊ aīata beata Maria imita eſt cum
aliqua tenebꝛa. ſcꝫ peccati originalis contracti
poſt infuſionem aīe in coꝛpus. Sed ſubito di

parētes Marie figurātur p celū ⁊ trā

Moralizatō p ſcbꝛa (?)

Bꝫā anna aſſimilatur terre ꝗre (?) plo.

nota hiſtoriā

de ſeptē dieruz opibus circa beatā mariā moralizatio.

uiſit deus lucē a tenebris eam ſanctificando: ⁊
ab originali mūdando. Et facta eſt tota lux ⁊ di
es radioſa. ¶ In ſecunda die fecit deus ſcōm
Maria opus. ſ. firmamentū diuidēs aquam ab aquis.
cóparaſ Hoc firmamentū eſt beata Maria: que nata in
firma// mundo ſemp firma fuit in dño. Non enim ait
mento. be. Bern. Feſtiuis laudibus natiuitas eius ce
lebrareſ ſi nō ſancta naſcereſ. i. firmata in om//
ni bono: poſitaq; eſt in medio aquarū ſupioꝝ.
⁊ inferioꝝ. Aque fluxibiles ſunt creature rōne
vtentes vt angeli ⁊ hoies: qui angeli etſi imor
tales ſint in ſui eſſentia ⁊ hoies quoad animā.
tñ ꝯtinue fluunt per mutationē: ſaltē cogitatio
num ⁊ affectionū: imo ⁊ vertibiles ad bonuz
⁊ maluz ante ſui glificationem. In medio ergo
haꝝ aquaꝝ poſitum eſt iſtud firmamentū bea/
ta Maria: ⁊ in medio ſanctoꝝ vie ⁊ patrie di//
uiſa eſt ab vtriſq; exiſtēs ſupra cōem ſtatū vie ⁊
infra ſtatum patrie. coicās cum vtriſq;. habēs
cum ſupioribus virtutum pfectionē: cum inſe
rioribus merēdi ꝯditionē. Cum ſupioribus ſe
curitatē ꝯtra caſum cū inferioribus poſſibilita
tē ad meritū. ¶ In tertia die ꝯgregatis aquis
in locū vnū apparuit arida: vocauitq; deus ari
dam terrā: ꝯgregationeſq; aquaruz appellauit
Maria. Cógregatis igiſ oibus gratijs ſctóruz
in vnū locum. ſ. in aīam vginis appellauit eaz
Mariā: quaſi mare gratiaꝝ. Oia enim flumi/
na in mare intrāt. Eccs. j. idest oēs grē in Ma
ria: ⁊ mare nō redūdat. ſ. in aliquā ſupbiaz. vn/
de ⁊ ipſam ariolā ab omni ꝯcupiſcētia vocauit
terraz ꝑpter ſuā humilitatē ſūmam. Dicit eniz
humilis quaſi humi accliuis. i. terre. de qua di
ciſ in ps. Terra noſtra dabit fructū ſuum. Et in
alio. Deus opatus eſt ſalutem in medio terre. i.
virginis. Et diciſ maria media ꝑducta nō cor/
repta: q: ſemp aucta eſt in virtutibus. Iſta igiſ
terra ſegregata ab aquis delitiaꝝ ⁊ populoꝝ ⁊
maria parunla in tēplo pñtata a parētibus deo dedi/
aſſilaſ cata germen cepit ꝑducere herbaꝝ ſanctaꝝ co/
terre. gitationum. Flores feruētium deſideríoꝝ: fru
ctus pfectaꝝ opationum: quaruz ſemē remāſit
ſuper terr. i. ſ. exteriorūz exēploꝝ. iuxta que alij
poſſint fructificare per imitationez. Inſiſtebat
enim oroni: meditationi pro parte diei. exerci/
tio corpali honeſto alicui pro ſuſtētatione vite
obediēs maioribus ⁊ reuerēs equalibus nō in
uidens: inferioribus ſeruiēs. Loquendi parti/
or: legēdi ſtudioſior. Nō in incerto diuitiaruz:
ſed in prece paupis ſpecie reponēs arbitrū mē
tis non hoiem: ſed deuz querēs. ¶ In quarta
die fecit deus luminaria magna. ſ. ſolē: lunā: ⁊
ſtellas. Sol aūt iuſtitie eſt chriſtus deus noſter.
Sol aūt materialis dicitur factus illa die ex nu
becula illa facta prima die. que dicta eſt lux ſm
quoſdā doctores. Ita ⁊ ſol ſpūalis qui illumi/
nat oēm hoiem venientē in hūc mūdum. fact⁹
eſt ꝯceptus. ⁊ natus de nubecula lucida. i. vgi/
ne Maria. Tunc ⁊ luna etiā formata. i. eccña a
chriſto illuminata. ſicut luna a ſole habuit ſuaz
pfectionē vnitā in noſtra humanitate cum deo
in vtero vginis. Et ſtelle quaꝝ nō eſt numerus
diuerſoꝝ ſcōꝝ lumen grē recipiētes a ſole chri
ſto. q: de plenitudine eius nos oēs accepimus
grām. Joā. j. Apparuerūt. noctē vite preſentis
ſuis exēplis irradiātes. ¶ In quinta die crea/
ti ſunt volucres celi ⁊ piſces ex ipſis aquis. Uo
lucres ad alta volātes ſunt actus vite ꝯtēplati/
ue. Piſces in mari fluctuanti diſcurrētes ſunt
actus vite actiue. Et vtriq; ex aquis abūdātiſſi
me gratie eius ꝑceſſerūt. Quis enarrare vale/
at vel etiaz cogitare altiſſimas contēplationes
quas habuit in ꝯceptu filij in viſitatione Heli/
ſabeth qñ dixit. Magnificat aīa mea dñm. In
natiuitate filij cum vidit deū ex ſe natuz. ab an/
gelis collaudatuz. a paſtoribus ⁊ magis vene/
ratū. a ſymeone declaratum. ⁊ poſtea in pdica/
tionibus. miraculis auditis ⁊ viſis exaltatum.
Nec tñ defecerūt in ea piſces. i. actus mihicor/
die actiue vite ad ꝓximum ⁊ cum labore. Naz
nudū filiū veſtiuit. cibo pauit. lacte potauit. ho
ſpitem in domo ſua paupcula recepit. Fugauit
eum in egyptū ne pdereſ laborabat manibus.
vt eius neceſſitatibus puideret. Deniq; iuxta
crucem ſtans cum filio crucifixo. cruci per com
paſſionē ꝯfixa erat. ¶ In ſexta die fecit de⁹ ho/
minē ⁊ trāſlatum de terra in paradiſum volu//
ptatis dedit ei vniuerſale dñium vt preeſſet vo
lucribus celi ⁊ piſcib⁹ maris ⁊ beſtijs terre ab
eo creatis. Apoſtolus Paulus. j. Cor. xiij. aſſi/
milat ſtatuz vite pñtis etiā in ſanctis ſtatui par
vuli pueri. Statum autē btōꝝ ſtatui viri pfecte
etatis. Unde dicit cum aūt factus ſum vir eua/
cuauí que erant paruuli. Sicut enim paruulus
hz paruā noticiam de rebus ⁊ maxime ſpūali/
bus. ſed vir magnā ſi ſe applicat in illis. Ita in
pñti ois noticia quam de deo habēt etiam ſan
ctiſſimi hoies eſt impfectiſſima ⁊ modica reſpe
ctu cognitionis in patria. Quāuis igiſ btā ma
ria habuit altiſſimā cognitionez de diuinis in
pñti. tñ alio modo habuit perfectiorem quādo
aſſumpta eſt in celū ⁊ paradiſuz trāſlata in aīa
⁊ corpore. vt vir habēs pfectiſſimā viſionem ⁊
fruitionē facta dña oīum vt preſit volucribus
angeloꝝ piſcibus demonū in mari amaro pe/
narum natātibus beſtijs hominū mortalium.
¶ Deniq; die ſeptimo q: quieuit ab operibus
ſuis deus. ⁊ chriſtus in ſepulchro. ⁊ tunc fides
in vgine ipſa. ideo benedixit ei. ⁊ ſanctificauit
ſtatuēs eam diem ſeptimaz in veneratione ha/
beri a fidelibus in honorē eius. Nō quidē ab/
ſtinēdo ab opibus manualibus. ne videamur

iudaizare.de ꝯſe.di.iij.ꝑuenit.ſed ieiunando. orādo frequētius ⁊ elemoſynas dādo. Ecce ergo quomodo in capite libri ſcriptum eſt de ea vt faceret ⁊ cetera. Et ſic per figuram memoria eius eſt in generatione ſeculorum.

¶De tertio libro .§.iij.

qui eſt nouum teſtm̄. precipue euāgeliū in quo docet oīs chriſtiana ꝑfectio pōt intelligi illud Ezech.ij. Et vidi. Et ecce man⁹ miſſa eſt ad me. ⁊ in ea inuolutus liber ſcriptus intus ⁊ foris. Erant in eo ſcripte lamētationes carmen. ⁊ ve. Manus iſta eſt dei fili⁹. quo vt manu artificio factus eſt mūdus. Liber inuolut⁹ in ea eſt euangeliū ſeu doctrina ꝑdicata ab eo. que inuoluta ⁊ obſcura eſt iudeis ⁊ gētilibus. ſcript⁹ eſt intus ⁊ foris. q₂ dirigit ⁊ informat ꝯuerſationē exteriorē ⁊ interiorē hoīs. Sūt ſcripta in eo lamentationes cōpūctionis que debēt hēri pro peccatis. iuxta illud. pniam agite ⁊c̄. Carmen exultationis. qđ quis dʒ hēre pro expectatiōe bonoꝝ mercedis. vel h cruciatus dānatiōis. quē dʒ quis timere pro vitijs ꝑpetratis. Juxta illud Matthei.xxv. Ibūt hi in ſuppliciū eternū. iuſti autē in vitā eternā. Principiū huius libri euangelici eſt illud. Liber gn̄ationis ieſu xp̄i. Matth.j. idest in quo narraṫ gn̄atio tēpalis xp̄i per quem gn̄ata ſunt ſecula. i. hoīes ineſſe ſpūali. Et in fine huius genealogie que eſt in capite libri noui teſtamēti ſeu euāgelij: diciṫ Jacob autē genuit Joſeph virū marie. de qua natus eſt ieſus qui dicitur xp̄s. In capite ergo libri ſcriptū eſt de me. vt facerē volūtatem tuā. in ſumēdo ſpōſam. in ꝯſentiendo deo ad ꝯcipiēdum xp̄m. Et ſic memoria eius v̀ginis eſt in gn̄atione ſeculoꝝ ſpūali. facta in dei incarnatione ex v̀gine.

rior erit anima ſenſibilis qꝫ vegetatiua: ratio/
nalis qꝫ ſenſibilis.angelica qꝫ rationalis hūa/
na ſm naturam.Secundum gratiam aūt que
eſt quaſi lumen creatū procedens a luce icrea
ta vbi eſt maior participatio gratie.ibi maior
appropinquatio ad primam lucem. Ergo vbi
gratia in ſummo.ibi appropinquatio in ſum/
mo ⁊ puritas in ſummo.Sed in beata Maria
reſpectu omnium creaturarum aliarū non vni
tarū fugit gratia in ſummo.ergo ⁊ appropin/
quatio.⁊ inde puritas in ſūmo.Itē apſtus ait.j.
Timo.j.Charitas de corde puro.ſ.ē.Ubi ergo
maior charitas ibi maior puritas.Sꝫ charitas
in be.maria in ſummo.ergo ⁊ puritas in ſum/
mo.Petrus ēt dicit in actibꝰ apſtoꝝ.xv.c.Fide
purificans corda eoꝝ:⁊ loquiẗ de fide formata
per charitatem.Sed be.maria habuit fidē in
ſummo.ergo ⁊ puritatem.Nec obſtat huic cō/
cluſioni ꝙ puritas beate marie etiam in ſtatu
vie fuit maior omniū ſub deo.Unde ⁊ angelo/
rū ⁊ beatorū hoc ꝙ ſua puritas non plene ap/
prehenderet per ſpēm lucem increatā vt beati.
Nā hoc ideo erat:q: maior lux gratie in ſpie/

eto paſſibili cõiuncto corpori ꝛ paſſibili ꝛ groſ/
ſo beate Marie: minus imutat ꝛ mouet actua
liter q̃z maior lux gr̃e in ſubiecto impaſſibili ꝛ
glorioſo. Et hoc apparet ꝑ exẽplum a ſimili. Ui
demus ꝙ qn̄qz maior lux minus illuminat. ꝛ
minor lux magis illuminat ꝑ cõiunctionẽ cuz
aere obſcuro vel claro. Unde qn̄qz luna tantuz
illuminat in nocte vel magis in aere ſereno q̃z
tum vel q̃z ſol in die in aere obſcuro ꝛ obnubi/
lato. ꝛ tñ improportionabiliter maior eſt lux ſo
lis q̃z lune. Sic ꝛ btā Maria. ꝛ ſi nõ ita actuali
ter cõtinue videret deum ſummã lucez per ſpe
ciem vt ſancti ꝑpter obſtantiã corꝑis paſſibilis
ſui tñ habebat maiorem gr̃e habitum ꝛ ſubſtã
tiaz q̃z ipſi. vnde ꝛ magis ꝓxima luci eterne. ꝛ i
de magis omnibꝰ pura. Hec igitur puritas in/
quit Alb. nihil aliud eſt q̃z peccati originalis de
letio: ꝛ fomitis extinctio gratuitarũ ꝑfectionuz
vltimatio. Et ſic in beata virgine ſm̄ ſtatuz vie
fuit gr̃a dei fortius ꝛ magis q̃z in angelis. q̃ztũ
ſcz ad ſubſtantiã. nõ q̃ztum ad actũ qui eſt ope
ratio. ꝛ ſic puritas in ſũmo. ¶ Sed ad hãc pu/
ritatẽ ſummã quattuor gradibus aſcendit.

Maria quattuor gradibus ad ſumam puritatez aſcẽdit

¶ Primo enim purificata fuit per ſanctifica/
tionem in vtero.
¶ Secundo in virtutum exercitatione.
¶ Tertio in ſpũſſancti ſuperuentiõe.
¶ Quarto in filij conceptione.

In primo eſt ꝑfectio gr̃arum ſacramẽtaliũ. In
ſcd̄o eſt perfectio virtutuz. In tertio eſt ꝑfectio
donoꝝ. In quarto eſt ꝑfectio fructuum ꝛ beati
tudinũ. De prima dicit᷑ Can̄. iiij. Tota pulchra
es amica mea libera. ſcz ab originali. Tota pul
chra es a mortali exempta. Macula nõ eſt in te
ſcz venialis. De ſcd̄o in figuram eius dicit᷑ de
Heſter ꝙ erat formoſa valde icredibili pulchri
tudine ꝛ olum oculis gratioſa ꝛ amabilis. For
moſa. ſ. in ope per charitatez que eſt forma vir/
tutum. Incredibili pulchritudine in corpe per
virginitati in ſolitaz caſtitatez. Et olum oculis
gratioſa: ꝑ cordis humilitatem: q: reſpexit humi
litatẽ ancille ſue. Et de pulchritudine. Sap. iiij.
O q̃z pulchra ẽ caſta generatio cũ claritate ꝛc.
De. iij. ps. Sanctificauit tabernaculum ſuum
altiſſimus. deus in medio eius non cõmouebi
tur. Et Lu. j. Spiritusſanctꝰ ſuꝑueniet in te ꝛc.
De. iiij. Ezech. xliij. Maieſtas domini ingreſſa
eſt templum ad viam porte que reſpicit ad oriẽ
tez. Et poſtea ſequit᷑. Et repleta eſt gloria domꝰ
domini. Ad Heb. iiij. Adeamus cuz fiducia ad
thronum gratie eius vt inueniamus auxilium
in tp̄e oportuno. Et ſic patet priuilegium quar
tum de puritate in ſummo.

¶ Quintum pri/ .§. viij.

uilegium gratie eſt: q: ſimul eſt mater ꝛ virgo.
vñ Hiere. Inuenit populus gr̃am in deſerto:
gr̃am. ſ. ſingularis maternitatis producentis
eũ qui nobis attulit gr̃am ꝛ veritatẽ. In deſer/
to. i. beata maria derelicta a peccato. derelicta
in templo a parentibus: derelicta a quolibet vi
ro ꝛ incognita per quã nõ pertrãſiuit hõ: ſꝫ mr̃
eẽt ꝛ virgo. Mater inuiolata: mater icorrupta
mater intacta. Quis vnq̃ audiuit talia inquit
Eſa. vi. c. vt mater eẽt ꝛ intacta generaret. q. d.
nullus. Si queris ait. b. Amb. nature ordinez.
Femina mixta viro generare ꝯſueuit. Liquet
aũt ꝙ preter nature ordinẽ ſit chriſtus natꝰ ex
virgine de ꝯſe. di. ij. reuera. Decuit aũt ꝙ talis
mater eẽt ꝛ virgo. qd̄ eſt ei priuilegiũ ſingula/
re. Homo. n. eſt digniſſima creaturaꝝ. ergo ge
neratio hoĩs eſt nobiliſſimus effectus genera/
lis. Generatio aũt nobiliſſimi cuiuſdã hoĩs eſt
effectus hoĩs ſpecialis. ſed nobiliſſimus effectꝰ
nõ eſt niſi nobiliſſime ſubſtãtie. Iuxta illd̄ Lu.
vj. Ex fructu arbor cognoſcit᷑. ergo generatio
nobiliſſimi hoĩs erit effectus nobiliſſimus no
biliſſime vel nobiliſſimi hoĩs generantis. Sꝫ
vnus eſt ſolus hõ nobiliſſimus. ſ. xp̄s. ergo vni
ſoli ꝯuenit eẽ matrẽ illius. ergo huius mater/
nitas eſt priuilegiũ vnius ſolius. Itẽ effectus
huius generationis fuit perfectus in ſũmo. er
go ꝛ generatio perfecta in ſũmo. Sed perfecti
or eſt generatio vbi vnus de vno q̃z vbi vnꝰ ex
duobus. ergo in iſta generatione debuit eẽ vnꝰ
de vna. ergo illa fuit mater ꝛ virgo. Itẽ ad per
fectiſſimã generationẽ ſm̄ naturã ſequit᷑ perfe
ctiſſima maternitas. Sed perfectior eſt mater/
nitas cũ incorruptiõe q̃z cum corruptione. er/
go decuit vt in tali generatione eſſe ſimul ma/
ter ꝛ virgo. ſm̄ illud Eſa. vij. Ecce concipiet
ꝛ pariet filiũ. ſ. permanẽs virgo. Item qcq̃d ẽ
in arte exemplari diuino totũ debet eẽ declara/
tũ ꝛ exemplatũ in exemplo creato. Sed genera
tio eſt in diuinis. ergo aliquod exemplum de/
bet habere in natura. Sed ibi vnus de vno pa
ter de filio ſine diuiſione: corruptione: ꝛ cõmix
tione. Ergo ꝛ hic de generatione xp̄i vnus de
vna ſine corruptiõe ꝛ cõmixtione. ergo ipſa mr̃
ꝛ virgo. Priuilegiũ eſt igit᷑ ſolũmodo btē ma
rie. ꝙ ſit mater ꝛ virgo. Nec ſua maternitas
aut virginitas fuit indifferens. Sic põt eſſe in
alijs. ſed vtrũqꝫ fuit meritoriũ. Eius enim per
fectiſſima virginitas fuit perfectiſſima integri
tas cordis ꝛ corporis ex radice ſũme charita/
tis. Eiuſqꝫ maternitas fuit ſibi meritũ. ꝙ ipſa
de ꝯgruo meruit fieri mater dei: merito ſue
dei: ſpei: ꝛ charitatis. ac perfectiſſime humili/
tatis. ¶ Qd̄ ſi obijciat᷑ iſtud priuilegiũ nõ ſibi
ſoli ꝯuenire ſed eccleſie ꝛ plante. Nã dicit᷑ ec/
cleſia mater ꝛ virgo. Et ſi dicat᷑ ꝙ mater ꝛ vgo
eccleſia dicit᷑ ſpiritualiter nõ naturaliter. Tũc

Obiectio ... ſi virg ... nõ ſoli ... cõuen ... nia b ... priuile

ſic. Maternitas ⁊ virginitas ſpiritualis eſt perfectior ⁊ nobilior maternitate ⁊ virginitate corporali. ergo verius ⁊ perfectius dr̄ eccleſia mater ⁊ virgo q̄ beata maria. Reſpondeo ꝙ eccleſia nõ habet in omnibus mẽbris integritatem carnis. Et in nullo habet integritatem carnis ⁊ cordis cum sũma fecunditate ſpiritus ⁊ corporis excepta perfectiſſima virginitate ⁊ fecunditate beate marie. Sʒ illã ſpiritualẽ fecũditatẽ ⁊ virginitatẽ quã habet eccleſia in alijs mẽbris habet in ſe ⁊ in beata maria excellẽtiſſime cõeʒ cũ alijs. ⁊ inſuper iſtã priuilegiatã ſingularitatẽ. De plãtis dicit phs ꝙ eſt in eis ſexus. Eſt.n. planta maſculina: ⁊ planta feminina. ⁊ tñ planta generat plãtam ſine corruptione ⁊ cõmixtione. ergo ibi eſt mater ⁊ virgo. ⁊ nõ ſolum maria. Reſpondeo ꝙ planta dici poſſet ſuo modo habere virginitatẽ ⁊ fecũditatẽ ſeu maternitatem. ſi ſimul haberet ſcilicet ſimul virorẽ florꝝ cũ patre fructificationis qḋ nõ ꝯtingit. vt dicere poſſet: flores mei fructus ſicut amigdalum que virginis matris figura fuit. Hoc ẽt in figura notatur Geñ. xiiij. vbi dr̄ abrae. In quarta generatione reuertentur huc ſcʒ ad terrã promiſſionis ſemini abrae promiſſam. ¶ Quatuor ſunt modi generationis humane ẜm Anſ. nec eſt inuenire aliũ modũ. Primus fuit ſine femina ⁊ maſculo: vt adam factus a deo. Secũdus fuit ſine femina ex viro: vt eua ex coſta ade. Tertius eſt ex muliere ⁊ maſculo: vt eſt cõis oĩum naturalis generatio. Reſtabat quartꝰ modus ſcʒ ex femina ſine viro. Et hoc eſt virginis marie ſolum. vnde mater ⁊ virgo. qḋ eſt ſingulare priuilegium. Et per hanc generationem quartam filij abrae. ſ. veri fideles reuertentur ad terram fluentẽ melle ⁊ lacte promiſſam eis ideſt vitam eternam abundantem dulcedine dilectionis ⁊ lacte puritatis.

Modi gñatio/nis hu/mani ſũt q̃tuor

¶ Sextum priui/ .§.ix.

legiũ grẽ eſt. qḋ eſt mater dei Orige. ſup illḋ. Cũ eẽt deſponſata mater eius Mat. j. Mater vnigeniti dei. Mater creatoris ⁊ plaſmatoris omnium. Mater eius qui eſt in celis ſine matre: in terris ſine patre. Et hoc eſt ſingulariſſimũ oĩum priuilegiorꝝ eiꝰ. Figuratũ Dañ. xiiij. in Daniele exiſtẽte in lacu leonũ. cui miſſus ẽ Abacuch miniſterio angeli de iuda in babyloniã cũ prãdio bono. qui Abacuch itrauit ⁊ exiuit ad danielẽ clauſo oſtio. nec daniel in aliquo fuit leſus a leonibus ſeptẽ quo deuorabãt alios. Daniel.n. qui interpretat̃ cã dei. caſtiſſimꝰ: ſapiẽtiſſimꝰ: ꝯtẽplatiõi deditus. ſignificat virginẽ mariã totã virilẽ nil femineũ in moribus habẽtẽ caſtiſſimã: ſapiẽtiſſimã: ⁊ ꝯtẽplatiuã. q̄ bene dr̄ cã dei: q: mater dei. Mater.n. eſt cã et origo filij: cuius filius deus eſt. Abacuch interpretatur luctator fortis. ⁊ ſignificat ieſum qui luctã geſſit cũ diabolo nõ inanẽ. Hic cũ prãdio bono diuinitatis angelos ⁊ hoies reficiẽtis ad danielẽ. i. ad virginẽ miſſus eſt. i. incarnatꝰ ex ea angelo nũciãte. De iudea que interpretatur ꝯfeſſio miſſus eſt in babyloniã que interpretat̃ ꝯfuſio. q: de celo vbi eſt ꝯfeſſio diuine laudis in mundũ plenũ ꝯfuſione errorꝝ ⁊ peccatorũ. Intrãte aũt ⁊ egrediẽte Abacuch clauſtra non reſerata fuerũt: q: aluus tumeſcit v̾ginis clauſtra pudoris ꝑmanẽt: ẽt ipſuʒ parienti. Leones ſeptẽ qui circũeunt querẽtes quẽ deuorent vniuerſitas ſunt demonũ de ſeptẽ vitijs capitalibus tentantes qui in nullo potuerunt virginẽ matrẽ ledere. Sed alios deuorabant hoies et beſtias. i. iudeos ⁊ gentiles. Ubi etiam notãdũ ẜm Alber. ꝙ nõ põt intelligi maior grã pure creature participari q̄ eẽ matrẽ dei. maior.n. eſt q̄ filius adoptiuus per grãm: vel angelus vel frater dei. Et ratio primi eſt: q: inter matrẽ ⁊ filiũ eſt ꝯiunctio ſubſtantialis. Inter patrem ⁊ filium adoptiuum eſt participatio accidentalis. ergo magis eſt eẽ matrem dei per naturaʒ q̄ eẽ filium dei per adoptionem: q: perfectior eſt ꝯiunctio ſubſtantialis q̄ accidẽtalis. Propterea qḋ claudit alterũ in ſe plus eſt ⁊ magis eligendum q̄ illud quod non claudit. Sed eẽ matrem domini ẜm naturam claudit in ſe eſſe filium adoptiuum per gratiam neceſſario: q: aliter nõ fieret mater. ergo plus eſt eſſe matreʒ q̄ filium adoptiuum. ¶ De angelo ſic probat ad quod ſequitur maius bonum. illud eſt plus eligendum. Sed ad eſſe matrem dei ſequitur maius bonum q̄ eſſe angelum. Nam ex maternitate tali efficitur domina omnium angelorum. Et ſi angelus ẜm naturam ſit nobilior ⁊ perfectior homine. tamen ẜm gratiam que potior eſt natura poteſt eſſe perfectior ſicut eſt in beata matre dei. ¶ De fratre ſic probat. Cauſa inquantum cauſa eſt dignior effectu inquantum effectus. Dignius eſt ergo eſſe cauſam boni q̄ concauſatum bono. Sed mater dei ẽ cauſa ⁊ origo dei. ẜm illud quod natum eſt. Frater autem dei non eſt cauſa ⁊ origo dei: ſed cauſatus ab eadem origine. ergo plus eſt eſſe matrem dei q̄ fratrem dei. In cuius etiam ſignuʒ eſt ꝙ dominus dedit preceptum de honorando patrem ⁊ matrem. non autem de honorãdo fratres. quia quid maius eſt mater q̄ frater. ¶ Item cum maius ⁊ dignius ſit eſſe patrem q̄ matrem. ſi aliqua pura creatura eſſet pr̄ dei ẜm humanitatem. videtur tunc plus eſſe ẜm hominem patrem eſſe dei q̄ matrem dei. ergo eſſe matrem dei non eſt maximum priuilegiũ quod poſſit communicari pure creature. Ad

M. eſt mr̄ dei

M. ex mr̄nitate tali effecta eſt dña angelorum

Obijcitur ꝙ non ſit maximũ priuilegium eſſe matrẽ dei.

hoc reſpondet Alber. q̄ hoc eē nō pōt. ⁊ multa
indecentia ſequerent̄. Dicit. n. phs q̄ maſcu/
lus eſt qui generat in alio. Ergo ille qui eſſet
pater dei aut generaret in alio aut in ſeipſo. Si
in alio. ergo due eſſent vnus generans in alio.
⁊ vnus vel vna generans ab alio ſeu altero. er/
go ibi eſſet maſculus ⁊ femina. Si aūt pater ge
neraret in ſeipſo. ergo nec eſſet maſculus: nec
eſſet pater. Itē nō eēt rō tunc quare diceret̄ pr̄
q̄ꝫ mater. Itē cū nō ſit in viro locus conceptio/
nis: formationis: ⁊ nutritionis. Et ſi fieret ſubi
ta formatio: nō eēt generatio. Itē cū nō ſit ibi
organū partus indifferens eēt rō virginitatis
⁊ ſic nō eēt filius v̓ginis. nec eēt pater nec ma/
ter. Itē ſic eēt excluſus ſexus femineus ab icar
natione. Nō. n. incarnatū eſt femina. nec incar
natus eēt ex femina. Et ſic patet q̄ maior gra/
tia pure creature concedi nō pōt: q̄ꝫ eē matrē
dei naturalis. Nā q̄ꝺ ait xp̄s Mat. xij. Qui fe/
cerit voluntatē patris mei. ſ. ipſe meus frater
ſoror ⁊ mater eſt. intelligit̄ ſpiritualiter iſta pa/
rentela nō naturaliter. Sꝫ beata maria fuit ma
ter naturalis. vnde priuilegiū ſingulare. Item
q̄ fuerit nutrix dei. Ipſum. n. vt canit eccleſia
ſola virgo lactabat vbere de celo pleno. nō eſt
per ſe priuilegiū ſed pars priuilegij que inclu/
ditur in maternitate dei. Ad integritatem eni
maternitatis ſm̄ Alber. exigit̄ nō tantū mate/
ria prima corporis generandi: ſed etiā alimen
tum nutriendi. q̄ꝺ tātū aptū natū eſt ab alio ac
cipi. Unde quando eſt alia mater: alia nutrix.
Nutrix eſt quaſi media mater a qua aliquādo
puer multū contrahit a cōplexione influente.
ergo ad perfectiſſimā maternitatē exigit̄ etiaꝫ
ratio nutricis. Unde cum beata maria fuerit p̄
fectiſſima mater fuit ⁊ nutrix. ſm̄ illud Lu. xi.
Beatus venter qui te portauit ⁊ vbera que ſu
xiſti. Et ſic ſub matre dei includit̄ nutrix dei.

¶ Septimum pri/ .§. x.

uilegiū eſt. q̄ eſt virgo virginū. Sic canit eccle
ſia in letanijs. Ubi notandū ſm̄ Alber. q̄ p̄ ge
nitiuū notat̄ duplex habitudo generalis ſcꝫ et
ſpālis. Rōne habitudinis quam importat ge
neraliter notat originē. Dicit̄. n. genitiu⁹ a ge
nerando quaſi a prima ſui generatione a qua
⁊ nomen accepit. ⁊ notat habitudinem gignē/
tis ad genitū vel ecōuerſo. Rōne ſpēalis habi
tudinis notat excellentie ſignificationem. Ra
tione igitur primi non conuenit xp̄o vt dicat̄
virgo virginum. Quia etſi excellit virginitatē
matris. ipſe tamē nō fuit primus virgo qui ge
nerauit alios virgines per imitationem. Sed
beata maria eſt mater omnium in virginitate
q̄ prima ſine precepto cōſilio vel exemplo glo
rioſum virginitatis munus deo obtulit. ⁊ per

M. dꝫ virgo vginuꝫ re ⁊ q̄ modo itelligit

votū virginitatis: vt dicit Aug. ab ea emiſſum
xxvij. q. ij. obprobriuꝫ virginitatis abſtulit: q̄
maledicta in lege dicebat̄ ſterilis: ⁊ eam in ſe
conſecrauit. ⁊ ſic omnes virgines per imitatio
nem ſui genuit. ergo ei ſoli conuenit q̄ ſit vir/
go virginum ⁊ mater virginum. Ratione au/
tem ſecunde habitudinis: id eſt inquantum no
tat excellentiam ſuper omnes virgines. ſicut
roſa flos florum: quia excellit alios: ⁊ rex regū
ieſus: quia excellit omnes reges. Sic ei ſoli cō
uenit ita q̄ nulla alia poteſt dici virgo virginū
Excellit autem omnes alios in fomitis extin/
ctione: in puritate: ⁊ in fecunditate: quia nulla
virgo fecunda niſi ipſa. Nec tamen ex hoc po/
teſt dici minus continens: quia nunq̄ꝫ fuit ten
tata. ex eo q̄ philoſophus dicit in ethicis. q̄ cō
tinens patitur: ſcilicet impulſus tentationum.
ſed non deducitur: id eſt non vincitur ab eis.
Nam hoc habet locum ſm̄ inſtinctum nature
vel cōmunis gratie. ſecus per extinctionem fo/
mitis. vt in beata maria. Uictoria enim cuꝫſit
declaratio potentie ſuper aduerſarium magis.
ac magis declarat potentiam quando tanta eſt
ſuper aduerſarium poteſtas. q̄ non poteſt mo
uere bellum vel inire conflictum: q̄ꝫ cum poſt
ictus ⁊ vulnera vincit inimicum. Ex quo pꝫ q̄
maior fuit virtus caſtitatis in beata maria q̄ꝫ
in qualibet alia virgine. ita q̄ etiam angelos
excellit in virginitate. quia ibi a natura hec a
gratia. Illa angelorum caſtitas neceſſaria: hec
gratuita ⁊ voluntaria. Illa in natura impaſſibi
li. hec a natura fragili. ⁊ ideo vtilior: nobilior
⁊ laudabilior. ¶ Quāuis autem proprie ⁊ ve/
re dicatur virgo virginum. non tamen ita pro
prie dici poteſt mater matrum: quia in virgi/
nitate conuenit cum alijs in integritate mētis
⁊ corporis. Sed in maternitate non conuenit
cum alijs matribus: quia ille recipiunt conce/
ptum ab alijs hominibus. Hec autem non ab
alio q̄ꝫ a deo. Et ideo virgo. Unde eccleſia. Ru
bum quem viderat moyſes incōbuſtum con/
ſeruatam agnouimus tuam laudabilem virgi
nitatem. Rubus eſt natura humana pungiti/
ua per vitia. In hac apprehenſus ignis diuin⁹
quia deus noſter ignis conſumens eſt. quādo
ſcilicet verbum dei noſtram naturā aſſumpſit
de virgine. Ignis tamen iſte humanitati vni/
tus non abſtulit virorem virginitatis in maria
A virore enim dr̄ virgo. Et ſicut ſpina roſaꝫ ge
nuit iudeo mariā. Figura h̓ꝫ de rubo in Exod.

M. nō dꝫ mr̄ matrū ſꝫ vgo vginuꝫ

¶ Octauum pri/ .§. xi.

uilegium beate marie eſt q̄ mater eſt omnium
Unde Prouerb. viij. ipſa dicit prout introdu/
cit eccleſia in ſui laudem. Cum eo ſcilicet deo
eram cuncta componēs ſcilicet per recreatio/

nem ſeu reformationem que quaſi deformata
erāt deformato hoīe per peccatū: propter quē
oīa facta erāt. Vñ. b. Ber. Merito in te dña re
ſpiciūt oculi vniuerſe creature in qua ⁊ ex qua
benigniſſima manus dei quicquid creauerat
recreauit. Et ſic dici poteſt mater oium Sapiē.
vij. Oium mater eſt. Nam cum ipſa ſit mater
dei: ⁊ deus eſt pater ⁊ origo oium. Quicquid
enim per ſe eſt cauſa ⁊ origo cauſe eſt per ſe ori
go ⁊ cauſa cauſati. Sed mater per ſe eſt cauſa
⁊ origo filij. Et filius per ſe origo ⁊ cā oiuz: q:
per ipſum oia facta ſunt Jo. j. ſ. per verbum fi
lium dei. ergo ⁊ ipſa per ſe eſt mater oium. Et
ꝓmaxime hoium eſt mater oium genitura et
cura. q: vnum hoiem genuit: per quē oēs re
creauit ſeu regenerauit. Et in illo filio ſuo no
bis procurauit quicquid ad vitam preſentem
vel futuram nobis neceſſarium fuit. ¶ Hoc au
tem opus recreationis ꝑpter quod dicitur ma
ter oium beate marie dñs ſ̄m quadruplex ge
nus cauſarum ei cōmunicauit ſcilicet efficien
Ma. eſt tis materialis: formalis. ⁊ finalis. ¶ Cauſa q
mater dez efficiētis noſtre recreatiōis. ſ. ineſſe gratie
oium generationis poſt deum ſub deo ⁊ cum deo. q:
hoium ipſa nobis illum genuit qui nos oēs recreauit
ſeu regenerauit virtualiter per paſſionem ſuaz
virtutem gratie cōferētem ſacramētis. Et vt ip
ſum filium ſuuz gigneret ſuis virtutib⁹ de cō
gruo promeruit. Unde Anſel. Nempe decuit
vt ea puritate qua maior ſub deo nequeat itel
ligi: virgo illa niteret: cui deus pater vnicum
filium ſuum quē de corde ſuo equalem ſibi ge
nitum tanq̄ ſeipſum diligebat ita dare diſpo
nebat vt naturaliter eēt vnus. idemq̄ cōmu
nis dei patris ⁊ virginis filius. Et quam ipſe
filius ſibi matrez ſpecialiter eligebat. ⁊ de qua
ſpiritusſanctus volebat ⁊ opatus erat vt cōci
peret ille de quo ipſe ꝓcedebat. Hec Anſel. Et
qd̄ d: de patre eterno: ita ⁊ de matre ei⁹ tēpora
li dici pōt illd̄ Ro. viij. Propo filio ſuo nō pep
cit ſ; ꝓ nobis tradidit illū. ſ. paſſum voluntate
⁊ affectu. Et qūo cū illo nō nobis oia donauit
ptinētia ad recreationē noſtrā. ¶ Cauſa mate
rialis fuit huius recreatiōis noſtre. q: ſpiritus
ſanctus de puriſſimis eius carnib⁹ ⁊ ſanguini
bus cōſenſu mediāte carnē aſſumpſit quod in
corpus trāſformauit ꝑ qd̄ redēptio nr̄a ⁊ recre
atio facta fuit. Huius rei mirabilis figura fuit
qd̄ habeẗ. ij. Reg. xj. ſ. q̄ eo tpe quo ſolēt reges
ad bella ꝓcedere. ſ. tpe veris. Dauid ſurgens
a dormitiōe in meridie. vidit de ſolario ei⁹ mu
liere. ſ. berſabee pulcherrimā lauātē ſe. ⁊ amo
re tractus pulchritudinis eius miſit nunciuz
vt ei acqeſceret. Que aſſentiēs ꝯcepit filium. ⁊
ſanctificata eſt mulier ab imūdicia ſua Dauid
interpretatus manu fortis ſignificat fortiſſimū
⁊ omnipotētem deum. Hic quaſi a ſomno ſur
rexit qñ diſpoſuit incarnari. Nā prius videba
tur quaſi dormire. dū generi humano nō ꝓui
debat de redēptiōe. Et ī meridie. ſ. caloris diui
ni amoris: ſurrexit ad oper. idū myſterium. Ui
dens aūt berſabee q īterpretaẗ puteus ſeptim⁹.
vel puteus ſacietatis. i. virginē mariā pulcher
rimā mēte ⁊ corpore. que eſt puteus aquarum
viuētiū grē ſeptiformis ſupabundās. Lauātē;
ſe. nō a maculis que nulle erāt ſed ſcripturarū
inſiſtētem ac magis ⁊ magis ſe purificātem ꝑ
opa. ſ. virtutū quotidie magis deo ſe appro
pinquātem. Uidēs ergo hāc mulierē oculo ap
probatiōis ⁊ miſeratiōis: tactus pulchritudie
tātaꝝ virtutū: miſſo angelo nuncio vt aſſenti
ret in ꝯceptū filij ipſa aſſentiēte ꝯcepit ſaluato
rē mūdi. Et ſanctificata eſt mulier ab imundi
cia ſua: ſiue q: fomes qui erat in ea relegatus
tūc in ꝯceptu filij ex toto fuit extinctus. Siue
⁊ melius q: libera fuit ⁊ imunis ab imundicia
que accidit in ꝯceptu filioꝝ nullo mō eā habē
do. ſed de puriſſimis ſanguinibus ſuis ꝯcipiē
do. ¶ Nec incōuenīēs eſt vt vitioſe geſtū. ſc;
adulteriū Dauid ſignificet ſanctiſſimū myſte
riū. vt dicit. b. Greg. in moral. l; aliter ipſe ex
ponat. N. ī ⁊ de⁹ de malis elicit bona. Et h̄ for
te eſt qd̄ dicit. b. Amb. de facto illo dauid. q̄ nō
fuit iprobitatis eſtus. ſ. tm̄ ſed vmbra myſterij.
de pe. di. ij. ſ. incarnationis. Licet ibi glo. ali
ter exponat. Sic igitur cauſa materialis. q: de
puris ſanguinibus ⁊ puriſſimis eius factus ē
recreator nr̄ ieſus. ¶ Cā formalis ē btā maria
nr̄e recreatōis. q: oib⁹ ſue dei formiſſ. me ꝯuer
ſatōis ſpeculū ⁊ exēplū ē reuerſiōis a tenebris
⁊ directiōis ⁊ ꝯuerſiōis ad īuitū ꝓnte lucis. vt
ī figurā ei⁹ dictū ſit Judith. xj. Nō ē mulier ta
lis ſup vniuerſam terrā ī aſpectu ⁊ pulchritu
dine ⁊ ſenſu v̇boꝝ. In aſpectu. ſ. conuerſatio
nis ī ope. In pulchritudine caſtitatis in cor
pore. In ſenſu v̇boꝝ in interiorib⁹ v̇bis ⁊ puri
tate cogitatiōis in corde. Uñ. b. Ambro. Habe
tis ī ea ꝓbitatis exēpla expſſa. Prim⁹ deſcendi
ardor nobilitas ē magri. Quid nobili⁹ ea quā
elegit ſplēdor glie ⁊c. ¶ Cauſa finalis ē nr̄e re
creatiōis. q: totū opus redēptiōis poſt deū ī ip
ſius gliaz ⁊ honorē ordinatū fuit. vñ Apo. iiij.
c. Seniores deponunt coronas ſuas añ pedes
agni recognocētes ſe oēs coronas hūilitate et
hūanitate xp̄i quā aſſumpſit de v̇gine. Ecce. n.
ex hoc (ait ipſa) btām me dicēt oēs generatiōes
q:. ſ. reſpexit hūilitatē ancille ſue de me incar
nādo. Omnes ergo imo omnia cū ſint recrea
ta ⁊ renouata ꝑ eam matrem eā dn̄t reputare ⁊
eam ſuper oia ⁊ ſuper oēs puras creaturas ve
nerari. Et hoc priuilegium quod nulli alij con
uenit. ſcilicet quod ſit mater omnium.

¶ Nonum priui/ .§.xij.

Maria dr̄ porta celi.

Maria legium q̄ eſt porta celi. Beatus Aug. in ſmo/ne in pſona virginis ait. Porta facta ſum celi. Janua facta ſum filio dei. Illa facta ſum porta quã vidit in viſione Ezechiel pp̄ha. Dicit autẽ bea. Maria porta: q: cum pprietas porte ſit im portare ⁊ exportare. i. mediũ per qḋ res ab ex/tra ad intra ciuitatẽ vel domũ portant. ⁊ etiam mediũ per qḋ res que ſunt intus in ciuitate vl̄ domo ad extra portant ita per beatã Mariam exiuit de celis ad nos qcquid vnq̄ gr̄e creatũ venit in mundũ. vñ ⁊ dicit mater gr̄e ⁊ mater miſericordie. Et de ea poteſt intelligi illud Sa pien. vij. Omniũ bonoꝝ mater eſt. Et venerũt mihi oia bona pariter cum illa ſcilꝫ v̄gine po/teſt dicere mũdus. Scḋo quicquid boni. ideſt omnis qui de terris intrauit in celum vt ſancti oẽs per ipſam vt portam ſeu medium itrauit. Et iḋ felix celi porta. q: omnes importat in ce/los per bñdictum fructũ filium ſuuꝫ. Unde in hymno canit eccleſia. Uirgo felix celi porta. Et infra. Uitam preſta purã iter para tutũ vt vidẽtes Jeſum ſemp colletemur. ¶ Tertio dicitur celi porta. i. celeſtis porta: quia ipſa ſapiẽtia in/creata dei filius tanquã aqueductus intrauit ⁊ exiuit per eã veſtitus carne nr̄a. ſemper tamen clauſa. ſ. virginitate nõ violata. Uñ de ea in fi/gura dicit Ezech. xliiij. Porta hec ſemp clauſa erit. quam ſcilꝫ in illo mirabili edificio vidit. ⁊ princeps ingredief per eã. ſ. dñs deus. ⁊ clauſa erit. ⁊ nullus ingredief per eã ſcilꝫ homo. quia virgo ante partũ in partu ⁊ poſt partuꝫ. Sicut ſydus radium pfert ſine ſui violatione: ⁊ radi/us per feneſtrã vitream clauſam intrat ſine ſui ↄruptione. Ita ⁊ virgo be. maria dei filiũ ſine vir/ginitatis amiſſione.

Sancti porte celi dicuntur.

¶ Dicunt ⁊ ſancti aliquã/do porte celi. ⁊ hoc inquãtũ per eoꝝ ſuffragiuꝫ vel vite exẽplũ nos importãt in celũ. Uñ ⁊ Jo. in apo. xxj. vidit in celo. xij. portas. ſ. xij. aplos vel pfectos oẽs: qui nos pre ceteris meritis et exẽplis importãt in celũ. Sed ⁊ hoc mõ multo magis põt dici porta celi bea. maria: pp maius eius ⁊ pfectius ſuffragiũ ⁊ vite exẽpluꝫ.

Crux porta celi dicit.

¶ Iteꝫ crux dicit porta celi: q: p meritũ paſſionis itra/tur in celũ. de qua põt illḋ itelligi. Matth. vij. O q̄ anguſta eſt porta ⁊ arta via que ducit ad vitã. ſ. celeſteꝫ. Anguſta nimis fuit crux xp̄o: et via nobis arta p imitationẽ. Et q: nulli ita fuit coicata magnitudo paſſionis xp̄i ſicut mr̄i. iḋ ⁊ meritũ eius ad celũ inducit. Chriſtus ẽt dic. Ego ſum oſtiũ ſi q̄s per me introierit ſaluabit. Jo. x. q: ipſe efficiẽter vt cã pncipalis nos itro/ducit in celũ ſcilꝫ p fidẽ ſue incarnationis de vir/gine implicitã vel explicitã. Uñ bea. Aug. Iſta fides ſana eſt qua credimus nullum hoiẽꝫ ſiue maioris ſiue minoris etatis liberari a cõtagio mortis ⁊ obligatione pcti. qḋ pmo natura con/traxit: niſi per vnũ deũ ⁊ hoiem mediatorẽ Je/ſum xp̄m. Et bea. Greg. ſup Ezech. dicit q̄ oẽs electi qui fuerũt ⁊ qui ſunt in eccl̄ia in mediato/rẽ xp̄m Jeſum crediderũt ⁊ credũt. Et ſic hui⁹ fides introducit in celũ mediatore nato de vir/gine. Et iſte eſt pmus articulus fidei de media/tore nato de virgine. Et talis fides viua tamen incarnati de v̄gine pprie nos importat in celũ. Uñ in figurã in tẽplo erãt duo oſtia que ſimul claudebant ⁊ apiebant. Et iſte due porte in tẽ/plo eccl̄e ſunt xp̄s ⁊ be. Maria. Nulli aũt hoc conuenit ſanctorũ. Ideo priuilegiũ ſingulare.

¶ Decimum priu/ .§.xiij.

Maria cõuenientius dr̄ regina mie q̄ regina gr̄e vel iuſtitie rõ multiplici.

uilegium bea. Marie eſt. q: regina dr̄ miſicor/die. ſm illud qḋ cantat in antiphona. Salue re/gina miſericordie. bea. Bernar. Omnibus ſi/num miſericordie ſue aperit. Idẽ. Sileat miſe/ricordiã tuã virgo maria. qcũq3 te inocans in neceſſitatib⁹ auxiliũ tuuꝫ ſibi ſenſerit defuiſſe. Et ſciendũ q̄ ſm Alber. vbi. ſ. ↄuenientius dici tur regina miſericordie q̄ gr̄e regina vel glr̄e vel iuſtitie multiplici rõne. ¶ Et pma rõ eſt: q: plus cõprehẽdit ⁊ ad amplius ſe extẽdit regnũ miſicordie q̄ regnũ gr̄e glorie vel iuſtitie. qḋ pbat ex eo: q: gr̄a gloria ⁊ iuſtitia per ſe tñ di/cunt collationẽ boni ⁊ ablationẽ mali: vt pcti ⁊ hmõi. Sꝫ miſicordia ſe extendit etiã ad id vbi non eſt collatio boni gr̄e vel ablatio peccati: q: ad eos qui ſunt in iferno. Ibi enim erga dãna/tos nõ eſt collatio boni gr̄e vel ablatio peccati ſeu mali culpe. ⁊ tñ eſt ibi miſericordia. ⁊ ſi non liberãs tñ minus q̄ merent puniẽs. Merent enim ad nihilũ redigi qui tñ conſeruant in eẽ nature. vt dicere valeãt illud Tren. iij. Miſe/ricordie eius q̄ non ſumus cõſumpti. Ab am/pliori autem ⁊ maiori potẽtia: dignitas maior eſt ⁊ denominatio. Ergo a ſumma ⁊ maiori di/gnitate debet dici beata maria regina miſeri/cordie q̄ glorie gratie vel iuſtitie. ¶ Iteꝫ ſecũ/do. Gloria tñ eſt in celo: nõ in terra: nõ in infer/no: non in purgatorio. Gratia eſt tñ in mũdo: nec quoad omnes: quia non in malis homini/bus. Et in purgatorio quoad omnes. non autẽ quoad infernum vel limbũ pueroꝝ: vbi nulla gratia gratum faciẽs. Sed miſericordia etiam eſt in celo. i. mira ſuauitas rigãs corda. ſm il/lud. Dñe in celo miſericordia tua remunerãs. ſcilꝫ vltra cõdignum. Eſt ⁊ in terra miſerias re/mouẽs peccatoꝝ. ps. Miſericordia dñi plena eſt terra: q: ipſa plena eſt miſeria. Eſt ⁊ in pur/gatorio per ſuffragia. Unde hanc poſtulãt di/centes. Miſeremini mei miſeremini mei ſal/tem vos amici mei. Job. xix. Eſt in inferno et

limbo per conſeruationē ſui eſſe ps. Nunquid obliuiſcatur miſereri deus quoad paruulos q gaudebunt nature non purgati ab originali. Aut cominebit in ira ſua.i.ſeuera cruciatione miſericordias ſuas: quin ſcꝫ nō conſeruet eos ineſſe. Ergo maximū regnū eſt regnū miſericordie. Et ideo maxima regina dici debet regina miſericordie. Tertio probatur ſic. Quicquid eſt ſuperius ſuperiori eſt ſuperi⁹ inferiori. Sed miſericordia dei eſt ſuper oīa opera ei⁹ vt habeť in ps. In operibus aūt dei includunť gratia gloria ⁊ iuſtitia: ⁊ multa alia. Regnum ergo miſericordie ē ſuper oīa. ergo regina miſericordie determinat potentiā ſuper oīa. Sed illa proprie conuenit beate marie. Ut potētiſſima domina. vñ ⁊ vere regine miſericordie. Itē cū ipſa ſit ſuper patrimoniū ⁊ proprietatē filij ſui ieſu chriſti regine. Proprietas autē filij ſui eſt miſericordia: vt patet in oīone eccleſie. De⁹ cui propriū eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. Pater etiam eſt deus miſericordiaꝝ ⁊ deus totius conſolationis. ergo ⁊ ipſa proprie regina miſericordie. ¶ Quarto cū diciť regina miſericordie. obliquus ille ſcꝫ miſericordie. aut conſtruitur tranſitiue aut intranſitiue. Si tranſitiue. vere ⁊ proprie dr̄ regina miſericordie. q: ipſa eſt cauſa totius miſericordie continēs totā miſericordiā ⁊ releuans omnē miſeriā. Hāc poſtulabat Dauid dicēs ps. lxxxiiii. Oſtēde nobis domine miſericordiā tuā. Et ſubdit modū. Salutare tuū da nobis.i.ieſum qui datus eſt nobis ex virgine maria. Si ꝯſtruiť intrāſitiue ſenſus eſt. Regina miſericordie.i. que ē miſericordia ipſa. Qđ enim diciť in abſtracto de aliquo maxime cōmēdať. vt de iuſto qđ eſt ipſa iuſtitia. De miſericorde qđ eſt ipſa miſericordia. In huius figuram legiť Heſter.ij. q̄ heſter regina que interpretať humilis dicta eſt etiā ediſſa: q̄ interpretatur miſericordia. ⁊ Eſaie.xvj. dicitur Preparabit in miſericordia ſoliū eius. Solius eſt in loco proprio regni. ergo miſericordia eſt proprius locus regni xp̄i. Sꝫ illius regni dicitur rex ⁊ regina. ergo proprie. b. maria eſt regina miſericordie. ¶ Quinto ſic pbať Diony. in lib. de diui. no. dicit. Regnū eſt oīs finis ⁊ ornatus ⁊ legis ordinis diſtributio. Sꝫ hec oīa proprie ꝯueniūt miſericordie. ergo ei ꝓprie conuenit rō regni: finis diſtributio ſm iuſtitiā eſt: q: exules facit reges. Ornat⁹: q: deformiſſimos peccatores facit angelos pulcherrimos. Legis q: dat charitatē. ⁊ pro illa regnū. Ordinis: q: viuus ſup angelos: hoīes ſup celos. Hꝫ ergo miſericordia ꝓprietates regni. Proprie ergo ipſa eſt regnū. Cuius regni potiſſime. b. maria eſt regina. Proprie igiť dr̄ regina miſericordie: ⁊ magis q̄ꝫ impatrix miſericordie: q: hoc

M.po
iuus re
gina
mie q̄ꝫ
impera
trix mie

nomē impatoꝛ eſt magis nomē timoris ⁊ rigoris. Regina aūt ē magis nomē ꝓuidētie ⁊ eqtatis. Uñ nec deus in ſcripturis dr̄ impatoꝛ ſed rex. Itē magis dr̄ regina miſericordie q̄ꝫ regina reginaꝝ: vel dña dñaꝝ vł dea deaꝝ. Hec.n. oīa importāt magis dignitatē et excellētiā reſpectu ſupioꝝ ⁊ inferioꝝ. Si.n. diceretur dea dearū nō videreť dea vel regina ſup demones vel peccatores. Dr̄.n. ꝯuenietius regina miſericordie q̄ꝫ potētie vel ſapie: q: in miſericordia itelligiť potētia ⁊ ſapia: ſꝫ nō ꝯuertiť. Miſericordia.n. claudit in ſe illa tria. potētiā ⁊ ſapiētiā ⁊ iuſtitiā. Nec ēt ita ꝓprie diceretur regina pacis ⁊ dilectiōis: q: pax ⁊ dilectio nō eſt vniuerſaliter in omnibus regnis ſui: q: nō in malis.

¶ Undecimum .§.xiiij.

priuilegiū ē. q̄ fuit ei paſſio xp̄i cōicata. Uñ ſymeon Luc.ij. Tuā ipſius aīam ptr̄āſiuit gladius ſue paſſionis vt cōiter exponiť. Uñ Dam. dicit q̄ dolores partus fuerāt ei reſeruati in paſſione filij. vel gladius verbi dei.i. fides fixa in corde de crucifixo filio q̄ deus erat. Oēs aīj ⁊ alie amiſerūt tūc fidē de ſua diuinitate: qm̄ oēs diſcipli tūc fugerūt eo relicto. nō ſolū corpore: ſed ⁊ fide. Et ipſa maria magdalena que plus viſa eſt diligere ēt non credidit deū. ⁊ ꝓpterea xp̄s reſurgēs cū ei apparuit. Noli me tangere q: nōdū aſcēdi ad prēm meū Jo.xxj. ſcꝫ in corde tuo.i. nō credis me eē equalē patri. ¶ Pro hui⁹ maiori declaratiōe dicit Alber. vbi ſupra q̄ hoc priuilegiū qđ dr̄ cōicatio paſſionis duo īportat ſcꝫ fidē crucifixi dei ⁊ hoīs. Et p ſe paſſionē ex cōpaſſione patiētis. Et fuit q̄druplex diuerſitas reſpectu dñice paſſionis. Quidā.n. nec habebāt fidē xp̄i nec cōpaſſionē. ſicut infideles inſultātes: blaſphemātes: irridētes: ⁊ demones. Quidā habuerūt cōpaſſionē: ſꝫ non fidē. ſ. q̄ de⁹ eēt q patiebať: ſicut apłi qbus xp̄s dixerat. Oēs ſcandalū patiemini in me nocte iſta ⁊c̄. Mat.xxvj. Scādalū coꝝ fuit: q: receſſerunt a fide ſue diuinitatis quā prius ꝯfeſſi fuerant. Et mulieres ille quibus ait. Filie hierłm nolite flere ſuper me ⁊c̄. Lu.xxiij. Quidā habuerunt fidē vel cognitionē: ſed nō cōpaſſionem. vt angeli ⁊ alij extra ſtatum vie poſiti: vt qui in limbo patrū. Et latro qui fidem quidem habuit ſue deitatis: ſed nō cōpaſſionē per ſe. ⁊ hoc q: circūdatus ipſe ſua paſſione. Sola autē beatiſſima virgo fuit que ſimul habuit fidē et compaſſionem crucifixi dei ⁊ hominis. ⁊ ex cō paſſione patientis per ſe paſſionem. Et ſic ſola fuit cui datum eſt p ꝓuilegium cōmunicatio paſſionis. Cui filius vt dare poſſet premiū voluit cōmunicare meritum paſſionis. ⁊ vt ipſā faceret participem beneficij redemptionis qua

De pui
legio
cōicatō
nis paſ
ſionis
q̄d ipoꝛ
tat.

tenus ſicut fuit adiutrix redemptiōis per com
paſſionem ita fieret mater oīuʒ ꝑ recreationē.
Et ſicut totus mūdus obligat̃ deo per ſuā paſ-
ſionē: ita ⁊ dn̄e oīum per eius cōpaſſionē. Un̄
e glo. ſup illud Eſa. lxiij. Torcular calcaui ſo-
lus ⁊ de gentibus nō eſt vir mecū. Torcular. i.
tormenta paſſionis. Et alia glo. Nec angelus:
nec archāgelus nec alius celeſtis ſpūs. Deniqȝ
humani generis nullus gētilis vel iudeus ſo-
lus repugnat ⁊ ſupat. Sʒ notādū ꝙ dicit de gē
tibus nō eſt vir mecū. excludit. n. viros nō mu
lieres. qꝛ mulier illa btā maria que ſtabat iuxta
crucē ſecū fuit ad patiēdū ex cōpaſſiōe. Et ſic di
cimus de dn̄o ieſu ꝙ habuit ſūmū dolorē i paſ
ſione ⁊ ſūmū gaudiū. dolorē qdē ſm̄ ſenſitiuā
gaudiū ſm̄ intellectiuā: qꝛ vt dicit Damaſce-
nus. Unicuiqȝ. ſ. potētie pmittebat̃ agere que-
qȝ ppꝛia. Ita de mr̄e dn̄i ꝙ tūc habuit ſūmā cō
paſſionē ⁊ ꝯgratulationē. Cōpaſſionē qdē exi-
ſtētē in natura ſimul ⁊ in rōne vt in natura. Cō
gratulationē vero in rōne vt rōne. Et intelligā
tur hec v̄ba vt in materia dn̄ice paſſionis. Uel
dicat̃ ꝙ ſūmū triſtabile in tali genere ē accipe
duplr̄. Uno mō vt ꝯtrariū ſūme appetitui. ⁊ ſic
infert ſūmū dolorē. Alio mō prout eſt via ⁊ me
diū ad ſūmū delectabile. ⁊ ſic infert ſūmū gau-
diū. Sic aīa btē virginis apprehendit mortē
filij vt ſūme ꝯtrariū appetitui. ⁊ ſic ſūmū ei in
tulit dolorē. Alio mō vt in remediū redemptio
nis humani generis. Et ſic intulit ei maximuʒ
gaudiū ⁊ delectatiōnē. Et pn̄t hec ſimul eſſe qꝛ
vnū eſt materia ad alterꝫ. Uel ſm̄ alterꝫ moduʒ
vita in alterꝫ via eſt in ipſum. Et ꝙ fuerit in ea
ſūmus dolor ꝓbat̃ ſic. Omnis. n. dolor ex amo
re creat̃. Eſt aūt triplex amor: ſcʒ naturalis: acq
ſitus: ⁊ gratuitus. Naturalis fuit in ſūmo: qꝛ
quāto natura nobilior: tāto hʒ nobiliores affe-
ctiones ⁊ operationes. Ipſa aūt habuit naturā
nobiliſſimā: vn̄ ⁊ amorē naturalē ſūme. Item
amor acquiſitus fuit in ea in ſūmo. Nā omnes
cauſe accidentales que inducūt matrē ad dili-
gendū filiū fuerunt in ea in ſūmo. Nunqȝ. n.
filius aliquis tātū dilexit matrē: tantū honora-
uit: tantū ꝓ ea ſuſtinuit: tantū ei dedit ſicut xp̄s
pro matre. ⁊ ſic de alijs cauſis accidentalibus
amoris acquiſiti. Ergo in ea amor fuit in ſūmo
Item amor gratuitus. Nunqȝ. n. aliquis habu
it tantam claritatem ad filium ſicut ipſa ad ie-
ſum. ergo ⁊ hic in ſūmo. Si ergo hi tres habi-
tus amoris. ſ. naturalis: acqſiti: ⁊ gratuiti elici
ant vnū actū amoris: erit ille in ſūmo. Illa er-
go erit dilectio intenſiſſima. Et dolor ex amore
hmōi erit intenſiſſimus. ſicut enim ſumme di-
ligit vitaʒ in dilecto: ita ⁊ ſumme dolet de mor
te dilecti. Summum ergo dolorem habuit in
paſſione chriſti. Et quia ſumme diligebat deū
⁊ proximum: ⁊ per paſſionem ſperabatur ho-
nor dei: ⁊ ſumma ſalus proximi ſequebatur: in
de habebat ſummum gaudium.

¶ Duodecimum. §. xv.

priuilegium ⁊ vltimuʒ eſt: ꝙ eſt exaltata ſuper
omnem puram creaturaʒ in quarta hierarchia
Sic enim canit eccleſia. Exaltata es ſancta dei
genitrix ſuper choros angelorum. Quod ſic
probat Alber. Omnes chori angelorum ſunt M. ex
de aliqua hierararchia. Sed ipſa exaltata eſt ſu altata
per choros angelorum. ergo ipſa eſt ſuper om ſuper
nem hierarchiam. ¶ Secunda ratio. Plus di omnes
ſtat beata v̄go a ſeraphin in dignitate ⁊ glīa qȝ puras
ſeraphin a cherubin. Sʒ ꝑ excellentiā dignita creatu
tis ordinatur ſeraphin ſuper cherubin vno or ram.
dine. ergo ⁊ beata maria erit ſup ſeraphin vno
ordine. ergo ſuper hierarchiaʒ angelorū. Itē
plus iꝓportionabiliter differt domin⁹ a ſer
uo qȝ ſeruus a ſeruo. Omnes angeli ſunt ad-
miniſtratorij ſpiritus: ideſt ſerui. dicit apoſto-
lus ad Heb. j. Beata maria eſt domina angelo
rum. Seraphin ergo ſe habet ad cherubin vt
ſeruus ad ſeruum: beata maria vt domina ad
ſeruos. Ergo imꝓportionabiliter eſt ſuper ſe-
raphin qui eſt vltimus ordo in ſuprema hierar
chia. vnde ſuper omnem hierarchiam exaltata
¶ Tertio ſtatus glorie eſt eleuatus ſuper ſtatuʒ
innocentie. ergo in corporibus ⁊ animabus.
Sed ſi homo non peccaſſet: aliquis aſſumptus
fuiſſet ad ordinem ſeraphin. Nam cū ex homi
nibus eſſent reparande ruine angelorum. ⁊ ſʒ
aliquos doctores (quos ſequi videt̃. b. Tho.)
ceciderint ex omni ordine aliqui. vnde de ſera
phin de quo dicitur fuiſſe lucifer. ergo aliquis
modo debet eleuari ſuper ſeraphin. Et hec eſt
beata maria. vnde in figuram dr̄. iij. Reg. ij. ꝙ
poſitus eſt thronus matris iuxta thronū regis.
Cōſtat aūt ꝙ thronus veri Salomonis. ſ. chri-
ſti eſt iꝓportionabilr̄ ſuper ſeraphin. ergo ⁊
thronus mr̄is. Et ad hoc faciūt auctoritates ſā
ctorꝫ. Hinc. b. Aug. de te o v̄go maria qd dicā
paup ingenio: cū qcqd dixero minor laus ē qȝ
tua dignitas mereat̃? Si celū appellē: altior es
ſi matrē gētiū dicā: excedis. ſi formā dei appel
lē: digna exiſtis. ſi dn̄am angelorꝫ vocē: ꝑ oīa
cōprobaris. Si ergo dn̄a angelorꝫ eſt ſup oēs
angelos exaltata. Itē. b. Hiero. in ſermone de
aſſumptiōe. Hec eſt pulchra in qua meruit exal
tari ſuper choros angeloruʒ ⁊ peruenire vltra
qȝ humanitatis noſtre licitum ſit nature. Ubi
nō ſubſtantia tollit̃: ſed glorie magnitudo de-
monſtrat̃. Ubi chriſtus pro nobis introiuit pō
tifex in eternū. Idē. Hec eſt dies in qua vſqȝ ad
throni celſitudinē mater ⁊ virgo proceſſit: atqȝ
in regni ſolio ſublimata poſt chriſtum glorio-

ſe reſedit. Beata itaq3 nõ temere ſuper choros
angelorum exaltata deuotiſſime predicatur. et
creditur ꝙ ſaluator omnium per ſe quantum da
tur intelligi totus feſtinus occurrerit: ⁊ cũ gau
dio eam ſecum in throno collocauerit. Item
ſicut in corporalibus: ita in ſpiritualib⁹ nihil
eſt vacuum. Sed inter deum ⁊ creaturam: me
dium eſt creatura vnita deo. Similiter inter eẽ
creaturam puram ⁊ eſſe creaturam vnitam: me
dium eſt creatura de qua ſumitur quod naſcit
⁊ vnitur. Et hec eſt ergo inter creaturas ⁊ filiũ
medium ſcilicet beata maria. Ergo ei debetur
medius ſtatus. vnde ⁊ ſuper omnes angelos.
Chriſtus etiam dicit pro regula. Qui ſe humi
liat exaltabitur Mat. xxiij. Et quanto quis ſe
magis humiliat: a deo exaltabitur ſaltem in re
gno beato. Propter quod dicit ſapiens quan
to maior es: tanto te magis humilia in omni
bus ⁊ inuenies gratiam. Unde chriſtus qui ſe
ſuper omnes humiliauit ſeipſum vſq3 ad mor
tem crucis: imo ⁊ deſcendendo ad inferiores
partes terre. propter ꝙ ⁊ deus exaltauit illum.
⁊ donauit ei nomen ⁊c. Sed poſt eum btã Ma
ria ſuper omnes humilis fuit: ⁊ ideo debuit ſu
per oẽs exaltari. Unde ipſa ait. Quaſi cedrus
exaltata ſum in libano: que arbor altior eſt om
nibus. Sed quia de huiuſmodi exaltatiõe ple
nius dicitur in ſermone de aſſumptione: ideo
alia dimittũtur. Ex dictis patet quomodo bea
ta maria fuit plena gratia quadrupliciter. Pri
mo quia omnes gratias generales ⁊ ſpeciales
omnium creaturarum habuit in ſummo. Se
cundo quia illas gratias habuit a quibus om
nis creatura vacua fuit. Tertio quia ſua gratia
tanta fuit: ꝙ pura creatura maioris gratie ca
pax non fuit. Quarto quia etiam gratiam icrea
tam: ideſt deum in ſe totam continuit. Et ſic ꝑ
omnem modum gratia plena fuit.

¶ Dñs de⁹ fuit cũ maria qnq3 modis. C. xxj.

Dominus tecũ. Do
minus ſcilicet deus. Ubi primo ſci
endum ꝙ ſm magiſtrum ſententia
rum: deus dicitur eſſe in omnibus
rebus creatis tripliciter ſcilicet per eſſentiam:
preſentiam: ⁊ potentiã. Et in ſanctis ſuis quar
to modo ſcilicet per inhabitantem gratiam: vl'
hic inchoatam vel in futuro conſummatam.
Omnibus his modis erat dominus deus in
beata maria perfectius ꝙ̃ in ceteris omnibus.
¶ Dicitur enim deus eſſe in creaturis per eſ
ſentiam inquantum per ſuum continuum influ
xum conſeruat creata ineſſe. Unde bea. Greg.
Omnia in nihilum redirent niſi ea man⁹ om
nipotentie ſuſtentaret. Et ſic exponit Chryſo. il
lud Jo. j. Sine ipſo ſcilicet gubernante factum
eſt nihil: ideſt quod factum eſt nihil eſt. Quan
to autem aliqua creatura vel in ſpecie vel in in
diuiduo habet perfectius eſſe tanto magis po
teſt aliquo modo dici deus ibi magis ineſſe ꝑ
eſſentiam: vnde magis in homine ꝙ̃ in brutis.
Et q2 beate marie dedit nobiliſſimum eẽ: quia
optime formata ⁊ complexionata ſuper omnes
Ideo dominus tecum. ¶ Per preſentiam di
citur deus in omnibus eſſe q2 nouit omnia in
tima creature. Omnia nuda ⁊ aperta oculis
eius Heb. iiij. Sed in beata virgine fuit per ꝑ
ſentiam: non ſolum q2 ipſe vidit omnia ſecre
ta eius effectus ⁊ cogitatus oculo cogitatiõis.
ſ3 ⁊ oculo approbatiõis oẽs act⁹ ei⁹ interiores
⁊ exteriores vt ſanctiſſimos approbauit. ¶ Per
potentiam dicitur eẽ in rebus: q2 oib⁹ dat vir
tutem operandi. Unde Jo. xv. Sine me nihil
poteſtis facere. Et quia virtutem dedit operan
di beate marie perfectius ꝙ̃ alteri pure creatu
re. ideo ⁊ perfectius ꝙ̃ in alijs dominus tecũ.
¶ Per gratiam eſt in ſanctis. j. Joã. iiij. Qui
manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo.
Sed certe nullus poteſt equari beate marie in
charitate Cant. j. Introduxit me rex in cellam vi
nariam ſcilicet gratie ſue abundantiſſime. ⁊ or
dinauit in me charitatem. Sed vltra dictos mo
dos eẽndi fuit mõ inaudito a ſeculis ſtupẽdiſ
ſimo. ſ. per preſentiã corporalẽ quãdo verbum
caro factum eſt ⁊ de qua niſi de virgine maria
ait be. Ber. Et ſm hoc exponitur dominus te
cũ. ſ. cito erit incarnãdus. ¶ Si dicat ꝙ ſ3 phm
Sermones inquirẽdi ⁊ faciẽdi ſunt ſm mate
riã que tractat. Unde in materia amoris nõ de
bet poni nomẽ timoris ſm illud Malach. j. Si
ego dñs vbi eſt timor meus. Cũ ergo tractaret
materia ſũmi amoris. ſ. incarnatio filij dei nõ
videt ꝙ debuerit dicere dñs tecũ. ſed potius
pax vobis vel tecũ. Sicut ⁊ filius eius ſaluta
bat quos diligebat. S3 hoc nõ obſtãte dicit Al
ber. vbi ſupra ꝙ in iſta ſalutatiõe in eo qđ dicit
dñs tecũ. duo intendunt. Unum vt ꝑſona mit
tentis ꝓprie exprimat. Alterũ vt liberũ arbitriũ
beatiſſime virginis ad credendum ⁊ aſſenti
endum inclinetur. Iſta autem duo perfectiſſi
me ⁊ propriiſſime exprimit hoc nomen domi
nus. Quod a potentia imponitur ſcilicet a do
minãdo. Unde beatus Ambroſius. Quod do
minus nomen eſt potentie. ⁊ quando abſolute
dicitur ſoli deo appropriatur. Alij vero domi
ni dicuntur reſpectu ſerui illius vel illius ſeu
alicuius loci determinati. Ipſe abſolute dici
tur dominus. q2 eſt dominus omnium Heſter
iij. Dominus vniuerſorum tu es quod ſo
lius dei trinitatis eſt proprium qui eſt per
ſona mittens in hac ſalutatiõe. Et ſic perſona
mittens proprie noiat. Per idẽ aũt ⁊ liberũ ar

De⁹ di ci i oi bus re bus cre atis tri pliciter

Dñs te cum di xit an gelus ad ma. quare.

diſtrium beatiſſime virginis inclinaſ. q: ad conſentiendum in mirabilia marie diſponit fides de oipotentia: quia credit ⁊ aduertit deum omnia facere poſſe. Acquieſcit ip: poſſe: ⁊ naturas mutare: ⁊ naturis imperare. Unicū hoc oiuz nouorū nouiſſimum nuncieſ beate virgini. Ad credendum ↄgruentiſſime poniſ hoc nomen dñs. quod abſolute poſitum eſt oipotentie demonſtratiuū. Quia vero liberū beate virginis etiā per ſe erat facile ad credendū paratum: nō indiguit exprimi cū in'inuatiōe omnipotentie vt diceretur dñs oipotentes. Uel cum terrore. vt dñs exercituum. Sed ſufficit leuis eius annūciatio: ⁊ quaſi obſcura expreſſio potētie: qualis per hoc nomen dño imponatur. Dicit ergo dñs tecum. quaſi dicaſ ei aperte. Nihil credas tibi impoſſibile que ſcis te dñm in ſociuz habere. Sed dic cōfidenter omnia poſſum in eo qui mecū eſt. Si eni aliqui duo vnum officium debeant opari. quid impedit ſi vnus eſt debilis. cum alter ſit adeo fortis. vt p ſe effectuz illū poſſit inducere iſto etiā nō iuuāte. Et ex his patet reſponſio ad obiectum ſcilicet quia dominus hic ponitur ad notandum potentiam fiendi nō timorem vel terrorem.

❡Secundo ſcien- .§.i.

dum ꝙ cum dñs tecum diciſ. aſſociatio denotetur. Aſſociatio autē cum ſit in aliquo ſm Albertum. notari hic poteſt triplex aſſociatio que reperitur in rebus ⁊ domini cum beata Maria in myſterio vite. videlicet.

❡Aſſociatio in eſſendo.
❡Aſſociatio in patiendo.
❡Aſſociatio in agendo.

❡Aſſociatio in eſſendo duplex eſſe poteſt. ſcz abſolute ⁊ reſpectiue. Si abſolute. Eſt hec ſubſtantiali quali ⁊ quāto. Aſſociatio in ſubſtantiali eſt identitatis. In q̄li eſt ſimilitudo. In quāto eſt eq̄litas. Fuit ergo aſſociatio dñi ⁊ beate marie in ſubſtantiali eſſe. vna. ſ. in humanitate. q: verus hō de hoie. ſ. virgine vera. Unde I Gen. Caro enim ⁊ frater nr̄ eſt. ad Phil. ij. Habitu inuentus vt homo. Fuit etiā ſimilitudo in voluntate: q: nil volebat niſi qđ deus vellet. Fuit eq̄litas q̄: potentie in genere. Ipſa eni regina eius regni: cuius ipſe eſt rex. Unde de ea caniſ. Aue regina celoꝝ. Uel in ipſis poteſt notari ſ. beatā virginem ⁊ dñm filium identitatis in nature. Similitudo in forma ⁊ figura. Eq̄litas in virtute naturali vel in potētia. Si autē eſt cōmunio ſeu aſſociatio in eſſe reſpectiue. hoc eſt vel duorum adinuicē. Et hec eſt in ſummo inter dñm filium ⁊ mrēm: quia hec mr̄ ⁊ hic filius eius. Aut hec cōmunio vel aſſociatio eſt duoꝝ vel vnum. Et hoc triplex eſt: q: vel ſm tps: vel ſm locum: vel ſm ſitum vel habitū. ❡Aſſociatio domini ⁊ beate Marie ſm tps reperiſ triplex. Fuit enim tēpus ꝓprie humiliationis. ⁊ in hoc tempore fuit dñs filius cum matre ſua: vt in tēpore purificationis quādo obtulit filium in tēplo. Lu. ij. Nā in illo humiliauit ſe mater in ſacrificio purificationis que non egebat ea cum eſſet ſumme pura que non ex hoie concipiens. Humiliauit ſe filius cū ea in templo oblatus et redemptus pecunia. Fuit ⁊ tempus perſecutionis in paſſiōe. ſ. in qua aſſociata eſt ei. q: ſtabat iuxta cruceꝫ mater eius. Joā. xix. Fuit tertio tēpus conſolationis vt in reſurrectione. in q̄ prīmoſ vt ait be. Ambro. apparuit ſibi. Et iō non acceſſit cum mulieribus ad monumentuꝫ que in morte eum detineri putabāt. q: vt ait beat[9] Bernar. Certe expectabat eum reſurgenteꝫ videre ⁊ inde conſolari. In his ergo tēporib[9] dominus ſecum. ❡Quantū ad aſſociationeꝫ in loco. Sciendum ꝙ triplex conſideratur locus. q: alius naturalis. alius penalis alius dignitatis. In his omnibus dñs ſecuꝫ. Naturalis quidem locus fuit vterus virginis in quo fuit filius menſibus nouē. Matth. j. Inuēta eſt in vtero hñs ſcilꝫ ieſum. Locus penalis fuit exilium q̄ ſcilꝫ propter timorem herodis ne occideret filium paruulum: ſicut tot milia innocentuꝫ et perueniret ad ipſum fugit cum filio in egyptū ibi exulis per ſeptēnium: iuxta id qđ predixerat Hiere. Ecce aſcendet dñs in egyptuꝫ ſuper nubem leuem ſcilꝫ virginem que onera coniugij ignorauit ac et pondera peccati. Locus dignitatis eſt celum empyreū. de quo canit eccleſia. Aſcendit xp̄s in celum ⁊ preparauit ſue caſtiſſime matri locuꝫ in quo poſt ipſum glorioſa reſedit: ſup omnes exaltata. In omnib[9] his locis fuit ſecum. ❡Fuit tertio ſm ſitum cum ea omnimodo. Nā in vtero manens cum iacente iacebat: cum ſedente ſedebat: cuꝫ ſtante ſtabat. Secundum habitum etiā fuit cum ipſa beatiſſima maria eadem carne induit deum qua ipſa erat induta. iuxta illud ad Philip. ij. Habitu inuentus vt homo. Et pſ. Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem ſcilicet humanitatem decoratiſſimam ⁊ potentiſſimaꝫ ad expugnādos hoſtes quam veſtem fecit ei mater ſua. ❡Secūda aſſociatio cum domino filio fuit in patiendo. Eſt autem triplex compaſſio ſeu ſociatio in patiendo. naturalis vt mater filio. Unde Agar ancilla videns filium ſuum Iſmahel iam mori: ex compaſſione quaſi non valens eum videre mori: dimiſit eum. Sed dominus prouidit. Beatiſſima Maria ait Thren. pmo. Attendite omnes qui tranſitis per viam ſi eſt dolor ſicut dolor meus: ex compaſſione ad filiuꝫ in cruce pendentem.

dentē. Sed ⁊ ipſe filius cōpatiens matri quaꝫ ſciebat ſumme dolere: ait matri ſue. Ecce filius tuus. Scōa eſt paſſio accidētalis vt cōpatiatur ſeruus dño: ſicut cōpatiebanť ſerui dauid cuꝫ filius pſequebať eum: exeuntes ciuitatem cuꝫ eo lugentes. Et ſic beata Maria cōpaſſa eſt filio vt fideliſſima ancilla dño cum ſequebať euꝫ in predicatis in quibus calūniabať: ſubſannabať: ⁊ maledicebať. ¶ Tertia eſt paſſio eſſentialis vt mēbrū delicatiſſimū ſuo mēbro compatiať. j. Cor. Si patitur vnuꝫ mēbrum cōpatiuntur oīa mēbra. Et pcipue capite languente omnia mēbra dolent. Et qꝛ filius eius erat pos eius ⁊ mēbrum precipuū ſpūale eius cum ipſe ſit caput eccleſie. Jdeo ⁊ ipſa cum eo paſſa eſt. Luc. ij. ait Symeon. Tuā ipſius aiam ptranſibit gladius. Et in his oībus fuit ꝯſociatio eiꝰ in patiēdo. ¶ Jn agendo tria ſunt genera hominū que ſibi coīcant in agēdo. ſ. cōtrahentes generātes ⁊ adiuuātes. Et ipſa beatiſſima virgo coīcauit cum dño ⁊ aſſociauit ſe in ꝯtractu matrimonij hoīs ⁊ dei. Pſal. Et ipſe tanq̄ ſpōſus eccleſie procedens de thalamo ſuo. ſ. vteri virginalis. A ſummo celo egreſſio eius. Aſſociauit ſe in generatione filij. Spūs enim ſctūs ſuperueniet in eā vt de puriſſimis ſanguinibus eius formaret corpus filij cum dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbū tuum. Jn adiutoriuꝫ generis humani ſaluādi: in cuius figuram dixit dñs Gen. ij. Nō eſt bonum hoīem eſſe ſolū Faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi. Et formauit Euam que dicta eſt mater oīum viuētiuꝫ. Sed magis ꝓprie potuiſſet dici mater mortuoruꝫ: qꝛ filios ſuos ipſa occidit. Sed beatiſſima maria vere mater eſt ſpūaliter viuētium. Et ſic btā Maria coīcauit dño in omni eo quo cōtingit aliquid alicui coīcare. Et ideo in omni modo. Dñs tecum. Dñs oīum per creationē generaľr Dñs hoīum per recreationē ſpecialiter. Dominus tuus per imediatam ſuperpoſitioneꝫ chriſti hominis per vnionem. Tecum ergo dominus per eſſentiam: preſentiam: potentiaꝫ: per inhabitantē gratiā ⁊ corpalem pſentiam.

¶ Dominus te- .§. ij.

cum. Dñs pater inquit Athanaſius in ſymbolo dñs filius dñs ſpūſſanctus. Et tñ non tres dñi: ſed vnus eſt dñs. Tota enim trinitas. ſ. pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs opata eſt myſterium incarnationis. ſ. formans illud corpus ex virgīe aiam xpi ſubito creando ex nihilo: ⁊ vnionem illā humanitatis ſue cum deitate efficiendo ⁊ grām ⁊ ſapiam quaſi infinitā ei infundendo. Jnſeparabilia enim ſunt opa trinitatis de ꝯſe. di. iiij. Oēs. ſ. ab extra licet ſolus filius non pater nō ſpūſſanctus vnitus ſit noſtre humanitati in pſona. ¶ Exponit Anſelmus exemplum de vna veſte quā fecerunt in ſcindēdo: ſuēdo: tres pſone. ⁊ tñ vna ſola ex illis illa veſte ſe induit. Jn cuius figurā legitur Jone. iij. q̄ rex niniue deſcendit de ſolio ⁊ indutus eſt ſacco ad placandum iram dei ꝯtra niniuem. i. munduꝫ ſubuertendum ꝓpter ſcelera ſua. Sic dei filius rex regum deſcendit de celeſti ſolio ⁊ indutus eſt ſacco noſtre mortalitatis in quo erat theſaurus ſanguinis eius cuius precio mundi periturus: reconciliatus eſt deo. Hinc ⁊ bea. Ber. ſuper miſſus eſt. Pater inquit tecū qui filiū ſuum facit ⁊ tuum. Filius tecum qui ad condendum in te mirabile ſacrm: miro modo ⁊ ſibi ſe cerat ſacrarium. ⁊ tibi ſeruat genitale ſignaculum. Spirituſſanctus tecū qui cuꝫ patre ⁊ filio tuum ſanctificat vterum. Et quia patri attribuitur potentia: filio ſapiētia: ſpirituiſancto bonitas ⁊ beniuolentia. Jdeo primo. Dñs. pater tecum exercens ſummā potentiam. Dominus filius tecū: oſtendens eximiā ſapientiā. Dominꝰ ſpūſſanctus tecū. exhibens nimiam beniuolentiam. ¶ Quantum ad primū quia patri attribuitur potentia: ⁊ hoc opus incarnationis fuit ſumma omnipotentie. Jdeo dico patrem exercuiſſe ſummā potentiā. Fecit (inquit ipſa beatiſſima Maria) mihi magna qui potens eſt. Coniuncta quippe ſunt in hoc opere tria maxime diſtantia ſcꝫ deus ⁊ limus. vt ait bea. Ber. i. hō qui de limo ſm corpus factus eſt. Mater ⁊ virgo. que cōmuniter ſunt contraria ſimul poſita. Paries quidem filium ⁊ virginitatis non patieris detrimentum cantatur de beatiſſima maria. Fides eſt cor humanū. Cor humanū cōmuniter non aſſentit. i. intellectus: niſi his que ratione probantur. Sed ſupra oēm rationeꝫ hoc eſt. q̄ deus factus eſt homo ex virgine natus. Et tamen totus mundus hoc myſterium credidit ⁊ confeſſus eſt. Et vt dicit btūs Auguſti. Jn his que ſupernaturaliter ⁊ miraculoſe fiunt tota ratio facti eſt potētia facientis. Nam rō deficit: mens non capit humana tantū myſterium. Vñ ſapientiſſimus Salomon Prouerb. pe. ſic ait. Tria ſunt mihi difficilia ad cognoſcenduꝫ ⁊ quartum penitus ignoro. ſcꝫ viam aquile in celo: viam nauis in medio maris: viaꝫ colubri ſuper terrā: ⁊ viam viri in adoleſcētia ſua. ſm hebreos vt dicit Nico. de lyra. ¶ Ubi nota q̄tuor myſteria magne potentie ⁊ difficilia ad intelligendū. Uia aquile in celo eſt aſcenſio xpi in in celo: que ſua virtute aſcendit. Uia nauis in mari fuit operatio xpi in paſſione in qua ſumme dolebat ſm ſenſitiuam: ⁊ ſumme gaudebat ſm intellectiuam. Uia colubri ſuper terram fuit reſurrectio eius de ſepulchro. Jpſe enim aſſimilauit ſe ſerpenti dicens Joan. iij. Sicut moy

tota tri[...] ...itas ſ[...] it cum Maria

De q̄tuor myſterys ad intelligēdū difficilius.

ſeu exaltauit ſerpentē in deſerto ꝛc. Quartum
autem quod dicit ſe penitus ignorare eſt via
viri ideſt quomodo Chriſtus perfectus. ꝛ ideo
vir omni virtute fuit in adoleſcentula ideſt in
virgine maria. ¶ Dominus filius tecum. oſtē
dens ſuam ſapientiam in hoc myſterio. Pſal.
Omnia in ſapientia feciſti. Cum enim ipſa ſit
ſapientia patris. j. Cor. ij. Xp̄m dei virtutem
dei ſapientiam nō niſi ſapientiſſime opus pro/
prium ſue perſone ageret. Et q2 ſapiētis eſt or/
dinare ſm pħm: ordinem ſummū ſeruauit in
iſta ſua incarnatiōe ex virgine. Uenit enim vt
medicus ad curandū infirmitatē noſtram. Tol
le morbos tolle vulnera: nulla cauſa veniendi
medico ait Aug. Sic enim xp̄s ait. Nō eſt opꝰ
valentibus medico: ſed male habētibus. Sapi
entis aūt medici eſt dare medicinā tp̄e quo pro
ſit infirmo. Unde nō imediate poſt infirmitatē
contractā per pctm̄ incarnationis medicinā ex
hibuit: q2 minus fuiſſet vtilis. Putaſſet eni ho
mo ꝙ infirmitas ſua leuis fuiſſet: ꝛ iō cito cura
ta. vnde ꝛ minus gratus deo fuiſſet tanti bene/
ficij. ꝛ ex ipſa tam celeri ſanatione recidiuū paſ
ſus eſſet. Non eni tp̄e legis naturalis vel etiā
legis moſaice venit vt ꝯuinceretur ſuperbꝰ ho
mo qui multū pronus eſt attribuere bona virtu
ti ſue non dei. Primo de ignorātia ꝛ poſtea eti
am de impotētia. Nam tp̄e legis nature in tan
tam cecitatē lapſus eſt homo: vt elementa ꝛ cre
aturas adorarēt pro deo oībus pene ydolatrie
deditis: excepta familia Abrae. ꝛ de peccatis
nephādis ſodomie non facerent ſibi conſciēti/
am. vt pꝫ in ſodomitis Gene. xix. Tante igitur
ignorantie ꝓuidens deus legē populo ſuo val
de multiplicato per Moyſen dedit: vt de veri
dei cultu inſtrueret ꝛ de peccatis vitandis. Sꝫ
quia lex illa adiutoriū non preſtabat ad imple/
dum quod videbat: ſed tm̄ docebat agenda. Iō
nullus plene eaꝫ ſeruare poterat ex virtute ſua
propter qđ ꝯuictus homo de ſua ignorantia ꝛ
debilitate coactus eſt clamare ꝛ poſtulare aduē
tum medici qui talem medicinam inſtitueret
ſeu componeret: que adiuuaret implere quod
preciperet. Et hec ſunt ſacramenta habentia
virtutem ex paſſione chriſti que medicine di/
cuntur contentiue gratie. Auguſtinus ſuper
Joannem. Quantum eſt in medico ſanare ve/
nit egrotuꝫ ideſt hoīem quelibet ipſe ſe interi
mit: qui precepta medici ſeruare non vult. Nō
autem differre voluit illum aduentū ſuū vſqꝫ
in finem ne homo diu expectās ꝛ poſtulans re/
medium contra ſuā infirmitatē: demum deſpe
raſſet de ſua ſalute. Et quia paucis ꝓfeciſſet ſcꝫ
tm̄ illis qui in fine fuiſſent reperti. Hec diffuſe
bea. Tho. in. iij. parte. q. j. Ad ſapiētiam etiam
medici pertinet nō ſolū tp̄s ꝯgruum ſeruare: ſed ꝛ modū. i. per ꝯuenientia remedia. Contra
ria eni contrarijs curanť. Infirmitates ex frigi
ditate ꝓuenientes per calida. Infirmitas in ho
mine ꝯtracta erat ex tumore ſuperbie. Et ideo
ſapientia dei patris curare eam voluit per hu/
milia ꝯtraria ſuperbie. Un̄ apl's ad Phil. ij. Cū
in forma dei eſſet. i. verus deus: ſemetipſuꝫ ex/
inaniuit ſcꝫ formam ſerui accipiens humilia
uit ſemetipſum factus obediens vſqꝫ ad mor/
tem: mortē aūt crucis. Et iſtā humiliationeꝫ in
choauit in vtero matris: quia in prima ſui ſu/
bita formatiōe inuentus eſt minor omnibꝰ par
uulis. Augu. Erubeſcat homo fieri ſuperbus ꝓ
quo humiliatus eſt dn̄s. Talē ꝛ matrem ele/
git beatā mariā quā ex omnibus humillimaꝫ
cognouit. Et eius humilitas traxit eum de celo
vt ait Bern. Immo ipſa dicens. Reſpexit hu/
militatē ancille ſue. Et hoc eſt qđ dꝛ Cant. j. Cū
eſſet rex dn̄s olim in accubitu ſuo. i. in requie
ſua: quaſi dormire videretur ꝛ nō curare de ſa/
lute humana. Oēs eniꝫ ad inferos deſcēdebāt
nardus mea dedit odorē ſuum. Nardus ē her/
ba parua: ſed multū medicinalis. Et ſignificat
beatā virginē humilē que pmaxime dedit odo
rem ſue humilitatis qſi totā ſe deo cōmittens ꝛ
ſubijciens ait. Ecce ancilla dn̄i ꝛc. Qui odor vſ
qꝫ ad celum aſcendit: ꝛ in celo accubentem dn̄m
euigilare fecit ꝛ in vtero ſuo qeſcere. Et ſic do/
minus tecū ſcꝫ erit in te quieſcēs. ¶ Spiritus
ſanctus tecū. beniuolentiā ſummā exhibens:
Spūſſanctus ſupueniet in te. Luc. j. excitās di/
lectionem tuā in maiorē feruorē. Neceſſe eniꝫ
erat (ait btūs Ber.) Nō modico amoris incen
dio preueniri: que mox ꝯceptura erat dei filiū
Hec ille. Et ex hoc etiam mūdo oſtenderetur dei
amor ꝛ beniuolentia. Sic eniꝫ deus dilexit mū
dum vt filium ſuum vnigenitum daret. Joānis
iij. Ut eſſet etiā vnigenitus filius marie. Augu.
Que maior cauſa veniendi deo niſi vt oſtende
ret nobis dilectionē ſuam. vt ſi amare pigebat/
reamare nō pigeat. Unde ꝛ ipſe dicebat p̄ hie
re. xxxj. In charitate perpetua dilexi te ꝓpterea
attraxi te miſerās ideſt traxi te ad me ſuſcipiēs
mortalitatem tuā. Amor autem ꝛ beniuolentia
attribuiť ſpirituiſcō. propter quod dicit beatus
Greg. Ipſe ſpūſſanctus amor eſt. Et hec eſt ra/
tio quare dicitur chriſtus conceptus de ſpiritu
ſancto. Quod enim in ea natū eſt ideſt ceptū
de ſpirituſancto eſt. ait angelus Joſeph de ſpō
ſa ſua btā maria. Math. j. Non quia de maria
ſpirituſſancti ſeu ſubſtātia eius facta ſit illa hu
manitas xp̄i: ſeu ꝙ ſpiritusſanctus ſolus opera
tus ſit incarnationeꝫ illam. Sed vt dicit magi
ſter ſentē. in. iij. q2 mere ex amore ꝛ liberalitate
dei factū eſt vt deus vniretur homini nō ex me
ritis nr̄is: ꝛ amor dicitꝛ ſpirituſſanctus. Et hoc

eſt quod ait apl's ad Titũ.iij. Apparuit benigni-
tas & humanitas ſaluatoris nři dei non ex ope-
ribus iuſticie que fecimus nos: ſed ſm ſuã mi-
ſericordiam ſaluos nos fecit. Unde & ſol mate-
rialis per zodiacum diſcurrens ex ſigno leonis
quando eſt ꝑferuẽtiſſimus calor eius ſuper ter-
ram: intrat in ſignũ virginis: ad innuendum
ꝙ ſol iuſticie deus noſter ex tpe veteris teſtamẽ-
ti quando deus vt leo rugiens erat deus vltio-
num puniens terribiliter peccatores. vt patet p
exempla in ſcripturis. Ex feruẽtiſſimo amoris
calore intrans in vterum virginis totus factus
eſt benignus & ſuauis & humanus. Unde & fru-
ctus tunc matureſcunt & ſuaues fiunt. Conclu-
ditur ergo Dominus tecum. pater & filius & ſpi-
ritusſanctus. Amen.

¶ Dominus deus fuit cum maria ad corpus
chriſti formandum & ad prolem exultandum:
& ad ipſam magnificandum.

Capitulum. xxij.

Dominus tecũ. Do

minus nomẽ eſt poteſtatis: ait bea-
tus Amb. Et q2 dñs facturus erat in
ea pertinentia ad maximam poteſta-
tem: ideo ait. Dominus tecũ. ſcʒ erit. Magna
potentia dei ſolius & ab hominibus honorat.
Et Job. v. dicitur. Facit ſcʒ deus magna & iſcru-
tabilia & mirabilia abſqʒ numero. Magnuʒ fu-
it creare celũ & terram ex nihilo. Magnũ in di-
luuio ſaluare in archa hoies de omni gene-
re animaliũ. Magnum liberare populum de
egypto tantis mirabilibus. Magnũ conduce-
re populũ illum in tãto numero per deſertum.
xl. annis de celo manna preſtito. Magnũ om-
nes gentes cũ regibus ſuis de terra promiſſio-
nis per Joſue exterminare. Et omiſſis alijs in-
numeris veteris teſtamenti exemplis: magnũ
fuit xpm cecos illuminare: demones effugare:
infirmos ſanare: mortuos ſuſcitare. Sʒ omnia
iſta magnalia excedit myſterium incarnatiõis
& infinite potẽtie: quod angelus nũciat dicens
Dominus tecũ erit. Et hoc tripliciter.

¶ Dñs tecũ ad te incarnandum.
¶ Dñs tecũ ad prolem vite exaltandum.
¶ Dñs tecum ad te magnificandum.

¶ Dominus tecũ .§.i.

erit cito ad carnẽ de te ſumendũ. Ecce enim cõ-
cipies & paries filium qui vocabitur altiſſimus
filius. Luc. j. Quod imediate fuit impletũ cum
virgo reſpondit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm
verbum tuũ. Tunc verbũ caro factum eſt. i. ho-
mo de virgine maria. Et vt dicit Leo papa i ſer-
mone. Quod dixit Eſa. liij. Generationeʒ eius
quis enarrabit. nõ ſolum de generatione eter-
na ex parte hoc intelligitur: ſed etiam ex huius
temporali generatione & pmaxime quã fit vni-
tum verbum homini: q2 nullus viator capere
poteſt. Sed aliqua dicemus ſolum quoad con-
ceptum illius corporis ieſu ex virgine. que ta-
men non ſunt predicanda quoad aliqua ꝓpter
carnalem populũ: qui pure neſcit iſta conſidera-
re. Dama. ſic ait. Ex patris beneplacito & coope-
ratione ſpũſſancti tribuit creatori creari: & plaſ-
mare & plaſmari: & filio dei & deo incarnari et
humanari ex caſtis & non coinquinatis ei9 car-
nibus & ſanguinibus. ¶ Pro hoꝝ declaratio-
ne dicit Alber. vbi ſupra ſm phiam naturalem
ad conſeruationẽ indiuidui & ſaluationẽ ſpeci-
ei. ponuntur quatuor digeſtiones. Prima fit in
ore qd̃ probant ex eo ꝙ aliquam operationeʒ &
effectum plus habet res maſticata qʒ non maſti-
cata. Secunda fit a ſtomacho vbi ſegregat ſub-
tile a groſſo. & conſtat ꝙ adhuc neutrum eſt. p
corpis. Tertia fit ex epate vbi fit vlterior ſegre-
gatio puri ab impuro. & conſtat ꝙ adhuc neu-
trum eſt initiũ corporis vel pars corpis. Quar-
ta fit in membris vbi tranſmittitur magis pu-
rum. Et illud ad membra tranſmiſſuʒ facit tria
Primum eſt ꝙ nutrit & ſaluat ſubam ſuſcipien-
tis: reſtaurando deperditum continue deſecti-
onis que ex calore naturali eſt agente in ſuam
materiam. Secundum eſt ꝙ eandem ſubſtan-
tiam etiam augmentat & deducit vſqʒ ad debi-
tam quantitatem. ſi eſt citra. Tertium eſt ꝙ his
duabus actionibus ſuperfluum tranſmittit ad
viam generationis. Et ſic ſemen eſt ſuperflui-
tas quarte digeſtionis. ¶ Modo queritur de
illo ſuperfluo. Aut de illo tm̃ fit deciſio: vel nõ
tm̃ de illo. Si tm̃ de illo illud nunqʒ fuit gene-
rantis. nec pars corporis: quia i fine quarte di-
geſtionis. primo vel conuertitur in corpus ſi ẽ
neceſſarium. vel tranſmittitur generatiue ſi eſt
ſuperfluum. Ergo ſi tm̃ de illo fit propagatio:
non erit eſſentialis ꝓpagatio: quia nec anima
de anima: nec corpus de corpore. Item nunqʒ
ſuperfluum illud vnitum fuit maſſe corrupte
ex cuius coniunctione contrahitur originale.
ergo ille qui generatur non habebit originale
Item ſm hoc nihil eſſet in chriſto: quia ſm eſſe
nunqʒ fuiſſet Adam. ergo non deſcendiſſet ab
eo ſm corpulentam ſubſtantiam quod eſt con-
tra beatum Auguſtinum. Item ſi dicatur ab ip-
ſo Adam deſcendiſſe. non ꝙ aliquod ſui fuerit
in eo ſm eſſe: ſed tm̃ ſm originem anime. vege-
tabilis & nutritiue q̃ ẽ potẽtia in ſemine ergo
potius dicetur deſcendiſſe a prima planta vel
a primo animali in quo primam originem ha-
buit anima nutritiua & vegetabilis. ¶ Pro-
pterea cum anima vegetabilis ſenſitiua vna ſit
ſubſtantia cum rõnabili in homine & iſta nullã

ab adam habuit originē ſm aīam vegetatiuā
ꝫ nutritiuam nullo mō diceretur dñs deſcendiſ
ſe ab adam. Et ſi diceref ꝙ in ſemine eſt virtus
anime vegetabilis ꝛ nō ī aīa. hoc nihil eſt. Uir
tus enī non eſt ſine ſubſtantia cuius eſt virtus.
¶ Uñ ergo ſcđ fuerit iſta cōceptio. dicim⁹ cuꝫ
dama. ꝙ nō tantū de ſanguine: ſed ꝛ de ſangui
nib⁹ ꝛ carnib⁹ beatiſſime virginis facta eſt. Et
dicim⁹ ꝙ duplex eſt humiditas ſui ſanguinis
in corpe. Una nutrimētalis: que venit a cibo. ꝛ
adhuc nō eſt corpus vel pars corporis. ſed ad-
huc pōt vel vniri vel pars fieri vł tranſmitti ad
generationem alterius corpis. Preter hanc eſt
ibi humiditas ſubſtātialis: que eſt actualiter ī
oībus mēbris. ꝛ eſt pars eſſentialis corpis: vel
generātiōne cōiuncta: vel p nutrimētuꝫ in cor
pus cōuerſa ꝛ illi vnita. Et ex his vtriſqꝫ fit de
ciſio vel ꝑpagatio. Et hoc eſt qđ ſubtilr tangit
phūs in li. de aīa dicens. ꝙ eſt generationis fa
ctiuū. Et hoc duobus modis. Uno modo quia
ex ſuperfluitate in vltima digeſtione fit ps ſe-
mini ꝛ rei generate. Alio modo quia p alimē-
tum ſuſcipiunt completam quātitatem. tunc ꝛ
ſubſtantiā vt nō poſſit ex ipſis ðcidere eſſentia
liorē ꝛ veriorē partē ſeminis rei generate. Alſ
ſi nutrimētū eēt tm̄ materia ſeminis ꝛ nō effe-
ctiuū: nō benediceref factiuū. qđ dicit potētiā
actiuantē. Nūc autem eſt nutrimētū ꝛ materia
ſeminis qꝫtū ad maiorē partē ipſius ſeminis. ꝛ
eſt cauſa efficiens ꝛ ꝯferens membris cōplemē
tum ad decidendū de ſe partē eſſentialiorem ꝛ
veriorē. Et idē tangit damaſce. dicendo in vno
loco ex ſanguinib⁹ ꝛ nō ex ſanguine. Et in alio
loco dicit expreſſe: ex puriſſimis ſanguinib⁹ ꝛ
carnib⁹. Et Johis. j. c. dicif in plurali. Qui non
ex ſanguinib⁹ in plurali: neqꝫ ex voluntate car-
nis in ſingulari. ¶ Itē ſciendū ſm Alb. vbi. ṡ.
ꝙ fuit iſta conceptio per modum gñatiōis. nō
per modū creationis. Nec damaſ. dicit creāo.
qꝫuis mgr ſen. dicat hoc. Sed dicit Damaſ. ꝙ
nō ſeminaliter: ſed ꝯditiue p ſpm̄ ſcm̄. Et alia
tranſlatio hꝫ creabiliter. quaſi diceret qꝫuis nō
ſit pure creatio: eſt tn̄ ibi proprietas ꝛ ſimilitu-
do creationis. qꝛ videlicꝫ facta fuit ſubito ꝛ im
mediate a deo qui nō indiget materia. Quam
uis enī damaſce. dicat ꝙ ſpūſſanctus deſcendit
in eā: dans ei virtutem ſuſceptiuā ſimul ꝛ gene
ratiuam nō eſt intelligendum ꝙ illa virt⁹ beate
marie fuerit cā immediata illius cōceptus: ſed
cā mediata. Nō enī a virtute creata potuit hoc
eſſe immediate: ſed a virtute increata dei qđ ꝓ
batur. quia coniūgere ea que ſunt infinite diſtā
tie: eſt potentie infinite. Eiuſdē autem virtutis
eſt opari conceptionem ꝛ vnionē: qꝛ ſimul fu
it in vno. Sed in iſta vnione ſunt deus homo
q ſunt infinite diſtantie. ergo hoc fuit a virtute
infinita: nec virtutes create. Nulla enīꝫ creatu-
ra eſt infinita virtute. ¶ Signāter aūt dixit an
gelus. Ecce cōcipies in vtero: nec eſt ſuperfluū ꝯcipe ī
in vtero ponere: qꝛ videf ꝙ ꝯceptus nō fiat niſi vtero ꝛ
in vtero: qꝫuis enim vterus ſit locus conceptio ꝯcipe ī
nis. tamē eſt dr̄ia inter ꝯcipere in vtero. ꝛ cōci- vterum
pere in vterū. qꝛ oēs mulieres ꝯcipiūt in vterū differūt
recipiētes a viro ſemen in vterū. Sola aūt bea-
ta Maria ꝯcepit in vtero non hoīe: ſed ſpūſan
cto in ea ꝯceptuꝫ opante. ſm illud Hiere. xxxj.
Nouum faciet dñs ſup terram. Femina circū-
dabit virum. qđ ſm Diony. eſt nouiſſimum oī-
um nouitatum. Item in ipſo ꝯceptu nō habuit
beata Maria delectationē cum libidine. vt ha
bēt coīter mulieres. Unde angelus docēs mo-
duꝫ ait. Uirtus altiſſimi obūbrabit tibi. i. refri-
gerium ꝓſtabit tibi in eo ꝯceptu. vt calorē libi-
dinis nō ſentias. ſicut vmbra refrigerium pre-
ſtat ꝯtra calorē. Habuit tn̄ ſūmam delectatiōeꝫ
ſpūalem ꝛ gaudium quale intelligi nō poſſet a
nobis. Sed ꝛ delectationē naturalē habuit tūc
in ſummo. ¶ Nam ꝯceptio iſta fuit ſimilis illi
que fuiſſet in ſtatu innocētie qꝫtum ad immuni
tatē peccati ꝛ libidinis. Sed illa fuiſſet cuꝫ ma
iori delectatione qꝫ fit modo que eſt cum libidi
ne. ergo ꝛ illa fuit cum maxima delectatiōe na-
turali ſine aliquo peccato. Item natura nobili-
or nobiliores habet opationes ꝛ delectationes.
Sed natura non corrupta nobilior eſt nā corru
pta vt nūc. ergo maior eſt ꝛ nobilior eius dele-
ctatio. Huiuſmodi aūt fuit ꝯceptus Marie. ꝙ
nō natura corrupta in ea ergo ⁊c̄. ¶ Stetit aūt
in vtero virginis ſm be. Augu. iiij. de trinitate Quāto
mēſibus nouem: ꝛ diebus ſex. Etſi dicaf ꝙ vi- tpe xp̄s
detur ꝙ dies. xlvj. ſteterit in vtero virginis vl- ſteterit
tra debitū. Et ratio eſt. qꝛ in alijs pueris in iſto ī vtero
ſpacio dierum. ſ. quadraginta vel quadraginta Marie
ſex. ſm alios paulatim perficit ꝛ organizat cor-
pus paruuli in oībus liniamētis ſuis. ꝛ tūc for
mato anima de nihilo creata corpori infundit.
Sed corpus Jeſu in ſubito cum dixit btā Ma
ria. Fiat mihi ſm verbū tuum in inſtāti fuit de
puriſſimis ſanguinibus virginis corpus per-
fectum cōpletum ꝛ organizatum. ꝛ anima tunc
creata infuſa. ꝛ ſimul deitati vnita. Non tamen
ſuperfluxerūt illi dies in manendo in vtero vir
ginis. Sed infra illos vt dicit Magiſter ſentē.
in. iij. Corpuſculum illud puriſſimum ſup om-
nia corpora paruulorum in vtero exiſtentium
deuenit ad notabilem quantitatem ꝛ ſolitaꝫ cō
muniter. Et ſic fuit in vtero. cclxxvj. diebus. hꝫ
ſunt triginta nouem hebdomade ꝛ duo dies.
Et congruentiſſimum ꝛ precioſiſſimum tēpus
eſt quo ſm ordinem nature non errantis neqꝫ
deficientis parum congruit eſſe in vtero poſt
anime infuſionem. Nec debuit dominus cor-

cipi perfectione corporali: que eſſet contra modum humane natiuitatis: ſed pfectione ſpūali. Primo aūt homini Ade de terra terreno cōgruebat pfectio corporalis. Scđo vo ade celeſti ɔgruebat in illo ſuo principio pfectio ſpūalis que intelligiť per virum duz diciť in illa auctoritate. Femina circūdabit virum. Concepit ergo beata Maria cum ſumma ſpūs delectatione: ⁊ etiā cum ſumma delectatione naturali. Sed naturalis fuit ibi materialis: ſpūalis fuit formalis. ſicut ipſa ɔceptio fuit ſpūſctō operante tm: ⁊ natura opationē ſuſcipiēte. Quamuis aūt poſt ɔceptionē matres habeāt grauedinē ⁊ laborē in portando prolē in vtero (vt dicit Thob. filio ſuo Thob. iiij.) btā tñ Maria nullam grauedinē ſenſit: qꝛ ɔcepit ſm ſtatum innocētie. i. ſine peccato originali in prole. Vñ ſicut in illo ſtatu innocētie nō erat grauamē in matre portante fetum: ita nec btā Maria habuit grauamen. Sicut corpus ꝓprium nō grauat ꝓprie: ſic naturaliter corpus matris ⁊ filij in vtero eius quaſi vnum corpus nāliter non grauat. ¶ Item ꝗ2uis diſſolutio ſeu diuiſio cōtinui ſit dolor: hoc eſt qñ fit iſtud a pncipio extra agentē per violentiā: qđ nō fuit in virgine. Fuit etiam talis dolor partus datus in penam matribus ɔcipiētibus cum libidine. Qđ quia nō fuit in virgine: ideo vt canit eccleſia. Neſciens mater virgo virū: pepit ſine dolore ſaluatorē ſeculoꝝ. Propterea beata Maria añ partum tm reficiebať ſm intellectum ⁊ tactū: intelligēdo ⁊ ſentiēdo in ſe hēre gaudium paradiſi dñm ieſum. Sed poſt partuz reficiebatur de eo ſm oēm ſenſum ⁊ intellectum. Videns paruulum quem nouerat deum: audiens vagientem quaſi guſtans cum oſcularetur adorans ꝑſentem palpans ⁊ amplexans. Et ideo auctum eſt gaudio ⁊ delectatione in partu. ¶ Item ꝗ2uis corpus groſſum non poſſit tranſire per aliud corpus niſi diuidēdo: hoc eſt ſm naturaꝫ: tñ qꝛ partus virginis Marie fuit miraculoſus ſicut ɔceptus: ideo exiuit in mundū p portam clauſam: ⁊ ꝓphetauit Ezechiel. Saluo ſignaculo virginali: virgo ante partū ⁊ virgo poſt partum. Sola etiā vgo lactabat vbere de celo pleno: nō p aliū moduz q̄ accidit in alijs. Qđ dñs fuit in btā vginē p exaltationē plis.

¶ Dominus te- .§.ij.

cum. Scđo ad prolē de te exaltandū: qđ declarat exprimēs qualis erat naſciturus ex ea. Vocabis inquit nomē eius ieſum. Erit enim magnus ⁊c. Hoc nomen ieſus qđ ſm btm̄ Bern. eſt mel in ore: melos in aure: iubilus in corde: fuit ab eterno ꝑdeſtinatuz rem nois deum preſtādo. Ro. j. Qui. ſ. ieſus factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnē qui ꝑdeſtinatus eſt filius dei. Fuit a ꝓpheta prenunciatū per longa añ tpa. Abachuc. iij. Ego (ait) in dño gaudebo ⁊ exaltabo in deo ieſu meo. Ab angelo intimatū marie ⁊ ioſeph. vt hic ⁊ Matth. j. Apparuit angelus domini Joſeph dicēs. Noli timere ⁊c. Vocabis nomē eius ieſum: a maria imperatū: ⁊ a Joſeph executiōi mādatum. Luc. ij. Vt circūcideret puer vocatū eſt nomē eius ieſus. Hoc autem eſt nomē ꝓpriū eius. ⁊ qꝛ noīa imponūtur rebus a proprietatibus eaꝝ. ¶ Cauſam huius nominis īpoſitionis expreſſit angelus dicens. Ipſe enī ſaluū faciet populum ſuū a pctīs eoꝝ. Vñ ieſus hebraice: latine ſaluator interpretať. Quāuis aūt ſaluare a culpa remittendo eaꝫ ſit cōmune tribus pſonis: qꝛ īſeparabilia ſūt opera trinitatis: ab extra tñ redēptio per paſſioneꝫ ꝓpria eſt filij incarnati: qui ſolus eſt incarnatꝰ. Et ſm hāc filius ſolus ſanguine ſuo ſaluum fecit populū ſuū a peccatis eoꝝ. Vnde ipſe ſolus dicitur ieſus. i. ſaluator. Itē ꝗ2uis vnum ꝓprium non poſſit eſſe pluriū propriuꝫ: tñ vniꝰ poſſūt eſſe plura ꝓpria. vt riſibile: diſciplinabile: ⁊ ſuſceptibile hominis. Vnde cū verbū incarnatum habeat plures ꝓprietates ſibi ſoli cōuenientes ⁊ nulli alie pſone: pōt a qualibet earū denominari. Vñ plura noīa que dicunť de deo: vt Eſaias. Vocabitur nomē eius Emanuel. Et vocabiť admirabilis: ɔſiliarius: fortis ⁊c. conueniunt ei ratione diuerſaꝝ ꝓprietatum: ⁊ a q̄libet eaꝝ poteſt denominari. Cum vnūquodqꝫ ab vltimo ⁊ optimo precipue habeat denoīari. Finis autem eſt vltimū in vnoquoqꝫ. dꝫ vnumquodqꝫ propriſſime a fine denominari. Et cū finis incarnationis ſit ſaluatio humani generis per verbū incarnatum. Vbi filius dei incarnatur recte vocatus eſt ieſus potius q̄ alio nomine. Similiter ꝗ2uis mirabilitas ⁊ fortitudo ⁊ conſiliuꝫ cōmunia ſint diuinis pſonis: tñ mirabilitas cōceptus ⁊ natiuitas de virgine: fortitudo in morte. ɔſiliatio in doctrina: vbo ⁊ exēplo ſolum conueniūt ieſu. ſicut propria eſt ei incarnatio. Vnde hac rōne non ɔueniunt ꝑdicta nomina trinitati: ſed verbo incarnato. ¶ De filiis duobus coniunctis ieſus xpo: dicit Alb. nominant vnā pſonam a duabus naturis que inuenta eſt ſm humanitatē: ſaluator ſm diuinitatem humanitati cōnexam. ¶ Quantum aūt incarnatū ex virgine dñs exaltauerit oſtendit apſo ad Phil. ij. dicēs. Deus exaltauit illum et donauit illi nomē qđ eſt ſuper omne nomē ⁊c. Et hoc angelus gabriel expoſuit ſubdens poſt q̄ dixit virgini. Vocabis nomen eius ieſum. Erit enim magnus ⁊c. quoꝝ expoſitio ſequitur de magnitudine prolis ɔcipiēde a virgine. i. ieſu. Erit inquit magnus. Et primo locutio iſta vi

De ipoſitione nomie ieſus ab angelo

detur incōgrua. Nam cum magnitudo ſit du/
plex ſcꝫ molis ſeu q̄ꝫtitatis materialis ⁊ virtu/
tis. Et de magnitudine corpali nō ſit intelligē/
da locutio: q. illa eſt indifferens. Vn̄ Samueli
dictuꝫ fuit de vno ex germanis Dauid. Ne re/
ſpicias vultū eius: nec altitudineꝫ ſtature eius
q: abieci eū. j. Reg. xvj. Ergo de magnitudine
virtutis. Sed cū qui nunciaꝛ ꝯcipiendus ſit de
us: deo aūt nihil accreſcat: nulla virtus per in/
carnationē. Quicqd enī pōt homo pōt deus ⁊
plus. ergo qcquid pōt mō: potuit ⁊ prius. quo
factus eſt magnus. Vn̄ ⁊ bea. Ber. Quare erit
⁊ non potius eſt magnus: qui ſemꝑ equaliꝛ eſt
magnus: ⁊ nō hꝫ quo creſcat vt q̄ſi maior poſt
ꝯceptum futurus ſit q̄ꝫ ante ſit. quinimo potꝰ
paruus videbatur nunciandus. ſm̄ illud Eſa.
ix. Paruulus natus eſt nobis. Vn̄ ⁊ bea. Ber.
Non laudatur dn̄s magnus ⁊ laudabilis val/
de: ſed ⁊ paruus dn̄s ⁊ amabilis valde. Propꝛ
quod etiā dicit ps. Minuiſti eū paulominꝰ ab
angelis. Quod apl̄s ad Heb. ij. exponit de ver
bo incarnato. Ad hoc rn̄det Alber. vbi ſupra.
Dn̄s in incarnatione factus eſt magnus ⁊ par/
uus: q: deus ⁊ hō. Magnus inquantum deꝰ:
paruus inq̄ꝫtum homo. Ergo vna ⁊ eadem p/
ſona eſt magnificata ⁊ paruificata. Qd̄ auteꝫ p/
ſona diuina ſit magnificata: hoc hꝫ rōne huma
nitatis. q: ſcꝫ ipſa humanitas deo cōiuncta eſt
magnificata ⁊ exaltata. Nam diuina natura nō
habet quo creſcat: cum infinita ſit. Paruificata
autem ⁊ exinanita dicitur diuina perſona rō/
ne diuinitatis: non ex diminutione diuine na/
ture in aliquo que minui non poteſt: ſed cum
inferiori vnitione. Sicut ⁊ magnificatio non ē
nature extra metā ꝓpriā eleuatio: ſed cū ſūma
natura pſonalis ꝯiūctio. Et ſic erit magnus.

¶ Primo altiſſima nobilitate.
¶ Scd̄o excellentiſſima dignitate.
¶ Tertio imenſiſſima poteſtate.
¶ Quarto diffuſiſſima famoſitate.
¶ Quinto copioſiſſima vtilitate.
¶ Sexto inauditiſſima nouitate.
¶ His ſex modis erit magnus.

¶ De nobilitate .§. iij.

eius dꝛ prouer. vl. Nobilis i portis vir eius ſcꝫ
eccleſie. cuiꝰ ſponſus eſt ieſus cū ſederit cū ſeni
oribus terre. Et Luc. xix. in parabola. Nobilis
quidā abijt in regionē longinquā accipere ſibi
regnum ⁊ reuerti. Hic vtiqꝫ magnus. Nā ps.
de eo. Magnus dn̄s ⁊ lau. ni. ⁊ magni. ⁊c̄. Et
quis magnus ſicut deus nr̄. Job. Altior celo ē
pfundior inferno: latior mari: ⁊ longior terra
menſura eius. ſcꝫ ſpiritualis vꝫ in pn̄tia ſubli/
mitate. In ſapiētie lſpiditate. In charitatis vi/
ſcerolitate. In permanentie eternitate. Bern̄.
Plane magnus: q: tam magnus q̄ꝫ altiſſimus.
Altiſſimus enim pꝛ eius eſt. Quā alius autem
pꝛ ſit nō potuit inequalē ſibi gignere filiuꝫ. Fe
cit vtiqꝫ angelū magnū ſed nō quantus eſt ipſe
⁊ fieri non potuit altiſſimus: qd̄ ſibiipſi vſurpa
re voluit dꝛ. Similis ero altiſſimo. Solū auteꝫ
vnigenitū quē non fecit: ſed genuit ops oipo/
tentem: altiſſimus altiſſimum: coeternus coet/
num: ipſum ſibi per oia cōparari. nec rapinam
eſtimat nec iniuriaꝫ. Vn̄ ⁊ angelus poſtq̄ꝫ ma/
gnus dixit: ſubdidit. Filius altiſſimi vocabiꝛ.
Ecce nobilitas altiſſima expreſſa. Quāuis autē
dicaꝛ in li. Eccl̄. Eris filius altiſſimi. obediens
ſcꝫ mandatis dei. Aliter tn̄ q̄ꝫ iſte. Nam ſancti
viri ⁊ obedientes diuinis mādatis: ſunt filij ꝑ
adoptionem ſm̄ illud apl̄i ad Gal. Miſit deꝰ
filiū ſuum natū ex muliere ⁊c̄. vt adoptioneꝫ fi/
liorum reciperemus. Hic auteꝫ filius altiſſimi
per eternam generationem. Vocabiꝛ ait altiſſi
mi filius. Aliter q̄ꝫ alibi. Nam alij vocanꝛ nois
illius impoſitiōe. Hic aūt ⁊ nominis ⁊ rei diui
ne nature per operū declarationeꝫ. Vocabitur
altiſſimi filius eterna nominatione ps. Dn̄s di
xit ad me filius meus es tu: ego hodie. i. eter/
naliter genui te. Scripture attellatiōe: Joānis
ꝓphetatione. Operum ꝓbatiōe. Patris eterni
declaratiōe. Columbe oſtenſione. Petri confeſ
ſione: ⁊ demonum ſuſpitiōe. Doctrine ſingula
ritate: q: nunq̄ꝫ ſic locutus eſt hō. dixerunt mi/
nj dei miſſi ad capiendū eum. Jo. vij. Facile eſt de
his auctoritates ſcripture habere ob breuitatē
dimiſſas. Vocabitur ergo ab hominibus ex ꝓ/
dictis altiſſimi filius. Vnigenitus in eſſe natu/
re. Primogenitus in donis gratie. Summus
in eſſe glorie. Vnum erit in eſſentia cum patre
Erit a patre eterna generatione. Vnum princi/
pium in cōi inſpiratione.

¶ De excellentiſ/ .§. iiij.

ſima dignitate ait per os Dauid. ps. ij. Ego cō/
ſtitutus ſum rex ab eo. Et Apoc. xx. dꝛ. Qd̄ ha/
bet ſcriptum dei filius in femore ſuo ideſt hu/
manitate: rex regum ⁊ dn̄s dominantium. Qd̄
etiam oſtenſum fuit in viſione Nabuchodono
ſor: in lapide illo exciſo a monte ſine manibꝰ. q
percutiens ſtatuam illaꝫ: ſignantē quatuor mo
narchias mūdi et quatuor partibꝰ eius diuer/
ſe materie confectā: ad nihilum redegit. ⁊ factꝰ
eſt mons magnus dominās oībus. vt habetur
in Daniele. Vn̄ ⁊ angelus ſubdit dabit illi dn̄s
ſedem Dauid patris eius ideſt dignitatē regi/
am. ¶ Sed poteſt merito dubitari de quo re/
gno loquatur. videlicet ſpūali ſeu tēporali. De
temporali nō videꝛ intelligendū cum ipſe dicat
Regnū meū non eſt de hoc mundo. Joā. xviij.
Unde cum turbe poſt miraculum factū ſatiat

do quinq̄ milia hominū ex quinq̄ panibus: voluiſſent eum facere regē: aufugit. Jo. vj. Sz nec de ſpirituali quo ſcʒ regnat per grām in eccleſia: quia inq̄ntum homo non ꝯfert grām. In quantum deus ſemꝑ habuit tale regnū ſpirituale. ⁊ ſic ei non fuit datum quod habebat. Sed reſpondetur ꝙ xp̄us regnū tēporale ⁊ ſpirituale recepit in ſua incarnatione. Nam etiā inquā tum homo datum fuit ei dn̄ium totius mūdi: Sed non eo vſus pauperrime degens: vt nos ſuo exemplo induceret ad cōtemptū mūdi. beatus Augu. Omnia terrena cōtempſit hō xp̄us: vt cōtemnenda eſſe demonſtraret. ⁊ exēplificat per particularia. Et iſto modo regnū eius non fuit de hoc mūdo. Regnū ſpirituale inquantū homo habuit. inq̄ntum caput eſt eccleſie merito paſſionis nobis grām procurans ⁊ exēplo eccleſiā regens ⁊ verbo. ꝓpter quod ait pilato. Tu dicis q: rex ſum ego. Ego in hoc natus ſuʒ vt teſtimonium perhibeā veritati. Joan. xviij. Unde glo. ſuꝑ dicto verbo. Dabit ei dn̄s ſedē dauid ⁊c̄. dicit. In p̄ſenti vita corda inhabitās ſcʒ per grām regnabit ad gliam vocans vt regnemus cū eo in patria. Hinc ⁊ Leo papa i ſermone. Agnoſce o chriſtiane dignitateʒ tuam ⁊ diuine conſors factus nature noli in veterē vilitatem degeneri conuerſatiōe redire. Memēto cuius capitis ⁊ cuius corporis ſis membruʒ Reminiſcere q: erutus de poteſtate tenebrarū tranſlatus es in dei lumē ⁊ regnum. Non ſolū autē hominū ſed ⁊ rex eſt ⁊ dn̄s angelorū. Unde Matth. iiij. dicit. Acceſſerunt angeli ⁊ miniſtrabant ei: vt ſcʒ dn̄o ſuo. Et ad Heb. j. Cum introducit primogenitū ſcʒ chriſtuʒ in orbem terrarum dicit. Adorent eum oēs angeli eius. Et in hymnus. Tremūt videntes angeli verſa vice mortaliuʒ. Culpat caro: purgat caro. ſcilicet xp̄i: regnat deus dei caro. Et iterum ad Heb. j. Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis ſcilicet xp̄s tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomē hereditauit. Cum igitur deus nominet ⁊ ſit ⁊ deus ſit rex angeloruʒ ergo ⁊ chriſtus eſt rex angelorum. ¶ Sed pro

xp̄s dī ſupioꝛ ⁊ rex ãge lorum.

huius pleniori declaratione ſciendum ſm Alber. vbi. s. ꝙ de dn̄o ieſu xp̄o poſſumus loqui ſm q̄tuor modos. Primo de ipſa yppoſtaſi ſeu perſona diuina ſcʒ filio dei. Scd̄o de natura. i. pſona ipſa rōne diuine nature que eſt in ea. Tertio de pſona rōne humane nature aſſūpte ſcʒ ſm ꝙ eſt in vnione cū diuina. Ex his tribus modis xp̄s eſt ſupioꝛ omni angelo ⁊ rex angelorum. Quarto modo ſm ꝙ in ſe eſt ipſa humana natura circūſcripta diuinitate: ⁊ ſic eſt inferior angelo. ſm illud. Minuiſti eū paulominus ab angelis. Quod verum eſt ſm naturam ſeu perfectionem naturalē. nam natura intellectualis ſuperior eſt rationali. Sed ſm gratiam infuſam anime eius ⁊ gloriam maior eſt omni angelo ſine comparatione. Unde ⁊ ſedere dicitur a dextris dei. Mar. vlti. ideſt in potiori gloria ſuper omnes homines ⁊ angelos.

¶ De imenſa eius .§.v.

poteſtate. Ps. Quis deus magnus ſicut deꝰ noſter. noſter ſcʒ frater effectus per incarnationeʒ tu es deus qui facis mirabilia. notam feciſti in populis virtutem ideſt potentiam tuā. Poteſtatem habeo ponendi animā ſcʒ per mortē. ⁊ poteſtatem habeo iterū ſumendi eam. ait ipſe Jo. x. ſcʒ propria virtute reſurgendo. Dicit be. Augu. Maius eſſe iuſtificare peccatoreʒ. quod fit remittendo peccata: q̄ȝ creare celum ⁊ terram quod eſt imenſe potentie. Nam per creationeʒ res producitur ad eſſe nature. Sed per iuſtificationem ad eē gratie. Potior autem eſt gratia q̄ȝ natura ait be. Amb. Filius autem hominis habet poteſtatē in terra remittendi peccata ait ipſe. Matth. ix. Immo vt ait Augu. de conſe. di. iiij. Nemo tollit peccata niſi xp̄s qui ē agnꝰ dei tollens peccata mundi: ſua deitate effectiue ſua humanitate meritorie. De diabolo dn̄s dicit ad Job penul. Non eſt poteſtas ſimilis ei ſuper terram. Sed dn̄s Jeſus fortis ⁊ potens: dominus potens in prelio eum ſuperauit magnitudine potētie ſue. Dum fortis potentia naturali armatus malitia experimentali cuſtodiret atrium ſuū ſcʒ mundi: in pace omnia poſſidebat. vt dicitur Luce. xj. c. Tyrannice ſibi vſurpato dn̄io: nō reperiebat qui ei reſiſteret ex defectu virtutis in humano genere. Sed ſuperueniens fortior eo. pugnans cum eo manu inermi ⁊ affixa cruci: debellauit inquit bea. Auguſti. aereas poteſtates ⁊ vniuerſa arma eius i quibus confidebat abſtulit ſcilicet malitias detegens verbo ⁊ exemplo: ⁊ ſpolia eius diripuit animas captiuas ab eo liberando. Sed ad hanc ſuam magnam poteſtatem diſcipulis cōmunicans ait. Ecce dedi vobis poteſtatem ſuꝑ omnia demonia ⁊c̄. Luc. ix. Data eſt mihi inq̄t omnis poteſtas in celo ⁊ i terra Mat. vlt. Que quidem poteſtas ſm magiſtrū in. iij. ſentē. ſibi collata eſt a principio ſue conceptionis. Sed reſurgenti aſſerit ſibi collatam: quia tunc fuit ſibi manifeſtatum. Nam ſicut ipſe fuerat potens in opere miraculorum ⁊ ſermone coram deo ⁊ omi populo Luc. xxiiij. Ita conceſſit aplis vt in nomine eiꝰ demonia eijcerēt. Linguis nouis verba exprimerēt. Serpentes tollerent: venena ꝓpellerent: infirmos a varijs languoribus curarent: cecos illuminarēt: mortuos ſuſcitarēt: cōfortati potentia virtutis eius. In celo data ē ei oīs ptās: q: his qui credūt in noīe eiꝰ dedit po

teſtatem filios dei fieri. Joh. j. Et ptās ei⁹ ptās
eterna. vt dicitur Dan. ix. Recte ergo di ei dan
da ſedes dauid. qui interpretaſ fortis robore.
Et figuraſ regnum xp̄i ſuper eccleſiam militan
tem p regnū dauid. qꝛ huius regnum eccleſie
eſt in bello ꝯtra vitia. ⁊ i effuſione ſanguinis: ⁊
caſtigatione corporis ⁊ crucifixiōe carnis a vi/
tys. ſicut ⁊ regnū dauid fuit cum bellis ⁊ labo/
ribus. Sedes ergo dauid eſt ei dāda. ſ. ſpūalis
regni ſacerdotij: magiſterij: iudicij: cōuiuij. Et
dicitur ſedes iſta dauid. vt dicit Albertus pp̄t
carnis ꝓpagationem. qꝛ ab eo deſcendit. Pro/
pter diuinam electionem. Elegi hoiem ſm cor
meū. ait dn̄s de dauid. Propter humilem exal
tationem. Ex paruo aſſumpt⁹ eſt in regnuꝫ hu/
milis valde. Unde ait Uilior fiam plus q̄ꝫ fact⁹
ſum: ⁊ humilis ero in oculis meis dixit ipe mi
chol. ij. Reg. vj. Propter hoſtium deuictionē
qꝛ plurimos hoſtiū ſubiecit. Propt ſanguinis
effuſioneꝫ multos occidēs: precipue golyath.
Propter diuini cultus augmētationē. vt pꝫ. j.
Paralip. j. Propter ſpiritualem promiſſioneꝫ.
ps. De fructu ventris tui ponam ſup ſedem tu
am. Propter virtutum ſimilitudineꝫ ⁊ charita
tis magnitudinē. Et figuraſ per regnuꝫ xp̄i ſu/
per eccleſiam militantē p regnum dauid. quia
eius regnū eccleſie eſt in bello ꝯtra vitia ⁊ in ef
fuſione ſanguinis ⁊ caſtigatiōe corporis ⁊ cru/
cifixone carnis a vitijs. ſicut ⁊ regnum dauid
fuit cum bellis ⁊ laboribus.

De vtilitate .§. vi.

maxima eius d: in libro ſapiētie. Magna ſunt
iudicia tua dn̄e: ⁊ ienarrabilia verba tua. Ma/
gnificaſti ppl'm tuū ⁊ honoraſti. Uere magn⁹
dn̄s ⁊ magna miſericordia eius: q dat donum
equale ſibi. inqt btūs Aug. Deus enim factus
eſt hō vt homo fieret deus. Unde petrus in ca/
nonica epiſtola. Maxima ⁊ pcioſa donauit no/
bis deus: vt ſimi⁹ diuine nature ꝯſortes. Quis
maior honor eſſe pōt que maior vtilitas Unde
Leo papa in ſmone. Redijt in honoreꝫ ſuū ab
antiqs ꝯtagijs purgata natura mors morte de
ſtruiſ: ⁊ natiuitas natiuitate reparaſ. Quiſquis
igitur pie ⁊ fideliter xp̄iano noie gloriaris re/
cōciliationis huius gratiā iuſto ppēde iudicio
Tibi eni quōdā abiecto: tibi excluſo a paradiſi
ſedib⁹: tibi p exilia lōga morienti: tibi in cine/
rē ⁊ in puluerē diſſoluto: cui iā nō erat ſpes vl/
la viuēdi p icarnationē vbi ptās data ē: vt quo
de lōginq ad tuū reuertaris auctorē: recogſcas
parentē: liber efficiaris ex huo. de extraneo pro
mouearis in filiū: vt q ex corruptibili carne na
tus es: ex dei ſpū renaſcaris: ⁊ obtineas p grāꝫ
quod non habebas p naturam. Et mali conſcīe
tie abſolut⁹ reatu celeſtia regna ſuſcipias ſi vo
lūtatem dei facias: diuino fultus auxilio. Hec
ille. Et ideo Eſa. ait. Paruulus natus eſt nobis
filius datus eſt nobis. Et angelus ad paſtores.
Luc. ij. Nat⁹ eſt vobis ſaluator qui eſt xp̄s dn̄s
i. ad veſtri vtilitatē. Unde. b. Bern. Magnifi/
ceſ a nobis paruus ⁊ magnus dn̄s. quos vt fa/
ceret magnos factus eſt paruus. Paruulus in/
quit Eſa. natus eſt nobis. nō angelis qui cū ma
gnū haberēt. paruū nō requirebāt. nobis ergo
natus nobis datus: qꝛ ⁊ nobis neceſſarius. Et
ideo de nobis nato, vel dato faciamus id ad qd̄
datus eſt nobis. Utamur nr̄o ad nr̄am vtilita/
tē: vt de ſaluatore ſalutē opemur. Hec. b. Ber.
Tūc aūt ſaluteꝫ ꝯſequemur: ſi vitā eius imi
tamur. Nam vt ait. b. Aug. in ſermone. Homo
ſequēdus nō erat: qui videri poterat. Deus ſe/
quēdus erat qui videri nō poterat. vt ergo ho/
mini exhiberef qui ab hoie videref: quē homo
imitaref: deus factus eſt homo: qui oia bene fe
cit. Unde ⁊ angelus dixit. Regnabit in domo
iacob in eternū. Qd quidem de domo materia
li iacob intelligi non pōt: quia illa nō manet in
eternū. Sed de domo ſpūali ſm interptationeꝫ
nois. Interpretaſ enim iacob ſupplātatio. In il
la ergo domo. i. mēte regnat ieſus per gratiam
pducēs inde ad gliam. que diabolū ſupplantat
i. ſupat mūduꝫ: ⁊ carnē cum cōcupiſcētijs ſuis.
Qui vt iacob patiēter ſuffert iram fratris: vitat
ſcādala primi. Simplex eſt ⁊ domi cōſciētie ſe/
cum manēs: qui priam ⁊ parētes ad voluntatē
patris. ſ. dei deſerit: qui vt aduena pegrinatus
in terra vigilās die ac nocte: eſtu vritur. ⁊ gelu
ſup gregē ſuoꝝ ſubditoꝝ. vel ſaltē ſenſuuꝫ ⁊ co
gitationum ſuaꝝ ne aliqua occidaſ a lupo iſer/
nali. qui ditatus virtutibus ⁊ multiplicatus in
filijs bonoꝝ opum. ex lya actiue ⁊ Rachel ꝯtē/
platiue. Demum diſponēte deo ad priaꝫ ſuper/
nam regrediſ in lucta angeluꝫ vincēs malum.
tū qui. ſ. preliaſ in fine nobiſcuꝫ. Unde nomen
mutat iſrael. quod interpretaſ vidēs deū. ſ. per
gliam. Regnabit in domo iacob: miſeris miſe/
rēdo: malos extirpādo: bonos exaltādo: oibus
impendo: hoſtes ſupingādo: curias celebran/
do: iura pmulgādo: regna dilatando. Hc ſunt
conditiones magni regis quas habuit ⁊ in vti
litatem noſtram exercuit rex Jeſus: quoniam
deus magnus dominus.

De diffuſiſſi/ .§. vij.

ma famoſitate: magnus erit. Prius dicebatur
a ps. In iſrael magnuꝫ nomen eius. ſ. veri dei.
Nam alijs nationibus etiaꝫ romanis in qbus
erat monarchia declinātibus ad idolatriā par/
uum ⁊ pene nulluꝫ habebatur nomen veri dei
cuꝫ multos colerēt deos. Sed poſt verbi incar
nationeꝫ impletū eſt qd̄ Malachie primo pre

nũciatum eſt.ſ.A ſolis ortu vſqz ad occaſuz magnum nomen meuz in gẽtibus.i.magna ſama vbiqz diffuſa.de magnitudine veri dei incarnati. Quod etiam ſignatũ fuit in principio ſue natiuitatis veniẽtibus ex oriente tribus regibus magnis in ſapientia.⁊ ideo magis dictis adorare recenter natum: ex muneribus oſtẽdentibus veram fidem diuinitatis eius: ex thure mortalitatis aſſumpte: ex myrrha regie dignitatis naturaliter ⁊ ſpiritualiter ex auro. ad innuendum ꝙ ex tribus mundi partibus. aſia. aphrica.⁊ europa: venturi eſſent ad veram fidẽ eius reges ⁊ ſapientes cum populis ſuis. quia nõ ſoli venerunt. Et in occidente. die ſue natiuitatis oſtenſo paruulo circa ſpheram ſolis in gremio puelle: a ſybilla Octauiano monarche mundi: reuerentiam ei exhibuit ⁊ ſacrificiũ. vt narrant hiſtorie. Magnus ergo dñs ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius.ſ.fame nõ eſt finis. Nam per longum ⁊ latum totius terre: ⁊ per profundum inferni ⁊ altitudinem celi. diffuſa eſt ſama infinite bonitatis ⁊ perfectionis eius. Beatus Hiero. gallia ⁊ britãnia ⁊ aphrica ⁊ perſis oriens ⁊ india. vnum chriſtum adorant: vnam ſequuntur regulam veritatis. diſt. xciij. legimus. Licz nũc multe ex his nationes receſſerint a veritate fidei ⁊ vnitate eccleſie. vt india ⁊ aphrica oriens ⁊ perſis. In huius figuram legitur. iij. Regum. x. ca. Quia magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges terre: ⁊ omnis terra deſiderabat videre vultuz eius. beatus Bern. Vere magnificatus eſt. quia magnificauit eum dñs in conſpectu reguz vt adorent eum omnes reges terre: omnes gẽtes ſeruiant ei. In ſe quidez nihil factus eſt maior. qꝛ adeo maximus erat vt creſcere nõ poſſet. Sed factus eſt magnus in mentibus hominum: et opinione ⁊ laude: qui prius nullus putabatur Unde ⁊ regina Sabba audita fama eius glorie ⁊ ſapiẽtie que deſignat gẽtilitatem. Veniẽs ad eum vidẽdum: cernens magnificẽtiaz eius ⁊ curie ſue. adeo ſtupuit vt vix in ea remaneret alitus. Dixitqz ei. Maior eſt gloria ⁊c̃. Viciſti famam virtutibus tuis. Beati ſerui tui q ſtant coram te ⁊c̃. ¶ Et regnuz Salomonis figurat regnuz eccleſie triũphantis in quo regnat chriſtus cum ſanctis ⁊ in ſanctis: in gloria: in ſuperna hieruſalem que interpretatur viſio pacis. Ubi eſt perfecta pax in qua regnat rex pacific⁹ Salomon. Nam regnauit multo tẽpore in maxima pace ⁊ gloria: ſicut regnum Dauid quod fuit in bellis ſignificat regnum ſpirituale eccleſie militãtis. Sed de ſuperno regno veri Salomonis dicitur Eſa. xxxij. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta. Et de hoc ſimpliciter intelligitur qd̃ ait angelus. Regni eius nõ erit finis. Nam regni quo regnat in eccl̃ia militãti eſt vtiqz finis. qñ.ſ. finiet mundus. tũc non erit amplius eccleſia militãs: ſed triũphans efficietur. Et finis nõ erit talis regni in quo xp̃s regnat cum ſanctis ⁊ ſancti cuz eo.

¶ Sũma nouitate erit magnus. Nouuz enim faciet dñs ſup terram. Femina circũdabit virũ Et Diony. dicit. ꝙ hoc eſt oĩum nouoꝝ nouiſſimum. Magnus inqz erit. ait Alb. ſm oẽm modũ dicere. Magnus deus ↄſilio ⁊ incõprehẽſibilis cogitatu. Magnus ſm ſbam. qꝛ deus magnus. ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nr̃i. Magnus ſm q̃ntitatem. quia oĩps nomẽ eius. ⁊ ideo glioſe magnificatus eſt Exo. xv. Magnus etiam ſm qualitatẽ: qꝛ ſumme bonus. ps. Magnus dñs ⁊ magna virtus eius.ſ. bonitatis. Magnus ſm relationẽ. qꝛ filius altiſſimi dei. ij. Regũ. vij. Ego ero ei in patrem ⁊ ipſe mihi in filiuz. Magnus ſm qñ. qꝛ eternus. Eccl̃. j. Fons ſapiẽtie verbuz dei in excelſis. Magnus ſm vbi. qꝛ vbiqz. b. Aug. Deus vbiqz eſt non locis: ſed actionibus. ps. Quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiam. Magnus ſm ſitum. qꝛ vt ait Eſa. vlti. Celũ mihi ſedes eſt. terra ſcabellũ pedum meoꝝ. Et ſedet ſuper cherubin: ⁊ volat ſup pẽnas ventoꝝ. Sedet quoqz ad dexterã patris ⁊ iterpellat pro nobis Magnus ſm habitũ. qꝛ veſtimẽta eius ſunt alba ſup niuem ⁊ qualia non põt facere fullo ſup terrã. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius. Prouerb. vlt. Magnus ſm actionem. qꝛ in principio creauit deus celũ ⁊ terram. Gen. j. ideſt filium genuit: in quo oĩa creauit ⁊ recreauit ⁊ glorificauit. Ipſe opa fecit que nemo alius fecerat: que teſtimonium phibent de eo ꝙ filius dei ſit. Magnus paſſione. Vidimus enim eum (dicit Eſa. liij.) nouiſſimũ viroꝝ ⁊ viruz doloꝝ. Qui paſſus eſt pro peccatis noſtris bea. Bern. Et tu quidem virgo paruuluz pariẽs: paruulum nutriẽs: paruulum lactãs. Sed videns paruuluz magnuz cogita. Et infra. Ecce paruulus in medio ſtatuit. O paruulus paruulus deſideratur O vere paruulus: ſed malitia nõ ſapiẽtia. Studeamus effici ſicut paruulus iſte. Diſcam⁹ ab ipſo: qꝛ mitis eſt ⁊ humilis corde: ne magnus videlicz deus factus ſit ſine cauſa homo paruulus. Et ſic paruus eſt ⁊ magnus. Leo ⁊ agnus. Leo de tribu Juda. ⁊ agnus qui tollit peccata mundi. Dominus ergo tecum ad magnificandum filium ex vtero tuo.

¶ Quãtuz ad ter- … .§.viij

tium principale. dñs tecũ. ad te virginẽ matrez magnificãdum. Et hoc ipſa expreſſit in cantico ſuo dicens. Fecit mihi dñs magna qui potens eſt. Ideo magna: qꝛ dñs fortis ⁊ potẽs eſt. Et vt

notat dñs Joh͡anes diſici ſuper magnificat in di
cto.v.Duodecim magna dicuntur in ſcriptura
De.xij. que dñs fecit in Maria: ſignata per duodeciz
magniſ ſtellas:que habebat in capite mulier amicta ſo/
que fec͡ le.Apoc.xij.Primo fecit magnum patriarchã
dñs in vehemẽter affectum.Scdo fecit magnũ pphe/
Maria tam a dño dilectũ. Tertio fecit magnũ monar/
cham diuinitus effectũ.Quarto fecit magnam
feminã venerãdam.Quinto fecit magnã crea/
turam inhabitandã.Sexto fecit magnã verita
tem imitandã.Septimo fecit magnũ obiectuz
realis bonitatis.Octauo fecit magnum ſubie/
ctũ diuine claritatis.Nono fecit magnum rece
ptum eternalis vnitatis.Decimo fecit magnã
auem altius ſcãdẽtem.Undecimo fecit magnã
edem ſanctius habẽtem.Duodecimo fecit ma/
gnam vocẽ latius currẽtez.Hec oĩa fecit in ma
ria magna.Et ideo aptiſſime dicit.dñs tecum.
ad te tam magnificãduz.❡Quãtum ad pmuz
fecit dñs abraham magnũ patriarchã.de quo
ſcribit in Gen̄.qp ibat pficiens atqz ſuccreſcens
donec vehemẽter magnus effectus eſt cuiqz di
xerat dñs cuius figuram tenebat in ſua pſona.
Ego ſum merces tua magna nimis.Magnus
vtiqz poſſeſſiue.Magnus expectatiue.Ma/
gnus cui facta eſt repromiſſio magna. Uidiſti
magnuz factum ſub vmbra ꝛc.Intuere hoc fa/
ctum illi cui dñs fecit magna in re certa ꝛ luce
pclara.Abraham patriarcha quaſi patrũ arca:
qm̃ ex eo patres pdierũt in mũdum. Ecce plus
q̃ Abraham in maria.ex qua nati ſunt ſpũali/
ter oẽs patres etiam abraham.ſ.in fide filij. Et
potẽs fuit deus ſuſcitare filios abrahe ſpũales
de lapidibus iſtis gentilibus:vt dicit baptiſta.
Abraham archa patrũ.Maria archa dei.Abra/
ham pro mercede deũ expectat:iam illa euz ha
bebat.Quãpulchre abraham dictus eſt ſuccre/
ſcẽs.i.ex ſubiectione creſcẽs:vel ſucceſſiue cre/
ſcẽs.Quis dubitat in veteri teſtamẽto abrahã
ſignificare patrem celeſtez.qui vnus in natura
cum filio ſe ſubdidit in filio vni puelle:qui par
uus erat in orbe terrarũ.Sed magnificatus eſt
per mũdum vniuerſum.vt a ſolis ortu vſqz ad
occaſum laudabile nomen eius.❡Scdo fecit
dñs Moyſen pphetam magnuz.Sic enim de
eo habet ſcriptura.Fuitqz Moyſes vir magnꝰ
valde in terra egypti.Ergo a maiori maximus
fuit in terra viuẽtiuz.Preludebat hic chriſto:
qui factus eſt in Maria.In egyptum venit qñ
mũdum intrauit areolam repit aromatũ.ſ.ma
riam que irrigabat ſicut paradiſus deliciaruz:
qui intrauit vt paſcatur ibi ꝛ lilia colligat.In
hac areola factus eſt:ꝛ genitus ille ppheta ma/
gnus de quo clamabat turba.Propheta ma/
gnus ſurrexit in nobis.Luc.vij.Hoc fecit dñs
magnum in Maria.Quod vtiqz vere magnũ

eſtimauit helisabeth.qñ eẽt a matre dñi ſaluta/
ta.Unde exclamauit.Unde hoc mihi vt veniat
mater dñi ad me.Ad hãc aũt venit deus nõ tri
bus mẽſibus apud eam mãſurus:ſed.nouẽ im
mo in eternuz.Uenit nõ viſurus ſed videndus.
Nõ trãſiturus ſed mãſurus.Non vt cognatus
ſed vt filius ꝛ dñs deus meus.Nõ ſolum illu/
minaturus ſed pphetiſſam facturus.Cum ex h
beatam me dicẽt oẽs gñationes.Nec miruz.Si
enim ad vocẽ Marie helisabeth pphetauit.ꝛ
paruulus ioh͡anes in vtero ſuo exultauit factus
ppheta.q̃to magis dici ipſa dz pphetiſſa:pro/
phetas faciẽs.Fecitqz dñs monarchã magnuz
dauid.Unde de eo dicit.Feciqz tibi nomẽ grã/
de iuxta nomẽ magnoꝝ.ſ.principũ qui ſunt in
terra.Que tñ magnitudo terre eſt inſtar pũcti.
Sed mũdus talis nuncupat magnos.qꝛ veſti/
gia gerunt magni dei.qui eſt rex regum ꝛ dñs
dñantiũ.Ecce capaciſſima virgo dicit.Fecit mi/
hi dñs magna.Dedit enim ſibi nõ vt ancille vł
nutrici vel doctrici.ſed vt dilecte matri diuum
vniuerſoꝝ cuius regni nõ erit finis.Ad cuius
aſpectũ angeli tremũt:celi nõ capiũt:elementa
pauẽt:venerat oĩs mũdus:inferna ſuſtinere ne
queũt.Hic factus eſt in maria:ꝛ inde maria im
peratrix ꝛ monarcha mũdi.❡Fecit deꝰ quar/
to cuidã qp eſſe:magna femina.ſ.ſunamitis il/
la cõiugata:eo maioꝛ quo cenaculum in domo
ſua meruit edificare.In quo ſuſcipet heliſeuz:
qui interpretaf deus ſaluatoꝛ meus.Sed dñe
nře Marie fecit dñs nõ ſolum vt eſſet magna
femina:ſed ꝛ maxima virgo.In cuius vteri ſã
cti cenaculo recipet helyſeus.i.ſaluatoꝛ deꝰ me
us nõ figurate ſed expreſſe.vt ſaluũ faceret po/
pulũ ſuũ a peccatis eoꝝ.Nam ſup defunctũ ge
nus humanum expãdit ſe:ꝛ facta ſunt organa
hoĩs mẽbra diuina diſcurrẽs hincinde per iu/
deam ſamariã:ꝛ galileã:calefecit verbis exem/
plis ꝛ miraculis:atqz oſcitãs ſepties:totiẽs pre
ſtãs.qp eſſet ppheta pmiſſus in legẽ:tãdez collo
catus in lecto crucis:ſurrexit qui erat moꝛtuus
ꝛ cepit loqui dicens.Uere filius dei erat iſte:ac
reſtitutus eſt matri ſue.que ſtabat iuxta crucẽ.
hoc munus expectãs hoc reputauit ſibi q̃ ma/
gnum.vnde dicere potuit.Fecit mihi dñs ma/
gna filiũ reddẽs viuuz.❡Quintũ magnũ qđ
fecit deus eſt terra ꝛ celuz ꝛ in eo luminaria ma
gna.iij.Eſdre.viij.Magna eſt terra:excelſum
celuz:velox curſus ſolis.Et magnificus qui fe
cit iſta.ſ.deus.Terra eſt beatiſſima virgo quoad
corpus terrenũ humile ꝛ fructiferũ.Celuz ipſa
quoad alam totã celeſtẽ plenã claritate ꝛ ſyderi
bus virtutũ.De his celo ꝛ terra dicit dñs.Eſa.
vlt.Celũ mihi ſedes eſt ꝛ terra ſcabellũ pedum
meoꝝ.In ala enim eius pp maximã puritatẽ
requieuit deus.Et in coꝛpe eius terreo fuit ſca

vellus ubi ſteterũt pedes eius.i.humanitas aſ
ſumpta in vẽtre eius. Ibi ꝫ ſol maximus. Sol
iuſticie xp̃s deus noſter. Et quẽ celi cape nõ po
terãt ſuo gremio ↄtinuit. Et quẽ totus nõ capit
orbis in ſua ſe clauſit viſcera factus homo. Fe
cit ergo mihi magna qui ec̃. ¶ Sextũ magnũ
eſt veritas. vnde tres cubicularij qui mouerãt
q̃onem quid eſſet oĩbus fortius. Cum vnus di
xiſſet vinũ. alter rex. tertius. ſ. Zorobabel dixit
mulierem oĩbus ꝓdictis fortiorem. Sed erat ꝫ
quartũ adhuc fortius. Magna eſt vitas ꝫ for
tior oĩbus. Et hoc declarãs per rõnem aſſenſe
rũt oẽs rex cum pncipibus ſuis dicentes. Ma
gna eſt veritas ꝫ ꝓualet. iij. Eſdre. viij. Mulier
magna ꝫ fortis eſt beata maria. ob cuius amo
rem ꝫ deuotionem multi ſe exponũt laboribus
mortis. Multi qui rapiũt ei.i.eccleſie ipe eius:ꝫ
imagini offerũt. Ipſa ꝓcurat reſſes virtutũ ho
minibus. ipa gignit reges ſpũales ꝫ vineas co
lẽtes. ſ. plãtos merito ſui ꝫ exẽplo. Tamen forti
or eſt ipſa ꝫ maior veritas ch̃ꝛiſtus qui ait. Ego
benedicunt. Unde eccleſia ſtatuit dici in diui-
no officio ⁊ horas canonicas dierum ad hono
rem eius ſicut ad honorem dei officium illud.
⁊ ita ſunt in precepto quoad obligatos. Addit
quoqꝫ eccleſia omnibus ſabbatis cum vacat
eam in miſſis vel officio toto honorari ſolẽni-
ter ⁊ cuz ſequentijs. ⁊ ſicut honoratur dominꝰ
filius in dominicali officio ob ſuaz reſurrectio
nem: ita ⁊ ipſa honoratur domina mater in ſab
bato. quia illa die. ſ. ſabbati mortuo filio ⁊ fide
extincta de eius diuinitate in omnibus diſci-
pulis ⁊ alijs: ſola vera cognitio ſue diuinitatis
in ea requieuit illa die. Nam ſequente die re

cuperauerunt plures. Statuit inſuper eccleſia
ſingulis diebus pulſari ter campanas eccleſia/
rum de ſero: ⁊ iterum de mane. Ad quid niſi vt
honoraref beata maria ⁊ laudef ex ſalutatione
angelica. ¶ Generatio hec electorum. eccleſie
benedicetur: ⁊ beatiſſimam dicūt virginē hāc
ex multitudine eccleſiarum dedicatarū ſub ti/
tulo eius per totum orbē. Que ciuitas: quod
caſtrum: que villa eſt que non habeat eccleſiā ⁊
ſolēniorem in eius noīe fabricatam? Certe nec
in nomine ſaluatoris: nec in honorē aliquorū
ſanctorum reperiuntur in tanto numero. Sed
⁊ in ipſis eccleſijs vel domibus priuatis nō de
ficit alibi imago beatiſſime marie benedicte.
Et vbi in eccleſijs in parte inferiori earū quaſi
in ſancta ponitur imago crucifixi tanquā cāde
labrum ad illuminanduz ⁊ incitandum ad ſui
imitationem. in parte ſuperiori ſeu ſacrario q̄/
ſi in ſancta ſanctoꝝ ⁊ in loco propiciatorij. ſ. ta
bule altaris: cōmuniter ponitur figura beatiſſi
me Marie cum filio in vlnis: vt ab ipſa ſpere/
mus ꝓpiciationem a peccatis noſtris apud fili
um ſuum. Hoc aūt ſalubriter inſtitutum eſt: vt
dum ſacerdos diuina ſacramenta pertractat ma/
riam intuens penſet qualis fuit: cui creditum
eſt ſolo verbo verbum carnem efficere. Et qua/
lis debet eſſe ſacerdos qui debet ex vbo ſuo (vl
potius chriſti a ſe prolato) corp⁹ xp̄i in ſangui/
nem efficere ex ſubſtantia panis ⁊ vini. Et exē/
plo ſue humilitatis ⁊ puritatis diſcat purā ge
rere mentem ⁊ humilem: ac mediatricē ponat
pro ſe ad interpellendū ad digne ⁊ fideliter mi
De cā in/ſtitutio/nis pro/ceſſiōis/ duab⁹/ feſtiui/tatibus/ bea. ma/rie vir/ginis. niſtrandum tantū ſacramentum. ¶ Fiunt pro
ceſſiones annuatim ad honorem ſaluatoris in
aſcenſione ⁊ die palmarū in eccleſiis: ⁊ ſimiliter
bina vice ad honorem beate marie. ſ. in die pu
rificationis per correſpondentiam ad diem in
ramis palmarum. Nam ſicut tunc portanf ra/
mi oliue cum palmis in ſignuz victorie chriſti
de morte per reſurrectionē: oſtendentes etiam
nos victoriam de vitijs per pniam ad vitā gra
tie reſurrexiſſe. ita in die purificationis cande/
las accenſas geſtamus in manibus lumē ardē
tiſſime charitatis virginis deſignantes: ⁊ eam
viuam in noſtris operibus habere preſtantes.
Scd̄a autem vice proceſſio fit in aſſumptione
beate marie: quādo tota celeſtis curia cuz filio
ſuo domino ſaluatore obuiam venit ad aſſociā
dum in celum in thronū ſuum. Hāc quoqz bea
tam predicant ⁊ benedicunt omnes ſermocinā
tes ⁊ predicantes xp̄icolis. exordium pro gra/
tia impetranda a ſalutatione angelica facien/
tes. ¶ Demum octo ſunt ſolēnitates particula
riter deo ſub tali feſto ſacrate. ſ. natiuitatis do/
mini circūciſionis: epiphanie reſurrectiōis: aſcē
ſionis: trinitatis: penthecoſtes ⁊ corporis xp̄i.
Et totidem ſunt celebritates virgini ſanctiſſi/
me dedicate. ſ. feſtuz ſctificationis in vtero: qđ
quidam dicunt conceptionis. feſtum natiuita/
tis ſue: in qua nata eſt ſancta. feſtum annuncia
tionis quādo deus ex ea factus eſt hō. vñ maxi
mum in quo facta eſt mater dei ⁊ regina celoꝝ
⁊ angelorum magis tamē dies illa denominaf
ab ea cōmuniter: vt dicatur dies annūciationis
q̄ incarnationis feſtum viſitationis: quādo. ſ.
viſitauit cōcepto deo Eliſabeth ⁊ Joānes tunc
ſanctificatus fuit ⁊ propheta inſtitutus. quod fe
ſtum inſtituit Urbanus papa circa annos dñi
M. ccclxxxv. Feſtum purificationis quādo. ſ.
quadrageſima die natiuitatis filij obtulit eum
in templo iuxta mandatum legis offerens ſa/
crificium pro eo: ⁊ euz redimens. qđ dicif ma/
ria candelaria. Feſtum aſſumptionis quādo in
celum aſcendit. Feſtum niuis qđ inſtitutū fuit
a Liberio papa. vt habetur in hyſtoria ex quo/
dam miraculo qđ contigit rome. Nam cū qui Exēplū
dam ciues predites nō habens prolem cogita
ret quō ſubſtantiam ſuā expenderet ad honorē
dei genitricis: cui deuotiſſimus erat mēte per
tractans de edificando eccleſiā ad ſui honorē:
beatiſſima virgo ſibi locum deſignauit in quo
conſtrueret templum ſibi per ſignū tale: vbi. ſ.
nix eſſet denſa in illa parte cōſtrueret. cuz tamē
tunc eſſet de menſe auguſti in quo nullibi ap/
pareret nix vel deſcenderet: cum ſit intēſus calor
ſuper terram. ſ. quinta auguſti. Et ex hoc ſigno
papa Liberius cōſtruxit ibi templuz quod ſan
cta maria maior nuncupaf. Una ex quatuor prin
cipalibus vrbis eccleſijs. Diſpenſatiue autem
hoc diſponit diuina ſapiētia vt in tali die niuis
agatur feſtuz beati Dominici patris noſtri: qui
filius ſingularis adoptiuus fuit ipſius. Nā na
turalis dictus eſt dñs: ipſe aūt adoptiuus Dñi
cus. cui ob eximiam puritatem habitum dedit
album vt niuem. deſuper tamē nigrā cappam
deſignantē humilitatem. nec enim vna ſine al/
tera eſſe valet. Ipſa a filio ſuo tribus lanceis cō
tra mundum vibrantē ꝓpter tria vitia. ſ. auari/
tiam: ſuperbiam ⁊ luxuriam: ad deſtructionez
ſe parante indulgentiam impetrauit ⁊ dilatio
nem pnie: offerens ſe miſſurum ipſum filium
Dñicum cum alio ſibi adiuncto Franciſco. ſ. q
cum filijs ſuis munduz ad pniam reducerent.
Octauuz ⁊ vltimū feſtū eius ē qđ antiquus di/
cebatur ſancte marie ad martyres. qđ feſtuz ce
lebratur certa die in ſancta Maria rotūda. Sz
poſtea a Bonifacio papa ſancta eſt ſolēnitas vt
vbi prius fiebat ſolum Rome ad honorē. ſ. ma
rie ⁊ omium martyrum: poſtea inſtitutū eſt vt ce
lebraretur ad honorem omniū ſanctorū vbiqz
terraꝝ pma die nouēbris. ⁊ ita ſeruaf. In qua
ſolēnitate ipſa eſt ꝓcipue omiū ſctoꝝ honorata.

Tertia genera- .§.iiij.

De tertia generatione. ſ. ſctõꝝ doctoꝝ que bñ dicit b. mariã.

tio eſt ſanctorũ doctorum. De qua apl's ad Corin. In chriſto vos genui per euangelium. Generare igitur dicuntur doctores et predicatores eccleſie et plati: eos quos ſua doctrina trahunt ad bene operandum. Et primo ponemus doctores ſeu auctores ſacre ſcripture. De hac ſub figura ruth moabite ex qua nata eſt virgo maria. Bñdicta es tu filia a domino. Ruth. iij. ſequit Booz. In libro quoqꝫ Judith. Ipſa quoqꝫ interficiens holofernem ſeuiſſimũ tyrannũ et inimicum populi dei figurauit beatiſſimam virginem caſtiſſimam: pulcherrimam peremptricez diaboli. Que propter hoc benedicta fuit et collaudata fuit multipliciter. Unde Ozias princeps populi iſrael dixit ad eã. Benedicta es tu filia a domino deo excelſo pre omnibus mulieribus ſuper terrã. Benedictus ſit dominus qui te direxit in abſciſione capitis principis inimicorum noſtroꝝ: quia nomen tuuz ita magnificatum eſt vt non recedat laus tua de ore hoium: qui memores fuerunt virtutis tue. Judith. xiij. Et imediate. ē. dicitur qꝫ vniuerſi adorauerunt dominum dicentes ad eam. Benedixit te deus in virtute ſua: qꝛ per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Achior quoqꝫ ex gentili factus iudeus ad eam dixit. Benedicta tu a domino deo tuo: qm̃ in omni gente q̃ audierit nomen tuum magnificabitur deus iſrael ſuper te. Et in. c. xv. dicitur qꝫ Joachiz pontifex ſummus de hierl'm venit bethuliã ad videndum eam cum preſbyteris ſuis vniuerſis: et benedixerunt illi omnes vna voce dicentes. Tu gloria hierl'm: tu leticia iſrael tu honorificentia populi noſtri: qꝛ feciſti viriliter et confortatum eſt cor tuum: et ideo eris bñdicta in eternum. Quod oia hec perfectius ſint impleta in Maria figurata ꝑ Judith figura de ſe patet. Omiſſis aũt alijs prophetijs et figuris: ſolum nunc tangatur id qḋ dixit Eſa. xj. c. Egredietur virga de radice ieſſe: et flos de radice eiꝰ aſcendet: et requieſcet ſuper eum ſpũs dñi. qḋ exponens eccleſia in officio ait. Uirgo dei genitrix virga eſt: flos filius eius. ſuper quem requieſcet ſpũs almus. Signanter autem dicit florez non de virga aſcendere: ſed de radice eius ad tollendum errorẽ eorum qui dixerunt chriſtuz corpus attuliſſe de celo. vnde et celeſte. vel ſm manicheos hereticos corpus habuiſſe fantaſticum non verum. propterea dicit florem. i. xp̃m aſcendiſſe ortũ fuiſſe de ieſſe qui fuit pater dauid ad oſtendendũ qꝫ ſm corpulentã ſubſtantiam aſſumptã pceſſerat a ieſſe: nõ ex aere vel ex materia celeſti: ſꝫ ex ſubſtãtia corporis v̾ginis glorioſe. que v̾go per ꝓpagationez carnalẽ deſcẽdit a ieſſe. Aſcẽdit iſte flos campi terreſtris ſemper proficiendo nõ in ſe: qꝛ ſuper eum requieuerat ſpiritus almus ab initio ſue conceptiõis cum plenitudine ſumme gratie et veritatis. ſꝫ aſcendit merendo pro nobis quouſqꝫ aſcendit crucẽ incluſiue: qui poſtea reſurgens refloruit in carne ſua: et aſcendens in celũ factus eſt flos campi celeſtis. Dicitur autez beata Maria virga: quia ſemper erecta fuit nunquã inclinata ad terrena ſed ſemper erecta ad celum. Hec virga eſt multipliciter benedicta in figuris ſacre pagine. Uirga Joſeph cuius faſtigiuz adorauit Jacob moriens Mariam deſignãs: quã debet revereri quilibet moriens vt ab ea tuatur. Ipſa enim eſt virga de qua Eſaias cecinit. Pauebat aſſur. ideſt diabolus virga percuſſus ſuffragij. ſ. virginalis. hec eſt virga Moyſi q̃ verſa in ſerpentem ſumme prudentie: in myſterio incarnationis filij ſui et inſtructionis apoſtolorum deuorauit ſerpentes magorum. i. confutauit ſapientiam ſapientuz huius mundi: et prudentiam prudentum reprobauit: ac hereſes cũctas interemit. Synagoga autem ſignificata ꝑ Moyſen que prius ab ea fugit: vt a re horribili. demum in finem reſumentur et reuertentur in virgam. Cognoſcens illud Pſ. Uirga tua. ſcilꝫ virgo maria. et baculus tuus. ſ. crucis filij eius. ipſa me cõſolata ſunt. hac virga plurima miracula geſta ſunt hac virga extenſa ſuꝑ mare rubrum huius ſeculi peccatis rubricatũ. ſubmergit egyptios demones. et hebreos. ideſt electos letos eduxit. Hac virga percuſſa petra cor ſcilꝫ durum et obſtinatum precibus et meritis eius aquas lachrymarum affluẽter emiſit. O qꝫ pulchre oſtenditur virgaz fuiſſe Aaron que arida in tabernaculo domini poſita cũ alijs virgis ſola inuenta eſt viruiſſe floruiſſe et fructus feciſſe. Deſcendẽs enim ipſa non ſoluz ex tribu regali: ſed et ſacerdotali. dedicata ab infantia in templo domini cum alijs virginibus ipſa arida. i. virgine permanente: non humectata humano ſemine viruit. Uirtutem generãdi a ſpiritu ſancto ſuſcepit: floruit chriſtum concipiendo. fructũ fecit bñdictum ventris ſui ipſuz pariendo. Hec vt miraculũ precipuuz reponitur in ſacrario diuino. Hec eſt virga regis aſſueri qui interpretatur beatitudo qua extenſa ſuꝑ illuz qui ingrediebatur ad eũ ſaluus erat. et q nõ tãgebatur ab ea: occidendus eijciebatur. Accedẽtes enim ad deũ oratiõe vel in morte tot ſunt demerita nr̃a qꝫ niſi interueniãt pces virginis reprobami et pſumptuoſe orones noſtre et rei mortis iudicamur niſi ipſa ſubueniat. Mãdauit quoqꝫ dñs Jeſus primis prelatis et pdicatoribus diſcipulis ſuis in via portare virgã. ſ. ſpez ſuffragij virginis glorioſe. Et breuiter alia omittẽdo: ſi vi

in libro ſapientie. Bñdictum lignum.ſ. huius
virge per qḋ fit iuſtitia. Imitando enim eã iu/
ſti efficimur. ⁊ ſicut ſequẽdo virgam lignee: re
cte ſcribimus ⁊ alia agimus. ita recta opa faci/
mus imitãdo veſtigia eius. Juſtitia etiã per eã
facta eſt virga: q: ab iniuſto poſſeſſore diabolo
detenti iuſti per filiũ eius liberati ſumus. Sã
cti quoqꝫ doctores eccleſie ſtupẽtes ſatiari non
valent collaudare bñdicere ⁊ pdicare hanc vir
ginem glorioſiſſimã que virginitatis glia per/
manente huic mundo lumen eternum effudit
Jeſum xpm dñm noſtrum. Beata es maria (in
quit vt puto Gregorius) que dñm portaſti crea
torem mundi: genuiſti eũ qui te fecit ⁊ in eter/
num permanes virgo. Benedicta ⁊ venerabi/
lis eſt virgo Maria que inuẽta es mater ſalua
toris. Beatus Bernar. ſuper illud. In plenitu
dine ſanctorũ detentio mea ait. Merito in ple/
nitudine eius erat detẽtio ſua. cui nec fides de
fuit patriarcharum: nec ſpiritus prophetaruꝫ:
nec zelus apoſtolorum: nec conſtantia martyrũ
nec ſobrietas confeſſorum: nec caſtitas virgi/
num: nec fecunditas coniugatorum: nec puri/
tas angelorum. ¶ Idem de plenitudine eius
ideſt bonorum virginis marie recipiunt vni/
uerſi. Eger curationem: triſtis conſolationem:
captiuus redemptionem. peccator veniam: iu/
ſtus gratiam: angeli leticiam: tota trinitas glo
riam: deniqꝫ filius dei carnis ſubſtantiaꝫ. bea/
tus Hieronymus in ſermone de aſſumptione.
Talibus decebat virgineꝫ oppignerari mune/
ribus. vt plena eſſet gratia que celis dedit glo/
riam: terris deum paceꝗ refudit: fineꝫ vitijs:
vite originem: moribus diſciplinam. Beatus
Auguſtinus. De te o virgo Maria quid dicaꝫ
pauper ingenio: cum quicqḋ dicam minor eſt
laus tua ꝗ mereatur dignitas tua. Si celum
appellarem altior es. Si matrem gentium di/
cam excellis. Si formam dei appellem digna
exiſtis. Si dominam angelorum vocem per
omnia comprobaris.

¶ De triplici fructu benedicte Marie virgi/
nis. Capitulum. xxv.

Benedictus fructus
ventris tui. Hec verba appoſuit ec/
cleſia in ſalutatiõe angelica que ſue
runt Eliſabeth. Quando eniꝫ beata
Maria concepto filio eam viſitauit. Exclama/
uit ipſa Eliſabeth repleta ſpiritu ſancto. dicẽs.
Benedicta tu inter mulieres. ⁊ benedict⁹ fru/
ctus ventris tui. Ideo autem angelus non di/
xit illud. ſcilicet benedictus fructus vẽtris tui.
quia nondum fructus ventris fuerat quando
ſalutauit: ſed ipſum quaſi premiſſiuum in hoc
dixit. Benedicta tu in mulieribus fructum cõ
prehendat. Eccleſia autem vt iam exhibitum
⁊ maxime beate Marie virginis cõmẽdatiuũ
hoc appoſuit. ¶ Ponitur autem cõiunctio co
pulatiua. ſcilicet ⁊ benedictus ⁊c. que continet
finem ad angelicam ſalutationem ⁊ adiectio/
nem ad perſonam filij pertinenteꝫ. Et vt notet
inter benedictionem filij ⁊ matris aliquam di/
ſtinctionem: ipſa eniꝫ benedicta eſt propter be
nedictionem fructus. Unde ſua benedictio de
ſcendit a benedictione filij. Et hoc eſt quod bea
tus Bernardus ait. Non ideo benedictus fru
ctus ventris tui. quia tu benedicta. ſed ideo tu
benedicta: quia benedictus fructus vẽtris tui.
quoniam ille in benedictionibus te preuenit.
¶ Signanter autem dixit potius fructus ven
tris ꝗ filius tuus q: filius eſt quid cõmune ad
ſpiritualem ⁊ carnalem generationeꝫ: fructus
autem plus determinat ⁊ carnalem: marie cuꝫ
hac determinatione ventris qui eſt locus gene
rationis carnalis. propter quod etiam dixit nõ
corporis ſed vẽtris. vt veritas generatiõis ma
gis exprimeretur. Habuit autem iſte fruct⁹ vẽ/
tris beate Marie. ideſt dominus Jeſus omẽs
dignitates ſue matris vel in ſe vel in equipol/
lenti excellentiſſimo cõgruenti. Habuit bonuꝫ
coniugale: quia ſponſus vniuerſalis eccl'ie. Itẽ
virgo fuit ⁊ pater qui verbo veritatis nos ge/
nuit: ex aqua quoqꝫ ⁊ ſpiritu ſancto: ex mr̃e ec/
cleſia omnes fideles regenerauit. Item ſicut ip
ſa mater dei. ita ipſe filius dei ⁊ plus eſt eſſe fili
um dei ꝗ matrem dei. ¶ Concedendum in ſu
per ꝙ ipſa a fructu ventris ſui. ideſt filio in om
nibus priuilegijs excellit. Nec in hoc laus ma
tris diminuitur: ſed exaltatur in eo ꝙ non tm̃
filium genuit ſibi equalem: ſed in infinituꝫ me
liorem. quod etiam ex hac parte quodammo/
do infinitam inſinuat matris bonitatem. Om
nis enim arbor ex fructu cognoſcitur ſuo. vt ẽt
dicitur Matthei. vij. Infinita ergo bonitas fru
ctus que eſt in Jeſu quodammodo inſinuat in/
finitam bonitatem arboris producentis Ma/
rie. Hec oĩa Alber. ¶ Sꝫ ad dilatãdũ mãꝫ dici
põt ꝙ triplex eſt fruct⁹ vẽtris Maria bñdict⁹.
¶ Eſt fructus naturalis vẽtris ſui corporalis:
benedictus per diuinam vnionem.
¶ Eſt fructus virtualis ventris ſui mentalis:
benedictus propter ſummam perfectioneꝫ.
¶ Eſt fructus ſpũalis ventris ſui exemplaris:
benedictus propter ſanctam imitationem.
¶ Hec pñt notari in illa auc̃te Eccl̃i. xxiiij. Ego
ꝗſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris: ⁊ flores
mei fruct⁹ honoris ⁊ honeſtatis. Primus fru/
ctus ibi notatur. fructificaui ſuauitatẽ odoris.
ſcilꝫ xpm qui eſt ipſa veritas afficiẽs intellecti/
uam. ſcḋs ibi. Flores mei fruct⁹ honoris ⁊ ho/
neſtatis. terti⁹ vo ibi. Ego ꝗſi viti ⁊c. vt patebit.

Bñdi/
ct⁹ fru/
ctus vẽ
tris tui
dicitur
quare.

De tri/
plici fru
ctu vẽ/
tris be
nedicti
marie.

Titulus quintuſdecimus

¶ De primo fru/ .§.i.

ctu dixit deus pmittēdo dauid de fructu vētris
tui ponā ſuper ſedem tuam.ſ.ad regnandum
in eccleſia militāti ⁊ triumphāti. Signanter di
cit de fructu ventris tui.nō lumborū tuorum.
In cōceptione enim hoīs decidıtur ſemen a lū
bis pris:⁊ materia ꝯceptus a ventre mřis. Sꝫ
quia xp̄s non ex virili ſemine:ſed ſolū ex puriſ
ſimo ſanguine ſanctiſſime virginis eſt cōcept⁹.
Ideo dicit de fructu ventris tui.i.de fructu na
turali.ſ.filio ventris.ſ.ſolius virginis marie:q
tuus dicit.q2 ex te deſcendit ex pgenie tua:hic
regnabit in eternū. ¶ Benedictus autem eſt
iſte fructus ventris virginalis oī benedictione
que excogitari pōt. Ipſe ait apoſtolus. eſt ſup
omnia ⁊ in oibus benedictus. Eſt enim deus
ſm Anſelmum. Quo melius excogitari nō po
teſt. Item benedicit aliquid ꝓpter aliquod bo/
num qꝫ habet. Sed quicqd boni eſt in creatu/
ris eſt in deo ⁊ pfectius ⁊ cauſa omnium bono/
rum:q2 iuxta illud Jacobi.j. Oē datū optimuz
⁊ oē donuz pfectū deſurſū eſt deſcendens a pře
luminum. ergo oīs benedictio ⁊ ratio benedi//
ctionis reperit in eo. vt enim dicit Damaſce. ſi/
ue ſꝫ bonitatē:ſiue ſm v̄tutē:ſiue ſꝫ ſapiētiaꝫ:
ſiue ſꝫ tēpus:ſiue ſꝫ locū deficiat a pfectiōe nō
eſt de⁹. Cōfitere ergo deo.i.lauda i bonis.⁊ be/
nedic deum ſeculorum. Vl Tobie.xiij. Quoni
am ex ipſo ⁊ per ip̄m ⁊ in ipſo ſunt oia.ſ.bona.
Roma.xj. Itēꝫ quicqd boni eſt in creaturis eſt
in hoīe. vnde dicitur minor mundus. ⁊ omnis
creatura ſm beatum Greg. in omel. Sed quic
quid boni eſt vel eſſe pōt in homine eſt:in chri
ſto Jeſu maius eſſe nō poteſt ꝙ vniri deo i vni
tate perſone. qꝫ in chriſto. Nam deus ⁊ homo
vnus eſt xp̄s:ſicut anima rōnalis ⁊ caro vn⁹ eſt
homo.i.vna perſona. ait btūs Athanaſius Itē
ꝓprietates ſeu pfectiones que ſunt in inferiori
bus ſunt in exiſtentia in ſupioribꝰ. vt oſtendit
Dionyſius i celeſtibꝰ hierarchijs. Sed dns Je/
ſus ſupior eſt omni hierarchia ⁊ virgine in ſu/
perna gl̄ia. Ad Philipp.ij. ait apoſtolus Dona
uit illi nomen qꝫ eſt ſup omne nomen:vt in no
mine ieſu oē genu flectat:celeſtium:terreſtriū
⁊ infernoꝝ. Et ad Heb.j.c. Cum introducit pri/
mogenitum in orbē terrarum. dicet adorēt euꝫ
omnes angeli dei. Itē.iij. Eſdre.viij. dicit. Ue/
ritas magna eſt ⁊ fortior pre oibꝰ. Omnis ter
ra veritatem inuocat:celū etiā ipſa benedicit:⁊
oia opera mouentur ⁊ tremūt eam:⁊ nō eſt cuꝫ
ea quicꝙ iniquuꝫ ⁊ inualeſcit. viuit ⁊ obtinet
in ſecula ſeculoꝝ. Benedictus ergo de⁹ verita
tis.i.qui eſt veritas. Ego ſum veritas ait xp̄us
Johis.xiiij.ca. Et veritas de terra orta eſt.i.vir
gine humillima firmiſſima ⁊ fructuoſiſſima.

Benedictus ergo fructus ventris tui ieſus. Et
multomagis ꝙ ipſa v̄go benedicta. ¶ Unde De.xij.
in omnibus duodecim priuilegijs quibus bea priuile
ta maria excedit omnes creaturas ipſe ieſus eā gijs be
excedit. ¶ Nam primum eſt. ꝙ beata maria nedicti
nunꝙ peccauit. Sed filius eius nec peccauit: fructus
nec originale contraxit. vt ipſa.b.Ber. O bo/ ventris
ne ieſu peccatum non cōmiſiſti nec contraxiſti: Ma.
eſt tibi pater ab eterno. Sed deus eſt in quem
peccatum cadere non poteſt. Eſt ⁊ mater tibi ex
tempore. Sed virgo eſt:⁊ corruptela parere nō
potuit incorruptio. Secundum priuilegium ē
ꝙ peccare non potuit. Sed ad hoc quia fomes
qui trahitur ex peccato originali relegatus vel
extinctus fuit:vt in actum non exiret. Sed Je/
ſus quia ſine originali conceptus. ideo nec fo/
mite infectus. Unde vt ait Dam. Impeccabi/
lis erat dominus ieſus. Tertium priuilegium
eſt. ꝙ in omni actu liberi arbitrij ipſa ſemper
meruit:non tamen vſum liberi arbitrij conce/
pta vel mox nata habuit:⁊ ſi citius ceteris. Sꝫ
dominus ieſus ab initio ſue ꝯceptionis vſum
liberi arbitrij habuit. Unde dicit Hiere. Femi
na circundabit virum: ideſt in vtero habebit
hominem perfectum omni ſenſu ⁊ vſu liberi
arbitrij:⁊ ex tunc cepit mereri in quolibꝫ actu
interiori non pro ſe qui non egebat:ſed pro no
bis. Quartum priuilegium eſt puritas in ſum
mo:ſed receptiuam habuit:ieſus autem datiu
am. Unde ipſa pura in ſummo ad moduꝫ ae/
ris a ſole depurati. Ipſe autem ad modum ſo/
lis depurantis. Candor enim eſt lucis eterne
ſpeculuꝫ ſine macula ⁊ imago bonitatis Sap.
vij. Quintum priuilegium eſt:quia ipſa eſt vir
go virginum:ipſe autem filius virginis. Un/
de canit eccleſia. Sancta maria virgo virginū
mater ⁊ filia regis regum omnium.i.ieſu. ſed
plus eſt eſſe filium virginis ꝙ virginem mreꝫ
per imitationem virginum. Sextum eſt ꝙ ip/
ſa eſt mater ⁊ virgo per generationem. Ipe ve
ro fuit ⁊ eſt virgo pater per creationem. Nobi
lior autem eſt creatio ꝙ generatio:⁊ actus cre
atoris ꝙ actus creature Eſa.vij. Ecce virgo cō/
cipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabitur nomen eius
emanuel. qꝫ iterptat nobiſcū de⁹ vt dixit ange
lus. In pncipio aūt creauit de⁹ celū ⁊ terrā. vij
⁊ pr̄ oium dr̄. Septimū priuilegiū eſt:q2 ipſa ē
mater oium. Sed ipſe eſt pater oium etiaꝫ per
gubernationē ⁊ curā Sap.vj. Ipſi.n.ē cura de
oibus. Eſt aūt pater hic cure. plus aūt eſt eē pa
trem ꝙ matrem. ipſa aūt genuit facto:ipſe ver
bo. plus aūt eſt ⁊ ꝓme generationi ſimilius ge
nerare verbo ꝙ facto. Octauū priuilegiū eſt.
qm̄ ipſe nullius habuit ignorātiā eoꝝ.ſ.q̄ de/
cuit ſcire. ieſus aūt oium habuit ſcientiam. In
ipſo enim ſunt (ſꝫ apl̄m) omnes theſauri ſapiē

tie ⁊ ſcientie dei. Nonum priuilegium eſt: ꝙ ē porta celi. Ipſe autem eſt oſtium: vt dicitur Io. x. in quo eſt porta. Decimum ꝙ habuit cōmunicationem paſſionis chriſti per compaſſionē ſuam: ſed ipſe ſuſtinuit ipſam paſſionem Eſa. liij. Uere dolores noſtros ipſe tulit. ⁊ ps: Dolores inferni circūdederunt me. Undecimum ꝙ ipſa eſt ſuper omnes choros exaltata. Ipſe aūt habet nomen quod eſt ſuper omne nomen ſcꝫ vt vocetur ⁊ ſit deus exaltatus ſuper omnia. Duodecimum ꝙ ipſa eſt regina miſericordie: ipſe autem pater miſericordiarum. ij. Cor. Benedictus deus pater miſericordiarum ⁊ deus totius conſolationis. Patet ergo quia bñdict⁹ fructus ventris marie ieſus magis ꝙ̄ ipſa.

¶ Notandum ꝙ .§.ij.

non dicitur determinate cuius reſpectu fruct⁹ iſte marie ſit benedictus. Et ratio eſt: qꝛ ſimpliciter ⁊ abſolute eſt benedictus omnimodo ⁊ in omnibus vt declarabitur: ⁊ ideo per nihil ſpecificum coartari poterit. Benedictio quoqꝫ marie non reſtringitur ad mulieres tm̄: qꝛ dicitur benedicta in mulieribus: ſed cauſa ⁊ origo omnis benedictionis demonſtratur. Poſſumus ergo loqui ſm Alber. de iſta benedictione fructus marie. i. ieſu ſm triplicē viā.

¶ Primo quantum ad ſignificationem.

¶ Secundo quantum ad ſuppoſitionem.

¶ Tertio quātū ad ſubſtātiā ⁊ oēm ſui partēꝫ.

¶ Quantū ad primū. ſ. ſignificationē. ſciēduꝫ ꝙ iſta benedictio hꝫ tria ſignificata: quoꝝ omnium ratio ſaluatur in iſta beatitudine qua dicitur. Benedictus fructus ventris tui. Naꝫ vt dictum eſt ſupra. Prima eſt benedictio maledicti euacuatio. Secunda eſt benedictio omnis boni poſſeſſio. Tertia eſt benedictio congratulantiū laudatio. ⁊ quelibet haꝝ eſt triplex. Eſt enim triplex maledicti euacuatio. Incidit eniꝫ per peccatū triplex maledictū. Primū eſt fomitis punctio. ſ. inclinatio habitualis ad malū. et delectabilia carni que in actū progreditur: cū quis incipit habere vſum liberi arbitrij. De ꝗ apoſtolus ad Ro. vij. Uideo aliā legē in membris meis repugnantē legi mentis mee. ideſt dictamine rationis. ⁊ captiuū me ducentē in legē peccati. ſ. ſaltē quoad motus vitioꝝ qui ſūt venialia. Sed benedictus fructus ventris tui: ſcꝫ ieſus. quia excluſus oīno ab oī fomite ⁊ mali inclinatione. j. Petri. ij. Peccatū nō fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. quinimo agn⁹ fuit qui abſtulit peccata mundi. ⁊ vt dicit bea. Aug. de conſe. di. iiij. Nemo tollit peccata mūdi niſi xp̄s q ē agnus dei tollens peccata mundi. ¶ Secundū maledictū inductū per peccatum eſt labor inueniēde veritatis. Unde Sap. xj. dicitur. Difficile eſtimamus que in terra ſūt ⁊ que in proſpectu ſunt cū labore inuenimus. ꝗ aūtē in celis ſunt quis inueſtigabit? Unde omnes philoſophi in multis errauerunt circa naturalia. Sed ⁊ circa moralia ⁊ ſalutē propriam vt dicit Eccl's. ix. Nemo ſcit vtrū odio vl amore ſcilicet dei ſit dignus. ⁊ hoc qꝛ ignorat ſi opera ſua etſi videantur bona: ſint vere bona ⁊ meritoria. fructus aūt ventris beate marie ſuit benedictus: qꝛ nullā ignorantiā habuit: ſed omnem ſcientiā. Omnia enim que fuerunt: ſunt vel erunt in actu oīa ſciuit aīa chriſti ad Heb. iiij. Oīa ſunt nuda ⁊ aperta oculis ei⁹. ¶ Tertium maledictuꝫ eſt neceſſitas incinerationis Geñ. iij. Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. Propterea ad humiliānduꝫ hominē dicit Eccli. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis. Sꝫ fructus marie ab hoc excluſus eſt ſm illud quod ait ps. in perſona eius. Non derelinques aīam meā in inferno: quo deſcendit mortuus. nec dabis ſanctuꝫ tuū videre corruptionē. ſ. corporis. ¶ Secundo ſignificatio benedictionis eſt oīs boni poſſeſſio. ſm illud dictum Abrae. Benedicaꝫ tibi ⁊ magnificabo nomen tuū: quoad tēporalia ⁊ naturalia. eriſqꝫ benedictus quoad ſpūalia et gratuita ⁊ in te benedicentur oēs gentes quo ad diuinalia: qꝛ per chriſtū fructū marie que deſcendit ex Abraā deū ⁊ hoīem recipiunt homines benedictionē glorie. Fructus autē hic marie benedictus eſt oīs boni poſſeſſione tripliciter. Primo quia habuit chriſtus bonitateꝫ humane nature in ſummo. Unde Damaſcenus dicit ꝙ aſſumpſit dei filius primitias humane maſſe: ideſt humanitate in ea puritate que fuit in adam in ſtatu innocentie. Et propterea dicitur Eſa. vij. c. ꝙ emanuel partus ex virgine butyrum ⁊ mel comedet: vt ſciet reprobare malum: ideſt non ſumere malum peccati: ⁊ eligere bonum gratie. Dicitur autem comediſſe. i. ſibi vniſſe: ſicut quod comeditur: incorporatur ⁊ vnitur comedenti butyrum qui eſt pinguedo lactis: ideſt innocentiam: ⁊ mel dulce: ideſt ſapientiam. ¶ Secundum bonum quod in ſe habuit chriſtus eſt bonum diuine nature in ſummo: quia fuit verus deus. Unde apoſtolus. in quo ſcilicet chriſto inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. ⁊ Actuuꝫ. x. Pertranſiuit ieſus bene faciendo ⁊ ſanando omnes oppreſſos a diabolo: quoniam deus erat in illo. nemo enim poteſt expellere diabolum ab homine peccatore: niſi deus remittēdo peccata. Creature ⁊ ſancti habent bonitatem accidentaliter. ſed ieſus quia deus verus habebat bonitatem eſſentialiter: quomodo nemo bonus niſi ſolus deus: ſcilicet eſſentialiter ait ipſe Luc. ¶ Tertium bonum huius benedictio

nis eſt bonitas vnionis nature diuine cuȝ humana. Leo papa in ſermone. Salua igitur vtriuſqꝫ proprietate nature ⁊ in vnam coeunte perſonam ſuſcipitur a maieſtate humilitas: a virtute infirmitas: ab eternitate mortalitas: vt quod noſtris remedijs congruebat mori poſſet ex vno: ⁊ reſurgere haberet ex altero. ⁊ propter iſtud bonū vnionis dixit zacharias laudans deum. Benedictus dominus deus iſrael: quia viſitauit ſcilicet per hanc vnionem ⁊ inde fecit redemptionem plebis ſue. ¶ Tertia ſignificatio benedictionis eſt congratulantium laudatio. de qua Raphael ad Tobiam ⁊ filium ait. Benedicite deum celi: ⁊ coram omnibus viuentibus confitemini illi: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Et hec eſt triplex: ſcilicet angelorum: hominum. ⁊ rerum corporalium ¶ Angeli laudant ⁊ benedicunt fructum ventris beate marie: quia per ipſum reſtauratus eſt numerus diuinitus eorum. Unde eccleſia canit. per quem ſcilicet chriſtum maieſtatem tuā laudant angeli: adorāt dominationes: tremūt poteſtates. celi celorumqꝫ virtutes ac beata ſeraphin. benedicite ergo dominum omnes angeli eius. ¶ Permaxime homines benedicere ⁊ laudare debent ieſum: quia factus eſt eorum frater: eorum ductor: eorum redemptor. Neqꝫ enim (vt ait Petrus apoſtolus in actibus apoſtolorum) eſt aliud nomen datum ſub celo in quo oporteat nos ſaluos fieri. niſi ſcilicet per ieſum chriſtum. ⁊ ideo qui preibant ⁊ qui ſequebant clamabant filio dauid dicentes. Oſanna: id eſt obſecro ſalua nos. benedictus qui venit in nomine domini oſanna in excelſis Mat. xxj. qui preibant ſignificant patres veteris teſtamēti. qui ſequuntur patres noui: ⁊ omnes debent benedicere congratulādo de ſaluatione facta per chriſtum. ¶ Tertia etiam alia corporalia habent congratulari ⁊ laudare modo ſuo de fructu ventris marie: quia aliquo modo vnita ſunt cum ſuo creatore inquantum deus factus eſt homo: qui participat cum omnibus corporibus inquantum ⁊ ipſe corpus habet. ⁊ ipſe omnia demum renouabit ⁊ meliorabit. ⁊ ideo Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum ⁊c. Benedicite celi domino. benedicite aque omnes que ſuper celos ſunt ⁊c. Benedictus ergo fructus ventris tui ſecundum triplicem ſignificationeȝ benedictionis.

¶ Quantum ad .§. iij. ſuppoſitionem. inquantum ſcilicet ſupponit pro chriſto hoc eſt quod dicitur. Benedictus fructus ventris tui. habet tria: ⁊ pro omnibus redditur locutio vera. Eſt enim benedictus fructus iſte triplici benedictione ſcilicet.

¶ Benedictione nature.
¶ Benedictione gratie.
¶ Benedictione glorie.

¶ Et quodlibet iſtorum eſt triplex. ¶ Benedictio nature in eo fuit triplex. Habuit enim corpus benedictū: aiam benedictā: ⁊ deitatem benedictā. ¶ Corpus eius fuit benedictū quoad materiā: quia nō ex materia corrupta: ſed ex puriſſimis ſanguinibus fuit conceptū Sap. viij. Ad corpus incoinquinatum acceſ[ſ]i. ¶ Fuit benedictū in armonia. quia optime proportionatū cū oimoda proportione humorū. adeo quod non incurriſſet aliquā infirmitatē ſi diu vixiſſet. et morte violenta: ſcilicet crucis nō fuiſſet occiſus ſed ſenio defeciſſet. Ex quo cū nō eēt debitor mortis: quia nō per carnalē propagationem ex viro conceptus: voluntarie tamen ſuſcepit mortale corpus. ¶ Benedictū fuit illud corpus in forma ⁊ pulchritudine ps. Specioſus forma pre filijs hominū propterea benedixit te deus in eternū. habuit enim congruentē quantitatē. Nā etſi in conceptione: quia ſubito fuit perfectiſſime organizatū corpus illud ⁊ diſtinctū ab oibus ſuis liniamentis paruiſſimū fuit ſuper oēs conceptos in vtero tamen ſpacio quadraginta dierū: vel quadragintaſex vt dicunt phiſici: quibus corpus conceptū paulatim cōpletur ⁊ organizatur in mēbris ſuis peruenit ad debitam ⁊ cōem quantitatē. ¶ Similiter in figura ⁊ colore fuit ſpecioſiſſimū: vt oſtendit ex quadā epiſtola quā ſcripſit quidā gentilis Tiberio tunc imperanti in partibus iudee morā trahēs pro parte romanorū. hic in ea declarat effigieȝ eius ⁊ formā prout oculis ſuis viderat. ¶ Animam quoqꝫ habuit benedictā. iuxta illud Sap. Sortitus ſum aiam bonā: fuit itaqꝫ benedicta anima illa a deo tunc creata: quia infuſa corpori ſine peccato: ſine fomite: ſine ignorantia fuit. Fuit benedicta: quia intelligentiā habuit acutiſſimā: oia tunc intelligens memoriā tenaciſſimā voluntatē ad omne bonū ſine difficultate promptiſſimā. Species omniū rerū fuerunt in mēte eius indite ſeu concreate. ſicut dicitur de adā. Fuit ergo benedicta aia illa oium naturarū naturali cognitione: virtutū politicarū perfectiōe ſuprema naturali dei dilectione. vt merito dici poſſit de eo illud. Preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. quia ante natiuitatem illā habuit anima eius. Habuit ⁊ benedictā deitatem in ſe. Unde ps. Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ⁊c. Deus meus dicitur. quia per deitatē vnitā nature noſtre ſactus eſt noſter. Homo aūt factus ⁊ conuerſatus in terra docuit exemplo ſuo nos pugnare manibus noſtris. i. operibus contra inimicos ſpirituales mundi fallentis; quem cōtempſit: ⁊ ...

nis inſicientis quã ieiunijs ⁊ abſtinẽtia afflixit diaboli ſuadẽtis. que documẽtis ſcripture ſu-perauit in deſerto. Bñdicta ergo ſit ſancta trinitas atq; indiuiſa vnitas. Trinitas illa ſancta ẽ ꝙ in ieſu habet. Nã ſctã caro: ſctã aĩa: ſctã deitas: ⁊ in ea indiuiſa vnitas. ſ. in pſona. q: vna pſona deus ⁊ hõ: nõ due pſone: nec duo ſuppoſita: ſed vnũ confitebimur ergo ei. q: fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. ¶ Benedictio ſecunda ſcilicet gratie fuit in fructu ventris marie. Et hec triplex. nã habuit cum patre gratiã increatã. cum matre gratiam creatam: preter vtrũq; gratiam coniunctam. habuit enim a patre gratiam increatam. ſcilicet ꝙ ſit deus. Vñ ipſe ait Jo. vij. Mea doctrina nõ eſt mea. ſ; ei9 qui miſit me patris. q.d. ſm. b. Aug. ſuper Joannem. Ego qui dicor ſapientia ⁊ verbum: nõ habeo eſſe a meipſo. ſed a patre qui hãc gratiã dedit mihi vt ſim deus. Habet etiam ab eo ꝙ ſit filius dei ps. Dñs dixit ad me filius meus es tu. Leo papa. Verbũ. n. dei: deus filius dei: vt liberaret hoiem ab eterna morte. factus eſt hõie tãto federe vtrãq; naturã ↄſeruit: vt nec inferiorẽ ↄſumeret glorificatio nec ſuperiorẽ diminueret aſſumptio. Hz demum a pẽ ꝙ ſit ſpirator ſpiritus ſancti. Mittã ingt ipſe vobis a pẽ ſpm̃ veritatis Jo. xvj. id eſt mittã ſpiritũ ſanctũ a me pcedẽtẽ. Sz ꝙ a me pcedat ⁊ vobis mittã: hoc habeo a patre. Vñ ⁊ cũ inſtituit ſacramẽtũ: in quo ſe totũ diuiſit nobis eleuatis oculis in celũ ad patrẽ benedixit: quaſi totum qḋ eſt recognoſcẽs a pẽ hr̃e. Cũ mr̃e triplicez grãm habuit creatã videlicet q: oẽm gratiam ⁊ gratis datã ⁊ gratũ faciẽtẽ ⁊ ſingulariter priuilegiatã habuit: vt ſicut ipſa dr̃ grã plena: ita ⁊ fructus ventris eius. verbũ ſcz caro factũ plenũ grẽ dicatur. excellentius tñ in ipſo. vt ſupra dictũ eſt. Scḋo q: oẽm grãm dedit. ſicut. n. de plenitudine ei9. ſ. virginis recipiũt vniuerſi. vt ait. b. Ber. Sic de plenitudie xp̄i nos oẽs accepim9 grãz vt ait Jo. j. pfecti9 tñ p xp̄z. Tertio dedit vltra id qḋ habuit. Dat. n. remiſſionẽ peccatorũ: quã remiſſionẽ in ſe nõ habuit: nec fili9 nec mr̃: q: nullũ peccatũ fili9 habuit. mater nullũ actuale. dat tñ aliter fili9 aliter mater. fili9 efficiẽter vt de9 meritorie vt hõ. Mater ſuffragio orõnis ſue ipetrãdo remiſſionẽ peccatoribus penitẽtib9. Cõgrue ergo eliſabet ait. Benedicta tu in mulierib9. ⁊ ita benedict9 fruct9 vẽtris tui ieſus. q tecũ grãm hz. Ex ↄiunctiõe pter vtrũq;. ſ. deitatis cũ humanitatis ↄiũctione habuit triplicẽ grãm. Vna ꝙ fuit filius plurĩũ. Nã mr̃ ei9 habuit prẽz ⁊ mr̃ez. ſ. Joachim ⁊ Annã. Sz nõ deũ habuit prẽz. ſ; hoiez vt dictũ ẽ Joachim. Pr̃ vo xp̄i nõ habuit prẽz: nec etiã matrẽ: nec deũ: nec hoiez. Ipſe vo habuit patrẽ ⁊ matrẽ ⁊ deũ patrẽ ⁊ hominẽ matrem. Scḋo ex ipſa ↄiunctiõe dei cũ hoie hz ꝙ ſit redemptor. filius hois nõ venit miniſtrari: ſ; miniſtrare. ⁊ dare aĩam. i. vitã redemptionẽ pro multis Mat. xx. c. ⁊ quõ declarat pnceps apoſtolorũ Pet. in. j. cañ. dicẽs. Nõ. n. corruptibilibus auro ⁊ argẽto redẽpti eſtis de vana veſtra ↄuerſatiõe: ſ; pcioſo ſanguine agni imaculati. Qḋ pciũ ſanguinis fuit ifiniti valoris ad nos redimẽdũ pp̄ter diuinitatẽ ei vnitã. ⁊ inquantum ẽ redẽptor ⁊ ſponſus aĩaz. ij. Cor. xj. Deſpõdi. n. vos vni viro virginẽ caſtã itegritate: ſcz fidei ⁊ dilectiõis exhibere xp̄o. Eſt ⁊ ſacerdos fideliũ ſiue põtifex. ad Heb. ix. Chriſt9 aſſiſtens pontifex futurorum bonorum ⁊c̄. Introiuit ſemel in ſancta eterna redemptione inuẽta Judex quoq; viuorũ ⁊ mortuorũ Jo. v. Pater non iudicat quẽquã: ſed omne iudicium dedit filio. inquantum ipſe ſolus in humanitate quã ſumpſit cunctis apparebit. Tertio ex huiuſmodi coniunctione habet ꝙ ſit beatitudo omniuz Jo. x. Ingredietur ſcilicet quilibet beat9 ⁊ egredietur ⁊ paſcua inueniet. Ingreditur ad deitatem chriſti contemplandam. Egredietur ad humanitatem ſpeculandam: ⁊ vtroq; fruitionis refectionem beata inueniet. ⁊ ideo benedic aĩa mea dominuz ⁊c̄. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis ⁊ ſanat omnes infirmitates tuas deus homo per ſacramenta ab eo inſtituta. qui redimet de interitu vitam tuam. inquantum redemptor. ⁊ coronat te inquantũ beatificat. Benedictio quoq; glorie qua benedictus eſt fructus ventris Marie eſt triplex. Habuit enim gloriam comprehenſoris: gloriam redemptoris: ⁊ gloriam creatoris. Gloriam habuit comprehenſoris dum fuit viator. quod nulla creatura habuit. ¶ Nam in mundo quilibet ſanctus eſt ſolum viator. in alio tãtum comprehenſor. Chriſtus autem ſimul in mundo viator inquantum mortalis ⁊ merebatur. Comprehenſor quia clare intuebatur anima eius diuinitatem cui erat vnita vt nunc: ⁊ ſummam auream habuit ſuper omnes aureolas ⁊ premia accidentalia omnia in ſummo: vt aperte intelligatur de illo. Dilectus deo ⁊ hominibus cuius memoria in benedictione eſt: ſimilem illum fecit in gloriam ſanctorũ Eccli. xlv. Cum hic etiam vixit. Habuit ⁊ gloriam redemptoris inquantum ipſe hominum liberator: demonum ſuperator. ⁊ nature humane exaltator. Et ideo ps. Per ſingulos dies benedicã tibi ⁊ laudabo nomẽ tuũ ⁊c̄. Tertia que ẽ glĩa creatoris oñdit in mũa in ſacris: in iuſtitia: in damnatio: in magnificentia: in celis ⁊ elementis. Vnde te celorũ militia laudat adorat: pdicat. triplexq; mũdi machina bñdicit p

ſecula. Et ideo benedictus fructus ventris tui.

Tertio poteſt .§.iiij.

conſiderari iſta benedictio fructus ventris bea
te Marie q̄ntum ad ſubſtantiam ⁊ partes eius
integrales. ⁊ hoc tripliciter.

Primo q̄ntum ad principiū ⁊ cauſam.

Secundo q̄ntum ad eſſentiam.

Tertio q̄ntum ad efficientiam.

Si ergo conſideret iſte fructus inq̄ntum eſt
benedict⁹ tripliciter. ſm triplicem ſui originē:
habet originē iſte fructus benedictā trinitatē:
que opata eſt hoc myſterium incarnatiōis Un/
de bn̄dicta ſit ſctā trinitas creatrix ⁊ guberna/
trix oium habz originem fructus iſte q̄ntum ad
ſuam deitatem p generationem benedictū pa/
trem. ij. Cor. Benedictus deus ⁊ pater dn̄i no/
ſtri ieſu xp̄i pater miſericordiaꝝ. Habet origi/
nem q̄ntum ad aſſumptā humanitatem benedi
ctaꝫ matrem p natiuitatē in vtero ⁊ ex vtero.
Un̄ Eliſabeth aptiſſime ait ei viſitanti ipſam.
Benedicta tu īter mulieres: ⁊ benedict⁹ fruct⁹
ventris tui: ⁊ vn̄ hoc mihi vt veniat mater dn̄i
mei ad me Lu. j. c. Quantū ad eſſentiam bn̄di/
ctus eſt fruct⁹ ventris Marie tripliciter. Bene
dictus fruct⁹ ventris tui. Ait beatus Bern̄. be
nedictus in odore: bn̄dictus in ſapore: benedi/
ctus in ſpecie vel decore. Odore ſuo implet co
gnoſcitiuam. Unde in cāticis. In odore vnguē
torū tuorum currimus. i. gratiarum. Nam in
odore eius reuiuiſcūt mortui. Quem ſentiens
yſaac ait in figuraꝫ eius filio ſuo iacob. de quo
deſcēdit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri ple
ni. ſ. gratiarum ⁊ bonorum cui benedixit deus
Gen̄. xxvij. ca. In ſapore quoqꝫ benedict⁹ fruct⁹
hic reficiens affectiuaꝫ. vt ſummū ⁊ dulciſſimū
bonū. Canticoꝝ. ij. Fructus eius dulcis guttu/
ri meo ait aīa deuota hoc deguſtās Ps̄. Guſta
te ⁊ videte quoniā ſuauis eſt dominus. beatus
vir q ſperat in eo. ⁊ multo magis qui hoc in pa
tria guſtat. Adde ad ſaporem valoreꝫ. Ualet. n.
ꝯtra omne malum in medicamentū. in cibum
habentē omne delectamentum: in preciū com/
parās omne bonū. Benedictus eſt iſte fructus
in ſpecie: vel decore. Ps̄. Speciōſus forma p̄ fi
lijs hominū: ꝓpterea benedixit te deus in eter
nū. Petrus. In quē deſiderāt angeli pſpicere

j. petri. j Quantū ad efficientiā eſt benedictus fruct⁹
ventris Marie actiuā ⁊ paſſiuam. Actiuā qui
dem. q: benedixit nos benedictiōe temporali:
benedicit de ſpirituali gratie: ⁊ benedictione ſu
pernali glorie. Un̄ Ps̄. ter dicit Bn̄dicat nos
deus deus noſter. ⁊ benedicat nos de⁹: ⁊ ſignā
ter dicit deus noſter. vt notet iſtū fructum ven/
tris Marie. q: per hoc eſt factus noſter de⁹ ſin/
gulari modo. q: ex ea carneꝫ noſtrā aſſumpſit.

Quantū ad benedictionē paſſiuam. i. quia
facit nos benedicere. vt ſic per eū recipiamus
virtutem euꝫ benedicendi. i. laudandi. Tripli/
citer hoc accidit. Facit enim nos bn̄dicere cor
de. Juxta illud. Benedic anima mea dominū.
⁊ omnia interiora mea nomini ſancto ei⁹. Ore
ſm illud. Benedicam dominum in omni tpe:
ſemper laus eius in ore meo. Et petrus in cano
nica. Nulli malum pro malo reddētes: aut ma
ledictum pro maledicto. ſed econtra benedicē/
tes. Opere. ps. Ecce nunc benedicite dominū
omnes ſerui domini. ſ. bene operando: ⁊ ſic cō
cludendo primum fructum. ſ. naturalem: ven/
tris materialis Marie vtiqꝫ benedictus omni
modo fuit. Et virgo vt vitis fructificauit ſuaui
tatem odoris. ſcilicet dominum Jeſum que ait
ipſe Sapiens Eccleſiaſtici. xxiiij. c. Sicut cina/
momuꝫ ⁊ balſamum odorē dedi: ⁊ quaſi myr
rha electa dedi ſuauitatem odoris.

De duodecim fructibus ſpiritus qui fuerūt
in Maria. Capitulum. xxvj.

Benedictus fructus
ventris tui. Eſt alius fructus virtua
lis Marie. De quo dn̄s. Poſui vos
ſcilꝫ in mundo vt eatis ⁊ fructuꝫ af/
feratis. ſ. bonorū operum. Omnis enim arbor
que non facit fructū bonum excidet. ſ. per mor
tem. ⁊ in igneꝫ mittetur. ſ. eternū. Math. vij.
Fructus iſte bonus ꝓcedit ex ventre bone men/
tis. Mens enim ideo dicitur venter anime: q: (Mens dicitur venter anime quare.)
in ea cōtinentur cogitationes ⁊ affectiones ex
apprehēſis ex ſenſibus quaſi ex cibis comeſtis
que mens occulta eſt cū ſuis cogitationibus ⁊
affectionibus: ſicut venter ⁊ cōtenta in eo. Iſti
autē fructus ventris beate Marie ſunt bene/
dicti ꝓpter ſummam eorū perfectionem. ⁊ pro
pterea dicit Eccli. xxiiij. vt dictum eſt. ſ. Flores
mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Flores ſunt
inchoationes fructuum. vbi ergo in aliqo ſan/
ctis virtutes ſunt quaſi flores. i. imꝑfecte ⁊ in/
complete reſpectu virtutuꝫ patrie. in ea fuerūt
iſti flores fructus: quia virtutes habuit quaſi
ad modum patrie aliquo modo. vt oſtenſuꝫ ſu
pra cum ageretur de gratia virtuali eius. Et
iſta bona opera ſunt fructus quibus debetur
verus honor: ⁊ in quibus eſt vera honeſtas: ad
quod inſinuandum cantatur de ea quod ſcri/
bitur in cantico. Emiſſiones tue paradiſus cuꝫ
pomorum fructibus. Emiſſiones dicitur ope/
rationes ex vētre mentis procedentes. iſte fue/
runt paradiſus quaſi ſimiles operibus eorum
qui ſunt in paradiſo adeo perfecte fuerūt. Po/
ma que ſunt rotūda ſūt pater ⁊ filius ⁊ ſpūs ſan
ctus: q: ſicut pomū eſt rotundū ⁊ figura rotun
da ē capaciſſima: ⁊ nō inuēit ibi ꝑncipiū ⁊ finis.

Ita eternus pater:eternus filius:eternus ſpiri
tusſanctus ſine principio ⁊ ſine fine vnus deus
omnia continens.quibus diuinis perſonis ali
quando fruebatur:⁊ ideo cum dicitur cum po
morum fructibus.Et ad ſe inuocãdum ad hu
iuſmodi fructus ꝓducẽdos aiebat Eccli.xxiiij.
Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me:
ideſt amatis.⁊ a generationibus meis imple//
mini:ideſt operibus virtuoſis:que generate ⁊
ꝓducte ſunt a ventre mẽtis mee.ſicut fructus
ab arbore.⁊ ſicut filij a ventre matris.Imple//
mini ait:ideſt copioſe ea agendo.⁊ qꝛ ipſa ſola
implent ⁊ reficiunt animam.Nam opera ma/
la eſurientem ⁊ vacuum reddunt.vnde ⁊ fru//
ctus dicuntur opera virtuoſa:vt dicit glo. bea
ti Ambroſij.quia mentem reficiunt ſincera de
Opera vtuoſa dicunt fructus quare. lectatione.Sed inter cetera opera virtuoſa per
maxime delectant animam illa duodecim que
enumerat apoſtolus ad Galathas.v.que appel
lat fructus ſpiritus dicens.Fructus ſpiritus
ſunt.Charitas:gaudium:pax:patientia: beni/
gnitas:bonitas:longanimitas: manſuetudo:
fides:modeſtia:continentia:caſtitas.Hi.ſ.fru/
ctus fuerunt fructus ventris mentalis marie
valde ſuaues.Et ideo ſubdit.Spiritus enim
meus ſuper mel dulcis.ideſt iſte fructus ſpiri/
tus mei.Dulcia autem communiter alliciunt
appetitum.Sunt enim dulcia amica nature.⁊
ideo inuitat ab huiuſmodi ſui exẽplo dicens.
Tranſite ad me omnes q ꝯcupiſcitis me ⁊c.

¶ Quod iſti fru/ .§.i.

ctus ſpiritus fuerunt in maria declarat. Pri//
mus itaqꝫ fructus ſpiritus ventris marie men
talis dicitur charitas.que hic nõ importat vir
tutem.de qua dictum eſt ſupra ſed actum eius
Hic fructus charitatis eſt qui de terra ad celũ
euocat.⁊ ſic ad ipſum pertinet a terrenis ſepa
S.ti.v. ca.xxj. ratio ⁊ ad celum eleuatio.Sed beata maria fu
it omnino a terrenis eleuata:quia nec puluis
venialis adheſit pedibus affectuũ eius.quod
nulli ſanctorum contigit.Fuit etiam eleuata
ad celum ſuper omnes in contemplatione ⁊ co
gnitione ⁊ affectione diuinorum.Unde dicit
Eccli.xxiiij.Ego quaſi cedrus exaltata ſum in
libano.libanus qui interpretatur candidatio.
ſignat eccleſiam militantem in triumphantẽ:
candidam puritatẽ.Sicut ergo cedrus in liba
no eſt altior omni arbore.ita beata virgo ma//
gis eleuata erga deum in eccleſia ⁊ dilectione.
¶ Preterea in ps.fit triplex queſtio.Prima ẽ
quis aſcendet in montem domini.Secunda
quis ſtabit in loco ſancto eius.Tertia eſt domi
ne quis habitabit in tabernaculo:⁊ quis rege
ſcet ⁊c.¶ Difficile ſiquidem ⁊ perfectum eſt
aſcendere.Difficilius ⁊ perfectius ſtare.Diffi
cillimũ ⁊ perfectiſſimũ eſt habitare ⁊ quieſce//
re.Aſcẽdere ꝑtinet ad apl'os qui ſunt maiores
de eccleſia:ſed nõ ꝑtinuit ad eos habitare: ſed
deſcendere.In figurã huius angeli aſcende//
bant ⁊ deſcendebãt per ſcalã quã vidit Jacob
Geñ.xxviij.Unde ⁊ apl's qui raptus fuit ad ter/
tium celum:poſtea deſcendebat ad diſponẽdũ
cubilia infirmoꝝ vt patet.j.Cor.vij.Ad perfe//
ctiorem ergo ſtatum ꝙ aploꝝ pertinet aſcende
re ⁊ ſtare.Hi aũt videnẽ eẽ comprehenſores:q
aſcendentes in celũ ſtant fixi in actuali dilectio
ne diuinoꝝ:nõ tñ videnẽ quieſcere inquantũ
appetunt corpora eoꝝ cum ipſis aĩabus glori
ficari qđ nõdũ implet.Uirgo autẽ beatiſſima
ſemper aſcendens de virtute in virtutẽ.⁊ ſtãs
in habituali dilectiõe perfectius ꝙ ſancti in
patria:etiã habitãdo quieſcit aĩa i corpore glo
rificato.Et ideo dilectus meus mihi ⁊ ego in il
li modo excellentiſſimo.¶ Secundus fructus
dicitur gaudiũ:qđ importat delectationem in
creatura rationali.Et vt ait be.Ber.Illud ẽ ve
rum gaudium.qđ nõ de creatura:ſed de crea//
tore concipitur:cuius comparatiõe omne dul/
ce amarum:omne pulchrum fedum: omne
quod delectari poteſt moleſtum.Unde ps.Ui/
derunt omnes fines terre.ſ.per fidem:ſalutare
dei noſtri.Jubilate deo omnis terra.vbi dicit
glo.ꝙ viſio ſaluatoris eſt cã iubilationis.⁊ ſm
be.Greg.in moral'.Jubilatio importat quod//
dã gaudiũ intenſum qđ occultari nõ valet:⁊ ex Jubilatio qd iportat.
primi nõ põt.Si aũt ad partum virginis gau/
det chorus celeſtium ⁊ angeli canunt deo my
ſterium videntes.Et magi gauiſi ſunt gaudio
magno valde reuidentes ſtellã que eos ad pue
rum ⁊ matrem eius perduxit quãto magis iu
bilatione ſunt repleti videntes eũ.Nulla autẽ
lingua fari poſſet:nec intellectus capere gau/
dia perfectiſſima virginis.que percepit in cõ/
ceptu filij:in partu.in lactãdo eum:in portan/
do eũ in gremio:in collocãdo ⁊ conuerſando
cum eo.Exultauit(ait in cãtico Lu.j.) ſpiritus
meus in deo ſalutari meo.ideſt extra ſaltauit.
ſupra ſe ſaltauit pre gaudio quieſcendo in deo
ſalutari meo.Itẽ cũ dĩ a xpo.Gaudete ⁊ exulta
te:qꝛ noĩa veſtra ſcripta ſunt in celis Lu.x.gau
diũ hoc eſt de pñti iuſtitia ⁊ predeſtinatiõe eter
na.Si gaudiũ generat ex hoc ꝙ qs eſt ꝑdeſti/
natus filius dei ꝑ adoptionẽ.⁊ ſm pñtẽ iuſtitiã
multomagis hꝫ gaudere ꝙ ſit ꝑdeſtinata vt fi
nit dei.⁊ habeat omnem perfectiſſimã iuſtitiã
put fuit virgo maria.¶ Tertius fructus ẽ pax.
Pax ſm.b.Aug.xix.de ciui.dei.ab oĩbus optat:
ſed a paucis vera pax inuenit.qꝛ nõ querit vbi
eſt.Cecinerũt angeli nato dño ex virgĩe.In ter
ra pacẽ eẽ hoĩbus bone volũtatis:nõ ẽ bona vo
luntas illa in qua eſt pctm.⁊ iõ nõ ẽ par impijs

vt dicit dominus per Eſaiam. Sed in pace in
idipſum dormiam ꝛ requieſcam. ait ps. Cum
homo dormit ſopitus eſt a vitijs ꝛ perturba-
tionibus paſſionum. ꝛ requieſcit in idipſum.
ideſt deum qui ſemper eſt idem ipſum. q: im
mutabilis conformans ſe voluntati ſue. tunc ē
in vera pace. vt dicit. b. Aug. in lib. cōfeſ. Om
nia alia ſunt aſpera: ꝛ tu ſolus deus es requies
ꝛ inquietuz eſt cor noſtruz donec requieſcat in
te. In omnibus requiez queſiui. ait beatiſſima
Maria ſemper ſubdita voluntati dei ꝛ ſemp
habens non ſolum bonam: ſed optimam volū
tatem. ꝛ ideo fructum pacis habuit mundus:
caro: demonia: diuerſa mouent prelia ꝛ con-
turbant pacem noſtram. Sed mundus pacem
eius turbare non potuit. quia paupercula ſpiri
tu: diabolus pacem eius perturbare non potu
it: quia humillima. Caro non cōcupiuit aduer
ſus ſpiritum. quia fomes in ea extinctus fuit. ꝛ
quia omne ſimile appetit ſuum ſimile. ipſe q ē
pax noſtra: in ipſa pace pleniſſima requieuit in
tabernaculo ſuo. ſm illud ps. In pace factus ē
locus eius. Quartus fructus eſt patientia. Pa
tientia opus perfectam habet ait Jac. in cañ. c.
j. cum ſcilicet quis propter aduerſa contingen
tia non contriſtatur. ſed equo animo fert. Ad
hoc valent exempla ſanctoꝝ. qui etſi iuſti: mul-
ta paſſi. ſed patientiſſime. Sicut Tobias q nec
eſt contriſtatus ꝙ plaga cecitatis venerit ſup
eum: cum tamen operibus inſiſteret pietatis.
Sic Job amiſſa omni ſubſtantia familia ꝛ ſani
tate corporis: in omnibus his nō peccauit: nec
ſtultum aliquod contra deum locutus eſt: ꝛ vt
ait illa ſancta vidua Judith. Omnes qui deo
placuerunt ab initio: per multas tribulatiōes
tranſierunt fideles. Qui vero tentationes non
ſuſceperunt cum timore domini: ꝛ impatienti
am ſuam ꝛ improperium murmurationis ſue
contra dominum protulerūt exterminati ſunt
ab exterminatore Judith. viij. Uirgo autē bea
tiſſima non caruit aduerſis: ſicut nec filius ei9
Sed nato paruulo inde ad paucos dies queſi
to ad occiſionez opportuit fugere in egyptum
ꝛ ibi manere per ſeptēnium inter idolatras et
alienigenas. ꝛ duodēnis cum remanſiſſet in tē
plo: ipſa non percipiente per triduum queſiuit
non ſine dolore: ſed ſine ira ꝛ triſtitia rationem
abſorbente vel obfuſcante. Similiter in perſe-
cutionibus filij patientiſſima fuit. Unde dr de
ea. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea in-
ter filias. Lilium vel roſa non amittit ſuam pul
chritudinem vel odorem inter ſpinas. ſic nec
ipſa odorē patiētie iter tribulatiōes. ¶ Quin
tus eſt longanimitas. Hec eſt ſm glo. in expe-
ctatione boni non deficere: ſed refici. quando
quis habet tolerare aliquem dolorem vel labo
rem ad breue tēpus: vel expectare habet aliqđ
magnū bonū: ſed cito recipiendū equo animo
conat ſufferre propter breuitatē tēporis eius.
Sed qñ in hmōi videt ſe diu permanſuꝝ in la
bore vel dolore vel conſequendo bono: multū
ſolet attediari ꝛ fatigari: ꝛ aliqñ deficet ex diu
turnitate eius. Sed longanimitas retinet ho-
minē ne attediet: ſed perſeuerans maneat: etſi
nō ita cito: ſed diu labor maneat ꝛ bonū illud
expectatū proueniat: ꝛ reficit mentē quadā re-
ctitudine premij. Unde apls. ij. Cor. vj. Exhi-
beamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in lō-
ganimitate. Per multos annos fuit beata ma-
ria in laboribus mundi ꝛ expectatione glorie.
videlicet circa ſexaginta annos ſm cōmuniorē
opinionem ſemper magis feruens ꝛ auida ad
omne bonū opus. ¶ Sextus eſt bonitas. Hec
ſm glo. dulcedo animi eſt. ſed ſm phm dulce
eſt quod amaro impermixtum. dulcius quod
meo cātare. Modulatis vocib⁹ iubilāt in me oēs pⁱarche ⁊ ꝓphete. qui voluerūt videre qđ habeo ⁊ non viderūt cū Abraam qui deſiderauit videre diē meum. vidit figuratiue: ⁊ gauiſus eſt mirāda leticia. Exultat ergo tota maria de deo cū tota trinitate dicens. Exultauit ſpūs me⁹ i deo ſalutari meo. Si aūt tibi vr̄ difficile deum exultare qui imobilis manens dat cūcta moueri. Uerū. i. ſimul cogita oīa gaudia delectatiōes ⁊ feſta ſincera: que pro modulo tue capacitatis cōprehendere vales. ⁊ reſpectiue ad diuinam exultationē ſcias illa luctus foꝛe atqȝ merores. ⁊ tamē niſi per vocabula nr̄a dici nō poteſt. Hec autē a longe videns dſcis. Exulta deus: quia exultatiōes numeras inter gaudia tua. ⁊ tamē que ſit exultatio talis non capis: ac ſi in ſpiritu tuo exultare ſentires: guſtareſqȝ id quod non lȝ homini loqui. Quia ergo vſuȝ neſcis diuinorum terminorū non noſti terminos tuos illis vtaris neceſſe eſt. Dices ergo ineffabile exultauit qui te facit. Eſt enim vnus ſpirit⁹ tecum. illo autē exultante tu exultas. ⁊ quia tuaȝ exultationem percipis qui mobilis es illū pronūcias exultare. qui tamē non mouetur. Exultat ergo deus ſpiritus meus quia exultare facit ſpiritum meū in ſe deo ſalutare meo. Et ſic intelligitur illud apoſtoli. Ipſe ſpūs poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus quia nos poſtulātes facit gemētes: ſȝ quia virgo nō habuit vn̄ gemeret tota letabūda ait. Exultauit ſpūs me⁹ i dō ſal. meo.

¶ De concordia cantici Magnificat cum oratione dn̄ica. ſ. pater noſter. in quo continet materia vnius quadrageſime. Capitulum. xxx.

Diligenter autē aduerte ꝙ beata virgo magnificās dominum in cantico iſto ⁊ exultans in eo multum ordinate docet dn̄m magnificare ⁊ laudare in orōne. ſicut ⁊ filius eius iam pdicator exiſtens docuit orātes ⁊ exultantis mentes ordinari vbi orōnē expreſſit dicēs. Pater noſter ⁊c̄. Et hic dicit. Magnificat. Scdo debet confidēter inſtare ad obtinēdū quia pr̄ noſter eſt. Et hoc dicit exultauit. ⁊ nō te moueat ꝙ dixit. ſ. in deo ſalu. meo. quia taliter erat ſuū ꝙ nō erat alterius. quia de ſubſtātia eius corpus ſuuȝ. Tertio dȝ humiliter incipere ad deſcēdenduȝ: quia ipſe ē in celis ⁊ illa in terris. Un̄ hec ait. Quia reſpexit humilitatē ancille ⁊c̄. Quarto dȝ nomen dn̄i ſctificare: quia ſctificetur nomē tuuȝ. Et hoc dicit. Quia fecit mihi magna: ⁊ ſctm̄ nomen eius. Quinto dȝ regnū dei poſtulare: qđ nō poteſt niſi diuina miſericordia fieri. Un̄ adueniat regnuȝ tuum. Et hec ſubiungit. Et miſericordia eius ⁊c̄. Sexto diuine voluntati ſe dȝ cōformare que eius potentie equipollet. Omnia enim quecūqȝ voluit fecit. Un̄. Fiat volūtas tua ⁊c̄. Et hec ait. Fecit potētiaȝ in brachio ſuo. Septimo dȝ diuinam iuſtitiā eſurire. Beati enim qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā. Et hic eſt panis quotidianus. Hinc canit iſta. Depoſuit potētes de ſede ⁊c̄. Octauo dȝ petere veniā eſurire qui eſt ſatietas mentis ⁊ gloria. hec enī eſt gloria nr̄a teſtimoniū ꝯſcie noſtre. Un̄ ſubditur. Dimitte nobis ⁊c̄. ⁊ iſta pſaltes ait. Eſurientes impleuit bonis. Nono dȝ immunitates tētationū hic ſentire dicens. Et ne nos inducas ⁊c̄. a quibus liberamur ſi dn̄o iungamur. iuxta illō Job. ¶ Pone me iuxta te. Et hoc eſt qđ cantatrix nr̄a dic. Suſcepit iſrael ⁊c̄. Decimo dȝ omniū maloꝝ libertatem exquirere. Et hec eſt felicitas quam pmiſit dominus Abrae ⁊ ſemini eius in ſecula. Sed libera nos a malo. finitur oratio dominicalis Amen. Joānis dominici.

¶ Et quia oſtenſa .§. i.

eſt correſpondētia orationis dn̄icalis ad iſtud canticum Magnificat: incidēter ponentur ſolum puncta tangendo qūo talis oratio dominicalis docet nos ⁊ recta de dō ſentire: ⁊ iuſta ab eo ⁊ nobis neceſſaria poſtulare. Et p totā vnaȝ quadrageſimam pdicare māo eius qui ſūmaȝ theologie: quo precipue ad agenda pro ſalute noſtra ⁊ valde etiā neceſſaria ſciri a quocunqȝ. Nam cū primo dicit pater loquēdo ad deum: aduertendū ꝙ deus pater eſt creatione: puiſione: ſeu gubernatione. Et hic de puidentia dei ⁊ hereditatis ſue collatione. His trib⁹ modis dr̄ pater. ⁊ prima die qdrageſime dr̄. pater veſter in abſcondito ⁊c̄. Cum ſubdit noſter: inſinuatur myſteriuȝ icarnationis: quia fact⁹ nr̄ frater ⁊ amicus: magiſter ⁊ ſuius: ſanator ⁊ medicus. Un̄ ſcda die in euangelio dicit. Ego veniam et curabo euȝ. Tertio modo notat perfectio dei. ibi. Qui es. hoc eſt nomen dei pncipale. Ego ſum qui ſum. Ubi includit immutabilitas: eternitas: ⁊ bonitas eius infinita. Et in euāgelio. Pater veſter celeſtis perfectus eſt. ⁊ precipue quātum eſt bonus etiā ad inimicos: in quo eſt imitandus. Quarto manifeſtatur eius poteſtas: quia in celis eſt. In celis materialibus ad influentiam dandum. In celis intellectualibus. id eſt angelis ad ordinandum. In celis doctrinalibus ſcripture ſacre ad illuminandum. Et in euangelio. Confidite ⁊c̄. Uel melius erat nauis in medio maris. ſ. in mundo.

¶ Quinto incipiūt .§. ij.

petitiones. Et quia magis debet quilibet diligere deum quam ſeipſum: ideo primo poſtulatur quod ad dei honorem pertinet. ſ. vt glorificetur ⁊ ſanctus habeatur ab omnibus. ſanctificetur

nomen tuum.i.ſanctū habeatur ab omnib⁹ no
mem patris noſtri Jeſu xpi.Eſt ergo nomen ei⁹
triplex.ſ.emanuel.i.deus nobiſcum xp̄s.vnde
nominant xp̄iani.⁊ Jeſus.Sāctificetur igit no
men patris noſtri celeſtis qđ a nobis fit cū nō
recipimus in vacuum grās ꝑut admonet apo/
ſtolus in ep̄la.ij.Coꝛi.vi. Hoꝛtamur vos ne in
vacuū grām dei recipiatis.Eſt triplex grā.Pꝛi
ma eſt generalis.i.omne beneficium ⁊ bonum
qđ habemus ⁊ iſta eſt gratia dei:qꝛ a deo oīa
habemus.Scđa gratia eſt ſpālis.que.ſ.non
datur oībus ſꝫ ſpāliter xp̄ianis bonis tm̄ q̄ di/
citur gratia gratū faciēs.Hāc habemus a xp̄o
que eſt cā exemplaris noſtre gratie.vn̄ denomia
mur chꝛiſtiani a xp̄o.Et chꝛiſtus interpꝛetaē in
vnctus.ſ.vnctione gratie.Tertia ē grā finalis
que ꝑducit ad gloꝛiam.hanc habemus a Jeſu
qui interpꝛetaē ſaluatoꝛ:qꝛ merito ſue paſſiōis
nos ſaluauit ⁊ aperuit ianuā ſuperne glie.Sā/
ctificetur nomen tuum.ergo qđ fit cum non in
vacuum gratia dei recipiē:ſed recognoſcitur
a deo omne beneficiū cum gratiarumactione:
gratia exerceē ad augmentationem ⁊ perſeue/
rando per gratiam finalem perueniē ad ſalutē
⁊ glificatiōēꝫ.⁊ ſic ſctificaē nomē dei xp̄i ⁊ ihū.

¶ Secunda peti... §.ij.

tio eſt.Adueniat regnū tuū.Pꝛecipue regnū
dei eſt vita eterna.ſed ad hoc ꝑuenire non pōt
niſi per aliud regnum dei.quo.ſ.deus regnat
in nobis.Vn̄ ſaluatoꝛ Mat.vi.Querite p⁹ re
gnum dei.i.ante oīa.vel pꝛimū ⁊ pꝛecipuū qđ
eſt vita eterna.ad quā petijt latro bonus in cru
ce admitti dicens.Memento mei dn̄e dū vene
ris in regnum tuū.qđ vtiqꝫ xp̄s exaudiuit di
cens.Hodie mecū eris in paradiſo.Luc.xxiij.
Et ſubdit ſaluatoꝛ ipſe ad illud ſupradictū que
rite ⁊c̄.Et iuſtitiam eius.i.regnum virtutū.qꝛ
aliter illud pꝛecipuū ſupnum nō poſſet hri.iu/
ſtitiam autem qꝛ ait apl's in li.Ethi.eſt oīs vir/
tus.Vn̄ apl's ad Roma.Regnū dei nō eſt eſca
nec potus ſed iuſtitia pax ⁊ gaudium in ſpiri/
tuſancto.et virtutibus enim cōpꝛehenſis in iu
ſtitia ſequitur pax maxima ⁊ gaudium verum
in mente.Sicut enim nō peruenitur ad celum
empyreum vbi manifeſtatur gloꝛia ſanctoꝝ.
niſi tranſactis nouē celis.ſ.celo lune:celo mer/
curij:celo veneris:celo ſolis:celo martis:celo
iouis:celo ſaturni:celo ſtellifero ſeu firmamen
to:celo aqueo ſeu chꝛyſtallino ſꝫ theologos qđ
eſt pꝛimum mobile.Nam quod ſequitur deci/
mum.ſ.empyreum firmū eſt:⁊ nunquā moue
tur:ſicut ⁊ ſancti firmati ſunt in gloꝛia.Alij au/
tem celi mouentur nouē.Sicut ⁊ virtutes om/
nes in nobis viatoꝛibus mouentur per diuer/
ſos actus ⁊ ꝑ augmentationē ⁊ ḡnationē ⁊ coꝛ
ruptionē earū in hoībus.Sunt ḡ tres celi vir/
tutes moꝛales.Temperantia iuſtitia pꝛout vir
tus ſpecialis non generalis ⁊ foꝛtitudo.Tres
alij celoꝝ virtualium ſunt virtutes intellectua
les.ſ.pꝛudentia ſapientia ⁊ ſcientia.Tres alij
ſunt virtutes theologice.ſ.fides:ſpes:⁊ chari/
tas que ꝓpinquioꝛes nos deo faciunt.Et poſt
has virtutes in fine aduenit regnum dei in no
bis.ita.ſ.ꝙ nos perueniēmus ad ipſum.ſed pꝛi
us opoꝛtet vt veniat in nobis regnū iſtarū vir/
tutū.Et quia nullā virtutē a nobis habere va/
lemus niſi a deo.Jdeo docet nos eas petere ꝑ
nobis ⁊ pꝛoximis noſtris.cū docet nos oꝛare
dicendo.Adueniat regnum tuum.¶ Jn quo/
libet celo firmabimus nos per vnam diem de
illo loquendo.Et incipiendo ab vltimo.ſ.celo
lune ſignificante temperantiā.Ad hanc indu
cit nos eccleſia quadrageſimali ſua obſuatiōe
pꝛoponens domini noſtri exemplū.quia dicit
euangelium hodiernum Math.iiij.Ductus
eſt Jeſus in deſertū.Deſertum eſt locus cōtinē
tie ⁊ auſteritatis.Per iſtam ergo virtutē tem/
perantie deſeruntur delectationes veneꝛeoꝝ.
pꝛimo per caſtitatem.ſcđo deſeruntur inoꝛdi/
nationes ciboꝝ per ſobꝛietatē.tertio deſerū
tur elationes veſtimentoꝝ per modeſtialitatē.
Cōmuniter in deſerto iſta ſeruātur que in ſum
ma perfectione xp̄s ſeruauit.⁊ merito dictum
ſit.ductus eſt Jeſus in deſertū.ſ.temperantie.
De his habes copioſe.ſ.in tractatu de virtuti/
bus.de qualibet harū ibi vide ⁊ ſume q̄ opoꝛ
tet breuiter.¶ Secundum celum eſt iuſtitia q̄
ſꝫ phōs eſt duplex.ſ.diſtributiua ⁊ cōmutatiua.
Eſt diſtributiua pꝛo iſto ſermone ad quem per
tinet diſtribuere honoꝛes ⁊ pꝛemia bonis:do
loꝛes ⁊ ſupplicia malis.Et diſcernere operatio
nes ⁊ cauſaꝝ merita diligenter ſine perſona/
rum acceptione.Et hoc de conditionibus iudi
cum ⁊ rectoꝛum quas debēt habere:quas om/
nes optime ſeruabit iudex noſter ⁊ dominus
omniū in finali iudicio.Et que ſunt que coꝛrū/
punt iudiciū que ibi eſſe nō poterūt ⁊c̄.Vide
in.iij.pte de materia iudicij.in.c.j.Et ſume p/
ut placet adducēdo ad finale iudiciū.Thema
enim de euāgelio eſt.iuſti in vitam eternā ſcilꝫ
ibunt.¶ Tertium celū eſt ſeu pars huius celi
tertij qđ dicit mercurij celū.qui ſm̄ gētiles dē
deus mercatoꝝ:⁊ iuſtitia cōmutatiua in q̄ quo
tidie ſe hōs exercere in diuerſis ꝯtractibus em
ptionis ⁊ vēditiōis ꝑmutatiōis ⁊ mutuatiōis.
vbi fiunt multe fraudes que ſunt cōtra iuſtitiā
cōmutatiuā.Jn q̄litate in q̄litate ⁊ q̄ntitate ſi
ue numeri ſiue mēſure ſiue pōderis ſiue pꝛecij
ſiue recōpēſationis vt cū vult duas ꝑ vna vt in
vſuris.de quo euan.Oēs eijcit xp̄s.ſ.de tēplo
vendentes ⁊ ementes ⁊c̄.De his in ſecunda

pte in ti.j. ¶ Quartum celum eſt virt⁹ fortitu-
dinis. ⁊ hec ꝯſiſtit in debita aggreſſione arduo-
rum in cōſtanti toleratiōe aduerſoꝝ. ⁊ in finali
pſeueratiōe laborioſoꝝ. ⁊ euangeliū eſt. Filius
hoīs erit in corde terre. i. i lapide q ſignat forti-
tudinē tribus dieb⁹ ⁊ tribus noctibus. i. in his
trib⁹ dictis in die pſperitatis ⁊ in nocte aduerſi-
tatis. vide de his. ō. de virtutib⁹. ¶ Deinde ſe-
quit de alijs tribus celis. ſ. virtutib⁹ itellectua-
lib⁹. ſ. prudētia que eſt triplex. ſ. Ethica. quoad
ſeipſum bene agendū. Iconomica quoad fami-
liā ſuam. ⁊ Politica quoad ciuitatez ſuā. Et euā-
geliuz dicit. Ueritas liberauit vos. ſ. a peccato
veritas. ſ. prudentie. q ue eſt recta rō agibiliuz.
¶ Deide de ſcia. vt. ſ. cognoſcat ſe q̄ad anime
nobilitatem quoad corporis vilitatē. ⁊ quoad
cōditionez ſuā. Et in euange. Surge ad anime
nobilitatem cōtemplandā. Tolle grabatum tu-
um quoad corpus ⁊c̄. Ambula ſciendo lectum
vel ſtratum tuū. ¶ De ſapiētia cognitionis di-
uinoꝝ p contemplationē in euāgelio. Duxit ie-
ſus diſcipulos in mōtem excelſuz. De hoc. ō. de
dono ſapie. ¶ Tres alij celi ſunt virtutes theo-
logice ⁊ de fide in euāgelio de chananea. Ma-
gna ē fides tua vide de fide. De ſpe ex epla. De
charitate. ſer. ij. i euāge. Ego de ſupnis ſuz. vbi
eſt pfectiſſima charitas. vide. ō. de charitate.

¶ In tertia peti- .§. iiij.

tione dr̄. Fiat voluntas tua ⁊c̄. Et hec triplex ſꝫ
illud apli ad Rom. xij. volūtas dei bona bene-
placens ⁊ pfecta. Bona quidez eſt in vitatione
phibitoꝝ: bn̄placens in obſeruatiōe precepto-
rum: pfecta in adimpletiōe conſilioꝝ. ¶ Prio
dicit de preceptis negatiuis. vt eſt primū ⁊ ſe-
cundū legis decalogi: ⁊ reſpiciūt deū. Et p pri-
muz phibetur omnis ſupſtitio qua nō recte co-
lit deus. Uide i. ij. parte de ſupſtitiōibus. Per
ſecundum phibetur piurium ⁊ blaſphemia. de
qb⁹ ibi in ſuis capitulis. Sequētia reſpiciūt p-
ximum: vt. ſ. non offendatur in pſona propria.
Non occides. Non in coniuncta. Non mecha-
beris. nō in ſubſtantia. Non furtū facies. Non
infamia. Nō loqueris falſum teſtimoniuz. vbi
de mendacio. De qbus habes in. ij. pte. in. c. p-
prijs. ¶ Ultima precepta negatiua reſpiciunt
ſtatū pprium. quo. ſ. ad deſideria mala. Nō cō-
cupiſces rē primi tui ⁊c̄. ¶ Precepta affirmati-
ua ſunt duo. ſ. de ſanctificatiōe ſabbati. i. de ob-
ſeruatione feſtoꝝ. ſecundum de veneratiōe pa-
rentum. ⁊ hoc. ſ. reuerendo: obediendo: ⁊ ſub-
ueniendo. ¶ Uoluntas dei pfecta eſt in obſer-
uatione conſilioꝝ. ſ. obediētie caſtitatis: ⁊ pau-
pertatis. de quoꝝ horuz vnus ſermo: niſi ꝙ de
conſilijs trib⁹ vnus ſufficit. Et de vltimis duo-
bus pceptis. ſ. Non concupiſces ⁊c̄. Etiam vn⁹

expediet materiam. Siquis vult aliquantuluꝫ
fantaſia laborare ſine difficultate themata ex
euangelijs occurrentibus de die in diem con-
gruentia ad materiaz inueniet. Sed ſine hoc
poteſt continuari materia. ⁊ poſtea euangelia
exponere: nec multum refert.

¶ In quarta peti- .§. v.

tione. Panē noſtrū quotidianū da nobis ho-
die. Eſt aūt ſeptuplex panis ſpiritualis quib⁹
nobis dat gratia ad faciēdū volūtatē dei que
eſt vt virtuoſe viuamus: ſignata p ſeptē panes
quibus chriſtus ſatiabat turbas in deſerto. Et
quidā ex his dantur nobis in ingreſſu: vt bap-
tiſmus ⁊ ꝯfirmatio. Quidā in progreſſu. vt
eucharithia ad ꝯfortandū penitentia ad medi-
candum. Matrimonium ad multiplicandum
naturaliter. Ordo ad multiplicandū ſpūalr. ſ.
per adminiſtrationem ſacramentorum ⁊ inſtru-
ctionem populorū que ad ornatum pertinent
Extrema vnctio datur nobis in egreſſu ſcilicet
de mundo. Et de iſtis tribus pōt fieri vnus ſer-
mo. ſ. baptiſmo: confirmatione. ⁊ extrema vn-
ctione: declarando precipue de effectibus eoꝝ
⁊ neceſſitate ſumendi. De euchariſtia ⁊ de ex-
cellentia ipſius ſacramenti ⁊ vtilitate. Naꝫ de
preparatione digna in cena domini dicet. De
penitentia tres ſermones. vnus de contritione
ſecundus de confeſſione. tertius de ſatiſfactio-
ne. Et precipue quoad reſtitutionē fiendā. De
ordinis ſacramēto vnus ſermo. Et ibi quomo-
do oporteat eos reuereri etiam ſi ſint mali. Et
de poteſtate eorum in ſacramentorum ꝯfectio-
ne: vt eucharithie quātūcūqꝫ eēnt mali. In ab-
ſolutione peccatorum claue tamen non erran-
te: ⁊ ideo docti queri debent. In excōmunica-
tione per epos fienda quantum nocere quan-
tum debet obſeruari. De ſacramento matrimo-
nij vnus ſermo. ⁊ ibi de aliqbus impedimētis
ꝯtra que ſepe fit ex ignorātia. ⁊ de iſtis que di-
rimūt. De actu ꝯiugali prout videtur neceſſa-
riū. ſemp tñ oi honeſtate vboꝝ ſeruata ⁊ nō ne-
ceſſaria. Et de diligentia habenda in ꝯtrahen-
do ⁊ cā. De ſacramentis aūt habes diffuſe in
tertia parte in materia ſacramentorum.

¶ In quinta peti- .§. vi.

tione dicitur. Dimitte nobis debita noſtra. Tri-
plex autem debitum contrahimus cū deo. Pri-
mum eſt peccatum originale quod ex parenti-
bus contrahimus. hoc nos conſtituit debito-
res priuationis diuine viſionis. propter quaꝫ
felicitamur: ſed per baptiſmum deletur ſeu ſol-
uitur. Secundum eſt peccatum actuale morta-
le per quod efficimur debitores gehēne: ⁊ per
penitentiam veram ſoluitur. Tertiū eſt venia-

le: quod facit nos debitores pene tēporalis hic vel in purgatorio: et multipliciter illud ſoluit. Sed q: precipuum debitum eſt mortale. iō de his precipue agēdū que reducunt ad illa tria. de quibus Joānes in can. ſua ait. Omne qd eſt in mundo. i. in mundanis peccatoribus. aut ē cōcupiſcentia carnis: aut concupiſcentia oculorum: aut ſuperbia vite. Sed vt apertius dicat iſta ſunt ſeptem que capitalia dicunt: q: capita ſunt et precipua multorum aliorum que a ſe oriūtur ſcilz ſupbia. que ſm aliquos icludit inanē gloriam. Auaritia: luxuria: inuidia: gula: ira: accidia. Un̄ verſus dat qui iſta ſeptē cōtinet in iſto noīe. Saligia. cuius lre ſunt pncipia noīuz dictorum vitiorum. Verſus. Ut tibi ſit vita ſemp ſaligia vita. Bea. Grego. tn̄ in moral. ponit inanē gliam vnū ex ſeptē capitalibus. et ſupbiam reginā et mrem oīum iſtorū ſeptē. quem ſequit bea. Tho. q. ij. Ad qd videt facere qd ait Salomō Eccs. xj. Da ptes ſeptē. necnō et octo. i. octaua: vt. ſ. ſoluas itegralr iſta debita: ſi icurriſti p pniam. De quolibet ergo ſit vnus ſmo put occurrit euangelio et penitēdo roga deū vt dimittat: q: ſine ipſo factum eſt nihil in pnia. De his habes diffuſe in ſecūda parte diuerſis titulis et capitulis. vbi vide vel in ſcda ſcde. Et ſm ordinem aſſignatū dnica in ramiſpalmarū de ſupbia ɔtraria humilitati quaz xp̄s oſtendit in eo q dicitur. Ecce rex tuus ꝛc. in euangelio vel in epiſtola. humiliauit ſemetipſum ꝛc.

¶ In ſexta peti- .§.vij.

tione dicit. Et ne nos inducas in tentationem Ubi notandū q triplex eſt tētator. ſm illō apli ad Ephe. nō ſolū ē nobis colluctatio aduerſus carnē et ſanguinem ꝛc. Et in ſequētia. Mūdus caro demonia: diuerſa mouēt plia. De tētatiōe ergo mūdi et ſuis vanitatibus ſcda feria. vbi dr i euāge. nūc iudiciū eſt mūdi. materiā habes in ij. pte. in ti. de luxuria. in. c. de amore huius ſeculi. De tētatione diaboli fe. iij. Symon ecce ſathanas expetiuit vos ꝛc. Uel melius vigilate et orate ne itretis in tētationē. De tētatione carnis et paſſionibus ſenſitiue partis que ſunt multe in epiſtola. vere dolores noſtros ipſe portauit. Ut cepit Jeſus tedere et pauere et meſtus eſſe. que paſſiones ſunt fere. v. de tentatione qua tentat homines circa cōmunionem. Aliqui vt nō plene credant. Alij vt non ad ipſam accedant. Alij vt indigni eam ſumant. Unde in epiſtola. Probet autem ſeipſum homo. ſcilicet circa huiuſmodi. Et ibi de debita preparatiōe ad ſacramētum eucharíſtie ſumendum.

¶ Septima peti- §.viij.

tione eſt. Sed libera nos a malo. Hodie hoc petit genus humanū a chriſto pendēte in cruce. Ubi petit libari a triplici malo qd ſuſtinebit. ſ. ignorantie. Sed ab hoc liberat verbo ſue doctrine in cruce. Per ſeptem verba ſacratiſſima quorū vnum eſt de dilectione inimicorū. Orat enim pro eis. Pater dimitte illis q: neſciūt ꝛc. Ignorant enim hoies hanc veritatez. ſ. debere parcere inimicis. Et ſic cōſidera de alijs diuerſa monita. Secūdo a malo culpe que ſicut ſunt ſeptem. ita ſepties effudit ſanguinem ad liberandū ab hmōi culpis in circūciſione. In orto in flagellis: in coronatione de ſpinis: in effuſione ſanguinis de manibus. Item de pedibus. et demū de latere lancea tranſfixo. A malo pene multiplicis: vt gehēne et mortis corporalis et alis a quibus demū liberat merito ſue paſſiōis. Sabbato ſancto. Cum anima eius eēt in limbo: anime ille que ibi erāt dicunt libera nos a malo. ſ. illarum tenebrarum quas ibi patiebant. Ubi dicēdum eſt de diuerſis locis iferni. ¶ In die reſurrectionis petens humanū genus liberari per ſuam reſurrectionē a malis. oſtendit per exemplū in ſua reſurrectione: qūo liberabitur demum ab hominibus malis illis qui xp̄o erunt vniti per gratiam. ſi hec habebunt ſpūaliter dotes corporis ſui glorificati. ſ. charitatez prudentie: agilitatem obediētie ſeu iuſtitie. Subtilitatem temperātie: impaſſibilitatez conſtantie. Et per dotes anime a malis anime que hic patit. et de dotibus corporis a malis corpis. Unō de gloria animarū et corporū beatorum dic vt placet. et de chriſti reſurrectione per quam ab his omnibus malis liberamur. Unde concluditur Amē. qd eſt affirmatiuum eius quod dictū eſt.

¶ De partu beatiſſime vginis. Capl'm. xxxj.

P Eperit filium ſuuz primogenitū. Lu. ij. In ipſo aūt partu ne oino eēt occultus ſtella magis in oriente. Sibylla Octauiano in occidēte imperatori. Angelus in iudea que dr in meditullio mundi apparens cum maxima claritate et ſplendore: paſtoribus manifeſtauit iſtam ſctiſſimam natiuitatē dicens. Euāgelizo vobis gaudium magnū qd erit omni populo. q: natus ē nobis hodie ſaluator. Et cum ipſa multitudo militie celeſtis exultans cepit canere. Gloria in altiſſimis deo. Lu. ij. Si ergo tm̄ leuatur ſublimitas angelorum: multo magis ocūdari et feſtinare debet humilitas hoīum. ita per hoc ſublimata: q: natus eſt pncipalr nobis. Nō enim (vt ait aplſ ad Heb. j.) angelos. ſed ſemen Abrae apprehendit de virgine natus qui peperit filium ſuuz primogenitum. Et ad hoc exhortatur Leo papa in ſermone dicens. Saluator noſter dilectiſſimi hodie natus eſt gaudeamus neq

enim p̄has eſt locum eſſe triſtitie vbi natalis ē vite. Nemo ab huius diei alacritate ſecernit̄. vna cunctis leticie cōmunis eſt rō. Exultet iu‑ſtus: q2 appꝛopinquat ad palmā. Animet̄ gen‑tilis. q2 vocat̄ ad vitā: gaudeat peccatoꝛ: q2 in‑uitatur ad veniā. Verbum enī3 dei deus filius dei ad liberandū hoīem ab eterna moꝛte factꝰ eſt hō. Hec ille. Ecce cauſa leticie. Certe ſi aliq̄ ciuitate obſeſſa a peſſimis inimicis hoīes illiꝰ fame ⁊ ſiti deficiētes: oēs in pꝛocinctu eſſent vt traderentur in oꝛe gladij ad moꝛtem quidā ad veniens liberaret quis ibi eſſet qui nō ſumme gauderet: ⁊ ſolēnia ageret. Ciuitas huius mū‑di obſeſſa ⁊ ſi poſſeſſa erat a diabolo ⁊ angelis eius: deficiebāt hoīes fame veritatis: ⁊ ſiti bo‑nitatis. Cum hinc migrabant ad moꝛtem eter‑nam deſcendebant. Venit de celo rex ille ma‑gnus factus paruus ⁊ liberauit mūdū virtua‑liter ⁊ cauſaliter per ſapientia3 ſuam. Venit ad nos quādo peperit beata Maria filium ſuum vnigenitū. Ipſe eſt rex foꝛtis ⁊ potēs in pꝛelio contra antiquum hoſtē. ⁊ ideo gratulari omēs opoꝛtet non in mūdo ſed in deo. non in coꝛpo‑re ipſum oꝛnādo ⁊ vitioſe delectādo. ſed in ſpi‑ritu ⁊ animo qui liberatus eſt. Huius figuram preceſſit qū tempoꝛe Ezechie regis iuda obſeſ‑ſa erat ciuitas regalis hierl̄m ab immēſa mul‑titudine exercitus Sennacherib regis aſſyrio‑rum. ⁊ ita coartata ꝙ hoīes eius timentes eam capi in multa amaritudine anxietate ⁊ lachꝛy‑mis reſidebant. Sed media nocte angelus de‑ſcendens de celo liberauit eam occiſis centū oc‑tuagīta quīqꝫ milibꝰ de exercitu Sennacherib. ꝑpter qd̄ confuſus ⁊ deuictus reuerſus eſt va‑cuus in terrā ſuā. Populus aūt liberatus mul‑tis diebꝰ feſtinauit grās agens deo. Expletꝰ multis diuitijs de ſpolijs inimicoꝝ. Qua3 hi‑ſtoꝛiam licet obſcure videt̄ tangere ⁊ figuram. Eſa. ix. vbi ait. Populus gentium qui ambula‑bat in tenebꝛis vidit lucē magna3. ⁊ ſedentibꝰ in vmbꝛa moꝛtis. i. in timoꝛe ⁊ triſticia: lux oꝛ‑ta eſt eis. ſ. angelus illuminans ꝓſternens ini‑micos: ⁊ ex liberatione letificās eos: ⁊ q̄ſi figu‑ram exponens: ⁊ illuminationē ⁊ liberatione3 oſtendens. Paulopoſt ſubdit. Paruulus enim natus eſt nobis. ſ. Jeſus. Et de magnificētia eiꝰ dicit. Vocabitur nomen eius admirabilis: cōſi‑liarius deus. loco quoꝝ nominū. lxx. poſuerūt. Magni ꝯſilij angelus. Hic ē qui media nocte naſcens venit ad nos ꝓſternens v̄tualiter ōmo‑nes inimicos nr̄os. Et de celo vteri virginalis venit cū. ſ. bea. Maria peperit filiū ſuu3 vnige‑nitu3. In quibus tria pn̄t notari ⁊ ꝯſiderari.

¶ Primo fecūditas gaudioſa. ibi peperit.
¶ Scd̄o v̄ginitas generoſa. ibi. filium ſuum.
¶ Tertio vtilitas amoꝛoſa. ibi. vnigenitum.

¶ Quantum ad .§. i.

pꝛimu3 ſciendū ꝙ q2 in veteri teſtō multiplica‑batur cultus diuinus per carnalē ꝓpagationē: q2 ſolum illi de ꝑplo iudeoꝝ colebāt verū deū: alijs nationibus idolatrie dedītis. idō vacabant illi patres ⁊ mulieres generationi filioꝝ: vt ip‑ſis multiplicatis multiplicaret̄ cultus diuinus ſ. a multis exercitatus. Et ſterilitas tūc erat in obpꝛobꝛiū etiā virginitatis quaſi res infructuo‑ſa fecūditas in cōmendationē ⁊ gloꝛiā. Vn̄ be. Hierony. ꝯtra Jouinianum. Quis ignoꝛet ſub altera vel alia dei diſpenſatione: oēs retro ſan‑ctos eiuſdem fuiſſe meriti: cuius nūc ſunt chꝛi‑ſtiani. Quō Abꝛaam placuit deo in coniugio. ita nunc deo placēt in caſtitate. Seruiuit ille le‑gi ⁊ tpī ſuo. ſeruiamus ⁊ nos legi ⁊ tpī nr̄o: in quos fines ſeculoꝝum deuenerunt. xxxij. q. iiij. Quis ignoꝛet. Verum illa fecūditas mulieru3 erat cū doloꝛe ⁊ mariꝛio. Qū dictū fuit et datū a deo in punitionē ⁊ maledictionem ꝑpter tranſ‑greſſionem dīuīci pꝛecepti pꝛime matri eue in ꝑſona omniū matrum. In doloꝛe paries filios. qui doloꝛ ꝓcedit ex apertione meatuum ⁊ illoꝝ locoꝝ: ex quibus egreditur puer de vtero ma‑tris. Sed ab iſta maledictione fuit excluſa bea‑tiſſima Maria ⁊ obpꝛobꝛio ſterilitatis. Pepe‑rit enim neſciēs mater virgo viru3 ſine doloꝛe ſaluatoꝛem ſeculoꝛu3. Sicut enim xp̄s coꝛpus ſuum reſuſcitatus exiuit de ſepulchꝛo ipſo remā‑nente clauſo et ſignato ſigillo ſummi ſacerdo‑tis. ſic exiuit naſcens de vtero virginis ſaluo ſi‑gnaculo virginali. vn̄ nullum doloꝛē ſenſit ſed ſummū gaudiu3. Eſa. xxxv. de ea dicit̄. Exulta‑bit ſolitudo. i. virgo non viro cōiuncta gemi‑nans germinabit letabunda. ⁊ laudās. i. pariet ſicut germinat terra vel arboꝛ abſqꝫ apertione. ita beata virgo ſine violatione cu3 magna leti‑cia. dixit ipſe Jeſus natus cu3 exhoꝛtaret̄ diſci‑pulos ſuos ad tolerantiā paſſionū. Mulier cū parit triſticiam h3: q2 venit hoꝛa eius. ſ. partꝰ et doloꝛis. Sed cū peperit. ſ. maſculū iam nō me‑minit pꝛeſſure ꝑpter gaudiū: q2 natus eſt hō in mundū. Ita enim gaudet ex partu maſculi: q2 ſperat inde gloꝛiā ⁊ vtilitatē ſibi ⁊ domui con‑ſequendam. Quantū igit̄ gaudiu3 habuit bea‑ta Maria que nullā mixtura3 habuit doloꝛis in partu ſuo: vt habent mulieres. ⁊ ſciret deu3 ſe peperiſſe ⁊ hominem ad ſui gloꝛiā ⁊ hoꝛoꝛē mundi totius ſaluatione3. Sed o virgo beatiſ‑ſima etſi ꝑpter impuritatē noſtram indigni ſu‑mus te alloqui pꝛe magnitudine dignitatis et ſanctitatis tue. tu tamē inclyta benignitate tua dignare nobis ediſſere vnde gaudium tibi in partu iſto cum ſola inueniaris cum vetulo ſpō‑ſo tuo Joſeph non in domo a frigoꝛe ⁊ ventis

protecta: ſed in pandochio vndiq; tenebroſo ⁊
magis animalib⁹ q̄ hoſbus apto. Non cōfor/
tata a ſocietate mulierum te viſitantiū vt ↄſue
uit: ſed ab omnibus feminis ſegregata. Nō in
lecto quieſcēs: ſed in terra vel lapide duro. Nō
tibi ignis deſeruiens ſed frigus intenſuz me/
die noctis. ¶ Non pānis calidis te vel puerū.
aut ſericis cooperiens ſed modicis ⁊ vilib⁹ pā
nis eum inuoluit ac feno cooperuit. Nec ſibi ci
bi ſolēnes ⁊ delicati parati quibus indigēt mu
lieres in partu. Non confectiones: nō vina pre
cioſa. Vn̄ ergo tibi gaudium ⁊ delectatio in tā/
ta paupertate ⁊ auſteritate. Credo riderent ſi pñs
exiſteret. Gaudiū expior ⁊ ſuauitatē q̄ declara/
ri non poſſet: illud eſt enim verū gaudium qd̄
non de creatura: ſed de creatore concipit. Cui⁹
cōparatione omne pulchrū feduz: omne dulce
amarum: omne qd̄ delectari pōt moleſtū. vt ait
bea. Bernar. Quō enim non gaudebo ſūme in
dn̄o ⁊ exultabo in deo Jeſu meo ex meo vtero
nato. Abraam a longe vidit h̄ myſteriū in figu
ra cum tres vidit ⁊ vnū adorauit. vidit ⁊ gaui/
ſus eſt Jo. viij. Et ego in quo iſta tria vnita ſūt:
deus animus ⁊ corpus in vna perſona in vtero
meo ſine leticia p̄manebo. Certe cor meuz ⁊ ca/
ro mea exultauerūt in deū viuuz ex me genitū.
Qui cum ſit fons ⁊ origo omnis bonitatis: oīs
dulcedinis ⁊ ſuauitatis. cui⁹ odore reuiuiſcūt
mortui: cuius aſpectu letificātur angeli: cuius
iuſſu mouentur celi: ſupabundo gaudio ipſuz
incarnatum aſpiciendo. Non egeo ↄſolatione
humana: que diuina pſruor: non ſocietate mu
lierum cū aſſit exercitus angelorūz canentium
gloria in excelſis deo. Non cibū ⁊ potum affe/
cto. cum ante me panē qui de celo deſcendit vi
num habeā: omne delectamentū in ſe cōtinen/
tem ⁊ omnez ſaporē ſuauitatis. ¶ Probat Al/
ber. vbi. ſ. iſtud gaudiū fuiſſe maximuz multi
pliciter. Nam ſi in cōceptione ipſius filij habu
it magnum gaudiū valde multo magis in par
turitione. De cōceptione patet q̄ multā leticiā
habuit. nam gaudiū oritur ex bono cū ſeſlz cō/
cupitum poſſidetur. iuxta illud Joā. iij. Quaſi
effodientes theſaurum gaudentq; vehemēter
cū inuenerint ſepulchrum. ⁊ hoc q̄ ſperant ibi
inuenire theſaurū qd̄ cupiunt. Antiqui eniz in
ſepulchris dn̄orūz cū eis ponebant theſauros.
⁊ quāto maius bonū tanto maius gaudium ſe
quitur cum habet. Ex ſummo igitur vniuerſa/
li bono habito maximum gaudiū ſequet in ha
bente. Sed in ipſa ↄceptione deus pater dedit
virgini filium ſuuz: ⁊ cum illo nobis oīa bona
donauit. ergo ſummū gaudiū habuit. Uerum
in ipſa conceptione ipſum gaudiuz ſeu delecta
tionem videbat ⁊ experiebat viſione itellectua
li: in natiuitate autez ſenſuali ⁊ intellectuali. vn̄

Marie gaudiū partu latiuz batur multipliciter.

in cōceptione tm̄ reficiebat intellectus: in nati/
uitate autē intellectus ⁊ ſenſus. Vn̄ maius gau
dium. Naz ſimilius gaudio patrie vbi oculus
corporis reficiet in xp̄i hūanitate. ⁊ oculus ani
me in eius diuinitate ſm̄ illud igredief ⁊ egre
dietur ⁊ paſcua inueniet Joā. x. Meliori autez
⁊ honorabiliori ſimilius eſt melius ⁊ honora/
bilius. Ergo maius gaudium beate Marie in
natiuitate filij ſui q̄ in cōceptione. ¶ Scd̄a ra
tio eſt q̄ bonum additū bono facit maius bo/
num. ergo magis illud cū ſit duplicatum cau/
ſat dilectionem ⁊ cōſequenter delectationem. ⁊
gaudium in natiuitate ſeu partu beate Marie
gaudiū fuit duplicatū. De beato quoq; Joāne
baptiſ. dictū eſt per angelū patri. Multi in na/
tiuitate eius gaudebunt: q̄ cōmuniter maius
gaudiuz eſt de partu q̄ de conceptu creature.
¶ Tertio be. maria vbi prius gaudebat ſe vir
ginem ↄcepiſſe pariendo gauiſa eſt ſe virginē
peperiſſe. quod aliud magnū miraculum fuit:
⁊ ſe virginem puerū ſuum lactare ipſum regē
angelorū ſola virgo lactabat vbere de celo ple/
no canit eccleſia. Cum aūt gaudiuz ſit de bono
recepto: recipiens ergo maius bonuz maior ei
extat cauſa gaudij. Et q̄uis in aſſumptione ei⁹
in celum xp̄o ei obuiam veniente. ⁊ angelorūz
ordinibus ⁊ ſanctorū agminibus comitantib⁹
maximum gaudiū habuerit: q̄ illud fuit gau/
dium beate ⁊ ↄtinue fruitionis qd̄ nullā ſecuz
cōpatitur triſticiā: laborē vel neceſſitatē. quod
nondū in vita perceperat. vn̄ ⁊ tunc gaudium
plenum qd̄ potiſſime xp̄s docuit poſtulare di/
cens. Petite ⁊ accipietis: vt gaudiū veſtruz ſit
plenum Joā. xvj. Utiq; magis fuit illud in aſ/
ſumptiōe actualiter omni gaudio vie. Sz gau
dium in conceptione ⁊ natiuitate fuit maius il
lo cauſaliter. Nam q̄ facta fuerat mater dei q̄
fuit ſine corruptione ⁊ natiuitate fuit cauſa tan
te exaltationis tante glorie: ⁊ tante grē ſibi col/
late: quia electa erat vt eſſet mater dei. Cum er
go hora ptus aduenīſſet circa mediā noctē, ſo/
laq; cū Joſeph in diuerſorio eēt in ↄtēplatione
ſuſpēſa gaudio ſupne p̄ſe repleta vidit ante ſe
puulū vagiētē ex ſuo vtero pceſſiſſe in terrā ia/
cē: ſubito vt pie credi ⁊ dici pōt genuflectit an̄
eū dicēs. Salue mi dilecte fili. Adoro te deum
meū q dignat⁹ es p ſalute mea ⁊ oium hoīum
hāc vallē lachrymarū itrare. oſculat faciē ei⁹ di
cēs. O facies plena oīuz grāz in quā dſiderāt
āgeli pſpicē. Man⁹ oſclat dicēs. O man⁹ btiſ/
ſime q̄t īfirmos eſtis ſanatur? q̄t mirabilia opa
ture? Oſclat ⁊ pedes dicēs. O ſctiſſimi pedes
q̄tū diſcurretis p varias citates ⁊ caſtra ad do
cēdū ⁊ laborādū p ↄuerſiōe pctōꝝ? Et q̄ puul⁹
ipe p̄mā vocē emiſit ſilem alijs ſoriē plorans.
mr pia nō ignorās ipm moleſtiā frigoris ſen/

tire. pati enim venerat p nobis panniculos de capite ſuo aſſumit ⁊ inoluit eum ⁊ vt anhelitu bouis ⁊ aſini aliq̄liter calefiat in medio eorū in pſepio ponit. Non ſecludit ioſeph a gaudio iſto: ⁊ appropiquare nō audēs p leticia lachrymas fundit deum hūanatum pro ſaluatiōe oīum ita hūiliter natū pre iocūditate exultat ⁊ ſe cape nō pōt benedicens ⁊ laudans deum.

¶ Quantum ad .§.ij.

Filium ſuū pepit dicē ſe euangeliſta quare

Filium ſecundū dico q notat virginitas generoſa vl glorioſa in eo q dī filium ſuum. nulla mater dicere pōt cum veritate filiū quem parturit eſſe ex toto ſuum. Nam cū quelibet alia ↄcipiat ex viro: vterq; ibi partē hȝ. Mater. n. eſt pncipiū paſſiuum in filio materiā admiſniſtrās. Pater vero eſt principiū actiuum: ⁊ quaſi formā materie mulieri tribuēs. Unde ⁊ pncipalius opatur ⁊ iō magis eſt patris q̄ȝ matris. ⁊ magis ꝗs tenet pri q̄ȝ matri ceteris paribꝰ. Sed ſola btā maria pepit filium ex toto ſuū: quia nō fuit pncipiū actiuū ex parte viri. cum nullus ibi pater nec ioſeph nec alius: ſed totum illud corpus ieſu erat de puriſſima carne ſeu ſanguinibus btē marie. Hoc pdixerat Eſayas dicēs. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur nomē eius emanuel: qđ interpretatur nobiſcū deus. q: .ſ. deus ⁊ hō. Cōcipiet inq̄t ⁊ pariet permanēs virgo. Non eni ſignū ſeu mirum q dñs ibi permittit ſe dare hoībus q virgo prius exiſtens: ⁊ ex viro cōiuncta cōcipet ⁊ pareret: cuȝ cōe ſit oībus. ſed ſignū mirabile ⁊ ſupra oēm naturā ⁊ morem vt virgo eſſet ⁊ intacta gñaret ⁊ pareret. Sicut. n. (vt ait Origenes) Abachuc intrauit ad Danielem in lacū leonū deferens ei prādium bonum: ⁊ exiuit non apertis oſtijs ſed clauſis: ſic beata maria ſaluis clauſtris pudoris cōcepit ⁊ pepit filium ſuū primogenitū. Hoc oīs canit eccleſia in ſequētia. Angelus ↄſilij natus eſt ex vgine: ſol de ſtella. Sol occaſū neſciēs: ſtella ſemp rutilans ſemper clara. Sicut ſydus radium, pferet virgo filium pari forma. Neq; ſydus radio neq; mat filio fit corrupta. Et vt ſubdit. Si non ſuis vatibus .i. prophetis: credat: vel gentilibꝰ .ſ. iudea incredula: ſibyllinis verſibus hec pdicta. ¶ Sibylle enim que fuerunt pagane quibꝰ ob meritū ⁊ excellentiā virginitatis datꝰ eſt a deo ſm beatum Hiero. ſpūs prophetie de hac virgine longe añ ⁊ partu eius pnunciauerunt. Sibylla tiburtina ſic ait de xpo. Naſcet in bethleē xpūs ⁊ annunciabit in nazareth regente thauro pacifico fundatore. O felix illa mater cuius vbera illū lactabūt. Sibylla erithrea multa de eius paſſiōe ⁊c. ¶ Refert beatꝰ Tho. ij. q. q in ſepulchro cuiuſdā gentilis q longe añ tpus incarnationis obierat ex terra

De ſibyllis que xpm̄ naſciturū ex maria pdixerit ⁊ paſſurū ⁊c.

effoſſa educto cadauere repta eſt ad caput eius lamina aurea hanc ſcripturā continens xps naſcetur de virgine maria ⁊ credo in eū. O ſol iterū me videbis conſtantini ⁊ hyrenē tpibus. qđ iō dictū eſt: q: tpibus illius conſtantini non magni: ſed alterius imperatoris. ⁊ hyrenē matris eius. qui poſt multos annos a conſtantino magno imperiū tenuerunt repertū eſt illud ſepulchrū. ¶ Pȝ ⁊ hoc per miraculū maximum qđ rome euenit. Nā (vt ait Innoc. iij. vir vtiq; maxime auctoritatis ⁊ ſanctitatis) cū romani toti orbi dñarent: ⁊ pax vbiq; regnaret fecerūt romani ipſi quoddā tēplū notabile vbi ſtatuā poſuerunt romi primi vrbis edificatoris quē in deū colebant. Uocarunt q; illud tēplū pacis. Sciſcitati quoq; ſunt per idolū appollinis quātū tēplū illud duratū eēt. Qui eis reſponſum dedit. ſ. diabolus per eū vſquequo virgo pareret ⁊ virgo permaneret. Et q: viſum eſt eis impoſſibile virginē parere (qđ verū eſt ſm cōem curſum nāe) ſcribi vel ſculpi fecerunt in valuis eius tēplū pacis eternū eſtimantes nūq̄ȝ euenire poſſe q pareret virgo. Sȝ nocte qua natus eſt xps: tēplū illud funditus corruit: q: .ſ. vgo peperit tunc filiū ſuū primogenitū. Cū. n. (vt refert Lucas in euangelio) exiſſet edictū a ceſare auguſto vt deſcriberet vniuerſus orbis: ſcȝ octauiano. Et vt diligentius fieret: ordinatum erat vt quilibet ſe deſcribere faceret in ſua ciuitate originali in ipſa ſui deſcriptiōe ſoluebat certā monetā pro cenſu: vt ſubditꝰ romano imperio. Itaq; btā maria cū eēt vicina partui: nec huic mādato aſtringeret: q: mr iā effecta regis oīum: tñ vt exēplū pberet oībꝰ obediētie ⁊ reuerētie maioribꝰ ⁊ pſidētibꝰ ēt ſecularibus ⁊ diſcholis: cū ille octauianꝰ infidelis eēt ſȝ illud Petri in cañ. Subditi eſtote dñis vrīs nō ſolū bonis ⁊ modeſtis: ſȝ ēt diſcholis. aſcēdit ipſa btā mr dei de nazareth q̄ erat in puincia galilee in bethleē q̄ erat in puincia iuda cū ioſeph ſpōſo ſuo ⁊ aſella p ſarcinulis ſuis. ⁊ aliquādo p ſpōſa ſua cū feſſa eēt poſſet ſibi ſedere: bouē forte vēdēdo p ſolutiōe cēſus romani. Sȝ ille mulieres bone q̄ erāt vicine habitatione virginis i nazareth vt pie meditat ⁊ notat dñs Jo. dñici in quodā ſermone. vidētes btām mariā grauidā: ⁊ȝ credentꝰ ex ioſeph ↄcepiſſe: expectabant cū magno deſiderio pñtes eē in partu eiꝰ. Erat. n. tāta pulchritudo eiꝰ ⁊ honeſtas ⁊ ſanctitas: affabilitas ⁊ ſapīa q videbat quaſi vna fruitio ↄuerſari cū ea pp qđ vicine eius valde affectabāt eē cū ea ⁊ loqui ſecū: ſed ipſa ſe totā deo reſeruās amabat ſolitudinē. Rariſſime ad oſtiū domus ſe reperiebat minus ad feneſtras aſpiciebat: ſed in tēplo ⁊ domo ↄuerſatio eius cū hoībus quaſi nunq̄ȝ loquēs niſi ex ardua ne

ceſſitate cū angelis aūt ꝛ deo frequētiſſime in orōne ꝛ ꝯtēplatiōe ꝯſabulabat. Poterāt ergo ille vicine dicere inter ſe. Veniet ꝓ certo: veniet dies partus eius. tūc indigebit nr̄o adiutorio: vocare nos faciet ad adiuuandū. Intrabimus domū eius ꝛ habebimus copiā ꝯuerſandi cū ea. O q̄z erit gratioſus fructus tā ſancte: tā pulchre tā honeſte iuuencule. Ita humilis eſt ꝛ amoroſa: ita pura q̄ dare ad lactādū filiū ſuū alteri nō patiet. Ipſa ex ſuis vberib⁹ lactabit: ipſa pānis inuoluet ipſa in vlnis ſuis tenebit. Sz cū tenebit eū in gremio vel brachijs ſuis: nos aliqñ pie ꝛ reuerenter auferem⁹ de manibus ſuis ꝛ ducem⁹ in domos noſtras vt non reddamus: ꝛ ſic coget intrare domos noſtras vt reddamus ei paruulū ſuū q̄d nō faciemus niſi aliquātulū ſmoret nobiſcū ꝛ alloquat: ꝛ ita nō erit aliena ꝛ ſepata a nobis. Neſciebant iſte diuinū myſteriū q̄ dei mr̄ ēēt nō hoīs puri et ꝯcepit ex ioſeph. Inſtāte ergo tpe partus recedentes de nazareth ꝑgunt bethleē. Applicātes aūt illuc tarde vt pie ꝑſequit btūs Vincentius in quodā ſermone natiuitatis: vadit ad aliqd̄ hoſpitiū vt ibi recipiat. Sz hoſpes cernēs illū vilibus indutū: ꝛ pauperē arbitratus dicit ei. Nō poſſum bone ſenex vos hoſpitari: q: pluꝛes nobiles expecto iſto ſero. pergit ad aliud hoſpitiū vt recipiat. Interrogat ille. dñe quot equitaturas ꝛ famulos habetis? Reſpōdit nullas ſed aſellū ꝛ bouē ꝛ vxorē meā. At ille. Iſtud nō ē ꝓ nobis. ſed ꝓ hñtib⁹ multā pecuniā ad expendendū. hoſpitale eſt ꝓ paupib⁹ illuc queratis. Vadit ad aliud hoſpitiū. dicit illi patronus. O ſtulte miſer qūo erubuiſti ducere iſtā vxorē tā delicatā iuuenculā? vade alio: q: hic non poteris manere. Et ſic paupculus ioſeph neſciebat quo iret: ꝛ precipue dolebat de beata virgine quā ſciebat matrē dñi ab hoībus cunctis venerandā ꝛ nouerat eē tenerā virginis verecūdiā. Sz ꝯfortabat eū beata virgo dicēs. ¶ Nō eſt abbreuiata manus dñi. Eamus ad aliquem locū remotū a tumultu hoīum vt poſſim⁹ quietiꝰ deo vacare: ꝛ ipſe cui eſt cura de oībus ꝓuidebit nobis. Querētes ḡ inuenerūt quoddā diuerſoriū. i. quoddā locū ad quē refugiebāt homines tēꝑe inſultus tpe pluuiaꝝ quādā grottā vel tuguriū. ibiq̄ ꝯtulerūt ſe ad pernoctandū ꝛ circa mediā noctē ibidē peperit filiū ſuum gaudiū mr̄is hn̄s cū virginitatis honore. nec primā ſimilem viſa eſt nec hēre ſequētē. Et quod dr̄ in lib. de infantia ſaluatoris ꝛ de obſtetricibus beate marie. ſ. q̄d ibi fuerunt zebel ꝛ ſalome ſeruientes ipſi. apocriphū eſt. vt p̄z diſt. xv. ſancta romana. Immo hierony. cōtrarium expreſſe dicit. ſ. q̄ nulla obſtetrix ibi nulla muliꝛ ex ſeruiens: ſed ipſa que parturiuit ſuum filiū de terra leuauit. Ipſa prima que votum virginitatis emiſit cum ſponſo ſuo: ꝛ perfectiſſime impleuit primiceria facta v̄ginum omnium.

¶ Quātum ad ter- .§.iij.

tiū ſcz de vtilitate huiꝰ partus v̄ginei. Hoc notatur cū dr̄ primogenitū. Eo aūt mō dr̄ primogenitus mr̄is virginis quo in diuinis primogenitus p̄ris. Ego ait ſapiā que dei p̄ris filius eſt ex ore altiſſimi ꝓdiui ex ore cordis ſeu mentis p̄ris vt v̄bum bonū: primogenita ante omnem creaturā. Nō q̄ ſcd̄o genuerit aliā ſapiāz vel creaturā de ſubſtātia ſua vt filiū: ſed q: nullam ante vel poſtea ſed vnigenitā. Iuxta illud Jo. j. Vidimus gloriā eius: gloriā quaſi vnigeniti p̄re. ꝛ ly. quaſi nō eſt nota ſimilitudinis: ſz expreſſio veritatis. ꝛ ſic primogenitus virginis mr̄is xp̄s. Sz q: nullus añ nec poſtea. vn̄ ꝛ vnigenitus mr̄is. Nā qui primo naſcit ex mr̄e primogenitus dr̄ ēt ſi nullū aliū poſtea generet ꝛ vnigenitus. hinc ſumpſit occaſionē ſui erroris Heluidius ꝑfidus hereticus ꝛ temerarius blaſphemator virginis aſſerēs virginem poſt xp̄m habuiſſe alios filios ex ioſeph vel alio viro. quoꝝ primus fuit xp̄s. ꝛ idō dr̄ primogenitꝰ. Probat hoc ēt ex eo q̄ in euāgelio narrantur aliqui fratres xp̄i. vt dr̄ Jo. vij. Neq̄ .n. fratres eius credebant in eū. ꝛ illud Mat. xij. dixit ei quidā predicātī. Ecce mr̄ tua ꝛ fratres tui ſtant foras querētes loqui tecū dicēs hos fuiſſe germanos xp̄i ꝛ filios virginis. Sed .b. hierony. ſcripſit vnū libꝝ ꝯtra eum reprobans hmōi errorem ꝛ falſitatem. nā vt iā dictū eſt. primogenitus dicitur non ſolum q: alij poſt geniti ſecūdus tertius ꝛ hmōi. Sed ēt q: nemo ante illū genitus eſſet ſi nullus poſtea ab illo patre vel matre generet. ꝛ talis magis proprie ꝛ ſtricte dicitur vnigenitus. Unde cum dicitur in ꝓ. Qui percuſſit primogenita egypti itelligitur etiam de illis qui erant vnici parentibus ſuis Et ſic dominus in veteri lege ait. In die qua occidit omne primogenitum egypti ſanctificaui mihi omne primogenitum iſrael ad ſignificādum moraliter. q̄ quando mortificantur principia vitiorum: firmantur radices virtutum. Quod dicit de fratribus domini facile oſtenditur error eius. Naz in ſcripturis dicitur frater multipliciter. ꝛ non ſolū germanus vel ex vna et eadem matre genitus. Sed ꝛ conſobrini dicuntur fratres ſm̄ vulgare vſitatum. ꝛ ſic chriſtus habuit fratres ſcilicet Jacobum maiorē ꝛ Joannem natos ex maria ſalome ſorore virginis marie ex eadem ſcilicet matre Anna nate. ꝛ ſimiliter Simonem ꝛ Thadeum ꝛ Jacobum minorem ex alia ſorore virginis natos ſcilicet maria iacobi. Aliquando etiam fratres

Primogenitꝰ quō intelligit

dicantur aliter cõſanguinei. ſicut Abraã dixit Loth nepotẽ ſuũ fratrẽ. Ne queſo ſit iurgium inter me ⁊ te. fratres enim ſumus Gen. xiij. Et Saram neptez vocauit ſororẽ. Chriſtus etiam diſcipulos ſuos fratres appellauit. qñ reſuſci-tat⁹ dixit magdalene. Uade ad fres meos ⁊c. Jo. xx. c. Quinimo reſpectu vnius patris celeſtis oib⁹ cõis ipſe ait. Omnes vos fratres eſtis Mat. xxiij. Nullũ igitur aliũ filiũ beata maria habuit niſi dñm ieſum que virgo ſemper manſit ante partũ in partu: ⁊ poſt partũ. ℂ Dicitur etiã chriſtus primogenit⁹ nõ ſolũ naturali natiuitate: ſed et ſpirituali qua ex deo nati ſunt p gr̃am dei electi. Omne qḋ natũ eſt ex deo ſcili-cet per gr̃am adeſſe ſpũale perueniens vincit mundũ. i. vitia mundi. Unde in Apoc. de chriſto dr̃. q eſt primogenitus mortuoꝝ ⁊ pnceps regũ terre. i. primus reſurgens ad vitã imortalem ex mortalibus. ⁊ princeps. i. primus ⁊ precipuus ſctõꝝ qui ſe virtuoſe regunt. ⁊ ẽt dñius dñs ſuper omnes dños ⁊ reges. de quo ẽt dicit apl̃s ad Ro. viij. Quos preſciuit hos ⁊ prede-ſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui vt ſit ipſe ſcilicet xp̃s primogenitus in multis fratri-bus. Ipſe. n. ẽ caput eccleſie ex quo influit omnis vita ſenſus ⁊ motus ſpũalis in mẽbra eius ideſt fideliũ. de plenitudine. n. eius nos oẽs accepimus. Uñ ad oſtẽdẽdã huius primogeniti excellentiã ⁊ primogeniture dixit in figuram ille antiquus dieꝝ Iſaac Gen. xxvij. qui caligatis oculis videre nõ poterat cũ iacob vt primogenitũ benedixit. de quo chriſtus deſcẽdit ⁊c. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni omni ſcilicet odoramẽto virtutũ. Det tibi deus. ſ. pr̃ de rore celi. i. diuinitatẽ cui vniaſ. vel quoad humanitatẽ rorẽ gr̃e in abũdãtia: vt ex te omnibus alijs pfluat: ⁊ de pinguedine terre abũdantiã. Pinguedo terre. i. humane nature eſt inocẽtia ⁊ iuſtitia originalis in qua primo fuit hõ poſitus. que poſtea amiſſa in ſolo xp̃o fuit: abũdãtiã quoq; ei dedit frumẽti doctrine ⁊ ſapientie vini feruoris ⁊ beniuolẽtie: olei pietatis ⁊ clemẽtie. Seruiãt tibi ppłi. ſ. gẽtiũ. qḋ impletũ cernimus. q: gẽtiliũ pplos cõuerſos ad fidẽ videmus xp̃o ſeruire. Et adorẽt te tribus. ſ. iudeoꝝ quoad illos q crediderũt in xp̃m. Eſto dñs fratꝝ tuoꝝ. i. oĩum hoĩum: quoꝝ per aſſumptionẽ nr̃e humanitatis factus eſt frater. Caro enim noſtra ⁊ frater noſter eſt dr̃ in figura Gen. Et filij matris tue. ſ. ſynagoge de qua natus eſt. i. iudei incuruent ante te. qḋ erit ĩ fine mũdi qñ cõuertenſ ad veſperã ⁊ famẽ verbi dei patienſ vt canes: ⁊ circuibũt ciuitatem eccleſie querẽtes in eã introduci per fidẽ ⁊ ſacrã. Qui benedixerit tibi benedictionibus repleaſ. ⁊ q maledixerit tibi maledictionib⁹ repleaſ. Bene dicit xp̃o qui corde credit in xp̃m vt debet. iſte dicit bene de xp̃o. Benedicit ore qui verbis fatetur veritatẽ fidei qui deũ laudat ⁊ orat: qui cõfiteſ peccata ſua ſperans a xp̃o indulgentiã. Benedicit opere qui imitaſ eũ in operibus ſuis. vt. n. dicit. b. Aug. in ſer. Hõ ſequendus nõ erat qui videri poterat: de⁹ ſequẽdus erat qui videri nõ poterat. Ut ergo homini exhiberetur qui ab hoĩe videreſ quẽ homo imitareſ: deus factus eſt homo ⁊ primogenitus marie. Nã poſt eũ naturalẽ oẽs ſpũaliter ſumus filij beate marie. ita vt quẽ peperit filiũ ſuũ primogenitũ oẽs ſequamur poſt eũ opera eius. Pauperrimus natus eſt. vt tu paupertatẽ diligas ſaltẽ affectu: ⁊ patienter feras effectu. In auſteritate natus eſt in medio hyemis: in medio noctis: inuolutus modicis pãnis. i. preſepio: in medio aſini ⁊ bouis: cũ magna humilitate natus eſt deus immenſus factus paruulus eternus temporalis: paruoq; lacte paſtus eſt. per quem nec ales eſurit: nõ in regali ciuitate ſed paruula bethleẽ in diuerſorio nõ in domo natus: ⁊ ſolum vilibus paſtoribus manifeſtatus. Omnia iſta clamant humilitatẽ: mundi cõtẽptũ: corporis auſteritatẽ. Qui ergo benedicit iſtũ primogenitũ ſic imitando iſte benedictionib⁹ dulcedinis preueniſ gr̃e ⁊ oĩum virtutum ⁊ glorie demum. Ecce vtilitas hui⁹ ſacratiſſimi partus virginis. Econtra maledicit qui male ſentit de chriſto. vt iudeus paganus. ⁊ hereticus. Maledicit qui blaſphemat chriſtum ⁊ matrẽ eius. vel impatiens murmurat in aduerſitatibus: vel eſtimat ſibi veniã daturũ permanentẽ in peccatis in hoc dicens eum iniuſtum. Maledicit qui verbis confitetur ſe noſſe deũ: factis aũt negat diuitias per fas ⁊ nefas congregando inordinate retinendo ⁊ amando. Maledicit qui ſuper alios ſuperbe ſe erigit. ambit honores. dignitates querit. gloriam de ſuis operibus ab hoĩbus expetit. Maledicit qui pompatice incedit. Splendide ⁊ crapuloſe viuit: luxurijs inſiſtit: fruitur mundo. Sed his maledictionibus impletur peccatorum angustiarum tribulationum ⁊ demum infernorum.

ℂ In epiphania dñi in qua inuenta ẽ virgo mater cum filio a magis. Capĩm. xxiij.

Videntes ſtellã gauiſi ſũt gaudio magno valde mat. ij. Quid fuerit iſta ſtella: ⁊ quis viderit. b. Aug. in ſer. de ephia dicens. Uidit magus obſtupuit aſtrologus. Erubeſcat hic ſtultitia mathematicorum: qui dicit chriſtum ſub conſtellatione ſeu facto eſſe natũ neq; de alio quo qui naſcitur qui ſi credit recte creditur. Iſta enim ſtella non fecit chriſtuz mi-

Xp̃o primogenitus dr̃ quare.

Thema ephie dñi.

rabiliter viuere ſed chriſtus eā fecit mirabiliter apparere. Quid fuit hec ſtella que nunquā prius apparuit: nec poſtea viſa eſt: niſi quedā lingua celi que enarraret gloriam dei. hec be. Aug. Primo ergo dicit magi fuerunt qui eā viderunt .i. magni aſtrologi. Et quia aſſueti erāt aſpicere ad curſum ſtellarum. ideo videntes nouam ſtellam inuſitatam obſtupuerunt. Secundo dānat errorē mathematicorum aſſerentiū xp̄m natum ſub conſtellatione illius ſtelle. et ſimiliter quēlibet hoīem naſci ſub fato ſeu cōſtellatione aliqua: ex qua neceſſitatur ad agendum que facit. qđ falſum eſt et hereticū. Equidē ars ſeu ſciētia aſtrologie licz in ſua ſciētia veritatē ſicut alie ſciētie. Et licz ſit multū ſpeculatiua et delectabilis: ē tn̄ multū fallax quād iudicia qui dantur ex ea: et multū tp̄is exponit in ea. Ita vt b. Aug. dicat. xxxvj. q. ij. ſ. hinc etiā quod nihil valent ad ſalutē aſtrologia et hmōi. ſed in errorem mittunt. et qui his ſtudent curā anime nō habent. ¶ Fallax aūt eſt tripliciter. Primo quidem: quia cū per multa media et numerum punctorum oporteat tranſire ad eliciendā aliquā concluſionem de effectibus corporum celeſtium: ſi in vno puncto deficit totū ſubruit qđ iudicatū eſt. ¶ Scđo quia cū cauſe prime que deus ē ſubſint oēs cauſe ſecūdarie inter quas ſunt ſtelle ſeu corpora celeſtia: et plus poſſit influere cauſa prima in effectus cauſe ſcđe quam ipſa eā ſecunda. vt dicit in lib. de cauſis. contingere pōt quod etſi ſm cauſas naturales ſecundarias ſit ſequendus aliquis effectus puta infectio aeris: inundatio aquarum. ſiccitas terre. et hmōi ſuſpendere pōt ipſa cā prima deus. talē influxū ad illū effectū pducēdū. qđ et aliqñ facit. et tūc talia non ſequunt. Et ecōuerſo deus talia inducit ob pctā hoīum que tn̄ nō erāt in cauſis ſecūdarijs et cōſtellationibus. vt pz de diluuio qđ deus imiſit pter cauſas naturales tp̄e Noe. et de peſte inficiente aerē et plurimos occidēte tp̄e dauid que ex toto ceſſauit poſt triduū. et de īfirmitate Ezechie regis Juda. qui ſm cauſas ſecūdarias debebat mori: ſiue naturales: ſiue demerita ſua. et tn̄ prima effectū illū euenire nō pmiſit. Et iō iudiciū aſtrologorum etſi in ſe nō deficeret tamē deo operante cōtrariū fallere pōt. ¶ Tertio quia ſi in naturalibus nō deficeret vel falleret iudicium corum. tn̄ in his qui pendent ex arbitrio et volūtate hoīum frequēter fallit. Et rō eſt: quia etſi corpa celeſtia ſtellarum influāt in corpa inferiora vñ et in ſenſitiuā partē q affixa eſt organis corporeis. et ppter hoc ēt inclināt ad mala: tn̄ voluntas libera remanet ad reſiſtendum talibus inclinationibus malis. Vñ Ptolomeus maximus aſtrologus ait. Vir ſapiens dominabitur aſtris. et b. Aug. in. v. de ciui. dei ait. Non vſqz quaqz abſurde dici pōt ad quaſdā differētias corporum afflatus quoſdam valere ſyderees. non autem animi voluntates ſyderum poſitionibus ſubdi. Demum dicit idem Augu. in auctoritate ſupradicta quod hec ſtella que nouiter fuit a chriſto creata: et poſtea officium ſuū in materiam preiacentem reſoluta fuit tamquam quedā lingua que narraret gloriam dei nati in mentibus magorum. vnde eam videntes quam ad tempus amiſerant gauiſi ſunt gaudio magno valde. ¶ Ubi notandum quod triplicem ſtellam iſti viderunt: ſcilicet cum inuenerunt puerum cū maria mr̄e eius. et pcidētes adorauerūt.

De ſcīa aſtrologie quod ē fallax triplicit

De triplici ſtella quam magi viderunt

¶ Prima eſt ſtella diurnalis ad quam gauiſi ſunt: quia inuenerunt puerum.

¶ Secunda eſt virginalis: ad quā gauiſi ſunt gaudio magno: ibi. cum maria matre eius.

¶ Tertia eſt ſtella fidei ſalutaris: ad quam gauiſi ſunt gaudio magno valde. vnde procidentes adorauerunt eum.

¶ Prima igit ſtel- .§.i.

¶ Primũ igit̃ opus ſignificat ꝯceptionẽʒ xp̃i factã in vtero virginali. Qd̃ ergo dicit̃ in euangelio. q: intrauit ieſus in quoddam caſtellũ. ſignificat ingreſſuʒ filij dei in hunc mũdũ. Dicit̃ autem mũdus caſtellũ q: hʒ ꝯditionẽ caſtelli rebellis. Primo q: fundamentũ eius poſitũ iſtar caſtri in alto monte ſuꝑbie & põpe. Et ab ipſa ſuperbia dr̃ Tobie. iiij. ſumpſit initiũ oĩs ꝑditio. Scd̃o eſt munitũ lapidibus duris qui frãgĩ nõ poſſunt. Auaritie: vſure: fraudulẽtie: ſymonie: q: ita duri ſunt tales defectus. vt frangi nõ pñt per malleũ verbi dei. Quis eſt enĩ que velit reſtituere vſuras: rapinas: & beneficia ſymoniaca relinquere. q.d. nullus. Tertio q: hʒ foſſatũ plenum aquis imundis & fetidis luxurie: cũ ranis clamantibus & perſuadentib⁹ in eis permanere. Quarto q: eſt clauſum nõ recipiens dilectionem ꝓximi per inuidiã. Quinto q: hʒ ꝓuiſionem diuerſaꝝ eſcaꝝ per gulã. Sexto q: habet arma diuerſoꝝ generꝝ per iram. vt blaſphemiam: ꝯtumeliã: maledictionẽ. Septimo eſt quietus & ſecurus per accidiam. Et q: iſtud caſtrum mundi erat inobediẽs & rebellis deo patri. Iõ ipſe miſit filiũ ſuũ ad ipſum ſubiugandũ. q.d. deus pater. Mi fili ite in caſtellũ quod contra vos eſt. Hoc aũt caſtrum intrauit mũdi in die incarnationis. Et mulier quedã Martha noĩe excepit eam in domũ ſuam. Martha autem interpretatur dña ſeu ꝓuocans. Hec eſt enim be. maria que per ſuam maximã humilitatẽ ꝓuocauit dei filiũ venire in domũ vteri virginalis Et ipſa domina aptiſſime dicit̃. que ſuper oẽs alias dominata eſt ſue ſenſualitati & corpi. Nec aliqua creatura alia digna fuit recipere deum in vteri ſui domum. niſi bea. Maria. Unde canit eccleſia. Domus pudici pectoris: templum repente fit dei. intacta neſciens viꝝ: verbo concepit filiũ. Nunꝙ̃ fuit factũ tam excellens op⁹ actiue ſicut fecit virgo in ipſa cõceptiõe filij ſui de corpore ſuo. ¶ Scd̃m opus actiue qd̃ euangelium notat de Martha eſt. q: Martha ſatagebat circa frequens miniſterium. Hoc opus fecit beata maria in chriſti cõuerſatione. & primo in eius natiuitate. Non credatis q ſibi fuerint obſtetrices. Dicit enim beatus Hiero. nulla ibi obſtetrix. nulli⁹ muliercule ſedulitas in/

tercessit:ipſa bea. virgo de terra eum leuauit:
ipſa nuduz natum pannis inuoluit. ipſa fame/
ſcentem lacte cibauit ꝛ potauit:ꝛ ipſa veſtiebat
ꝛ denudabat:ꝛ infirmū etate brachijs ſuis por
tabat. O ꝙ̃ frequenter vt filiū ſuū oſculabatur
vt deum amplexando venerabaꝰ. Ipſa eniz fe/
cit tunicam incōſutilem. ipſa vſqꝫ ad paſſionez
ſequebatur eū cum alijs miniſtrās ei vt pia mr̄.
Ecce qui mō Martha. i. dn̄a mundi Maria ſa
tagebat circa frequens miniſteriū. Unde in ho
dierna epiſtola habeꝰ Eccī. xxiiij. In habitatio
ne ſancta coraz ipſo miniſtraui. Clerici ſeu reli/
gioſi qui ſeruant cerimonias ꝛ ordinationes
ſue religionis ꝛ eccleſiaꝝ ꝛ bene officiū dicunt
in eccleſia in bona nota. ꝛ bene predicant ſi hoc
faciant vt honorificentur ab hoībus non mini
ſtrant corā deo q: non placent deo hoc faciunt:
ſed corā mundo. Laici qui faciunt ieiunia ꝛ ele
moſynas vel etiā capellas: eccleſias ꝛ hoſpita//
lia vt laudenꝰ ab hoībus nō miniſtrāt corā deo
ſed corā hoībus: ꝛ ideo receperūt mercedem
ſuam de operibus vite actiue ſue. ¶ Tertium
opus qđ dicitꝰ de martha eſt. q: Martha mar//
tha ſollicita es. ait dn̄s ꝛ turbaris erga plurima
hoc fecit bea. virgo domina noſtra in paſſione
filij: tunc enim turbata eſt ſcđm ſenſitiuā: ꝛ ſol/
licita eſt circa plurima. Nam cum Ioānes euā
geliſta venit ad nunciandū ei ꝙ filius erat ca//
ptus: non remanſit pene in ea ſpūs pre dolore.
Et ad ſe reuerſa ſollicitabat q̄modo poſſet eum
videre ante mortē. Cunqꝫ pergēs de bethania
in hieruſalem mane obuiauit filio qui duceba
tur ad pylatum: cernens faciem ſputis illitam
alapis tumefactā: ligatis poſt tergum manibꝰ
more latronis duci. vix valens formare ſermo/
nem lachrymis plena dicebat. Heu fili ego ex//
pectabam vos iſto mane ad prandium. ſed vi/
deo ꝙ oportet nos ſimul prandere in mēſa do/
loris. Quando vero ductus eſt ad Caluarie lo/
cum baiulans ſibi crucē dicebat: vt pie imagi//
nari poteſt: etſi in euangelio ſcriptum non ſit.
Heu me fili. An te ſic fecit amor humani gene/
ris ebrium: vt nec crucē putes obprobriū amo
ris gratia. vtinā daretur mihi iſta crux ad por
tandum ſicut te portaui in vtero meo. Quādo
autē in cruce clamauit: ſitio: multū ſollicitabaꝰ
vt poſſet ei vel aquā ad bibenduz tradere. Bis
autem dicit Martha martha. quia affligebaꝰ
in vtroqꝫ. ſcꝫ corpore ꝛ mente ſcđm ſenſitiuam.
Turbabatur dolore erga plurima: q: videbat
apoſtolos fidē perdidiſſe de xp̄i diuinitate. Si
cut turbareꝰ quilibet perfectus chriſtianus cū
videret oēs xp̄ianos fidem relinquere. Turba/
batur de iudeis de quoꝝ progenie erat ꝙ filiū
ſuum crucifigerent vnde reprobarenꝰ. Turba/
batur de latrone malo ꝛ iudeis qui xp̄m blaſ//
phemabant. Turbata eſt in apertiōe lateris cuꝫ
exiuit ſanguis ꝛ aqua. Unde dicere poterat il/
lud ps. Turbata ſunt omnia oſſa mea. i. apoſto
li qui dicuntur oſſa. quia ſuſtentabant corpus
eccleſie ſuaqꝫ oſſa erant. q: in ipſa erat tūc eccle
ſia. Et aīa mea turbata eſt valde. Sic ꝛ rectores
ꝛ dn̄i ciuitatū quando vident ꝙ populi non re
cte incedunt in his que ſunt fidei. vt quando re
currunt ad diuinos. quādo peiorant quotidie:
non celebrant feſta ꝛc. corrigere debent omnia
peccata notoria ꝛ non faciunt: dicere poteſt ec/
cleſia ꝛ timentes deuz. Turbata ſunt omnia oſ
ſa mea ex dolore ꝛ cōpaſſione. Sic igitur in vi/
ta actiua beata Maria elegit ſibi optimā par//
tem inter gradus operum eius.

¶ Quantū ad ope/ .§. ij.

ra vite ꝯtemplatiue tria etiā notantur. ¶ Et pri
mum eſt quod dicitur Maria autem ſedens ſe
cus pedes dn̄i audiebat verbuz illius. Hoc opꝰ
vite ꝯtemplatiue tenetis modo vos attente au/
diendo ſermonē meum ꝛ deuote meditando.
Hoc opus fecit beata virgo pluſꝙ oīs creatu//
ra. Nam magdalena audiebat verbuz domini
in paucis ſermonibus reſpectiue. Sed bea. ma
ria non ſolum in publico quando cepit predi/
care. ſed etiam in priuato quando puer erat au
diebat ab eo ſecreta alterius vite ad ſui conſo/
lationem. Sciens enim bea. mater ꝙ tantā ſciē
tiam tunc puer habebat quantam nunc habet i
celis. veriſimile eſt ꝙ interrogabat eum aliquā
do de ſecretis celeſtibꝰ. Unū ꝛ pie imaginari po
teſt ꝙ ponebat beata mater dulciſſimū filiū ſu/
um ad ſedendum: ꝛ ipſa ſe ponebat ad pedes
eius dicēs. O dilecte fili mi rogo vos dicite mi
hi ordinationem angelorum. quomō ſtant i ce
lis: qm̄ Moyſes ꝛ alij prophete de his nihil di
cunt. ꝛ de ſanctis animabus vbi collocabūtur.
Et quis bonus filius qui interrogatus a matre
de re bona non reſponderet ei ad conſolendaꝫ
eam. Reſpondens ergo filius ad interrogata
aiebat ſe cuz patre ꝛ ſpiritu ſancto ab initio mū
di creaſſe celum empyreū ꝛ ipm repletū ange
lis: quos diſtinxerat in nouē ordinibus ſcꝫ an/
gelis: archangelis: principatibus: poteſtatibus
virtutibus: dominatiōibus: thronis: cherubin
ꝛ ſeraphin: ꝛ in iſtis ordinibus angeloꝝ collo
cabuntur aīe beate ſimul cū angelis ſanctis. Et
in p̄mo ordine erunt qui penitentiā faciūt. Un
de quando xp̄s cepit predicare primū thema fu
it. Penitentiā agite: appropinquabit enim re//
gnum celoꝝ. ꝛ vt cuꝫ angelis ſitis. Sicut ordo
mater mea eſt multo pulchrior ꝛ preſtantior ſcilꝫ
cet archangeloꝝ. de quo ordine fuit ille gabri/
el qui vobis annūciauit ꝯceptionē meā. Et be.
virgo. O fili mi quis ſtabit in tam pulchro or

dine? Pulcherrimus eniz fuit ille qui mihi cõ
ceptum tuũ nũciauit. Et xp̄s ait ad eaz. Illi ibi
collocabunt qui vltra penitentiã actualẽ deuo/
tionẽ habebunt: que plus eſt q̄ penitẽtia. Terti
us ordo ſcz principatuũ adhuc maior ⁊ pfecti/
or eſt. de quoꝝ numero eſt ille Michael ductor
populi iſrael per deſertũ: qui ⁊ ꝯſurget ⁊ ſtabit
pro populo xp̄ianoꝝ in fine mũdi ad iuuandũ
eccleſiã. Ad quẽ ordinẽ aſcendẽt miſericordes
in operibus corporalibus ⁊ ſpũalibus. Et vgo
bea. Beati ergo vere miſericordes. In quarto
ordine ſcz poteſtatũ erũt patientes: qui multa
aduerſa equanimiter tolerauerũt pro xp̄o etiaz
ad mortẽ vſq3 certando pro iuſtitia. In quinto
ordine ſcz virtutũ erũt pacifici qui cũ oĩbus q̄n
tum in eis fuit pacẽ habentes: ⁊ nulli maluz p
malo reddẽtes: q̄ſierũt etiã inter alios pacẽ po
nere. In ſexto ſcz dñationũ erunt prelati ⁊ dñi
gubernatores eccleſie ⁊ ſeculi qui per portã in
trauerunt ad dignitatẽ nõ per ſimoniã vel am/
bitionem. ⁊ bene gubernauerũt ſubditos ſuos
cum rigore iuſtitie puniendo malos ⁊ dulcore
miſericordie adiuuãdo oppreſſos: ⁊ eq̄tate ex/
altando bonos. nõ expoliando ſubditos: ſ3 mi
ſeros elemoſynis ſubleuando. Ad ſeptimũ or/
dinem thronorum aſcẽdunt qui ſeculum deſe/
rentes perfecte paupertatẽ amplectentes volũ
tariam cum xp̄o mundũ iudicabũt: vt throni in
eis requieſcendo. In octauo erũt ſapiẽtes vera
ſapiẽtia. qui illuminati fide ⁊ doctrina catholi
ca alios docuerũt ea que ſunt fidei. ⁊ illa quib9
poſſent homines regnũ celoꝝ ingredi. Cherubin
enim iſti qui interpretant plenitudo ſciẽtie: cũ
ſcientia habentes pfecta operuz exẽpla. In vlti
mo ordine ſcz ſeraphin qui incẽdentes interp̄/
tant erunt pfecti in ardẽti charitate ſup oẽs ali
os. ſicut apl̄i ⁊ alij ſimiles. Et virgo mat ad eũ
O fili dilectiſſime: ego in quo ordine hoꝝ ero?
Et filius ad eã. O mater mea. Uos non eritis i
aliquo horum ordinũ: ſed ſup oẽs ordines eri
tis collocata. Due enim cathedre ſunt nobis p̄
parate in celis. vna mihi altera vobis ſup oẽs
choros angeloꝝ ſedet rex: ⁊ tu mater mea i alia
Iuxta illud q̄d figurate habet de Salomone et
matre eius cũ acceſſit ad eũ: q: aſſurrexit ei fili/
us honorabiliter: ⁊ fecit preparari ſibi ſedem iux
ta ſedez eius. iij. Reg. ij. Unde cantat hodie ec
cleſia. Exaltata es ſctã dei genitrix ſup choros
angeloꝝ. Altera die interrogabat mater filium
de locis ⁊ penis infernoꝝ ⁊ xp̄s edocebat. ⁊ ad
que loca varia eius pergunt diuerſi propter va
ria genera peccatorum: ⁊ ſic de alijs. Quando
autem xp̄s cepit publice predicare ſequebatur
eum ſedẽs ſecus pedes dñi ad audiendum. Et
ideo Beda ſuper illo verbo Beati qui audiũt
verbum dei ⁊c. dicit beatã eſſe matrẽ: ſaluator

dixit. qui verbum audiuit: ⁊ plus q̄ oẽs morta
les cuſtodiuit. ¶ Secundum opus vite ꝯtem
platiue oſtendit euangelium in eo quod Mar
tha dixit. Soror mea reliquit me ſolam mini/
ſtrare. Hoc opus fecit Maria p̄cipue poſt xp̄i
aſcenſionem. Licet enim gauiſa fuiſſet de ho/
nore filij cum aſcendit in celum: quia aſcende/
rat regnare ⁊ aduocare pro peccatoribus apud
patrem ⁊ aperire portas paradiſi: tamẽ de ſua
abſentia triſtabatur. Licet eniz ſpiritualis ſum
me eſſet ⁊ perfectiſſima: in corpore tamen ex/
tenſo mouebatur motib9 ſenſitiue naturalib9
(vt dicit Hierony.) ad affectum ſcilicet preſen/
tie filij: ⁊ ad triſtitiam de abſentia filij. Summe
enim diligebat filium ⁊ merito: quia ſanctiſſi/
mum hominem ⁊ deum glorioſum: qui in cõ/
ceptu eius non abſtulit decorem virginitatis:
nec in partu attulerat dolorem quaſi mortis: q
accidit alijs mulieribus. Uidens ergo ſe p̄ua
tam p̄ſentia filij: frequenter orabat. O fili q̄n
do egrediens de hac valle lachrymarum ero te
cum ⁊ videbo faciem tuaz. Sitiuit anima mea
ad deum viuum quando veniam ⁊ apparebo
ante faciem dñi. Uoluit tamẽ filius vt poſt aſcẽ
ſionem remaneret ad tẽpus in mundo doctrix
⁊ illuminatrix apl̄oruz. vnde quandoq3 ipſa de/ Xp̄s vo
terminabat queſtiones de factis dei ⁊ moruz ſi luit ma
qua oriebantur in eccleſia primitiua. Et propte trẽ ſuaz
rea dicitur Luc. ij. q̄ Maria conſeruabat om/ p9 aſcẽ/
nia verba hec que ſcz dicebantur ⁊ fiebant cir/ ſionem
ca paruulum ieſum: conferens in corde ſuo cũ ad tẽp9
his ſcz que ſciebat prenunciata de eo a prophe remane
tis meditando ꝯtemplando: myſteria ſcriptu/ re ideo.
rarum ⁊ menti cõmendando: vt poſtea tẽpore
ſuo: vt dicit Beda. poſſet apl̄os inſtruere ⁊ euã/
geliſtas de his ad que p̄ntes nõ fuerũt circa na
tiuitatem xp̄i ⁊ alia que ipſi ſcripſerũt. p̄cipue
Lucas qui magis particulariter de natiuitate
annunciatiõe ⁊ alijs ſcripſit. Unde ⁊ a q̄buſdã
notarius virginis dr̄ ⁊ de ea cantatur. Gaude
maria virgo cũctas hereſes ſola interemiſti in
vniuerſo mundo. dum ſcz apl̄os docuit q̄ ſua
doctrina errores confutarunt. Sicut autẽ ma/
ter cum habet filium mortuũ vel abſentem: cũ q̄d ma/
fletibus ſepe reſpicit veſtes filij. Sic bea. Ma/ ria ege
ria vt notat be. Hiero. in ſermone de aſſumpti/ rit poſt
one: viſitabat loca in quibus filius fecerat ali/ aſcẽſio/
quod opus mirabile contemplando illa ſacra nez filij
myſteria. Aliquando in nazareth ibat ad locuz
vbi fuit annunciata ⁊ conceperat filiuz dei ibi
contemplando dei immenſam charitatem. Ali
quando in bethleem meditando dei humilita
tem q̄ humiliter ibi natus eſt. Aliquando ad
templum in hieruſalem vbi fuerat preſentatus
xl. die ⁊ vbi poſtea p̄dicauerat rememorãdo
doctrinam eius ſuauiſſimaz ⁊ mirabilẽ ſpecu/

lando ſapientiam ſuam. Aliqñ fluuiũ iordanis
in quo baptizatꝰ aq̃s oẽs ſanctificauerat ad mũ
danduʒ peccata baptiſma recipientiũ. ibiq̃ʒ au/
dita eſt a iohãne vox paterna. Hic eſt filius me/
us dilectus ⁊ ſpũſſanctus in ſpecie columbe vi
Nota. ſus eſt. Cõſideranſq̃ʒ tantaʒ largitatem dñi: in
exceſſu mentis rapiebaꝛ vt credi poteſt. Ad mõ
tem caluarie tranſiens vbi filius cũ tãto obpro
brio ꝓ ſalute hoīum crucifixus eſt: ⁊ tota reſol/
uebaꝛ in lachrymas ex dulcedine īmẽſi diuini
amoris ibi oſtenſi. Indeq̃ʒ ad ſepulchꝛuʒ ꝑgẽs
ꝙ ex eo egreſſus reſuſcitatus tertia die ſibi ap/
paruit tota gaudebat. Ad mõtem q̃ʒ oliuarum
aſcendens ⁊ memorãs inde filium ſuum in ce/
lum aſcẽdiſſe: auidiſſime cupiebat eſſe cũ xp̃o.
Uñ merito dicere poterat vita actiua tũc in ma
ria virgine. Soror mea. ſ. ↄtemplatiua reliquit
me ſolã miniſtrare: q: tunc nõ curabat contem
platiua de actiua. tũc nec maria magdalena de
martha. Uita eius actiua ⁊ ↄtemplatiua due ſo
rores ſunt. ſm Aug. ⁊ Greg. vj. moralium. filie
vnius patris celeſtis: ⁊ vnius m̃ris eccleſie vł
gr̃e. Hec tñ ꝑegrinatio dicta beate virginis ad
loca ſancta ſm btm̃ Amb. magis intelligenda
eſt ſm ſpm̃ q̃ʒ ſm locum. ſ. domi manẽs contẽ/
plareꝛ que filius fecerat in illo vł illo loco. Hec
oīa prime ⁊ ſecunde partis diuiſionis ꝑncipa/
lis ſunt tracta ex ꝑdicationis beati Uincentij ⁊
que ſequunꝛ ſuꝑaddita. ¶ Tertiũ igitur opus
qd̃ poteſt notari de contẽplatiua eſt ī hoc quod
dr̃. Porro vnũ eſt neceſſarium. q. d. xp̃s. Mar/
tha circa plurima occupaꝛ. i. actiua. ⁊ ideo tur/
baꝛ: q: non vacat vni: ſed multis. Naʒ in cibã
do eſurientem: ſitiẽti ꝑbendo potum: veſtiẽdo
nudum: ⁊ aliꝭ indigentijs ꝓximi ſubueniẽdo.
opʒ ꝙ ſollicitetꝛ circa plurima tractando: procu
rando: colloq̃ndo: operãdo. Silr̃ ſi exercet ſe in
operibꝰ m̄ie ſpũalis in docendo ignorantẽ: cor
ripiendo delinquentem: ſupportãdo defectus
ſuum in dimittẽdo iniurias: opʒ multum ſollici
tari ⁊ cogitare varia ⁊ diuerſa vt iſta apte fiant.
Et q: ſepe nõ ſequitur effectus intentus: quia
nõ emendatur correctus. nõ habeꝛ modus ad
ſubueniẽdũ hinc varie turbatur. ⁊ dum iſta co
gitat ⁊ occupaꝛ circa plurima. ⁊ ſi pia intentio/
ne tñ ſeparatur ab vno ſũmo bono quod ſũme
eſt neceſſarium. aliquãdo quoad guſtum: q: te
dioſus efficiꝛ ⁊ tepidus. Sed vita contemplati
ua dum vnum ſolũ cogitat: cupit ⁊ diligit qd̃
neceſſarium eſt ꝑfectioni vltime hũane abſtra/
ctus a pluralitate tp̃alium ⁊ occupationum ex/
teriorꝫ: inuenit magnam quietem ⁊ dulcedinẽ
non ꝑturbationem: q: non habet amaritudinẽ
cõuerſatio eius: neq̃ʒ tedium cõuictus illius:
ſʒ gaudiũ ⁊ leticiã Sap. viij. Et loquiꝛ de ſapiã
que reperitur in contẽplatione. Suꝑ omnia cha/
ritatem hĩte que eſt vinculum ꝑfectionis. Coł.
iij. Charitas dicitꝛ chara vnitas: quia vnit nos
cum deo. Unde ideʒ apl̃s. j. Cor. vj. Qui adhe/
ret deo. qd̃ fit per charitatem vnus ſpiritus eſt
cũ eo. Habet enim amor ſm Diony. vim adhe/
ſiuam: vnitiuã: ⁊ transformatiuam diligentis
in dilectũ vt vna voluntas ſit amborꝫ. Propter
quod dicit ſapiens ꝙ amicorũ eſt idem velle. ⁊
nolle. Porro. i. finaliter. vnum eſt neceſſarium
homini. i. vt vnũ ſit cum deo conformis in om
nibus volũtati ſue ⁊ ita cogitatione ⁊ affectu q̃ʒ
tũ poteſt directus in eum. vt dicat cuʒ apoſtolo
ad Gal. ij. Uiuo ego. iam nõ ego: viuit vero in
me chriſtus. Et q̃to plenius hoc agit. tãto ma/
gis perficiꝛ in ↄtemplatiua: ⁊ magis approp̃in
quat ſtatui beatorũ. Hec perfectiſſime egit btã
virgo ma. vnũ facta cum xp̃o per maximam di
lectionẽ. Unde hiero. in ſermõe de aſſumptio/
ne ait de ea. Puto quicquid cordis eſt quicq̃d
v̄tutis humane ſi totũ adhibeas nõ ſufficias vt
cogitare valeas q̃to indeſinenter cremebatur
ardore pij amoris: quãtis mouebatur repleta
ſpiritu ſancto celeſtium ſecretorũ incitamẽtis:
dũ reuolueret animo cuncta que audierat: que
viderat: que cognouerat: nouis quippe quoti/
die inflãmabatur deſideriorum affectibus: ro/
tam eã incanduerat diuinus amor ⁊c̃. Hec be.
Hieroꝰ. In vita que contemplatiua ergo habet
plures gradus in vita preſenti ipſa optimã par
tem elegit ſuper omnes.

¶ Quantum ad .§. iij.

tertium genus vite. ſ. fruitiue que eſt ſuperna Tres
pr̃ia de qua dominus ait de oibꝰ ſuis. Ego vi gradus
tam eternã do eis. Johis. x. Poteſt dici ꝙ habe vite frui/
at tres partes ſiue gradus. ¶ Primꝰ gradus tiue.
eſt decedere de preſenti tẽpore. ita purgata aīa
ꝙ nullum cremabile ſecum portet: ſed ſubito
euolet. De quibus Apoc. xiiij. c. Beati mortui
qui in domino moriuntur. quia requieſcunt a
laboribus ſuis quod intelligitur de euolãtibꝰ
ad celum. Nam qui vadunt ad purgatorium
non requieſcunt a laboribus ſuis: ſed miſeria
lores habent q̃ʒ hic dum purgantur. Eſt autẽ
hoc valde paucorũ. Unde ⁊ ſancti viri qui hic
claruerant miraculis. viſi ſunt in penis purga
torij. vt refert Grego. in lib. iiij. dialo. de paſca
ſio. Certum eſt autem beatam mariaʒ nil cre/
mabile detuliſſe cũ in nullo vnq̃ʒ peccauerit. ¶ Se
cundus gradus eſt eſſe in gloria ī anima ⁊ cor
pore: quod de chriſto ſine dubio certuʒ eſt ⁊ ar/
ticulus fidei. de illis patribus qui ſurrexerunt
cum chriſto ⁊ multis apparuerant in hieruſa/
lem: vt refert beatus Matheus euangeliſta. c.
penul. Beatus Hierony. in dubio reliquit ſi in
celo ſint in anima ⁊ corpore: an in anima tantũ

vt alij ſancti colter. Sed de ṽgine glorioſa pie
creditur ab omni eccleſia ⁊ doctoribus: in cor
pore ⁊ aĩa glorificata in celis. Unde Augu⁹. in
ſermone. Quia pfundiſſimo ſic ait. Memores
ↄditionis humane mortẽ btãm Mariã ſubijſ
ſe tpalem dicere nõ metuimus. Sed ſi dicim⁹
eam reſolutã in cõem putredinez vermẽ ac ci/
nerẽ: deliberãdum eſt ſi tante ↄueniat ſanctita
ti: tante aule dei prerogatiue. Scimus eniz di/
ctum primo parẽti: q: puluis es ⁊ in puluerez
ibis: hanc ↄditionẽ chriſti caro euaſit: que cor/
ruptionẽ nõ ſuſtinuit. Excipiſ ergo ab illa ge/
nerali ſnĩa de virgine ſumpta natura. Et iſra.
Si voluit dñs integrã matrẽ virginitatis ſer/
uare pudorẽ: cur nõ velit incorruptã ⁊ a putre
dinis ſeruare fetore? Nũquid nõ ptinet ad be/
nignitatẽ dñi matris ſeruare honorẽ: qui legẽ
nõ venit ſoluere ſed adimplere? Qui enim in
vita illa pre ceteris gratiã ſui cõceptus hono/
rauit: piũ eſt credere ea in morte ſingulari ſal/
uatione ⁊ ſpeciali gratia ipſam honoraſſe. Pu
tredo ⁊ vermis obprobriũ eſt humane condi/
tionis: ab hoc obprobrio cum xp̃s ſit alienus:
natura Marie excipiſ: quã xp̃us de ea aſſum/
pſiſſe pbaſ. Caro enim Jeſu eſt caro Marie:
quã ſup aſtra tranſuexit honorans omnem hu
manã nãm: ⁊ multo magis maternã. Si natu/
ra matris eſt filius: ↄueniens eſt vt ſit filij natu
ra: nõ quãtum ad vnitatem pſone: ſed quãtuz
ad vnitatez corporalis nature. Hec Auguſtin⁹
Et hic igitur eſt melior gradus in vita fruitiua
ſcʒ eſſe in celis: nõ ſolum in anima ſed etiaz in
corpore. Sed tertius gradus adhuc eſt potior:
vnde ⁊ optimus. videlʒ eẽ in altiſſimo gradu
glorie ſup oẽm purã creaturã. Sic canit eccle/
ſia. Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſup oẽs cho
ros angelorũ. Qu. ſuis ſancti in diuerſis ordini
bus angelorũ collocenſ ſupioribus vel inferio
ribus ſm maiorẽ vel minorẽ charitatẽ ⁊ perfe
ctionẽ hic acquiſitã. nullus tñ vel nulla eſt ſup
oẽs ordines niſi ſola Maria virgo: que oẽs ſi
cut dilectione ⁊ pfectione gratie trãſcendit: ita
in gloria ſup oẽs ſublimata eſt. Unde ⁊ beat⁹
Hiero. in ſermone aſſumptionis ait. Credit q
ipſe ſaluator p ſe totus feſtinus occurrerit: ⁊ cũ
gaudio matrem ſecum in throno collocauit. i.
iuxta ſe pre oib⁹. Alr quõ impleuiſſe creditur
qḋ ipſe in lege mãdauit. Honora patrem tuũ ⁊
matrẽ. Adueniens aũt dicere potuit. Ueni ele/
cta mea ſcʒ mater. veni de libano qui interpre/
tatur candidatio. Erat enim dealbata niue can
didior ſpũſſancti munerib⁹. veni coronaberis
corona glorie que nõ auferet. Uita actiua aufe
retur poſt mortem. Uita etiã ↄtemplatiua hu/
ius ſeculi: que per ſpeculũ ⁊ enigmate eſt. non
facie ad faciẽ: ſed fruitionis vita ⁊ corona non
auferetur a quoq̃. Et beatiſſima virgo. Ma/
gnificat aĩa mea dñm. Et exultauit ſpũs meus
i. aĩa mea extra corpus ſaltauit in deo ſalutari
meo. i. Jeſu requieſcens. Iam ergo non ſum in
mundo. Et hic diſcipuli tui. i. electi in mundo
ſunt pro quibus rogo vt nõ tollas eos de mun
do quem habẽt doctrina illuſtrare ⁊ ad te tra/
here: ſed vt ſerues eos a malo. Et ego ad te ve/
nio ad te deum fontem viuum quem ſemp to/
tis affectibus concupiui.

Alius ſermo aſſumptionis.
Capitulum. xliiij.

Quaſi cedrus exal/
tata ſum in libano. Eccĩ. xxiiij. Re/
gula eſt data a ſaluatore. Mat. xxiij.
Qui ſe humiliat exaltabiſ. Quã etiaz expreſſe/
rat prius mr̃ eius virgo ſanctiſſima in cantico
ſuo dicẽs. Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exalta/
uit humiles. Illos quoq̃ ſupbos angelos qui
arbitrabanſ ſe poſſe deo equari. quorũ pmus di
xit in corde ſuo. Super aſtra dei exaltabo ſoliũ
meum. Sedebo in monte teſtamẽti. ſimilis ero
altiſſimo. Eſa. xiiij. Depoſuit de ſede celeſti ⁊ de
tracta eſt ad inferos ſupbia ſua. Potẽtes etiam
in gratia ⁊ ṽtute naturali primos parentes no
ſtros depoſuit de ſede regni paradiſi terreſtri.
vbi pfecte ſenſualitati dominabanſ ⁊ aĩalibus
cunctis ppter ſuperbiam eorũ ⁊ exilio tradidit
mundi huius. Humiles vero angelos exalta/
uit deus gloriã ppetuã adhibendo. hoĩes quo
q̃ humiles exaltauit ad eandẽ gloriam perdu/
cendo. ſm illud. Qui humiliatus fuerit erit in
gloria. Quanto eni q̃s magis humiliaſ tanto
magis a deo exaltaſ. Et q: ſcd̃s Adam domin⁹
ieſus humiliauit ſeipm. vt ait apl̃s Philip. ij.
Profundiſſime vſq̃ ad mortẽ ignominioſam
crucis ⁊ vſq̃ ad inferos deſcendendo. Ideo de
us pr̃ exaltauit illum ſup oẽs celos: vt in nomi
ne ieſu omne genu flectaſ celeſtiũ: terreſtrium:
⁊ infernorũ. ⁊ ois lingua ↄfiteaſ: q: dñs ieſus i
glia eſt dei pr̃is. Ita ſanctiſſima mr̃ eius natu/
ralis ⁊ mr̃ noſtra ſpũalis que viuificat nos q̃s
prima mr̃ occiderat: q: poſt filiũ ſuum benedi/
ctum ſuper oẽs angelos ⁊ ſanctos ſe humilia/
uit. iõ exaltata eſt hodie ſuper oẽs choros ange
lorum. vnde ⁊ ſcõrũ qui vltra nõ aſcendunt ⁊ iõ
aptiſſime dicere põt quaſi cedrus exaltata ſum
in libano. Pro cuius declaratione ſciendũ
q libanus eſt qdam mons in partibus iudee i
quo reperiuntur arbores cedri dicte altiſſime
ſuper omnes arbores. de qbus ſepe ſit mentio
in ſcriptura. Uñ ⁊ ps̃. Altitudinẽ potẽtie ⁊ pro
ſperitatis tpalis cõparat altitudini cedrorũ di
cens. Uidi impiũ ſuperexaltatũ ⁊ eleuatũ ſicut ce
dros libani. Et tranſiui ſubdit ſcʒ ↄſideratiõe

finis eius ⁊ ecce non erat. In his partibus occi
dentalibus nō reperiuntur tales arbores. Illi
cedri que reperiunť iuxta loca marina facientes
fructus groſſos vt pepones: non ſunt ille cedri
cum ſint arbores parue minores aliis. ℂ Liba
nus ergo mons qui interpretať candidatio de
ſignat ſtatū glie vbi eſt perfecta cādidatio ſeu
albedo innocentie ⁊ puritatis in ſanctis. quos
Joan. in Apoč. vidit ꝙ erāt amicti ſtolis albis.
Que quidē albedo claritatis ⁊ puritatis ex ver
bo incarnato in eis ꝓcedit. qui vt di Sap. vij.
Eſt candor lucis eterne: ſpeculū ſine macula: ⁊
imago bonitatis dei. ℂ Cedrus altiſſima eſt di
uina maieſtas que in libano glorie a ſcis cerni
tur: etiā ſua altitudine. Ad hanc cedrū altiſſi
mum euolauit: ad libanum aquila illa grādis
magnaꝝ alaꝝ. Joan. euange. per ſpeculatiōes.
⁊ tulit medullā huius cedri que eſt alba ideſt
verbum eternū aſſerēs nobis in ſuo euangelio
cum ait. In principio erat verbū. Et iterū. Uer
bum caro factū eſt ⁊ habitauit in nobis. Joan.
j. De hac cedro canit eccleſia in ſequentia. Ce
drus alta libani ꝯformatur hyſopo valle nr̄a.
Quod exponēs ſubdit. Uerbum eius altiſſimi
corporali paſſum eſt carne ſumpta. In iſto ergo
libano mōte glorie exaltata eſt non vt cedrus q̄
eſt ieſus: ſed quaſi cedrus: qꝛ ſup oēs angelos
⁊ ſanctos eleuata. Uñ be. Hiero. in ſermone ho
dierno. Credendū eſt ꝙ ipſe ſaluator per ſe to
tus feſtinus occurrerit ⁊ eam ſecum in throno
collocauerit. Idem in ꝑncipio ſermonis. Hec ē
dies preclara in qua meruit exaltari ſuper cho
ros angeloꝝ ⁊ peruenire vltra ꝙ̄ noſtre huma
nitatis eſt natura cū eleuatur in dexterā patris
Hec eſt inquā dies in qua vſqꝫ ad throni celſi
tudinem intemerata mr̄ ⁊ virgo proceſſit atqꝫ
in regni ſolio ſublimata poſt xp̄m glioſa reſe
dit. Unde quaſi cedrus exaltata ſum in libano.
Hec ille. Et Ber. in ſermone de aſſump. Quis
cogitare ſufficiat ꝙ̄ glioſa hodie mundi regi
na proceſſerit: ⁊ ꝙ̄to deuotionis affectu tota in
eius occurſū celeſtiū legionū occurrerit mul
titudo. Quis explicare queat qbus ad thronū
glorie cāticis ſit deducta ꝙ̄ placito vultu ꝙ̄ ſe
rena facie ꝙ̄ letis amplexibus ſuſcepta a filio:
ſuper oēm creaturā exaltata ſit cum eo honore
quo tanta mater digna fuit: cū ea glia que tātū
decuit filiū. Hec bea. Ber. Et in huius figuraꝫ
habes. ꝙ cū Berſabee que interpretať puteus
ſeptimus: qꝛ plena fuit ſeptiformi aqua gratie
ſpūſancti: accederet ad intercedendū apud fili
um ſuum Salomonē. ipſe occurrit ei reuerenť
iij. Reg. ij. ⁊ fecit thronū ei preparari iuxta thro
num ſuum dicēs. Fas non eſſe quicꝙ̄ denega
re ſibi petiti. Sic xp̄s verus Salomon thronū
ſue matri preparauit hodie. Et cum ad chriſtū
accedit mente pro aliquo poſtulando. nihil ſibi
pōt denegari. Unde be. Bernar. Securū acceſ
ſum ad deū habes o homo vbi mater ſtat filiū
ſcꝫ ad orandum pro nobis. Filius ſtat ante pa
trem ad ſupplicandum. Mater oſtēdit filio pe
ctus ⁊ vbera. Filius patri latus ⁊ vulnera. Nul
la ergo poterit ibi eſſe repulſa vbi ſunt tot amo
ris inſignia. De huius etiam exaltatiōe ait be.
Augu. ad virginem ipſam loquens. Tibi thro
nus glorie regis collocať in aula regni tecū ipſe
rex glorie vt matrem veram ⁊ decorā ſponſā
pre omnibus diligens amoris amplexu aſſoci
at. Sibi dicat ergo. Quaſi cedrus exaltata ſum Ma.c.
in libano. ℂ Non ſolū autem auctoritatibꝰ ſcōꝝ alcatā
ctorum ⁊ eccleſie ac figure ſcripture. ſed ratiōe batur ð
probatur exaltatā be. mariā ſuper omnes ange ratiōe.
los ⁊ ſanctos. ℂ Manet etiā regula firma tra
dita per ps. ⁊ confirmata per xp̄m. ꝙ reddet de
us vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Ita autē ꝙ ſicut nul
lum malum impunitum qꝛ deus peccatū ſine
vltione nō patitur. ait beatus Grego. de peni.
di. j. Ita nullum bonum irremuneratū. Ita ꝙ
etiam qui dederit potū aque frigide in nomi
ne diſcipuli nō perdet mercedem. Mat. x. Si
cut autē vnuſquiſqꝫ propriam mercedem acci
piet ſm propriū laborem. vt ait apoſtolus. qd̄
theologi intelligunt de premio accidentali ita
vnuſquiſqꝫ qualitatē premij eſſentialis recipi
et a deo. quod conſiſtit in viſione ⁊ fruitiōe ei
ſm gradum charitatis hic habite. vt quiꝰ cum
maiori charitate deo ſeruierit: in quocunqꝫ ſta
tu etiam infimo laicali maius premiū recipiet
ꝙ̄ alter in maxima dignitate vel ſcientia cū mi
nori charitate. Itaqꝫ cum be. Maria fuerit ple
na charitate ⁊ dilectione. Ut canit eccleſia ſicut
⁊ plena gratia ſuper oēm puram creaturā. Eti
am ſupremi ordinis ſeraphin. Unde ⁊ ipſa ait
Can. j. c. Introduxit me rex in cellam vinariam
ſcꝫ gratiarum ⁊ virtutū ⁊ ordinauit in me cha
ritatem. Nullus ſanctus adeo fuit quin aliquā
do aliqua egerit. etſi non contra: ſaltem preter
ordinem charitatis: niſi beata Maria. ℂ Cū
autem nouem ſunt ordines angelorum: ſuper
quos omnes fuit exaltata ad quos ſancti aſſu
muntur in diuerſis ordinibus ſm varietatem
meritorum. Omnes proprietates ipſorum or
dinum reperiuntur in beata maria ⁊ officia cū
maiori excellentia charitatis. Ideo merito exal
tata ſum ait ſicut cedrus libani. Unde ⁊ ad ſin
gulos ordines procedamus: ad quos hodie p
uenit ⁊ tranſcedit: aſſumpta eſt maria in celum
gaudent angeli ⁊ collaudant filium dei.

ℂ Aſcenſiones ex .§. I.
go in celū peruenit ad primum ordinem ange
loꝝ. Hos tres ſunt proprietates ſm Alber. vir

ſupra. Prima eſt ꝙ imediate ordinant ad hu-
manam hierarchiam quaſi magis ei propinq.
Perfectiores tamen hominibus in natura. vñ
xps. Qui minor eſt in regno celorum ſcꝫ de in-
fimo ordine angelorum. maior eſt illo ſcꝫ Joan
ne baptiſta. quo maior nemo ſurrexit. Mat. xj.
Jſta proprietas conuenit beate marie: ſed cum
excellẽtia. ipſa eniꝫ ſuper nos mediatior nobis
ꝗ angeli: q: etiã conuenit nobiſcum in natura
humana: qð angeli non habent cum non habe
ant corpora. Unde angeli etſi ſunt nobis prela
ti. non tamen fratres vel filij. Sed bea. Maria
ſimul prelata mater filia ⁊ ſoror eſt nr̃a. Secun
da proprietas angeloꝝ eſt: quia maxime ſunt
nobis noti magis ꝗ alij: q: frequenter viſitãt
ſanctos ⁊ apparẽt eis in diuerſis formis. ⁊ hec
proprietas cõuenit bea. marie cum exiſtentia.
Nam angeli etiaꝫ infimi ſunt nobis tm̃ noti ⁊
paucis perſonis ⁊ nos eis per intelligentiaꝫ et
imperfecte. Sic enim oculus noctue ſe hꝫ ad lu
men ſolis. ita intellectus nr̃ ad illa manifeſtiſſi
ma nature ⁊ ſubſtantias ſep̱atas. ait phs. Sed
beata maria eſt nobis nota etiã per experienti-
am. Ex te ait ſapiens. Cognoſce que ſunt proxi
mi tui. Cum ergo habuerit veras conditiones
naturales hominis per ſimilitudineꝫ noſtram
poſſumus ⁊ ipſam cognoſcere. Similiter ⁊ ip-
ſa cognoſcit infirmitatẽ noſtram per experienti
am ex his que paſſa eſt hic ⁊ didicit. Vñ ſicut
nos habemus pontificem ſcꝫ xp̃m qui non poſ
ſit compati infirmitatibus noſtris ita nec defi-
cit nobis patrona que cõpatiatur miſerijs no-
ſtris. Tertia proprietas eſt: quia ſinguli eorum
ſingulos homines cuſtodiunt. ſm illud ps. An
gelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te i oĩ-
bus vijs tuis. Et beatus Hiero. ſuper Mat. di
ſ.iij.p. cit. Magna prorſus dignitas animarũ vt vna
ti.xxxj. queqꝫ ab exordio natiuitatis ſue habeat ange-
c.vj. lum ſibi delegatum. Et hanc proprietatem cu-
ſtodie beata maria habet cum excellentia. Naꝫ
vbi angeli cuſtodiunt ſinguli ſingulos homi-
nes ipſa cuſtodit vniuerſaliter ſingulos ⁊ ſin-
gulariter vniuerſos. Singuli enim ſeruorum
proſunt ſibi cõmiſſis. Domine autem ⁊ domi-
ni eſt cuſtodia ⁊ prouidentia vniuerſalis. Et q:
omne ſimile ſuum appetit ſimile: videntes eaꝫ
angeli eis ſimilem in huiuſmodi virtutibus ei
dicunt. Quo progrederis virgo prudentiſſi-
ma noli nos derelinquere o domina: ſed ſuper
nos ſedem tuam colloca. Quibus ipſa. Non vos
o filij deſero: ſed maiora mihi ſunt gaudiorꝫ
premia reſeruata.

¶ Aſcendit ergo .§.ij.

ad ordinem archangelorꝫ ſcdm. qui ſm Dio.
vt refert Alber. vbi ſupra tres videntur habere
proprietates. Harum prima eſt a ſuperioribus
cõmunicare. i. ab angelis ſuperioribus recipe
illuminationẽ. Hanc habuit be. Ma. ipſa enim
maxime colcationem bonorum ſpũaliuꝫ dono
rum accepit a ſuperioribus. Unde Luc. j. dcm̃
fuit ei ab archãgelo. Spũſſanctus ſuperueni-
et in te ad inſtruendum modum dñice icarna-
tionis: ⁊ plus ꝗ in oĩbus alijs ſanctis veniet i
te. Alij enim ſancti acceperunt a ſupiorib⁹ gra
tiam creatam. i. a deo particulariter. Jpſa bea.
maria gr̃am creatam vniuerſaliter increatam
ideſt deum ſingulariter ſcꝫ de ea carnem aſſu-
mendo. ¶ Scđa proprietas eſt ſuper iferiores
eſſe angelos vel hoies illuminando ⁊ regẽdo
ſcꝫ preſidentes ciuitatũ. Unde ⁊ gabriel Dani-
elem inſtruxit ⁊ docuit de liberatiõe futura po
puli iſrael de captiuitate tẽporali ⁊ ſpũali de po
teſtate diaboli. Hanc conditioneꝫ beata maria
habuit cum preeminentia. Nam alij ex ordine
iſto ſunt ſuper aliquos ⁊ nullus ſuper oẽs ipſa
autẽ eſt ſuper oẽs archangelos ⁊ angelos ⁊ ho
mines. Jtem ꝙ angeli ⁊ aliqui ſancti ſint ſup
alios. Hoc eſt ex gr̃a tm̃ collata eis a deo. Jpſa
autem bea. Ma. ex gratia hoc habet ⁊ iuſtitia ⁊
natura. Naturaliter eni mater regis eſt regina
⁊ non ſolũ ex gratia: ſed natura inſtigãte iuſti-
tia hoc dictãte eſt ſup oẽs qui ſunt in regno fi-
lij. Filius eius dñs ieſus qui eſt rex regũ ⁊ dñs
dominantium. vt dicit Joannes in apoc. i. xix.
Ergo ⁊ ipſa ſup omnes de regno eius cui data
eſt omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. Aue canit
eccleſia regina celoꝝ mater regis angelorum.
¶ Tertia proprietas eſt inferiores ad ſuperio-
res reducere ad cõtemplanda ⁊ diligẽda cele-
leſtia ⁊ exequenda diuina mãdata. Hoc opera-
ta eſt bea. Maria in ſummo. Nam ipſa ſola ha
buit omnes inferiores reducere ⁊ reduxit tan-
ꝗ mediatrix reconciliationis ⁊ adiutrix redẽ-
ptionis ⁊ angelorum numerum reſtaurauit et
ſubuenit ruine ante conſpectum dñi. vt dicitur
in figura de ſancta Judith. xiij. Et homineꝫ la
pſum reuocauit ad ſuperos. Tranſeunte ergo
ea per ordinem iſtum exultat pre ceteris Gabri
el ille archangelus. qui eam in mundo officio
ſiſſime ſalutauerat dicens. Aue gratia plena: ⁊
omnes prouocat ad eam laudandam ⁊ magni
ficandam dicens. Hec eſt illa ſanctiſſima que
dum fidem humiliter dedit verbis meis miſ-
ſus ex hac celeſti curia: celi opificem in ſe cor-
porauit ⁊ homines ad ſocietatem noſtram per
duxit: ⁊ benedicamus patrem ⁊ filium cuꝫ ſan-
cto ſpiritu q hoc in ea operatus eſt: ⁊ laudem⁹
⁊ ſuperexaltemus. eum in ſecula.

¶ Ex eo ordine .§.iij.

ad tertiũ euolauit ſcilicet principatũ. Et hi ſm

Titulus quintuſdecimus

Principatuꝫ tres ꝓpꝛietates ma. hꝫ.

Alb. vbi. ſ. hñt tres pꝛopꝛietates. ¶ Pꝛima eſt
pꝛimi pꝛincipij hꝛe imitationem. i. dei. Hi ſup
prouincias ⁊ regna diſponũt ex quib⁹ vnus ſu
it Michael ille qui armat⁹ apparuit. Joſue in
adiutoꝛiũ populi dei. Iſtam ꝓpꝛietatem habuit
btã maria ſupemĩnẽter. Imitaſ eniꝫ ꝑmũ pn⁹
deũ in mali imunitate: i boni coîcatiõe: i coîcã
da coitate. Fuit. n. imunis ab oĩ coꝛruptõe peti
⁊ icoꝛruptio facit ꝓximũ deo. vt dicif Sap. vj.
Coîcauit bona ſua filiũ ſuum ſapiaꝫ. de qua di
citur Sap. vij. c. Oĩum bonoꝛuꝫ mater eſt quã
ſine inuidia coîco: ⁊ honeſtatem eius nõ abſcõ/
do. Infinit⁹ theſaurus ipſa ſapi a eſt homnib⁹.
In coîcanda ⁊ exhibenda pietate. Ecci. xxiiij.
Quaſi oliua ſpecioſa in campis que oleuꝫ ꝓdu
cit ſignificans lenitatẽ ⁊ pietatem ⁊ in campis
patenter. ¶ 2ᵃ ꝓpꝛietas eſt iſerioꝝ ad ꝑmũ ꝑn
cipiũ reductiuum. i. reducere ea que hñt diſpo
nere ad deuꝫ. qui eſt pꝛincipium pꝛincipioꝝ. i.
cauſaꝝ. Hoc habuit beata ma. in ſũmo quia ip/
ſa de vltimo fecit pꝛimũ ⁊ de pꝛimo vltimum.
imo omnia ⁊ omnẽ creaturam in homie redu/
xit ad illuꝫ a quo exierunt ⁊ ipſi pſonaliter vni
endo. Vñ ipa eſt illa foꝛtis mulier. de qua Pꝛo
uer. vlti. Cuius pꝛecium de vltimis finibus. i.
diuinitate ⁊ hũanitate cõiunctis. hoiem perdi/
tuꝫ redemit ad regnaq; celeſtia ꝑduxit. ¶ Ter
tia ꝓpꝛietas eſt pꝛincipalium virtutum oꝛnat⁹ ⁊
plus ceteris inferioꝛibus. vt ſapie: charitatis:
pꝛudentie. ⁊ hmõi. Quod plenius habuit btã
ma. Vñ. b. Bern. in ſermõe ait. Ipſi celeſtis cu
rie pꝛincipes in ꝯſideratione tante nouitatis.
ſ. huius exaltationis clamãt nõ ſine admiratio
ne. Que eſt iſta que deſcẽdit de deſerto delitijs
affluens q̃ſi manifeſtius dicat. Que eſt iſta que
ſub ſole vbi nihil niſi laboꝛ ⁊ doloꝛ ⁊ afflictio
ſpũ: aſcendit delitijs ſpũalibus affluens. Quid
delitias dixerim niſi virginitatis decus cũ mu
nere fecunditatis: hũilitatis inſigne: diſtillan//
teꝫ charitatis fauum. miſicoꝛdie viſcera pleni
tudinem grẽ: ꝓꝛogatiuam glie ſingularis. Hec
ille. O dña noſtra ſi inuenimus grãm in cõſpe
ctu tuo. ẽñ multe filie ſanctaꝝ animarum ꝯgre
gauerunt diuitias virtutũ. tu tamen ſupgreſſa
es vniuerſas. ex quo oꝛnatũ pꝛecipuum virtu/
tum hẽs quod nři eſt pꝛopꝛium: placeat in oꝛ//
dine nřo vt pꝛincipiſſa reſidere. Ad quos illa.
Ego quidẽ vobiſcũ ſum oĩb⁹ diebus ad brauiũ
tñ ſeq̃r ſupne vocatiõis mihi a dño ꝑparatũ.

¶ Ad ſecundam .§. iiij.

Pꝛīatuū tres ēt ꝓpꝛietates hꝫ maria.

hierarchiã ꝑueniens venit pꝛimo ad oꝛdinem
poteſtatuũ: quarũ tres ſunt ꝓpꝛietates ſm Alb.
¶ Pꝛima eſt oꝛdinis ⁊ dignitatis cuſtodiriuũ
hoꝝ officiuꝫ dignitatis eſt coercere diabolicas
poteſtates ne hoibus noceant q̃tum vellẽt. Et
cuꝫ maligni ſpũs ꝑcuſſerũt occidẽtes oĩa ꝑmo/
genita egyptioꝝ. ſm illud ꝑs. Immiſſiões per
angelos poteſtates angelice repſſerunt maliciã
eoꝛum ne ꝯtingere poſſent familias hebꝛeoꝝ.
Iſtam ꝯditionẽ habuit btã Maria excellẽtiſſi/
me. q: dignitatẽ virginitatis cuſtodiuit ante ⁊
poſt. ⁊ demones coercet quotidie a nocumento
hoium. vt pꝫ in multis exẽplis. in qbus ipa. b.
Maria eripuit maximos pctõres de manibus
diaboli quoad coꝛpus ⁊ q̃ad aiam. vnde eccla
quotidie ei dicit oꝛando. tu nos ab hoſte ꝓtege
in hoꝛa moꝛ. ſuſci. qñ ſunt maioꝛes eius iſidie.
¶ Scda ꝓpꝛietas poteſtatuũ eſt eſſe alioꝝ oꝛdi
natiuũ. ⁊ hoc in ſũmo habuit btã Maria. nam
fuit ꝑma oꝛdinis ṽginũ inuẽtrix. fecit eniꝫ pꝛi/
ma ſolẽne votũ ṽginitatis. Oꝛdinũ etiã ange/
loꝝ fuit reparatrix ⁊ reſtauratrix: ꝑcipue auteꝫ
ṽgines oſtẽdit magnã poteſtatẽ ſup ſenſualita
te ſua ſupando delectationes venereas que ma
xime ipugnant. Et vbi vt dicit. b. Hiero. Eſt fre
quẽs pugna ⁊ rata victoꝛia. vnde ⁊ ipſe ait. In
carne eſſe ⁊ ꝑter carnẽ viuere angelicũ eſt ⁊ nõ
humanuꝫ. imo ⁊ maioꝛis poteſtatis videſ. q: ſi
eſt ex carne pugna. ibi cũ nulla ſit caro: nullum
eius ꝑliũ. Et ideo ṽginitas dẽ a ṽtute ſeu viro/
re: q: hꝫ magnã poteſtateꝫ in ſe vt ṽtus ſit ⁊ nõ
cõbuſtus igne ꝯcupiſcẽtie. ¶ Tertia ꝓꝓetas eſt
eſſe actiuũ in his que ad exequẽda mittunſ. qđ
b. maria in ſũmo habuit. Nã actus ṽtutũ exer
cuit ſm modũ pꝛie q̃tum ad pfectionẽ: ſed ſm
ſtatũ vie q̃tũ ad ꝯditionẽ meriti. Fuit etiaꝫ re/
ductiuũ per exẽplũ: q: ſui exẽplo virtutũ alios
reduxit ad opationẽ ṽtutũ. Unde dꝛ ſtella ma/
ris. Uidẽtes ergo eã filie ſyon angelice poteſta/
tes dixerũt. Mane nobiſcũ o dña potẽtiſſima.
tu eniꝫ terribilis eꝭ demonĩb vt caſtroꝝ acies
oꝛdinata: ⁊ ideo iuuare hoies nobiſcũ poteris
ꝯtra malignos ſpũs eos ſine ceſſatione infeſtã/
tes. At illa. Expedit hoib⁹ vt ego vadã ſupius
quo mihi locum parauit dilectiſſimus filius. ⁊
iuxta eum reſidens copioſius contra demones
pꝛo hominibus pꝛeualebo.

¶ Poſt illos ex/ .§. v.

go ingredif choꝝ virtutum. de quib⁹ poteſt in
telligi quod xp̃s ait Lu. xxj. Uirtutes celoꝛum
mouebunf. ſ. in aduẽtu ſecũdo chꝛiſti iudicis
i. amouebunf ſeu remouebunf ab officio mo/
uendi celos. Ubi eni ponunt ſubas ſeparatas
i. angelos mouere celos. ⁊ ad quoꝝ motuꝫ celi
⁊ planete influũt in iſta iferioꝛa: ⁊ coꝛrũpunf ⁊
gñanf res inferioꝛes ⁊ coꝛpoꝛales. Et tũc enim
ceſſabit oĩs motus celoꝝ. ⁊ ideo remouebunf
angeli qui dicunf virtutes ab hmõi exercitio. Uirtu
¶ Harũ ſꝫ Alb. tripler eſt ꝓpꝛietas. Pꝛima eſt imp
incõmunicabilis virilitas que cõſiſtit in reſiſte ꝓpa.

tis ꝯriij: in aggreſſione ardui: et tollerantia ma/
li. Per has virtutes angelicas (vt dicit .b. Gre.)
fiunt miracula in quib⁹ reſiſtit naturalis ꝓprie/
tas rei. ſicut ꝙ cecus videat: mortu⁹ reſurgat. h
nā nō hȝ: ſȝ ꝯſuetudo nāe eſt in ꝯriū. et tñ virilr
vt miniſtri dei h agūt. Ardua etiā ſunt et īſolita
que faciūt. Tollerant et h fieri p malos ipſis co/
opantib⁹. Uñ reprobi dicēt in die iudicij. Dñe
in noīe tuo ṽtutes multas fecimus. Mat. vij.
Hoc .b. ma. habuit in ſūmo. Nā lȝ legam⁹ in vi
ta ſua nō feciſſe miracula: nūc ꝗtidie innumera
facit. ſed et vita ſua tota miraculoſa. Uñ .n. dicit
b. Gre. Mai⁹ miraculū eſt .i. vitiis ſibi patiētē
eē: ꝙ̄ demones eijcē et carnē vincē: ꝙ̄ gigantē
vt Dauid occidē. Oē ꝯriū .i. pctm̄ ipa vicit. ar/
duū altiſſime paupertatis aſſumpſit. tolerātiā ſū/
mā in filij paſſiōe ſuſtinuit. ¶ 2ᵃ ꝓpetas ṽtutū
nulli⁹ ībecillitatis tarditas .i. nullā ībecillitatē
hñt ex qua tardi ſint ad dei volūtatē exequēdā
vel celos mouēdos. Uñ Ps. Bñdicite do. oēs
angeli ei⁹ potētes ṽtu. qui fa. ṽbū ei⁹ ad audiē.
vo. ſmo. ei⁹ .ſ. dei. Uox dei ad eos eſt īſinuatio
volūtatis eius ad eos circa aliqͦd agēdū qua fa/
cta ſbito exequunt. h et btiſſima maria ꝑfectiſſi
me egit. vñ ꝯcepto filio: audito cōceptu helisa/
beth ab angelo. Exurgēs maria abijt cū feſtina
tiōe in mōtana vt viſitaret eā et ei in ptu ſerui/
ret. Audito qͦd futurū erat ꝙ herodes quereret
